XXX. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, θεωροῦντες τὴν τῶν πολεμίων παρασκευὴν χρονιωτέραν οὖσαν, πρῶτον μὲν, στρατηγὸς ἑαυτῶν εἵλοντο δύο, τὸν τε Ἀννωνος Ἀσδρούβαν, καὶ Βώσταρον· μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Ἀμιλικαν ἐπεμπον εἰς τὴν Ἡράκλειαν, καλοῦντες κατὰ τάχος αὐτόν. (2) Ὁ δ' ἀναλαβὼν ἱππεῖς πενταχοσίους, καὶ πεζοὺς πενταχιλίους, παρῆν εἰς τὴν Καρχηδόνα· καὶ κατασταθεὶς στρατηγὸς τρίτος, ἐβουλεύετο μετὰ τῶν περὶ τὸν Ἀσδρούβαν, πῶς δεῖ χρῆσθαι τοῖς παρούσιν. (3) Ἐδοξεν οὖν αὐτοῖς, βοηθεῖν τῇ χώρᾳ, καὶ μὴ περιορᾶν αὐτὴν ἀδεῶς προθυμῆν. (4) Ὁ δὲ Μάρκος μετὰ τινας ἡμέρας ἐπεπορεύετο, τὰ μὲν ἀτείχιστα τῶν ἐρυμάτων ἐξ ἐφόδου διαρπάζων, τὰ δὲ τετειχισμένα πολιορκῶν. (5) Ἀφικόμενος δὲ εἰς πόλιν Ἀδιν ἀξιόχρεων, περιστρατοπεδεύσας ταύτην, συνίστατο μετὰ σπουδῆς ἔργα καὶ πολιορκίαν. (6) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τῇ τε πόλει σπουδάζοντες βοηθῆσαι, καὶ τῶν ὑπαίθρων ἀντιποιεῖσθαι κρίνοντες, ἐξῆγον τὴν δύναμιν. (7) Καὶ καταλαβόμενοι λόφον ὑπερδεῖον μὲν τῶν πολεμίων, ἀφῶν δὲ ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσιν, ἐν τούτῳ κατεστρατοπέδευσαν. (8) Λοιπὸν ἔχοντες μὲν τὰς πλείστας ἐλπίδας ἐν τοῖς ἱππεῦσι καὶ τοῖς θηρίοις, ἀφόμενοι δὲ τῶν ἐπιπέδων χωρίων, καὶ συγχλίσαντες σφᾶς αὐτοὺς εἰς τόπους ἐρυμνοὺς καὶ δυσβάτους, ἔμελλον διδάξειν τοὺς πολεμίους, ὃ δέον ἦν πράττειν κατ' αὐτῶν. Ὁ δὲ καὶ συνέβη γενέσθαι. (9) Συννόησαντες γὰρ οἱ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνες ἐμπεύροις, ὅτι τὸ πρακτικώτατον καὶ φοβερώτατον τῆς τῶν ὑπεναντίων δυνάμεως ἡχρεῖται διὰ τοὺς τόπους, οὐκ ἀνέμειναν ἕως ἐκεῖνοι καταβάντες εἰς τὰ πεδία παρατάξαντο. (10) Χρῶμενοι δὲ τοῖς ἰδίοις καιροῖς, ἅμα τῷ φωτὶ προσέβαινον ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους πρὸς τὸν λόφον. (11) Οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς καὶ τὰ θηρία τοῖς Καρχηδονίοις ἦν ἄχρηστα τελέως· οἱ δὲ μισθοφόροι πάνυ γενναίως καὶ προθύμως ἐκβοηθήσαντες, τὸ μὲν πρῶτον στρατόπεδον ἠνάγκασαν ἐγκλίνειν καὶ φυγεῖν. (12) Ἐπεὶ δὲ προπessόντες καὶ κυκλωθέντες ὑπὸ τῶν ἐκ θατέρου μέρους προσβαινόντων ἐτράπησαν, μετὰ ταῦτα πάντες εὐθὺς ἐκ τῆς στρατοπεδείας ἐξέπεσον. (13) Τὰ μὲν οὖν θηρία μετὰ τῶν ἱππέων, ἐπεὶ τάχιστα τῶν ὁμαλῶν ἤψατο, μετ' ἀσφαλείας ἐποιῶντο τὴν ἀποχώρησιν. (14) Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς πεζοὺς βραχὺν ἐπιδιώξαντες τόπον, καὶ τὸν χάρακα διαρπάσαντες, μετὰ δὲ ταῦτα πᾶσαν ἐπιπορευόμενοι τὴν χώραν καὶ τὰς πόλεις, ἀδεῶς ἐπόρθουν. (15) Γενόμενοι δὲ τῆς προσαγορευομένης πόλεως Τύντης ἐγκρατεῖς, εὐφροῦς ὑπαρχούσης πρὸς τὰς προκειμένας ἐπιβολὰς, ἔτι δὲ κειμένης εὐκαιρῶς κατὰ τὴν τῆς πόλεως καὶ τῆς συνέγγυς ταύτης χώρας, κατεστρατοπέδευσαν εἰς αὐτήν.

XXXI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, μικρῶ μὲν πρότερον κατὰ θάλατταν, τότε δὲ κατὰ γῆν ἐπταικότες, οὐ διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀνανδρίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἡγούμενων ἀβουλίαν, κατὰ πάντα τρόπον ἐνεπεπώχεσαν εἰς δυσχερῆ διάθεσιν. (2) Ἀμα γὰρ τοῖς προειρημένοις, καὶ τὸ τῶν Νομάδων ἔθνος, συνεπιθέμενον αὐτοῖς, οὐκ ἐλάττω, πλείω δὲ τῶν Ῥωμαίων εἰργάζετο κακὰ

XXX. Carthaginienses, ubi Romanos ad diuturnius bellum se parare sentiunt, duos primo copiarum suarum duces creant Asdrubalem Hannonis F. et Bostarum : deinde Amilicarem Heraclea propere arcessunt. (2) Qui assumtis equitibus quingentis, peditum quinque millibus, Carthaginem venit ; ibique dux tertius electus, cum Asdrubale de praesentium rerum statu deliberat. (3) Placet illis, ditioni ferendam operi, neque committendum esse, ut eam hostis impune depopuletur. (4) At Regulus post dies paucos per regionem grassari ; castella, quae muris carebant, primo impetu capere ; quae moenibus cincta erant, oppugnare. (5) Ubi ad Adin ventum est, non poenitendum oppidum ; huic quoque Romanus castra admovet ; opera atque oppugnationem urget. (6) Tum Pœni, qui et servatam urbem illam cupiebant, et quae foris erant vindicare a vi hostili decreverant, copias educunt (7) ac colle occupato, hostibus quidem imminente, sed toto genere copiis ipsorum incommodo, castra eo loci metantur. (8) Sed enim, quum in equitatu maxime atque elephantis spes suas illi sitas haberent ; plana camporum relinquendo, et locis abruptis impeditisque se includendo, hostes videlicet admonitum iverunt quid faciendum ipsis esset, quo sibi nocerent. Atque ita profecto accidit. (9) Nam duces Romani, pro sua peritia intelligentes, quod erat roboris plurimumque metuendum in adversariorum exercitu, id omne propter locorum conditionem redditum ipsis esse inutile, nequaquam exspectarunt donec castris in planum delatis aciem instruerent : (10) quin potius tempore usi suo, luce prima utrinque ad collem succedunt. (11) Itaque plane nulli tum usui neque equi, neque elephantis, Carthaginiensibus erant. Mercenarii vero milites generoso prorsus obstinatoque animo propugnantes, primam legionem inclinatam fugere compulerunt. (12) Sed hi dum longius insequuntur, circumventi ab ea manu quae altera ex parte ingruerat, mox ipsi in fugam vertebantur. Tum vero continuo omnes e castris sese proripere. (13) Et elephantis quidem, atque equites, loca plana adepti, deinceps securi se receperunt. (14) Romanus vero, pedites aliquantisper insecutus, mox castris directis, libere de cetero vagari et agros urbesque incursare. (15) Deinde oppido, cui Tuneti nomen, potitus, quod ad ea quae moliebatur inprimis opportunum, et ipso situ Carthagini et vicinae regioni infestum erat, castra ibidem locavit.

XXXI. Pœni, re paulo ante mari, nunc vero terra male gesta, idque non militum ignavia, sed ducum imprudentia, omnibus modis impeditas suorum consiliorum rationes habebant. (2) Nam ad jam dicta accedebat, quod Numidae non secus ac Romani hostiliter eos invaserant ; nec pauciora, inu-

τὴν χώραν. (3) Ἐξ ὧν διὰ τὸν φόβον συμφεγγόντων εἰς τὴν πόλιν τῶν ἀπὸ τῆς χώρας, δυσθυμία καὶ λιμός ἦν ὁλοσχερής, τὰ μὲν διὰ τὸ πλῆθος, τὰ δὲ διὰ τὴν προσδοκίαν τῆς πολιορκίας. (4) Ὁ δὲ Μάρκος, ὁρῶν τοὺς Καρχηδόνιους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἐσφαλμένους, καὶ νομίζων ὅσον οὕτω κρατήσῃ τῆς πόλεως, ἀγωνιῶν δὲ, μὴ συμβῇ τὸν ἐπιπαραγινόμενον στρατηγὸν ἐκ τῆς Ῥώμης φθάσαντα τὴν ἐπιγραφὴν τῶν πραγμάτων λαβεῖν, προῦκαλεῖτο τοὺς Καρχηδόνιους εἰς διαλύσεις. (5) Οἱ δ' ἀσμένως ἀκούσαντες, ἐξέπειψαν αὐτῶν τοὺς πρώτους ἀνδρας· οἱ καὶ συμμίζαντες αὐτῷ, τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ ῥέπειν ταῖς γνώμαις ἐπὶ τὸ ποιεῖν τί τῶν λεγομένων, ὥστ' οὐδ' ἀκούοντες ὑπομένειν ἐδύναντο τὸ βάρος τῶν ἐπιταγμάτων. (6) Ὁ μὲν γὰρ Μάρκος, ὡς ἤδη κεκρατηκὼς τῶν ὧων, οἷ τι ποτὲ συνεχώρει, πᾶν ὥτεο δεῖν αὐτοὺς ἐν χάριτι καὶ δωρεᾷ λαμβάνειν. (7) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, θεωροῦντες, ὅτι καὶ γενομένοις αὐτοῖς ὑποχειρίως οὐδὲν ἂν συνακολουθῆσαι βραύτερον τῶν τότε προσταγμάτων, οὐ μόνον δυσχερῆσαντες τοῖς προτεινομένοις ἐπανήλθον, ἀλλὰ καὶ προσκόψαντες τῇ βαρύντητι τοῦ Μάρκου. (8) Τὸ δὲ συνέδριον τῶν Καρχηδονίων, διακοῦσαν τὰ προτεινόμενα παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων, καίπερ σχεδὸν ἀπεγνωκὸς τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας, ὅμως οὕτως ἀνδρωδῶς ἔστη καὶ γενναίως, ὥστε πᾶν ὑπομένειν εἶλετο, καὶ παντὸς ἔργου καὶ καιροῦ πείραν λαμβάνειν, ἐφ' ᾧ μὴδὲν ἀγεννὲς μὴδ' ἀνάξιον τῶν πρὸ τοῦ πράξεων ὑπομείναι.

XXXII. Περὶ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους καταπλεῖ τις εἰς τὴν Καρχηδόνα ξενολόγος, τῶν ἀπεσταλμένων εἰς τὴν Ἑλλάδα πρότερον, εἰς τὴν Καρχηδονίαν ἄγων στρατιώτας πλείστους· ἐν οἷς καὶ Ξανθίππον τινα Λακεδαιμόνιον, ἄνδρα τῆς Λακωνικῆς ἀγωγῆς μετεσχηκότα, καὶ τριβὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔχοντα σύμμετρον. (1) Ὃς διακοῦσας τὸ γεγονός ἐλάττωμα, καὶ πῶς καὶ τίνι τρόπῳ γέγονε, καὶ συνθεωρήσας τὰς τε λοιπὰς παρασκευὰς τῶν Καρχηδονίων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἐλεφάντων, παρατυκὰ συνελογίσαστο, καὶ πρὸς τοὺς φίλους ἐνεφάνισε, διότι συμβαίνει τοὺς Καρχηδόνιους οὐχ ὑπὸ Ῥωμαίων, αὐτοὺς δ' ὑφ' αὐτῶν ἡττᾶσθαι διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν ἡγουμένων. (2) Ταχὺ δὲ διὰ τὴν περίστασιν τῶν τοῦ Ξανθίππου λόγων διαδοθέντων εἰς τὰ πλήθη καὶ τοὺς στρατηγοὺς, ἔγνωσαν οἱ προσεστώτες ἀνακαλεῖσθαι καὶ πείραν αὐτοῦ λαμβάνειν. (3) Ὁ δὲ, παραγενόμενος εἰς τὰς χεῖρας, ἔφερε τοὺς ἄρχουσι τοὺς ἀπολογισμούς, καὶ παρὰ τί νῦν σφαλεῖσιν, καὶ διότι πεισθέντες αὐτῷ, καὶ χρησάμενοι τοῖς ἐπιπέδοις τῶν τόπων ἐν τε ταῖς πορείαις καὶ στρατοπεδείαις καὶ παρατάξεσιν, εὐχερῶς ἑαυτοῖς τε τὴν ἀσφάλειαν δυνήσονται παρασκευάζειν, καὶ τοὺς ὑπεναντίους νικᾶν. (4) Οἱ δὲ στρατηγοὶ, δεχάμενοι τὰ λεγόμενα καὶ πεισθέντες αὐτῷ, παραχρῆμα τὰς δυνάμεις ἐνεχείρισαν. (5) Ἦν μὲν οὖν καὶ κατὰ ταύτην τὴν παρὰ τοῦ Ξανθίππου διαδομένην φωνὴν ὁ θροῦς, καὶ λαλιά τις εὐελπῖς

etiam plura, quam illi, damna ditioni ipsorum intulerant.

(3) Quam ob causam metu hostium compulsi in urbem agrestes, perturbationem ac famem ingentem eo invexerant, partim propter hominum multitudinem, partim quod in expectatione esset obsidio. (4) At Regulus, cernens Carthaginienses terra marique victos, seque jamjam urbis potentem futurum arbitrans; anxie sollicitus, ne qui Roma successurus sibi erat Consul, confecti belli titulum sibi interverteret, adversarios ad pacem hortabatur. (5) Audivere illi hos sermones lubenti animo, ac viros primarios Reipublicæ suæ ad eum miserunt. Qui cum ipso collocuti, tantum abfuerunt, ut propositarum conditionum ullam admitterent, ut ne audire quidem quæ imperabantur, adeo gravia illa erant, sustinuerint. (6) Nam Marcus quidem, ceu victor jam universæ rei, quidquid concederet, id omne beneficii munerisque loco haberi postulabat. (7) Carthaginienses contra, qui viderent nihil sibi, etiamsi plane sub ditionem pop. Rom. pervenissent, contingere durius posse quam illa erant quæ imperabantur; non solum aversati propositas conditiones domum redierunt, sed etiam duritia Marci non modicriter offensi. (8) Senatus vero Carthaginiensium, legibus pacis auditis quas dixerat Marcus, etsi prope jam omni spe salutis amissa, adeo tamen viriliter ac generose restitit, ut pati quidvis, atque omnia experiri, quamlibet denique fortunam subire, cuncti præoptarent, prius quam aliquid ferrent nobilitate sua et gloria rerum gestarum indignum.

XXXII. Sub id tempus appellit Carthaginem eorum unus, quos ad conducendum mercede militem in Græciam antea miserant, ingentem manum secum adducens: in quibus Xanthippus quidam fuit, Lacedæmonius, vir disciplina Laconica imbutus, et qui rei militaris probabilem usum habebat. (2) Hic vir, audita clade nūpera, et quomodo, quave ratione illa esset accepta; contemplatus etiam reliquos Pœnorum apparatus, numerumque equitum atque elephantorum; illico apud animum suum statuit, dixitque inter amicos: nequaquam Romanos esse, qui Carthaginienses vicissent; verum ipsos a se ipsis, ductorum inperitia, fuisse victos. (3) Sparsis statim, ut consentaneum erat eo rerum statu, in vulgus atque inter ipsos etiam duces Xanthippi sermonibus; placuit principibus civitatis, hominem ad se accitum experiri. (4) Qui ubi ad colloquium venit, rationes eorum quæ dixerat magistratibus exhibet, simul acceptæ cladis causam aperiens, confirmansque, si consilio velint uti suo, et qua in agmine ducendo, qua in eligendo castris aut pugnae loco, plana selectari loca; non solum securitati suæ facile eos hac ratione posse consulere, verum etiam hostem vincere. (5) Probare duces quæ dicebantur: atque e vestigio in hujus transientes sententiam, ducatum copiarum illi tradunt. (6) Erat igitur de hac etiam Xanthippi voce, simul ac in vulgus exiit, rumor quidam et communis sermo omnium bonæ



παρὰ τοῖς πολλοῖς. (7) Ὡς δ' ἐξαγαγὼν πρὸ τῆς πόλεως τὴν δύναμιν ἐν κόσμῳ παρενέβαλε, καὶ τι καὶ κινεῖν τῶν μερῶν ἐν τάξει, καὶ παραγγέλλειν κατὰ νόμους ἤρξατο· τηλικαύτην ἐποίει διαφορὰν παρὰ τὴν τῶν προτέρων στρατηγὸν ἀπειρίαν, ὥστε μετὰ κραυγῆς ἐπισημαίνεσθαι τοὺς πολλοὺς, καὶ σπεύδειν ὡς τάχιστα συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις, πεπεισμένους, μηδὲν ἂν παθεῖν δεῖνόν ἡγουμένου Ξανθίππου. (8) Τούτων δὲ γιγνομένων, οἱ στρατηγοὶ συνιδόντες τοὺς ὄχλους ἀνατεθαβήκοντας παραδόξως ταῖς ψυχαῖς, παρακαλέσαντες αὐτοὺς τὰ πρόποντα τῷ καιρῷ, μετ' ὀλίγας ἡμέρας ὥρμησαν ἀναλαβόντες τὴν δύναμιν. (9) Αὕτη δ' ἦν, πεῖροι μὲν εἰς μυρίους καὶ διαχιλίους, ἵππεῖς δὲ τετρακισχilioi. Τὸ δὲ τῶν ἐλεφάντων πλῆθος, ἔγγιστά που τῶν ἑκατόν.

XXXIII. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, θεωροῦντες τοὺς Καρχηδονίους τὰς τε πορείας ποιομένους διὰ τῶν θαλάσσιων τόπων, καὶ τὰς στρατοπεδείας τιθέντας ἐν τοῖς ἐπιπέδοις τῶν χωρίων, κατ' αὐτὸ μὲν τοῦτο ξενιζόμενοι διετρέποντο· τοῖς γε μὴν δλοῖς ἐσπεύδον ἐγγίσει τοῖς πολεμίοις. (2) Συνάψαντες δὲ, τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν κατεστρατοπέδευσαν ὡς δέκα σταδίου ἀποσχόντες τῶν ὑπεναντίων. (3) Τῇ δὲ κατὰ πόδας, οἱ μὲν προσεστώτες τῶν Καρχηδονίων ἐβουλεύοντο, πῶς καὶ τί πρακτέον εἴη κατὰ τὸ παρόν. (4) Οἱ δὲ πολλοὶ προθυμῶς ἔχοντες πρὸς τὸν κίνδυνον, συστρεφόμενοι κατὰ μέρη, καὶ κατ' ὄνομα τὸν Ξανθίππον ἀναβοῶντες, ἐξαγεῖν σφᾶς ὥντο δεῖν τὴν τάχιστην. (5) Οἱ δὲ στρατηγοί, τὴν τε τῶν ὄχλων ὁρμὴν καὶ προθυμίαν θεωροῦντες, ἅμα δὲ καὶ τοῦ Ξανθίππου διαμαρτυρομένου μὴ παρίναί τὸν καιρὸν, παρήγγειλαν τῷ μὲν πλήθει διασκευάζεσθαι· τῷ δὲ Ξανθίππῳ χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν ἐπέτρεψαν, ὥς ποτ' αὐτῷ δοκοῖ συμφέρειν. (6) Ὁ δὲ, λαβὼν τὴν ἐξουσίαν, τοὺς μὲν ἐλέφαντας ἐξαγαγὼν ἐφ' ἓνα πρὸ πάσης τῆς δυνάμεως ἐν μετώπῳ κατέστησε· τὴν δὲ φάλαγγα τῶν Καρχηδονίων ἐν ἀποστήματι συμμέτρῳ τούτοις κατόπιν ἐπέστησε. (7) Τῶν δὲ μισθοφόρων, τοὺς μὲν ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρασ παρενέβαλε, τοὺς δ' εὐκίνητοτάτους ὁμοῦ τοῖς ἱππεῦσιν ἑκατέρου τοῦ κέρατος πρόσετρεψεν. (8) Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, συνιδόντες παραταττομένους τοὺς ὑπεναντίους, ἀντεξήσαν ἐτόιμους. (9) Καταπληττόμενοι δὲ καὶ προορώμενοι τὴν τῶν ἐλεφάντων ἔφοδον, προθέμενοι τοὺς γροσφομάχους, πολλὰς ἐπ' ἀλλήλαις κατόπιν ἵστασαν σημαίας, τοὺς δ' ἱππεῖς ἐμέρισαν ἐφ' ἑκάτερον τὸ κέρασ. (10) Τὴν δὲ σύμπασαν τάξιν βραχυτέραν μὲν ἢ πρόσθεν, βαθύτεραν δὲ ποιήσαντες, τῆς μὲν πρὸς τὰ θηρία μάχης δαόντως ἦσαν ἐστοχασμένοι· τῆς δὲ πρὸς τοὺς ἱππεῖς, πλεονασίας ὄντας τῶν παρ' αὐτοῖς, δλοσχερῶς ἡστόχησαν. (11) Ἐπεὶ δ' ἀμφοτέρω κατὰ τὰς ἑαυτῶν προαιρέσεις καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος ἑκάστους ἐθῆκαν εἰς τὰς ἀρμοζούσας τάξεις, ἔμενον ἐν κόσμῳ, παραδοχοῦντες τὸν καιρὸν τῆς ἀλλήλων ἐπιθέσεως.

XXXIV. Ἄμα δὲ τῷ τὸν Ξανθίππον τοῖς μὲν ἐπὶ

spei plenus : (7) sed ubi eductas ante urbem copias ordine instruere, ordinatosque per partes movere, et ex artis legibus jussa dare coepit; tum vero tanta illius visa est esse praestantia praee superiorum ducum imperitia, ut clamore laetitia vulgo omnes significarent, et quam primum cum hoste cuperent configere : persuasi, Xanthippo ductore, nihil sibi posse adversi contingere. (8) Post haec, ut vident duces, multitudinem animos mirabilem in modum resumisse; pro tempore suos adhortati, paucis interjectis diebus, cum exercitu profisciscuntur. (9) Fuere in eo peditum ad duodecim millia, equites quater mille : elephantorum numerus ad centum fere accedebat.

XXXIII. Romani, quando viderunt Carthaginenses per aequa loca iter facere, et in plano locare castra, ipsius quidem huius rei novitate conturbabantur : at, quidquid esset, tamen propius cum hoste congredi festinabant. (2) Quibus jam propinqui, primo die ad mccc passus ab illis castra ponunt. (3) Postridie deliberatur a principibus Pœnorum, quid jam, quove modo esset agendum. (4) Milites vero pugnandi cupiditate accensi, circulos passim cogere : Xanthippi nomen cum clamoribus usurpare; postulare denique, ut quam primum educerentur. (5) Hunc illorum impetum atque alacritatem quum animadvertent duces, obtestante simul Xanthippo, ne oblatam occasionem elabi sinerent; milites ad pugnam se parare jubent : ipsi Xanthippo, facere quidquid e re futurum judicaret, permittunt. (6) Ille, accepta hac potestate, elephantos in ordinem unum digestos, ante universam aciem in frontem instruit : pone bestias modico relicto intervallo, phalangem Carthaginensium statuit. (7) Mercenarii militis partem in dextro cornu locat; reliquam partem, quae maxime expedita erat, una cum equitibus, cornibus utrimque praesidio esse jussit. (8) Romani, instrui ab hostibus aciem cernentes, prompto et ipsi animo contra exeunt. (9) Timentes vero elephantorum, quam praevidebant, impressionem; velitibus praepositis, a tergo illorum plures deinceps manipulos unum post alterum locant : equites in utrumque cornu distribuunt. (10) Sic totius aciei longitudini, quam prius usurpaverant, aliquid detrahentes, quod altitudini adjiciebatur; ad pugnam cum bestiis commode se fore instructos, recte coniecerunt : in cavendo vero sibi ab equitibus, quorum numerus longe major apud Pœnos erat, tota via aberrarunt. (11) Et Romanus et Pœnus, dispositis ex animi sententia singulis ordinibus acieque universa, ita ordinati se continebant; quum uterque mutuae invasionis opportunitatem capta.

XXXIV. Simul ac vero Xanthippus eos qui elephantos re

τῶν θηρίων παραγγεῖλαι πράγειν, καὶ διασπᾶν τὰς τῶν ὑπεναντίων τάξεις, τοῖς δ' ἰππεύουσιν, ἐφ' ἑκατέρου τοῦ κέρατος κυκλοῦν, καὶ προσβάλλειν τοῖς πολεμοῖς, (2) τότε δὲ καὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον κατὰ τὰ παρ' αὐτοῖς ἔθη συμφορῇσαν τοῖς ὅπλοις καὶ συναλαλάξαν, ὥρμησεν ἐπὶ τοὺς πολεμούς. (3) Οἱ μὲν οὖν ἰππεῖς τῶν Ῥωμαίων ταχέως ἀφ' ἑκατέρων τῶν κεράτων ἐφυγον, διὰ τὸ πολλαπλάστους εἶναι τοὺς Καρχηδονίους. (4) Τῶν δὲ πεζῶν οἱ ταχθέντες ἐπὶ τοῦ λαοῦ κέρως, ἅμα μὲν ἐκκλίνοντες τὴν τῶν θηρίων ἐφοδόν, ἅμα δὲ καταφρονούντες τῶν μισθοφόρων, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Καρχηδονίων· τρεφάμενοι δὲ τούτους, ἐπέκειντο καὶ κατεδίωκον αὐτοὺς ἕως εἰς τὸν χάρακα. (5) Τῶν δὲ κατὰ τοὺς ἐλάφαντας ταχθέντων, οἱ μὲν πρῶτοι συμπεσόντες, ὑπὸ τῆς βίας τῶν ζώων ἐξωθούμενοι καὶ καταπατούμενοι, σωρηδὸν ἐν χειρῶν νόμῳ διεφθείροντο· τῆς γε μὴν ὅλης τάξεως τὸ σύστημα, διὰ τὸ βάθος τῶν ἐφεστώντων, ἕως τινος ἀδιάσπαστον ἔμεινεν. (6) Ἐπεὶ δ' οἱ μὲν τὰς ἐσχάτας ἔχοντες τάξεις, κυκλοῦμενοι πανταχόθεν ὑπὸ τῶν ἰππέων, ἡναγχάζοντο πρὸς τούτους στρεφόμενοι κινδυνεύειν· οἱ δὲ διὰ μέσων τῶν ἐλαφάντων εἰς τὸ πρόσθεν ἐκδιαιζόμενοι καὶ κατὰ νότον παριστάμενοι τῶν θηρίων, εἰς ἀκέραιον καὶ συνεταγμένην ἐμπίπτοντες τὴν τῶν Καρχηδονίων φάλαγγα, διεφθείροντο· (7) τότε δὲ πανταχόθεν πονοῦντες, οἱ μὲν πλείστοι τῶν Ῥωμαίων συνεπατήθησαν ὑπὸ τῆς ὑπερφυοῦς βίας τῶν ζώων, οἱ δὲ λοιποὶ συνηκοντίσθησαν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰππέων ἐν αὐτῷ τῷ τῆς παρατάξεως τόπῳ, τελέως δὲ τινες ὀλίγοι πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. (8) Οὐσῶν δὲ πεδινῶν τῶν ὑποχωρήσεων, καὶ τούτων οἱ μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων καὶ τῶν ἰππέων ἀπώλλυντο· πενταχόσιοι δὲ ἴσως οἱ μετὰ Μάρκου τοῦ στρατηγοῦ φυγόντες, μετ' ὀλίγον ὑποχειρίοι γενόμενοι, σὺν αὐτῷ ἐκείνῳ πάντες ἐξωγήθησαν. (9) Τῶν μὲν οὖν παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις μισθοφόρων ἔπεισον εἰς ἀτακτοὺς, οἱ κατὰ τὸ λαὸν τῶν Ῥωμαίων ταχθέντες, τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐσώθησαν μὲν εἰς διαγίλους, οἱ κατὰ τὸ δῶγμα τῶν προειρημένων ἐκτὸς γενόμενοι τοῦ κινδύνου. (10) Τὸ δὲ λοιπὸν πλήθος διεφθάρη, πλὴν Μάρκου τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῶν ἅμα τούτῳ φυγόντων. (11) Αἱ μὲν οὖν σημαῖαι τῶν Ῥωμαίων αἱ σωθεῖσαι, διέπεισον εἰς τὴν Ἀσπίδα παραδόξως. (12) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τοὺς νεκροὺς σκυλεύσαντες, καὶ τὸν στρατὸν ἅμα μετὰ τῶν αἰχμαλώτων ἄγοντες, ἐπανήλθον περὶ γαρεῖς τοῖς παροῦσιν εἰς τὴν πόλιν.

XXXV. Ἐν ᾧ καιρῷ πολλὰ τις ἀν, ὁρθῶς ἐπισημαινόμενος, εὖροι πρὸς ἐπανάρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου συντελέσοντα. (2) Καὶ γὰρ τὸ διαπιστεῖν τῇ τύχῃ, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς εὐπραγίας, ἐναργέστατον ἐφάνη πᾶσι τότε διὰ τῶν Μάρκου συμπτωμάτων. (3) Ὁ γὰρ μικρῷ πρότερον οὐ διδοῦς ἔλεον οὐδὲ συγγνώμην τοῖς πταίοισι, παρὰ πόδας αὐτὸς ἤγετο, δεησόμενος τούτων περὶ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας. (4) Καὶ μὴν καὶ τὸ παρ' Εὐριπίδῃ, πάλαι καλῶς εἰρησθαὶ δοκοῦν, ὅς Ἐν

gebant jussit progredi, et aciem hostium dissipare, equites ab utroque cornu hostem cingere, atque adoriri : (2) tum etiam Romani more suo armis concrepuerunt, et, clamore militari edito, Pœnum invadere cœperunt. (3) Sed Romani quidem equites, quod multis partibus numero superarentur a Carthaginiensibus ab utroque mox cornu fugerunt. (4) E peditibus vero qui in sinistro cornu erant, partim ut belluarum impetum declinarent, partim quod conductitium militem aspèrarentur, dextimos Carthaginiensium petunt : versis in fugam instant, et ad vallum usque eos persequuntur. (5) Qui autem ex adverso elephantorum locati fuerant, horum primi, magna vi facto in eos impetu, bestiarum violentia repulsi et conculcati, acervatim pugnantes conficiebantur. Attamen universæ aciei corpus, propter stantium pone primos ordines profundam seriem, aliquamdiu mansit indivisum. (6) Postea vero quam extremi ordines, undique ab equitibus circumventi, cogeantur facta conversione cum iis dimicare : et illi qui per medios elephantos in ulteriora perruperant, cum jam a tergo bestiarum consisterent, in Pœnorum integram atque compositam phalangem incidentes trucidati sunt, (7) tum vero omni ex parte laborantes Romani, plurimi quidem ab inmani vi belluarum sunt conculcati, reliqui in ipso pugnæ loco ab equitum turba jaculis sunt confixi : perpauci admodum fuere qui fugam capesserent. (8) Sed quia per patentes campos erat fugiendum, etiam horum plerique ab elephantis equitibusque sunt cæsi : ad quingentos, qui cum Marco Consule fugerant, mox in hostium potestatem venerunt, et omnes cum ipso vivi sunt capti. (9) Desiderati sunt eo prælio e mercenariis Pœnorum, qui contra sinistrum Romanorum cornu steterant, ad dccc. Romanorum servati sunt ad duo millia ; qui, dum alteros, de quibus modo dictum est, persequitur hostis, periculo sunt exempti. (10) Reliqui omnes, excepto Marco Cos. et quos ille fugæ comites habuit, perierunt. (11) Qui super fuerunt manipuli, Clupeam miraculo evaserunt. (12) Carthaginienses, post detracta cadaveribus spolia, ipsum quoque Consulem inter captivos ducentes, gaudio ex successu ovantes in urbem sunt reversi.

XXXV. Hic vero multa, si quis recte observet, inveniet accidisse, ad corrigendos vitæ hominum errores profutura. (2) Etenim, Fortunæ non esse confidendum, utique in rebus lætis, per ea, quæ Regulo acciderunt, omnibus tunc factum est manifestissimum. (3) Nam qui paulo ante nullum misericordiæ locum dabat, neque ullam afflictis veniam concedebat : mox ductus ipse est, iisdem pro salute sua supplicaturus. (4) Jam porro, quod recte olim dixit Euripides, MENS UNA SAPIENS PLURIMUM VINCIT MANUS, ex ipais rebus ma-

σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, τότε δὲ αὐτῶν τῶν ἔργων ἔλαβε τὴν πίστιν. (5) Ἐἷς γὰρ ἄνθρωπος, καὶ μία γνώμη, τὰ μὲν ἀήττητα πλήθη καὶ πραγματικὰ δοκοῦντα εἶναι καθεῖλε, τὸ δὲ προφανὺς πεπτωκὸς ἄρδην πολιτεύμα, καὶ τὰς ἀπληγχαῖας ψυχὰς τῶν δυνάμεων, ἐπὶ τὸ χρεῖττον ἤγαγεν. (6) Ἐγὼ δὲ τούτων ἐπεμνήσθην, χάριν τῆς τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς ὑπομνήμασι διορθώσεως. (7) Δυοῖν γὰρ ὄντων τρόπων πᾶσιν ἀνθρώποις τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταθέσεως· τοῦ τε διὰ τῶν ἰδίων συμπτωμάτων, καὶ τοῦ διὰ τῶν ἀλλοτρίων· ἐναργέστερον μὲν εἶναι συμβαίνει τὸν διὰ τῶν οἰκείων περιπετεῖων, ἀβλαβέστερον δὲ τὸν διὰ τῶν ἀλλοτρίων. (8) Διὸ τὸν μὲν οὐδέποθ' ἐκουσίως αἰρετέον, ἐπεὶ μετὰ μεγάλων πόνων καὶ κινδύνων ποιεῖ τὴν διορθώσιν· τὸν δὲ αἰετὶ θηρευτέον, ἐπεὶ χωρὶς βλάβης ἐστὶ συνιδεῖν ἐν αὐτῷ τὸ βέλτιον. (9) Ἐξ ὧν συνιδόντι, καλλίστην παιδεῖν ἡγητέον πρὸς ἀληθινὸν βίον τὴν ἐκ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας περιγιγνομένην ἐμπειρίαν. (10) Μόνῃ γὰρ αὕτῃ χωρὶς βλάβης, ἐπὶ παντός καιροῦ καὶ περιστάσεως, κριτὰς ἀληθινοῦς ἀποτελεῖ τοῦ βελτίονος. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν ἐπὶ τοσούτον εἰρήσσω.

XXXVI. Καρχηδόνιοι δὲ, κατὰ νοῦν ἀπάντων σφίσι χειρωρηκότων, υπερβολὴν χαρᾶς οὐκ ἀπέλειπον, διὰ τε τῆς πρὸς τὸν θεὸν εὐχαριστίας, καὶ διὰ τῆς μετ' ἀλλήλων φιλοφροσύνης. (2) Ἐάνθιππος δὲ, τηλικαύτην ἐπίδοσιν καὶ ῥοπὴν ποιήσας τοῖς Καρχηδονίωι πράγμασι, μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέπλευσε πάλιν, φρονίμως καὶ συνετῶς βουλευσάμενος. (3) Αἱ γὰρ ἐπιφανεῖς καὶ παραδόχοι πράξεις, βαρεῖς μὲν τοὺς φρόνους, ὀξείας δὲ τὰς οἰκτολὰς γεννῶσιν· ἃς οὐ μὲν εἰς ἡμῶν οἷα τε τὰς συγγενείας καὶ τῶν φίλων πλῆθος οἷοί τ' ἂν εἶεν ἀναφέρειν· οἱ δὲ ξένοι ταχέως ὑφ' ἑκατέρων τούτων ἡττῶνται, καὶ κινδυνεύουσι. (4) Λέγεται δὲ καὶ ἕτερος ὑπὲρ τῆς ἀπαλλαγῆς τῆς Ἐάνθιππου λόγος· ὃν πειρασόμεθα διασαφεῖν, οἰκιστέον λαβόντες τοῦ παρόντος καιρόν. (5) Ῥωμαῖοι δὲ, προσπεσόντων σφίσι παρ' ἑλπίδα τῶν ἐν Λιβύῃ συμβεβηκότων, εὐθέως ἐγίνοντο πρὸς τὸ καταρτίζειν τὸν στόλον, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐξαιρεῖσθαι τοὺς ἐν τῇ Λιβύῃ διασεωσμένους. (6) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μετὰ ταῦτα στρατοπεδεύσαντες, ἐπολιόρκουν τὴν Ἀσπίδα, σπουδάζοντες ἐγκρατεῖς γενέσθαι τῶν ἐκ τῆς μάχης διαφυγόντων. (7) Διὰ δὲ τὴν γενναϊότητα καὶ τόλμαν τῶν ἀνδρῶν, οὐδαμῶς ἐλεῖν δυνάμενοι, τέλος ἀπέστησαν τῆς πολιορκίας. (8) Προσπεσόντος δ' αὐτοῖς, ἐξαρτῦειν τὸν στόλον τοὺς Ῥωμαίους, καὶ μέλλειν αὖθις ἐπὶ τὴν Λιβύην ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν· τὰ μὲν ἐπεσκεύαζον σκάφη, δὲ δ' ἐκ καταβολῆς ἐναυπηγοῦντο. (9) Ἰαχὺ δὲ συμπληρώσαντες ναῦς διακοσίας, ἀνήχθησαν, καὶ παρεφύλαττον τὸν ἐπίπλουον τῶν ὑπεναντίων. (10) Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τῆς θερείας ἀρχομένης, κατελεύσαντες τριακόσια καὶ πενήκοντα σκάφη, καὶ στρατηγούς ἐπιστήσαντες Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Σερουῖον Φολοῦιον ἐξαπέστελλον. Οἱ δ', ἀνχθέντες, ἔπλεον

nifestam tunc fidem invenit. (5) Unus quippe vir, et consilium unum, legiones, quæ propter sollertiam ac præstantiam in re militari vinci non posse credebantur, delevit; civitatem vero illam, quam penitus concidisse palam erat, et fractos desperatione animos militum, recreavit atque erexit. (6) Equidem vero ista commemoravi, ut, qui hos Commentarios legerint, ad meliora instituantur. (7) Nam quum duæ universis mortalibus propositæ sint ad proficiendum rationes; altera per proprios casus, per alienos altera: evidentiior quidem illa est, quæ per propria ducit infortunia; et tutior illa, quæ per aliena. (8) Itaque viam priorem sponte sua nemo unquam debet ingredi: magnis enim ejusmodi correctio laboribus constat ac periculis. Posterior semper nobis captanda: per quam sine ulla noxa id, quod melius est, cernere unicuique licet. (9) Quod reputantem, sic apud se quemque statuere oportet: pulcherrimum disciplinæ genus esse ad veras vitæ rationes cognoscendas, peritiam ex historia rerum gestarum collectam. (10) Sola namque hæc omni tempore, ac quocumque rerum statu, nullo tuo incommodo dijudicandi id quod melius est facultatem tibi largitur. Verum de his hactenus.

XXXVI. Carthaginenses, quibus ex voto omnia cesserant, significandæ lætitiæ nihil reliqui fecerunt: cum gratias deo agentes, tum mutua inter se benevolentiae officia usurpantes. (2) Xanthippus vero, qui rebus Carthaginensium ad nova incrementa tantum momentum attulerat, non multo post inde est profectus: prudenti sane sapientique consilio. (3) Illustres enim atque admirandæ actiones graves invidias et acres calumnias conflare solent: quibus perferendis cives fortasse, cognatorum amicorumque opibus nixi, fuerint pares: at peregrinis utraque res in exitium facile vertit. (4) Sunt vero qui discessum Xanthippi aliter narrent: quorum sententiam, commodiorem nacti locum, referemus. (5) Romani, nuntio inopinato accepto de iis quæ in Africa acciderant, ad reparandam classem animum statim applicant, et eos periculo eximendos, qui prælio effugerant. (6) Quos ut in potestatem redigerent Carthaginenses, Clupeam castris admotis obsidione cinxerant: (7) sed magno animo atque audacia illis resistentibus, frustra omnia experti, tandem obsidione destiterant. (8) Ut nuntiatum Pœnis, classem Romanos parare; qua in Africam iterum navigent: ipsi quoque alias reficere naves, alias a fundamentis ædificare. (9) Quumque brevi spatio ducentas rebus omnibus instruxissent, classe ire obviam hosti, ejusque adventum observare pergunt. (10) Romani, initio æstatis deductis in mare navibus trecentis et quinquaginta, ductu novorum Coss. M. Æmilii et Servii Fulvii copias proficisci jubent. Illi sublati ancoris

παρὰ τὴν Σικελίαν, ὡς ἐπὶ τῆς Λιβύης. (11) Συμμίξαντες δὲ περὶ τὴν Ἑρμαῖαν τῶν τῶν Καρχηδονίων στολῶν, τούτους μὲν ἐξ ἐφόδου καὶ βραδίως τρεφάμενοι, ναῦς λαβὼν αὐτάνδρους ἑκατὸν δεκατέσσαρας (12) τοὺς δ' ἐν Λιβύῃ διαμείναντας νεανίσκους ἀναλαβόντες ἐκ τῆς Ἀσπίδος, ἐπλεον ὕθις ἐπὶ τῆς Σικελίας.

XXXVII. Διάραντες δὲ τὸν πόρον ἀσφαλῶς, καὶ προσμίζαντες τῇ τῶν Καμαριναίων χώρᾳ, τηλικούτῳ περιέπεσον χειμῶνι καὶ τηλικαύταις συμφοραῖς, ὥστε μὴδ' ἂν εἰπεῖν ἀξίως δύνασθαι, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ συμβάντος. (3) Τῶν γὰρ ἐξήκοντα καὶ τεττάρων πρὸς ταῖς τριακοσίαις ναυσὶν, ὀδοήκοντα μόνον συνέβη περιλειφθῆναι σκάφη· τῶν δὲ λοιπῶν τὰ μὲν ὑποβρύχια γενέσθαι, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ῥαχίας πρὸς ταῖς σπιλάσι καὶ τοῖς ἀκρωτηρίοις καταγνυμένα, πλήρη ποιῆσαι σωματῶν τὴν παραλίαν καὶ ναυαγίων. (3) Ταύτης δὲ μείζῳ περιπέτειαν ἐν ἐνὶ καιρῷ κατὰ θάλατταν, οὐδ' ἱστορῆσαι συμβέβηκεν. Ἦς τὴν αἰτίαν οὐχ οὕτως ἐς τὴν τύχην, ὡς εἰς τοὺς ἡγεμόνας ἐπανοιστέον. (4) Πολλὰ γὰρ τῶν κυβερνητῶν διαμαρτυραμένων, μὴ πλεῖν παρὰ τὴν ἐξω πλευρὰν τῆς Σικελίας, τὴν πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος ἐστραμμένην, διὰ τὸ πελαγίαν εἶναι καὶ δυσπροσόριστον, ἅμα δὲ καὶ τὴν μὲν οὐδέπω καταλήγειν ἐπισπασίαν, τὴν δ' ἐπιφέρεισθαι μεταξὺ γὰρ ἐποιοῦντο τὸν πλοῦν τῆς Ὀρίωνος καὶ Κυνὸς ἐπιτολῆς· (5) οὐδενὶ προσστρόντες τῶν λεγομένων, ἤλασαν ἐξω πελάγιοι, γενοδόζοντες τινὰς τὼν ἐν τῇ παράπλῳ πόλεις, τῇ τοῦ γεγονότος εὐτυχήματος φαντασίᾳ καταπληζάμενοι, προσλαβέσθαι. (6) Πλὴν οὐτοὶ μὲν μικρῶν ἐλπίδων ἔνεκα μεγάλοις περιτυχόντες ἀτυχήμασι, τότε τὴν αὐτῶν ἀβουλίαν ἔγνωσαν. (7) Καθόλου δὲ Ῥωμαῖοι πρὸς πάντα χρώμενοι τῇ βίᾳ, καὶ τὸ προτεθὲν οἰόμενοι δεῖν κατ' ἀνάγκην ἐπιτελεῖν, καὶ μὴδὲν ἀδύνατον εἶναι σφίσι τῶν ἀπαξ δοσάντων, ἐν πολλοῖς μὲν κατορθοῦσι διὰ τὴν τοιαύτην ὁρμὴν, ἐν τισὶ δὲ προφανῶς σφάλλονται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κατὰ θάλατταν. (8) Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς γῆς, πρὸς ἀνθρώπους καὶ τὰ τούτων ἔργα ποιούμενοι τὰς ἐπιβολὰς, τὰ μὲν πολλὰ κατορθοῦσι, διὰ τὸ πρὸς παραπλησίους δυνάμεις χρῆσθαι τῇ βίᾳ· ποτὶ δὲ, καὶ σπανίως, ἀποτυχάνουσι. (9) Πρὸς δὲ τὴν θάλατταν καὶ πρὸς τὸ περιέχον ὅταν παραβῶνται καὶ βιαιομαχῶσι, μεγάλοις ἐλαττώμασι περιπίπτουσι. (10) Ὁ καὶ τότε καὶ πλεονάκεις αὐτοῖς ᾗδῃ συνέβη, καὶ συμβήσεται πάσχειν, ἕως ἂν ποτε διορθωσονται τὴν τοιαύτην τολμὰν καὶ βίαν· καθ' ἣν οἴονται, δεῖν αὐτοῖς πάντα καιρὸν εἶναι πλωτῶν καὶ πορευτῶν.

XXXVIII. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, συνέντες τὸν γεγονότα φόρον τοῦ τῶν Ῥωμαίων στολῶν, καὶ νομίσαντες κατὰ μὲν γῆν ἀξίόχρευσ εἶναι διὰ τὸ προγεγονὸς εὐτύχημα, κατὰ δὲ θάλατταν διὰ τὴν εἰρημνήν τῶν Ῥωμαίων περιπέτειαν, ὀρμησαν προθυμότερον ἐπὶ ταῖς ναυτικὰς καὶ πέλικας παρασκευάς. (2) Καὶ τὸν μὲν Ἀσδρούβαν εὐθὺς ἐξαπέστειλλον εἰς τὴν Σικελίαν, δόντες αὐτῷ τοὺς τε προὔπαρχοντας, καὶ τοὺς ἐκ

praeter Siciliam navigant, in African cursum dirigentes. (11) Circa Hermæuin promontorium commisso cum classe Punica certamine, primo statim impetu hoste in fugam verso, cxiv naves cum ipsis vectoribus capiunt. (12) Tum, receptis Clupeæ militibus, qui in Africa adhuc restabant, mox iterum Siciliam petunt.

XXXVII. Jam medium mare sine periculo erant emensi, et Camarinæorum ditioni appropinquabant, cum in tantam inciderunt tempestatem tantasque calamitates, ut ne referri quidem pro rei magnitudine satis possint. (2) De navibus enim cccxliv solæ remanserunt lxxx: ceterorum naviorum alia undis obruta, alia aestu maris ad scopulos et promontoria illisa atque fracta, corporibus et naufragii tabulis oram universam compleverunt. (3) Qua clade maiorem aliam, uno tempore mari acceptam ne historiarum quidem commemorant. Causa vero illius, non tam fortunæ, quam ipsis Consulibus est adscribenda. (4) Quippe gubernatoribus sæpe multum obtestantibus, ne secundum exterius Siciliæ latus, quod mare Africanum spectat, navigare vellent; quoniam profundum ibi pelagus est, et tota illa ora importuosa; simul quod una significatio mutationis cæli nondum finem habebat, et alia instabat: (nam inter Orionis et Canis ortum navigabant: ) (5) illi, spretis hisce monitis, extrorsum per altum imprudenter sunt provecti; cupientes oppida nonnulla, in illo posita littore quod præter navigabant, recentem victoriam ostentando, perterrefacere, et ad deditionem compellere. (6) Sed hi, ob spes exiguas, magnis mactati infortuniis, stultitiam suam tum certe agnoverunt. (7) At Romani, quum in universum violentiam ad omnia adhibeant, et quidquid proposuerint id necessario fieri debere existiment, nihilque eorum, quæ semel decreverint, non posse fieri statuunt: efficiunt illi quidem hoc suo impetu, pleraque omnia ex animi sententia; in quibusdam tamen clades patiuntur insignes, maxime autem in mari. (8) Nam in terra quidem, ubi res illis est cum hominibus et operibus humanis, ut plurimum succedit audacia; quoniam adversus similes vires violentia utitur: tamen etiam hic aliquando, licet raro, ausus excidunt. (9) At quoties contra mare aut cælum pugnare audent, et obstinata sua violentia vincere omnia posse putant, magnas calamitates incurrunt. (10) Quod et tunc, et sæpe alias, experti sunt: et experientur etiam in posterum, donec audaciam hanc et violentiam correxerint, per quam omni tempore maria terrasque omnes sibi pervias esse debere autumant.

XXXVIII. Carthaginenses, cognito Romanæ classis naufragio, rati, terrestribus quidem copiis propter superiorem victoriam pares se Romanis, navalibus vero propter hanc illorum calamitatem: eo animosius utriusque generis paratibus operam dabant. (2) Igitur Asdrubalem confestim in Siciliam mittunt: traduntque illi, præter quos ante habebat sub

τῆς Ἡρακλείας παραγεγονότας στρατιώτας, ἅμα δὲ τούτοις ἑλέφαντας ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα. (3) Τούτων δ' ἐκπέμψαντες, διακοσίας κατεσκευάζοντο ναῦς, καὶ τὰλλα τὰ πρὸς τὸν πλοῦν ἡτοίμαζον. (4) Ὁ δ' Ἀσδρούβας, διακομισθεὶς εἰς τὸ Λιλύβαιον ἀσφαλῶς, τὰ τε θηρία καὶ τὰς δυνάμεις ἐγύμναζε, καὶ δῆλος ἦν ἀντιποιοιζόμενος τῶν ὑπαίθρων. (5) Ῥωμαῖοι δὲ τῶν ἐκ τῆς ναυαγίας ἀνακομισθέντων διακούσαντες τὸ κατὰ μέρος, βαρέως μὲν ἤνεγκαν τὸ γεγονός· οὐ βουλόμενοι δὲ καθάπαξ εἰκῆιν, αὖθις ἐγνώσαν, ἐκ τῶν δρυόχων εἰκοσι καὶ διακόσια ναυπηγείσθαι σκάφη. (6) Τούτων δὲ τὴν συντέλειαν ἐν τριμήνῳ λαβόντων, ὅπερ οὐδὲ πιστεῦσαι βράδιον, εὐθέως οἱ κατασταθέντες ἄρχοντες, Ἀῦλος Ἀτίλιος καὶ Γναῖος Κορνήλιος, καταρτίσαντες τὸν στόλον, ἀνήχθησαν· (7) καὶ πλεύσαντες διὰ πορθμοῦ, προσελθόντες ἐκ τῆς Μεσσήνης τὰ διασωθέντα τῶν πλοίων ἐκ τῆς ναυαγίας· καὶ κατάραντες εἰς Πάνορμον τῆς Σικελίας τριακοσίαις ναυσὶν, ἥπερ ἦν βαρυτάτη πόλις τῆς τῶν Καρχηδονίων ἐπαρχίας, ἐνεχείρησαν αὐτὴν πολιορκεῖν. (8) συστησάμενοι δὲ κατὰ διττοῦς τόπους ἔργα, καὶ τὰλλα παρασκευασάμενοι, προσήγαγον τὰς μηχανάς. (9) Ῥαδίως δὲ τοῦ παρὰ θάλατταν πύργου πεσόντος, καὶ βιασαμένων ταύτῃ τῶν στρατιωτῶν, ἡ μὲν καλουμένη νέα πόλις ἐζλώκει κατὰ κράτος· ἡ δὲ παλαιὰ προσαγορευομένη, τούτου συμβάντος, ἐκινδύνευσεν. Διὸ καὶ ταχέως ἐνέδωκαν αὐτὴν οἱ κατοικοῦντες. (10) Γενόμενοι δ' ἐγκρατεῖς, οὗτοι μὲν ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Ῥώμην, ἀπολιπόντες φυλακὴν τῆς πόλεως.

XXXIX. Μετὰ δὲ ταῦτα, τῆς θερείας ἐπιγενομένης, οἱ κατασταθέντες ἄρχοντες, Γναῖος Σερουίλιος καὶ Γάιος Σεμπρώνιος, ἀνέπλευσαν παντὶ τῷ στόλῳ καὶ διάραντες εἰς τὴν Σικελίαν, ἀφώρμησαν ἐντεῦθεν εἰς τὴν Λιβύην. (1) Κομιζόμενοι δὲ παρὰ τὴν γῶραν, ἐποιοῦντο καὶ πλείστας ἀποβάσεις. Ἐν αἷς οὐδὲν ἀξιόλογον πράττοντες, παρεγίνοντο πρὸς τὴν τῶν Λωτοφάγων νῆσον ἣ καλεῖται μὲν Μῆνιγξ, οὐ μακρὰν δ' ἀπέχει τῆς μικρᾶς Σύρτεως. (2) Ἐν ἣ προπλέοντες εἰς τινα βραχέα διὰ τὴν ἀπειρίαν, ἐπιγενομένης ἀμπώτεως, καὶ καθισάντων τῶν πλοίων, εἰς πᾶσαν ἦλθον ἀπορίαν. (3) Οὐ μὴν ἀλλὰ πάλιν ἀνελπίστως μετὰ τινα χρόνον ἐπενεχθείσης τῆς θαλάττης, ἐκρίβαντες ἐκ τῶν πλοίων πάντα τὰ βάρη, μολὶς ἐκούφισαν τὰς ναῦς. (4) Οὐ γενομένου, φυγὴ παραπλήσιον ἐποίησαν τὸν ἀπόπλου. Ἀψάμενοι δὲ τῆς Σικελίας, καὶ κάμψαντες τὸ Λιλύβαιον, καθωρμίσθησαν εἰς Πάνορμον. (5) Ἐντεῦθεν δὲ ποιούμενοι παραδόλως καὶ διὰ πόρου τὸν πλοῦν εἰς τὴν Ῥώμην, πάλιν περιέπeson χειμῶνι τηλικούτῳ τὸ μέγεθος, ὥστε πλείω τῶν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα πλοίων ἀποδαλεῖν. (6) Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, τούτων συμβάντων, καίπερ ὄντες ἐν παντὶ φιλότιμοι διαφερόντως, ὅμως τότε διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος τῶν συμπτωμάτων, τοῦ μὲν ἔτι στόλον ἀθροίζειν, ἀναγκασθέντες ὑπὸ τῶν πραγμάτων, ἀπέστησαν· (7) ἐν δὲ ταῖς πεζικαῖς δυνάμεσι τὰς

signis, etiam eos qui recens Heraclea advenerant, cum elephantis cxi. (3) Et post hujus profectionem, naves rursus occupant, et rebus omnibus ad exeundum necessariis instruunt. (4) Asdrubal, secunda navigatione Lilybæum delatus, et milites et bestias exercebat; palam præ se ferens, copiis eductis aperta camporum sese occupaturum. (5) Romani de omnibus, quæ acciderant, per eos qui naufragium evaserant edocti, magnum quidem ex ea re dolorem ceperunt: sed quum decrevisset nullo modo cedere hosti, iterum naves ædificare cccx ab ipsis carinis ac statuminibus constituunt. (6) Quibus, trimestri spatio, quod vix credat aliquis, absolutis, illico novi Consules Aulus Attilius, Cn. Cornelius, classe instructa, proficiscuntur: (7) et trajecto freto, assumtisque Messanæ navibus, quæ ex naufragio supererant, classe navium trecentarum Panormum in Sicilia appellunt; eamque urbem, quæ opulentissima erat ditionis Carthaginiensium, obsidere aggrediuntur. (8) Itaque duobus locis operibus institutis, ceterisque rebus præparatis, machinas admovent. (9) Dejecta non difficulter turri ad mare sita, quum illac irruissent milites, capta est per vim illa oppidi pars quæ dicitur Nova: quo facto, et illa quam Veterem vocant periclitabatur. Itaque deditionem sine mora oppidani fecerunt. (10) Ea potiti urbe Consules, relicto ibi præsidio, Romam repetunt.

XXXIX. Ineunte vero sequentis anni æstate, novi Coss. Cn. Servilius, C. Sempronius, cum universa classe, sublati ancoris, in Siciliam trajiciunt: unde mox in Africam proficiscuntur. (2) Navigantes autem secundum Africæ littus, plurimis locis exscensionem faciunt. Nulla tamen re memorabili gesta, ad Lotophagorum insulam, quæ Meninx dicitur, neque longe a Syrti minore abest, deveniunt. (3) Ibi, propter naturæ locorum imperitiam, in quædam illapsi breviter, quum recedente maris aestu siderent naves, quo se verterent plane nesciebant. (4) Sed mox præter spem redeunte mari, facto omnium onerum jactu, ægre tandem naves sublevarunt. (5) Quo facto, fugientibus similes discedunt: delatique in Siciliam, superato Lilybæo, Panormi naves in portum applicant. (6) Quo ex loco quum temere per medium mare Romam vela delissent, iterum tempestate correpti sunt adeo vehemente, ut amplius ci. naves amitterent. (7) Hæc quum ita accidissent, Senatus populusque Romanus, etsi gloriæ contentione in omni re mirifice stimulabantur; attamen, propter magnitudinem ac frequentiam acceptorum detrimentorum, a paranda amplius classe, rebus ipsis cogentibus, destiterunt: (8) atque

υπολοίπους ἔχοντας ἑλπίδας, τοὺς μὲν στρατηγούς ἀπέσταλλον, Λεύκιον Καικίλιον, καὶ Γάϊον Φούριον, καὶ στρατόπεδα μετὰ τούτων εἰς τὴν Συκιλίαν ἐξήκοντα δὲ μόνον ἐπλήρωσαν ναῦς, χάριν τοῦ τὰς ἀγορὰς κομίζειν τοῖς στρατοπέδοις. (9) Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων περιπετειῶν συνέβη πάλιν ἐπικυδέστερα γενέσθαι τὰ τῶν Καρχηδονίων κρήγματα. (10) Τῆς μὲν γὰρ θαλάττης ἀδελῆς ἐπικράτουν, ἐκκεχωρηκότων τῶν Ῥωμαίων, ἐν δὲ ταῖς περὶ τὰς δυνάμεις μεγάλας εἶχον ἑλπίδας. Καὶ τοῦτ' ἐπασχον οὐκ ἀλόγως. (11) Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι, διαδοθείσης φήμης περὶ τῆς ἐν τῇ Λιβύῃ μάχης, οἱ τὰ θηρία τὰς τε τάξεις αὐτῶν διασπᾶσαι, καὶ τοὺς πλείστους διαφθεῖραι τῶν ἀνδρῶν. (12) οὕτως ἦσαν κατὰφοβοὶ τοὺς ἑλέφαντας, ὥς ἐπὶ δύο ἑνιαυτοὺς τοὺς ἐξῆς τῶν προειρημένων καιρῶν, πολλάκις μὲν ἐν τῇ Λιβυαίτιδι χώρα, πολλάκις δ' ἐν τῇ Σελινουντίᾳ παραταττόμενοι τοῖς πολεμοῖς, ἐν ἧ καὶ πέντε σταδίοις, οὐκ ἐθάβρησαν οὐδέποτε κατάρξαι τῆς μάχης, οὐδ' εἰς τοὺς ὁμαλοὺς καθόλου συγκαταθῆναι τόπους, δεδοίτες τὴν τῶν ἐλεφάντων ἑρῶδον. (13) Θέρμην δὲ μόνον καὶ Λίπαρην ἐξεπολιόρχησαν ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς, ἀντεχόμενοι τῶν ὀρεινῶν καὶ δυσδιαβάτων τόπων. (14) Διὸ καὶ θεωροῦντες οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἐν τοῖς περὶ τοὺς στρατοπέδοις πτοίαν καὶ δυσελπιστίαν, αὐτοὶς ἐγνώσαν ἐκ μεταμελείας ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς θαλάττης. (15) Καὶ καταστήσαντες στρατηγούς Γάϊον Ἀτίλιον, καὶ Λεύκιον Μάλλιον, ναυπηγοῦνται πεντήκοντα σκάφη, καὶ κατέγραζον καὶ συνήθοιζον στόλον ἐνεργῶς.

XL. Ὁ δὲ προστάς τῶν Καρχηδονίων Ἀσδρούβας, δρῶν ἀπυδελιωῦντας τοὺς Ῥωμαίους ἐν ταῖς προγεγενημέναις παρατάξεσι, πυθόμενος τὸν μὲν ἓνα τῶν στρατηγῶν μετὰ τῆς ἡμισείας δυνάμεως εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀπηλλάχθαι, τὸν δὲ Καικίλιον ἐν τῷ Πανόριμῳ διατρίβειν, τὸ λοιπὸν μέρος ἔχοντα τῆς στρατιᾶς, βουλόμενον ἐφευρεῖν τοῖς τῶν συμμάχων καρποῖς, ἀκμαζούσης τῆς συγκαμύτης (2) ἀναλαβὼν ἐκ τοῦ Λιβυαίου τὴν δύναμιν, ὥρμησε καὶ κατεστρατοπέδευσε πρὸς τοῖς ὄροις τῆς χώρας τῆς Πανορμίτιδος. (3) Ὁ δὲ Καικίλιος, θεωρῶν αὐτὸν κατατεθαβρηκότα, καὶ σπουδάζων ἐκκαλεῖσθαι τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ, συνέχευε τοὺς στρατιώτας ἐντὸς τῶν πυλῶν. (4) Οἷς ἐπαίρόμενος Ἀσδρούβας, ὥς οὐ πολυῶντος ἀντεξίναί τοις Καικίλιου, θρασέως ὁρμήσας παντὶ τῷ στρατεύματι, κατῆρε διὰ τῶν στενῶν εἰς τὴν Πανορμίτιν. (5) Φθείροντος δὲ τοὺς καρποῦς αὐτοῦ μέχρι τῆς πόλεως, ἔμενεν ἐπὶ τῆς ὑποκειμένης γνώμης ὁ Καικίλιος, ὥς αὐτὸν ἐξεκαλέσατο διαθῆναι τὸν πρὸ τῆς πόλεως ποταμόν. (6) Ἐπεὶ δὲ τὰ θηρία διεβίβασαν οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ τὴν δύναμιν τοτηνιαυτὰ δὲ τοὺς εὐζώνους ἐξαποστέλλων ἡρέθισε, μέχρι πᾶν αὐτοὺς ἐκτάξαι τὸ στρατόπεδον ἠνάγκασε. (7) Συνθεασάμενος δὲ γιγνώμενον ὁ προέβητο, τινὰς μὲν τῶν εὐκινήτων πρὸ τοῦ ταίχους καὶ τῆς τάφρου παρενέβαλε, προστάξας, ἂν ἐγγίξῃ τὰ θηρία πρὸς αὐτοὺς, χρῆσθαι τοῖς βέλεσιν ἀφ' ὧν (8) εἴαν δ' ἐκπιέζωνται, καταφεύγειν εἰς τὴν

in terrestribus copiis suas de cetero spes omnes reponentes, Coss. L. Cæcilium, C. Furium, cum legionibus in Siciliam mittunt; navibus tantum ex remigiis classiariisque instructis, ad comeatum exercitus subvehendum. (9) Per has clades factum est, ut denuo gloria florent res Pœnorum melioreque loco essent. (10) Nam maris dominatum, cedentibus Romanis, tuto jam obtinebant; et in terrestribus quoque copiis plurimum spei collocabant: neque id immerito. (11) Romani enim, postquam fama accepissent, elephantos in Africana pugna ordines dissipasse, multosque militum contrucidasse; (12) adeo illos horrere cœperunt, ut continuo inde biennio, quum modo ad Lilybœum, modo in agro Selinuntio, intervallo quinque aut sex stadiorum aciem adversus hostes instruerent; initium tamen prælii facere, aut omnino in plana descendere, dum impressionem bestiarum reformidant, nunquam sint ausi. (13) Neque aliud quidquam per illa gesserunt tempora, nisi quod, montanis atque inaccessis locis inherentes, Thermam et Liparam obsidione expugnarunt. (14) Itaque Romani, cognito pavore et animorum consternatione, quæ in terrestribus copiis versabatur; mutata sententia, iterum ad mare animum sibi esse adjiciendum statuunt. (15) Consulibus creatis C. Atilio et L. Manlio, naves quinquaginta fabricant; magna vi classem, habito delectu militum, reparant.

XL. Animadvertenter Asdrubal, Carthaginiensium præfectus, Romanos, cum ante aliquoties aciem instruxissent, pavitantes. Itaque, factus certior, alterum Consulem cum dimidia copiarum parte in Italiam rediisse, Cæcilium vero Panormi agere cum reliquo exercitu, ut, quia adulta jam messis erat, sociorum frugibus præsidio esset; (2) Lilybæo cum exercitu profectus, ad fines agri Panormitani castra ponit. (3) Cæcilius, videns illius confidentiam, quo hunc ejus impetum magis etiam irritaret, suos intra portas continuit. (4) Qua re elatus Asdrubal, tamquam non audente exire contra Cæcilium, audacter cum universis copiis per ipsas fauces in Panormitanum agrum irrumpit. (5) Qui quum ad ipsum usque oppidum fruges corrumpere, in suscepta semel sententia mansit Cæcilius, quoad hostem fluvium transire, qui ante urbem fluit, pellexisset. (6) Postquam elephantos cum exercitu traduxit Pœnus; tum vero expeditos immittere Cæcilium, atque adversarios la cessare, donec universum exercitum in aciem educere coegisset. (7) Tandem voti compos, manum expeditorum ante urbem fossamque locat, jussam, si propius bestiae accesserint, crebris telis eas obnuere; (8) ubi premi cœpia-

τάφρον, καὶ πάλιν ἐκ ταύτης ὁρμωμένους εἰσακοντίζειν εἰς τὰ προσπίπτοντα τῶν ζώων. (9) Τοῖς δ' ἐκ τῆς ἀγορᾶς βαναύσοις φέρειν προσέταξε τὰ βέλη, καὶ παραβάλλειν ἔξω παρὰ τὸν θεμέλιον τοῦ τείρους. (10) Αὐτὸς δὲ, τὰς σημαίας ἔχων, ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ λαὸν κέρας τῶν ὑπεναντιῶν κειμένης πύλης ἐφειστήκει, πλείους αἰεὶ καὶ πλείους ἐπαποστέλλων τοῖς ἀκροβολιζομένοις. (11) Ἄμα δὲ τῶ τούτων ὁλοσχερεστέραν γενέσθαι τὴν συμπλοκὴν, ἀντιφιλοδοξούντες οἱ τῶν ἐλεφάντων ἐπιστάται πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν, καὶ βουλόμενοι δι' αὐτῶν ποιῆσαι τὸ προτέρημα, πάντες ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς προκινδυνεύοντας· τρεψάμενοι δὲ τούτους βράδιως, συνεδίωξαν εἰς τὴν τάφρον. (12) Προσπεσόντων δὲ τῶν θηρίων, καὶ τιτρωσκομένων μὲν ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ τείχους τοιευόντων, συνακοντιζομένων δ' ἐνεργοῖς καὶ πυκνοῖς τοῖς ὕσσοις καὶ τοῖς γρόσφοις ὑπ' ἀκεραίων τῶν πρὸ τῆς τάφρου διατεταγμένων· (13) συμβελῇ γιγνόμενα, καὶ κατατραυματιζόμενα, ταχέως διατετράχθη, καὶ στραφέντα κατὰ τῶν ἰδίων ἐφέρετο, τοὺς μὲν ἄνδρας καταπατοῦντα καὶ διαφθείροντα, τὰς δὲ τάξεις συγχέοντα παῖ κατασπῶντα τὰς αὐτῶν. (14) Ἄ καὶ κατιδὼν ὁ Καικίλιος, ἔβηγε τὴν δύναμιν ἐνεργῶς· καὶ συμπεσὼν ἐκ πλαγίου κατὰ κέρας τεταραγμένοις τοῖς πολεμίοις, ἀκεραίους ἔχων καὶ συντεταγμένους, τροπὴν ἐποιεῖ τῶν ὑπεναντιῶν ἰσχυράν· καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασε φεύγειν προτροπαδὴν. (15) Θηρία δὲ σὺν αὐτοῖς μὲν Ἰνδοῖς ἔλαβε δέκα· τῶν δὲ λοιπῶν τοὺς Ἰνδοὺς ἀπεβρίθων, μετὰ τὴν μάχην περιελασάμενος, ἐκυρίεψε πάντων. (16) Ταῦτα δ' ἐπιτελεσάμενος, δημολογουμένης αἰτίας ἐδόκει γεγενέσθαι τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι τοῦ πάλιν ἀναθαρρῆσαι τὰς πεζικὰς δυνάμεις, καὶ κρατῆσαι τῶν ὑπαίθρων.

XLII. Τοῦ δὲ προτερήματος τούτου προσπεσόντος εἰς τὴν Ῥώμην, περιχαρεῖς ἦσαν, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ τοὺς πολεμίοις ἡλαττώσθαι, τῶν θηρίων ἐστερημένους· ὥς ἐπὶ τῷ τοὺς ἰδίους τεθαρρῆκέναι, τῶν ἐλεφάντων κεκρατηκότας. (2) Διὸ καὶ πάλιν ἐπεβρίθωθησαν διὰ ταῦτα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, εἰς τὸ μετὰ στόλου καὶ ναυτικῆς δυνάμειος τοὺς στρατηγούς ἐπὶ τὰς πράξεις ἐκπέμπειν, σπουδάζοντες εἰς δύναμιν πέρας ἐπιθεῖναι τῷ πολέμῳ. (3) Παρασκευασθέντων δὲ τῶν ἐπιτηδείων πρὸς τὴν ἐξαποστολὴν, ἔπλεον οἱ στρατηγοὶ διακοσίαις ναυσὶν ὥς ἐπὶ τῆς Σικελίας. Ἔτος δ' ἦν τῷ πολέμῳ τεσσαρεσκαίδεκατον. (4) Καθορμισθέντες δὲ πρὸς τὸ Λιύδαιον, ἔμα καὶ τῶν πεζικῶν ἔχει στρατοπέδων αὐτοῖς ἀπνηντηκῶτων, ἐνεχέουσι πολιορκεῖν· ὅτι κρατήσαντες ταύτης, βράδιως μεταδιβάσουσι τὸν πόλεμον εἰς τὴν Λιβύην. (5) Σχεδὸν δὲ περὶ γὰρ τούτου τοῦ μέρους καὶ τῶν Καρχηδονίων οἱ προεστώτες ὁμοδοξοῦν, καὶ τοὺς αὐτοὺς εἶχον λογισμούς τοῖς Ῥωμαίοις. (6) Διὸ καὶ τὰλλα πάρεργα ποιησάμενοι, περὶ τὸ βοθηεῖν ἐγίγοντο καὶ παραβάλλεσθαι καὶ πᾶν ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς προειρημένης πόλεως· διὰ τὸ μηδεμίαν ἀφορμὴν καταλείπεσθαι σφίσι, πάσης δὲ τῆς ἄλλης Σικελίας ἐπι-

sent, in fossam confugere, atque inde rursus densa tela in illas, quae appropinquassent, mittere. (9) Simul sellulariis, qui forum obsident, praecipit, ut tela his extra urbem comportent, et ad inam moenium partem ea depellant. (10) Ipse cum legionariis ad portam laevo hostium cornui oppositam constitit, subinde plures alium super alium subsidio mittens velitantibus. (11) Coorta inter hos acriore jam pugna, rectores belluarum, aemuli gloriae Asdrubalis, suam facere victoriam optantes, uno omnes impetu in primos pugnatore irruunt; quos, non magno negotio fugatos, in fossam compellunt. (12) In hos acti elephantum, quum et ab iis, qui e moenibus sagittas mittebant, ferirentur, et validis frequentibusque pilis hastisque velantibus ab integris illis, qui pro fossa positi fuerant, configerentur; (13) mox telis confossi toto corpore, vulneribusque confecti, saevire incipiunt; et conversi, in suos ruunt, ac cum singulos proculcando interimunt, tum ordines ipsos conturbant dissipantque. (14) Hoc cognito, Caecilius copias propere educit: et, quum recentibus suis compositae acie hostes incompósitos a latere invasisset, magna strage edita, multos occidit, reliquos in fugam effusam avertit. (15) Belluae cum Indis suis captae sunt decem: ceteras, quae rectores dejecerant, post pugnam omnes, ab equitibus circumventas cepit. (16) Atque his gestis, confessione omnium haec ei laus tribuebatur, quod per illum terrestribus copiis animus rediisset, ad ea quae extra munitiones erant vindicanda.

XLI. Allato Romam hujus victoriae nuntio, offerri omnes laetitia; non tam, quod amissis elephantis multum hosti de viribus suis decessisset; quam, quod militibus, post bestias superatas, animi spiritusque rediissent. (2) Rursus igitur hanc ob causam, sicut initio proposuerant, animos obfirmarunt, ut Consules cum classe copiisque navalibus in expeditionem mitterent: bello huic finem imponere modis omnibus cupientes. (3) Paratis omnibus ad expeditionem necessariis, classe navium cc in Siciliam Consules proficiunt. Erat autem hic annus hujus belli decimus quartus. (4) Quum Lilybaeum appulissent, et pedestres etiam copiae, quae in Sicilia erant, eodem illis occurrissent, oppidum illud obsidere instituunt: rati, eo capto bellum in Africam facile se translaturum. (5) In quo sensus ferme idem fuit et ducum Carthaginiensium, qui de ea re non aliter quam Romani judicabant. (6) Quare cetera insuper habentes, in eo toti erant, ut opem ferrent, et quidvis auderent, ac nihil non facerent ejus urbis servandae causa; qua amissa, Romanis totam Siciliam praeter Drepana tenen-

κρατεῖν Ῥωμαίους, πλὴν Δρεπάνων. (7) Ἵνα δὲ μὴ τοῖς ἄγνωστοι τοὺς τόπους ἀσαφῆ τὰ λεγόμενα γίγνηται, πειρασόμεθα διὰ βραχέων ἀγαγεῖν εἰς ἔνοιαν τῆς εὐκαιρίας καὶ θέσεως αὐτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντες.

classem præire soliti, imminere hostem, significant. (10) Illi, impares se solos ad certamen navale rati, ad quoddam Romanæ ditionis oppidulum appellant; ubi portus quidem nullus erat, sed stationes dumtaxat, et prominentia in mare loca, quæ medium spatium opportune claudebant. (11) Ibi escensione facta, et catapultis balistisque, quæ in oppido sunt inventæ, dispositis, hostium impressionem expectabant. (12) Carthaginienses initio consilium ceperant eos obsidendi: quod putarent, milites metu in illud oppidulum recessuros, naves autem sine periculo sibi cessuras. (13) Ea spe exitum non habente, sed contra Romanis fortiter sese defendentibus; quum magnis incommodis eo loci omnifariam conflictarentur Pœni, contenti paucas naves commeatibus onustas abduxisse, ad proximum amnem se recipiunt; ibique applicatis navibus, discessum hostium observant.

LIV. Consul, post res confectas, quarum gratia Syracusis substiterat, Pachyno superato, navigationem versu Lilybæum instituit; omnium quæ iis acciderant, quos præcedere jusserat, ignarus. (2) Præfectus vero Punicæ classis, factus iterum certior a speculatoribus, hostes apparere, magna celeritate in eos provehitur; id agens, ut, dum ipsi a suis navibus absunt quam longissime, cum eis confligeret. (3) Junius, qui e longo spatio classem Punicam viderat, et ingentem navium numerum; quum neque dimicare sustineret, neque evadere jam, adeo propinquo hoste, posset; ad loca aspera et prorsus importuosa deflectens, eo naves ejicit. (4) Satiùs enim judicabat, quemvis subire casum potius, quam ut integrum exercitum suum in potestatem hostium traderet. (5) Quo cognito, Pœnus acie quidem decertare, et ad loca tam periculosa accedere, noluit: sed promontorio quodam occupato, classem illuc applicat, ibique, medius inter utramque Rom. classem, ambas observat, pariter in utramque intentus. (6) Tempestate dehinc coorta, quum manifesto appareret funditus turbatum iri mare: Punicique gubernatores, quæ erat ipsorum peritia et locorum et rei, procellam imminentem providentes ac suis prædicentes, Carthagoni auctores fuerunt, ut Pachyni promontorium flecteret, ac tempestatem se subduceret. (7) Id consilium prudenter amplectente Carthalone, Pœni, magno quidem cum labore, ægre tandem promontorio superato, naves in tuto collocarunt. (8) At Romanorum classis utraque, a sæviante tempestate in locis penitus importuosis deprehensa, ita misere confracta est, ut ne tabula quidem ullius usus e naufragio superaret, sed penitus et supra hominum fidem utraque corrumpereetur.

LV. His rebus effectum est, ut caput rursus erigeret res Pœnorum, et spes eorum lætiores essent firmioresque.

τὰς ἐλπίδας. (2) Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, πρότερον μὲν ἐπὶ πᾶσιν ἡτυχηότες, τότε δ' ὀλοσχερώς, ἐκ μὲν τῆς θαλάττης ἐξέβησαν, τῶν δ' ὑπαίθρων ἐπικράτουν· Καρχηδόνιοι δὲ τῆς μὲν θαλάττης ἐκυρίευν, τῆς δὲ γῆς οὐχ ὀλως ἀπηλπικόν. (3) Μετὰ δὲ ταῦτα πάντες ἐπὶ μὲν τοῖς ὁλοῖς ἐσχελιάζον, οἱ τὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τὰ περὶ τὸ Λιλύθαιον στρατόπεδα διὰ τὰ προεξηγμένα συμπτώματα· (4) τῆς γε μὴν προθέσεως οὐκ ἀφίσταντο τῆς κατὰ τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐχορήγουν κατὰ γῆν ἀπροσάριστος, οἱ δὲ προσεκαρτέρουν ταύτη κατὰ τὸ δυνατόν. (5) Ὁ δὲ Ἰούνιος, ἀνακομισθεὶς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐκ τῆς ναυαγίας, καὶ περιπαθὴς ὢν, ἐγένετο πρὸς τὸ καινοτομῆσαι τι καὶ πρᾶξαι τῶν δυνάτων, σπουδάζων ἀναμαχέσασθαι τὴν γεγεννημένην περιπέτειαν. (6) Διὸ καὶ βραχείας αὐτῷ παραπεσούσης ἀφορμῆς, καταλαμβάνει πρᾶξις καὶ τὸν Ἑρυκα, καὶ γίνεταί τοι τε τῆς Ἀφροδίτης ἱεροῦ καὶ τῆς πόλεως ἐγκρατῆς. (7) Ὁ δὲ Ἑρυξ, ἐστὶ μὲν ὄρος παρὰ θαλάτταν τῆς Σικελίας ἐν τῇ παρὰ τὴν Ἰταλίαν κειμένη πλευρᾷ, μεταξὺ Δρεπάνων καὶ Πανόρμου, μᾶλλον δ' ἄμφοτερον καὶ συνάπτει πρὸς τὰ Δρέπανα· μεγέθει δὲ παρὰ πολλὸν διαφέρει τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ὄρων, κλῆν τῆς Αἴτης. (8) Τούτου δ' ἐπ' αὐτῆς μὲν τῆς κορυφῆς, οὐσὲς ἐπιπέδου, κεῖται τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἑρυκινῆς ἱερὸν, ὅπερ ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατον ἐστὶ τῷ τε πλούτῳ καὶ τῇ λοιπῇ προστασίᾳ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν. (9) Ἡ δὲ πόλις ὑπ' αὐτὴν τὴν κορυφὴν τέτακται, πάνυ μακρὰν ἔχουσα καὶ προσάντη πανταχόθεν τὴν ἀνάβασιν. (10) Ἐπὶ τε δὴ τὴν κορυφὴν ἐπιστήσας φυλακὴν, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἀπὸ Δρεπάνων πρόσβασιν, ἐτήρει φιλοτίμως ἀμφοτέρους τοὺς τόπους, καὶ μᾶλλον ἔτι τὸν τῆς ἀναβολῆς [ἐτρέπτο καιρὸν]· πεπεισμένος οὕτω καὶ τὴν πόλιν ἀσφαλῶς καὶ τὸ σύμπαν ὄρος ὑφ' αὐτὸν ἔξειν.

LVI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μετὰ ταῦτα στρατηγὸν καταστήσαντες αὐτῶν Ἀμιλκᾶν, τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον, τούτῳ τὰ κατὰ τὸν στόλον ἐνεχείρισαν. (2) Ὃς παραλαβὼν τὰς ναυτικὰς δυνάμεις, ὥρμησε πορθήσων τὴν Ἰταλίαν. Ἔτος δ' ἦν ὀκτωκαιδέκατον τῷ πολέμῳ. (3) Κατασφύρας δὲ τὴν Λοκρίδα καὶ τὴν Βρεττανίαν χώραν, ἀποκλέων ἐντεῦθεν κατῆρε παντὶ τῷ στόλῳ πρὸς τὴν Πανορμίτιν, καὶ καταλαμβάνει τὸν ἐπὶ τῆς Εἰρκτῆς λεγόμενον τόπον· δὲ κεῖται μὲν Ἑρυκος καὶ Πανόρμου μεταξὺ πρὸς θαλάττην, πολλὸν δὲ τι τῶν ἄλλων δοκεῖ διαφέρειν τόπων ἐπιτηδεύουσι πρὸς ἀσφάλειαν στρατοπέδων, κάγχρονισμός. (4) Ἔστι γὰρ ὄρος περίτομον, ἐξανεστηχὸς ἐκ τῆς περικειμένης χώρας εἰς ὕψος ἱκανόν. Τούτου δ' ἡ περίμετρος τῆς ἀνω στεφάνης οὐ λείπει τῶν ἑκατὸν σταδίων ὑφ' ἧς ὁ περιεγόμενος τόπος εὐδοτος ὑπάρχει καὶ γεωργήσιμος, πρὸς μὲν τὰς πελαγίους πνοιὰς εὐφυῶς κείμενος, θανασίμῳ δὲ θηρίων εἰς τέλος ἀμοιρός. (5) Περιέχεται δὲ κρημνοῖς ἀπροστίτοις ἐκ τε τοῦ κατὰ θαλάτταν μέρους, καὶ τοῦ παρὰ τὴν μεσόγειον

(2) At Romani, quorum vires priora quidem mala aliquantum imminuerant, hæc vero novissima clades prorsus ingerat, mari tunc excedebant, at continentem tamen et omnia in aperto posita firmiter adhuc obtinebant; Pœnis interim mari dominantibus, neque de terra spei omni renuntiantibus. (3) Post prædictas autem calamitates, tam in urbe Romani, quam legiones ad Lilybæum hærentes, lamentabantur quidem omnes miserum reipubl. statum: (4) neque tamen eo secius a consilio susceptæ obsidionis non recedebant; sed sumtus et necessaria omnia illi absque causatione per terram suppeditabant; hi totis viribus obsidioni incumbere pergebant. (5) Junius vero ad legiones post naufragium profectus, dolens casum suum, in eam curam totus incubuit, ut novo aliquo et memorabili facinore edito acceptum detrimentum sarciret. (6) Itaque, levi quadam occasione se offerente, Erycem proditione occupat, et tam Veneris ædem, quam urbem ipsam in potestate redigit. (7) Eryx mons est ad mare, in eo Siciliæ latere quod Italian spectat, inter Drepana et Panormum, Drepanis tamen propior et fere contiguus; magnitudine omnes Siciliæ montes, præter Ætnam, longe superans. (8) Habet hic in ipso vertice planitiem, cui immolita est Veneris Erycinæ ædes, omnium templorum sine controversia, quæ tota hac insula spectantur, et divitiis et reliquo cultu longe clarissimum. (9) Urbs sub ipsum verticem posita est, adscenditurque ad illam longa admodum et difficilis via. (10) Junius igitur, cum in cacumine montis præsidio imposito, tum qua est aditus a Drepanis, locum utrumque impenso studio custodiebat, sed præcipue ei parti, qua a Drepanis adscensus patet, erat intentus: ratus, se hac ratione et urbem et montem totum in potestate sua tuto retenturum.

LVI. Post ista, Carthaginienses ducem constituunt Amilcarem cognomento Barcam, et classis imperium illi tradunt.

(2) Qua mox assumpta, ad devastandam Italian proficiscitur: erat autem is annus belli hujus xviii. (3) Barca, Locrorum et Brutiorum agros populatus, inde mox in fines Panormitanorum cum universa classe appulit: ibique locum occupavit ad mare situm, inter Erycem ac Panormum, qui dicitur Ercte (vel Epierctes, quasi *Supra carcerem*;) videturque omnium locorum, cum ad securitatem castrorum, tum ad fovendum quamvis diu exercitum, esse appositissimus. (4) Mons quippe est præruptus omni ex parte, e circumjecta planitie in altum admodum se attollens. Est autem ejus ambitus in summo fastigio, non minor quam M. P. xii et quingentorum. Eo circuitu comprehensum spatium omne pascuum est, et frugibus serendis aptum; tum marinis auris egregie expositum; pestiferarum bestiarum in totum immune. (5) Utrumque autem, et a mari, et ab ea parte qua cohæret mediterraneis, ita circum-

παρήκοντος· τὰ δὲ μεταξύ τούτων ἐστὶν ὀλίγη καὶ βραχέιας δεόμενα κατασκευῇ. (6) Ἐχει δ' ἐν αὐτῷ καὶ μασσὸν, ὃς ἅμα μὲν ἀκροπολεως, ἅμα δὲ σκοπῆς εὐφυοῦς λαμβάνει τάξιν κατὰ τῆς υποκειμένης χώρας. (7) Κρατεῖ δὲ καὶ λιμένος εὐκαίρου πρὸς τὸν ἀπὸ Δρεπάνων καὶ Λιλυθαίου δρόμον ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, ἐν ᾧ πλῆθος ὕδατος ἀφθονον ὑπάρχει. (8) Προσόδους δὲ τρεῖς τὰς πάσας ἔχει δυσχερεῖς· δύο μὲν ἀπὸ τῆς χώρας, μίαν δ' ἀπὸ τῆς θαλάττης. (9) Ἐν ᾧ καταστρατοπεδεύσας παραβόλους Ἀμιλικας, ὡς ἂν μῆτε πόλεως οἰκείας μῆτ' ἄλλης ἐλπίδος μηδεμιᾶς ἀντεγόμενος, εἰς μέσους δὲ τοὺς πολεμίους ἑαυτὸν δεδωκώς· ὅμως οὐ μικροῦς, οὐδὲ τοὺς τυγόντας Ῥωμαίοις ἀγῶνας καὶ κιδύνους παρεσκεύασε. (10) Πρῶτον μὲν γὰρ ἐντεῦθεν ὁρμώμενος κατὰ θάλατταν, τὴν παραλίαν τῆς Ἰταλίας ἐπὶ ὁρθεῖ μέχρι τῆς Κυμαίων χώρας. (11) Δεύτερον δὲ, κατὰ γῆν παραστρατοπεδευσάντων αὐτῷ Ῥωμαίων πρὸ τῆς Πανορμίων πόλεως ἐν ἴσως πέντε σταδίοις, πολλοὺς καὶ ποικίλους ἀγῶνας συνεστήσατο κατὰ γῆν σχεδὸν ἐπὶ τρεῖς ἑνιαυτοὺς. Περὶ ὧν οὐχ οἶόν τε διὰ τῆς γραφῆς τὸν κατὰ μέρος ἀποδοῦναι λόγον.

LVII. Καθὰπερ γὰρ ἐπὶ τῶν διαφερόντων πυκτῶν καὶ ταῖς γενναίотησι καὶ ταῖς εὐεξίαις, ὅταν εἰς τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ στεφάνου συγκαταστάντες καιρὸν διαμάχωνται, πληγὴν ἐπὶ πληγῇ τιθέντες ἀδιαπαύστως, λόγον μὲν ἢ πρόνοιαν ἔχειν ὑπὲρ ἐκάστης ἐπιβολῆς καὶ πληγῆς, οὔτε τοῖς ἀγωνιζομένοις, οὔτε τοῖς θεωρουμένοις ἐστὶ δυνατόν. (2) Ἐκ δὲ τῆς καθόλου τῶν ἀνδρῶν ἐνεργείας καὶ τῆς ἐκατέρου φιλοτιμίας ἔστι, καὶ τῆς ἐμπειρίας αὐτῶν καὶ τῆς δυνάμεως, πρὸς δὲ καὶ τῆς εὐφυχίας, ἱκανὴν ἔννοιαν λαβεῖν· οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν νῦν λεγομένων στρατηγῶν. (3) Τὰς μὲν γὰρ αἰτίας, ἢ τοὺς τρόπους, δι' ὧν ἀνὰ ἐκάστην ἡμέραν ἐποιοῦντο κατ' ἀλλήλων ἐνέδρας, ἀντενέδρας, ἐπιθέσεις, προσβολὰς, οὐτ' ἂν ὁ γράφων ἐξαριθμούμενος ἐφίκοιτο, τοῖς τ' ἀκούουσιν ἀπέραντος, ἅμα δ' ἀνωφελὲς ἂν ἔκ τῆς ἀναγνώσεως κρίνοιτο χρεῖα. (4) Ἐκ δὲ τῆς καθολικῆς ἀποφάσεως περὶ αὐτῶν καὶ τοῦ τέλους τῆς φιλοτιμίας, μᾶλλον ἂν τις εἰς ἔννοιαν ἔλθοι τῶν προειρημένων. (5) Οὔτε γὰρ τῶν ἐξ ἱστορίας στρατηγημάτων, οὔτε τῶν ἐκ τοῦ καιροῦ καὶ τῆς υποκειμένης περιστάσεως ἐπινοημάτων, οὔτε τῶν εἰς παράβολον καὶ βίαιον ἀνηκόντων τόλμαν, οὐδὲν παρελείφθη. (6) Κρίσιν γε μὴν ὀλοσχερῇ γενέσθαι, διὰ πλείους αἰτίας οὐχ οἶόν τ' ἦν· αἶ τε γὰρ δυνάμεις ἀμφοτέρων ἦσαν ἐφάμιλλοι, τὰ τε κατὰ τοὺς χάρακας ὁμοίως ἀπρόσιτα διὰ τὴν ὀχυρότητα, τό τε διάστημα τῶν στρατοπέδων βραχὺ παντελῶς. (7) Ὅπερ αἴτιον ἦν μάλιστα τοῦ τὰς μὲν κατὰ μέρος συμπτώσεις ἀπαύστους γίνεσθαι καθ' ἡμέραν, ὀλοσχερὲς δὲ συντελεῖσθαι μηδέν. (8) Τούτους γὰρ αὐτοὺς αἰεὶ συνέβαινε διαφθεῖρεσθαι κατὰ τὰς συμπλοκάς, τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ πεσόντας· οἱ δ' ἅπαξ ἐγκλίναντες, εὐθέως ἐκτὸς τοῦ δεινοῦ πάντες ἦσαν ὑπὸ ταῖς αὐτῶν ἀσφαλείαις, καὶ πάλιν ἐκ μεταβολῆς ἐκινδύνουν.

datum est præruptis ac præcipitibus locis, ut ad media intervalla parva brevique munitione sit opus. (6) Tum in illa rursus planitie tumulus assurgit, sic ab natura factus, ut arcis simul vicem obtinere, ac speculæ ad observandam subjectam regionem, queat. (7) Habet porro hic locus portum etiam, aqua abundantem, iis opportunum, qui Drepanis aut Lilybæo Italiani cursu petunt. (8) Aditus ad hunc montem tres omnino sunt, iique oppido difficiles: duo a terra, unus a mari. (9) Ibi igitur quum ingenti audacia castra munisset Amilcar (sociam enim nullam urbem habens, neque spem ullam aliam, in medios se hostes dederat), plurimum Romanis negotii facessit, et gravibus illos periculis implicuit. (10) Nam primum, ex eo loco navibus proficiscens, oram Italiæ ad Cumanorum usque fines devastabat. (11) Deinde vero, quum a terra Romani ante Panormum castra eidem ex intervallo passuum fere DCXXV opposuissent, multas cum his multiplicesque pugnas terrestres, trium ferme annorum spatio, pugnavit; quæ quidem recenseri omnes sigillatim non queunt.

LVII. Quemadmodum enim in pugilibus fortitudine dextertateque præstantibus usu venit, cum in certamen de ipsa corona progressi, ictibus subinde ac sine intermissione repetitis inter se pugnant; ut singularum petitionum plagarumque rationem habere, easve notare, neque ipsi qui certant, neque ii qui spectant, possint; (2) sed ex universa eorum industria, et utriusque contentione, abunde licet de peritia certandi quam habent, deque viribus eorum, tum et de animi fortitudine, iudicium facere: sic et in his, de quibus nunc loquimur, ducibus res se habet. (3) Nam causas quidem aut modos, quibus invicem sibi quotidie insidias struebant, aut structas in caput auctoris retorquebant, invasiones et aggressiones, nec percensere scriptori facile fuerit, et longa tædiosaque res audientibus, quæque nullam lectoribus utilitatem sit allatura, merito iudicetur. (4) Sed ex eo quod in universum de iis pronuntiatum fuerit, et exitu quem nacta est illa acris contentio, melius dictos viros noscas. (5) Etenim neque eorum strategematum quæ ex historiis peti possunt, neque earum inventionum quas ipso tempore et instans necessitas suggerunt, neque item eorum quæ abruptam et violentam audaciam desiderant, quidquam est prætermissum. (6) Summam tamen rei prælio decernere, multis de causis non poterant. Nam et vires utrimque erant pares; et castra pariter ob locorum munitionem inaccessa; et, quum vicinis admodum locis considerent, (7) ex eo fiebat, ut per partes quidem sine intermissione quotidie concurrerent; at, quod in summam totius spei proficeret, nihil patrantur. (8) Nam ex æquo ambobus eveniebat, ut, quoties ad manus ventum esset, illi soli perirent, qui in ipsa pugna cecidissent: at, qui semel aciem inclinarent, continuo extra periculum erant, intra suas munitiones recepti; unde deinde rursus in hostem conversi pugnam redintegrabant.

LVIII. Οὐ μὴν ἀλλ', ὅσπερ ἀγαθὸς βραβευτὴς, ἡ τύχη μεταδιδάσασα παραβόλως αὐτοὺς ἐκ τοῦ προειρημένου τόπου καὶ τοῦ προϋπάρχοντος ἀθλήματος, εἰς παραβολώτερον ἀγώνισμα καὶ τόπον ἐλάττω συνέκλεισεν. (α) Ὁ γὰρ Ἀμιλικας, τῶν Ῥωμαίων τὸν Ἐρυκα τηρούντων ἐπὶ τῇ κορυφῇ καὶ παρὰ τὴν ῥίζαν, καθάπερ εἶπομεν, κατελάβετο τὴν πόλιν τῶν Ἐρυκινῶν, ἥτις ἦν μεταξὺ τῆς τε κορυφῆς καὶ τῶν πρὸς τῇ ῥίζῃ στρατοπεδευσάντων. (β) Ἐξ οὗ συνέβαινε παραβόλως μὲν ὑπομένειν καὶ διακινδυνεύειν πολιορκουμένους τοὺς τὴν κορυφὴν κατέχοντας τῶν Ῥωμαίων ἀπίστωκας δὲ τοὺς Καρχηδόνιους ἀντέχειν, τῶν τε πολεμίων πανταχόθεν προσκειμένων, καὶ τῶν χορηγιῶν αὐτοῖς βαδίσας παρακοιζομένων, ὥς ἂν τῆς θαλάττης καθ' ἓνα τόπον καὶ μίαν πρόσδοον ἀντεχομένοις. (γ) Οὐ μὴν ἀλλὰ πάλιν ἐνταῦθα πάσαις μὲν ἀμφοτέροις ταῖς πολιορκητικαῖς ἐπινοίαις καὶ βίαις χρησάμενοι κατ' ἀλλήλων, πᾶν δὲ γένος ἐνδείας ἀνασχόμενοι, πάσης δ' ἐπιθέσεως καὶ μάχης πείραν λαβόντες (δ) τέλος, οὐχ, ὥς Φάβιος φησὶν, ἐξάδυνατύνοντες καὶ περικυκλῶντες, ἀλλ' ὥς ἂν ἀπαθείας καὶ ἀήτητοί τινες ἄνδρες, ἱερὸν ἐποίησαν τὸν στέφανον. (ε) Πρώτερον γὰρ ἡ ἐκείνους ἀλλήλων ἐπικρατῆσαι, καίπερ δύο ἔτη πάλιν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ διαγωνισαμένους, δι' ἄλλου τρόπου συνέβη λαβεῖν τὸν πόλεμον τὴν κρίσιν. (ς) Τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἐρυκα, καὶ τὰς περὶ τὰς δυνάμεις, τοιαύτην ἔσχε διάθεσιν. Τὰ δὲ πολιτεύματα ἦν ἀμφοτέρων παραπλήσια τοῖς ψυχρομαχοῦσι τῶν εὐγενῶν ὀρνίθων. (ζ) Ἐκείνοι τε γὰρ πολλάκις, ἀπολωλεκότες τὰς πτέρυγας διὰ τὴν ἀδυναμίαν, αὐτῇ δὲ τῇ ψυχῇ μένοντες, ἐκβαλλοῦσι τὰς πληγὰς, ὥς ἂν, αὐτομάτως ποτὲ περιπεσόντες αὐτοῖς, καὶ βαδίσας ἀλλήλων διαδράζωνται, κίπαιτα τούτου γενομένου συμβῇ τὸν ἕτερον αὐτῶν προπσεῖν. (η) Οἱ τε Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι, ἀέμνοντες ἤδη τοῖς πόνοις διὰ τὴν συνέχειαν τῶν κινδύνων, εἰς τέλος ἀπῆλθον, τὴν τε δύναμιν παρελόντο καὶ παρεῖντο διὰ τὰς πολυχρόνους εἰσφορὰς καὶ δαπάνας.

LIX. Ὁμοίως δὲ Ῥωμαῖοι ψυχρομαχοῦντες, καίπερ ἔτη σχεδὸν ἤδη πέντε τῶν κατὰ θάλατταν πραγμάτων ὀλοσχερῶς ἀφρονηκότες, διὰ τε τὰς περιπετείας, καὶ διὰ τὸ πεπεισθαι δι' αὐτῶν τῶν περὶ τῶν δυνάμεων κρίνειν τὸν πόλεμον. (α) τότε συνωρῶντες, οὐ προχωροῦν αὐτοῖς τὸ ἔργον κατὰ τοὺς ἐκλογισμοὺς, καὶ μέλιστα διὰ τὴν τόλμαν τοῦ τῶν Καρχηδονίων ἡγεμόνος, ἔκριναν τὸ τρίτον ἀντιποιήσασθαι τῶν ἐν ταῖς ναυτικαῖς δυνάμειν ἐπιδῶν. (β) ὑπολαμβάνοντες, διὰ τῆς ἐπινοίας ταύτης, εἰ καιρῶς ἄφαιναντο τῆς ἐπιβολῆς, μόνως ἂν οὕτως πέρας ἐπιθεῖναι τῷ πολέμῳ συμπερόν. Ὁ καὶ τέλος ἐποίησαν. (γ) Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐξεχώρησαν τῆς θαλάττης, εἰζάντες τοῖς ἐκ τῆς τύχης συμπτώμασι· τὸ δὲ δεύτερον, ἐλαττωθέντες τῇ περὶ τὰ Δρέπανα ναυμαχίᾳ. (δ) τότε δὲ τρίτην ἱποιοῦντο ταύτην τὴν ἐπιβολήν, δι' ἧς νικήσαντες, καὶ

LVIII. At, veluti bonus brabeuta, sic fortuna mirabiliter modo hos, ex praedicto loco et certato aliquamdiu certamine mirabiliter translatos, in aliud certamen longe periculosius ac locum breviorum conclusit. Custodiebant, sicut diximus, Romani Erycem, praesidio vertici et ad radices montis imposito. (2) Jam Amilcar Erycinorum urbem, inter ipsum verticem et eos qui in imo monte consederant sitam, occupat. (3) Inde eveniebat, ut Romani, qui summum fastigium tenebant, ab hoste obsessi, mirabili constantia quaevis aspera tolerarent, et pericula omnia subirent; Carthaginenses vero supra hominum fidem ipsi quoque hostibus undique prementibus resisterent; quamquam et commeatiuum accedebat difficultas, quod uno dumtaxat loco et unico aditu usum maris retinerent. (4) Verum hic quoque postquam omnibus rationibus, quae vel ab arte vel a vi atque robore ad expugnandos hostes petuntur, utrique essent usi, et inopiae nullum non tolerassent genus, omnis denique invasionis et pugnae periculum fecissent: (5) tandem, non, ut Fabius ait, exhaustis viribus et victi malis, sed ut viri quidam nullo malorum sensu praediti atque invicti, hieram fecerunt. (6) Prius enim quam alii alios vincerent, (etsi per biennium, rursus continuum eodem hoc loco ab eisdem certatum est;) accidit, ut alia quadam ratione finis bello imponeretur. (7) Igitur, quod ad Erycem, et copias terrestres, hic status rerum erat. Utraque autem respublica gallis gallinaceis similis erat, qui majoribus animis decertant quam viribus. (8) Nam et hi saepe, postquam viribus exhausti usum alarum amiserunt, solis animis resistentes, omittunt aliquantisper plagas; sed paulo post rursus, veluti casu quodam in se invicem incidentes, facile sese mutuo corripiunt: quo facto tandem alteruter concidere solet. (9) Sic Romani quoque ac Carthaginenses, laboribus jam defatigati propter continua certamina, ad ultimum paene desperationis jam venerant, solutis etiam ob tot annorum erogationes atque impensas viribus eorum atque remissis.

LIX. Pariter Romani animorum pervicaciam refinentes, etsi annis ferme jam quinque mari in totum abstinuerant, partim adversis coacti, partim etiam illa spe ducti, quod terrestribus copiis finem bello posse imponi sibi persuaserant; (2) tunc, cum animadverterunt suum illud consilium exitum qualem ipsi autumaverant non habere, obstante cum primis Pœni ducis virtute, tertio decreverunt, in navalibus apparatibus spem victoriae sibi esse ponendam. (3) Existimabant enim, hoc demum consilio, si modo rite inceptum curarent, nec ullo alio, finem ex usu suo posse bello imponi. Quod et tandem fecerunt. (4) Nam primo quidem mari cesserant, naufragii calamitate coacti: iterum vero, clade accepta praelio navali ad Drepana: (7) tertio tunc id consilium repetebant, per quod devicto hoste, postquam

τὰ περὶ τὸν Ἑρῦκα στρατόπεδα τῶν Καρχηδονίων ἀποκλείσαντες τῆς κατὰ θάλατταν χορηγίας, τέλος ἐπέθηκαν τοῖς θλοῖς. (6) Ἦν δὲ τῆς ἐπιβολῆς τὸ πλεῖον ψυγομαχία. Χορηγία μὲν γὰρ οὐχ ὑπῆρχε πρὸς τὴν πρόθεσιν ἐν τοῖς κοινοῖς· οὐ μὴν ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν προσωτῶτων ἀνδρῶν εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίαν καὶ γενναϊότητα, προσεүρέθη ἡ πρὸς τὴν συντέλειαν. (7) Κατὰ γὰρ τὰς τῶν βίων εὐκαιρίας καθ' ἓνα καὶ δύο καὶ τρεῖς ὑφίσταντο παρέξειν πεντήρη κατηρτισμένην, ἐφ' ᾧ τὴν δαπάνην κομιοῦνται, κατὰ λόγον τῶν πραγμάτων προχωρησάντων. (8) Τῷ δὲ τοιοῦτῳ τρόπῳ ταχέως ἐτοιμασθέντων διακοσίων πλοίων πεντηρικῶν, ὧν ἐποίησαντο τὴν ναυπηγίαν πρὸς παράδειγμα τὴν τοῦ Ῥοδίου ναῦν· μετὰ ταῦτα στρατηγὸν καταστήσαντες Γάϊον Λυτάτιον ἐξέπεμψαν ἀρχομένης τῆς θερείας. (9) Ὃς καὶ παραδόξως ἐπιφανεῖς τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν τόποις, τὸν τε περὶ τὰ Δρέπανα λιμένα κατέσχε, καὶ τοὺς περὶ τὸ Αἰλύθαιον ὄρους παντὸς ἀναχωρηκῶτος εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ τῶν Καρχηδονίων ναυτικῶ. (10) Συνστησάμενος δὲ περὶ τὴν ἐν τοῖς Δρεπάνοις πόλιν ἔργα, καὶ τὰλλα πρὸς τὴν πολιορκίαν παρασκευασάμενος, ἅμα μὲν ταύτῃ προσεκαρτέρει, τὰ δυνατὰ ποιῶν· (11) ἅμα δὲ, προορώμενος τὴν παρουσίαν τοῦ Καρχηδονίων στόλου, καὶ μνημονεύων τῆς ἐξ ἀρχῆς προθέσεως, ὅτι μόνως δύναται διὰ τοῦ κατὰ θάλατταν κινδύνου κρίσεως τὰ ὅλα τυχεῖν, οὐκ ἀχρεῖον, οὐδ' ἀργὸν εἶναι γίνεσθαι τὸν χρόνον· (12) ἀλλ' ἀν' ἐκάστην ἡμέραν ἀναπείρας καὶ μελέτας ποιῶν τοῖς πληρώμασιν οἰκείως τῆς ἐπιβολῆς, τῇ τε λοιπῇ τῇ κατὰ τὴν δόξαν ἐπιμελείᾳ προσκαρτερῶν, ἀθλητὰς ἀπετέλεσε πρὸς τὸ προκοίμενον ἐν πάννυ βραχεῖ χρόνῳ τοὺς αὐτάς.

LX. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, παρὰ τὴν ὑπόνοιαν προσπεσόντος αὐτοῖς τοῦ πεπλευκέναι στόλου τοὺς Ῥωμαίους, καὶ πάλιν ἀντιποιεῖσθαι τῆς θαλάττης, παραυτίκα κατήρτιζον τὰς ναῦς· (2) καὶ πληρώσαντες σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, ἐξέπεμπον τὸν στόλον, βουλόμενοι μηδὲν ἑλλείπειν τὰ περὶ τὸν Ἑρῦκα στρατόπεδα τῶν ἀναγκαίων. (3) Κατέστησαν δὲ καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως Ἄννων· ὃς ἀναχθεὶς καὶ κατάρας ἐπὶ τὴν Ἰερὰν καλουμένην νῆσον, ἔσπευδε, τοὺς πολεμίους λαθὼν διακομισθῆναι πρὸς τὸν Ἑρῦκα, καὶ τὰς μὲν ἀγορὰς ἀποθέσθαι καὶ κουφίσαι τὰς ναῦς, προσλαθὼν δ' ἐπιβάτας ἐκ τῶν μισθοφόρων τοὺς ἐπιτηδείους, καὶ Βάρκαν μετ' αὐτῶν, οὕτω συμμίσγειν τοῖς ὑπεναντίοις. (4) Ὁ δὲ Λυτάτιος, συνείδων τὴν παρουσίαν τῶν περὶ τὸν Ἄννων, καὶ συλλογισάμενος τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν, ἀναλαθὼν ἀπὸ τοῦ πελοῦ στρατεύματος τοὺς ἀρίστους ἀνδρας, ἔπλευσε πρὸς τὴν Αἴγουςαν νῆσον, τὴν πρὸ τοῦ Αἰλύθαίου χειμένην. (5) Κάνταῦθα παρακαλέσας τὰ πρέποντα τῷ καιρῷ τὰς δυνάμεις, διέσφαίρει τοῖς κυβερνήταις, ὡς ἐσομένης εἰς τὴν αὔριον ναυμαχίας. (6) Ὑπὸ δὲ τὴν ἑωθινήν, ἤδη τῆς ἡμέρας ὑποφανοῦσης, ὁρῶν τοῖς μὲν ἐναντίοις φορὸν ἀνεμὸν καταβρέοντα καὶ λαμπρὸν, σφίσι δὲ δυσχερῆ γιγνόμενον

Carthaginiensium exercitum, qui ad Erycem erat, maritimis commeatibus interclusissent, summæ rei finem imposuerunt. (6) Ceterum ad hoc inceptum Romanos auimorum perviciacia potius, quam res ulla alia, impellebat. Nam publicam quidem pecuniam ad id, quod parabant, in aerario habebant nullam, sed generositate et in remp. munificentia eorum, a quibus administrabatur, inveniebatur quantum ad exsequenda consilia sufficebat. (7) Nam pro modo facultatum singuli, bini, vel terni, unam quinquagem cum omni suo instrumento præbendam suscipiebant; ea lege, ut, rebus ex sententia confectis, sumtus recipe rent. (8) Hoc modo paratis brevi tempore quinquagemibus ducentis, quarum fabricam instituerunt ad exemplar illius, qua Rhodium illum dicebamus usum; post hæc C. Lutatium Cos. classi præesse atque initio æstatis proficisci iubent. (9) Is ex inopinato in Sicilia apparens, quum Pœnorum copiarum navales domum omnes recessissent, et portum ad Drepana, et stationes ad Lilybæum occupavit. (10) Deinde circa Drepana oppidum opera molitus, aliaque ad oppugnationem necessaria, simul urbem hanc obsidione pro virili premebat; (11) simul, prævidens paulo post cum classe occurrentes Pœnos, memorque consilii inde ab initio suscepti, non posse aliter universum bellum terminari quam navali prælio, nullam temporis partem frustra et in otio perire sibi sinebat: (12) sed quotidie navales socios ea tentare, et in iis se exercere iubens quæ suis propositis conducere, tum etiam reliqua disciplina eos cum cura imbuens, brevi spatio nautas omnium rerum, quæ ad futurum certamen pertinebant, peritos reddidit.

LX. Pœni, inopinato nuntio accepto, Romanos classem habere in mari, atque illud denuo sibi ire assertum, naves extemplo instruunt: (2) easque annona et omnibus rebus necessariis oneratas emittunt; omni studio id agentes, ne qui ad Erycem erant exercitus ulla re egerent. (3) Dux classi Punicæ præficitur Hanno: qui e portu Hieronnesum delatus, ad Erycem, priusquam hostes animadvertèrent, appellere magnopere contendebat; ut, commeatibus expositis, et navibus onere levatis, deinde assumtis in classarium militem idoneis quibusque mercenariorum, atque cum his Barca, posset cum hoste configere. (4) Lutatius vero, Hannonis cognito adventu, quid in animo ille haberet facile conciciens, fortissimum quemque e pedestribus copiis assumit, et insulam Ægusam, Lilybæo oppositam, petit. (5) Ibi pro tempore milites allocutus; sequenti die prælium navale commissum iri gubernatoribus denuntiat. (6) Mane vero, illucescente jam die, videns Lutatius, secundum hostibus ac validum flare ventum: suis vero difficile naviga-

τὸν ἀνάπλουον πρὸς ἀντίον τὸ πνεῦμα, κοίλης καὶ τραχείας οὐσας τῆς θαλάττης· τὸ μὲν πρῶτον διηπόρει, τί δεῖ χρῆσθαι τοῖς παροῦσι. (7) Συλλογιζόμενος δέ, ὡς, ἐάν μὲν παραβάλληται χειμῶνος ὄντος, πρὸς Ἄννωνά ποιεῖται τὸν ἀγῶνα, καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς ναυτικάς δυνάμεις, καὶ πρὸς ἔτι γέμοντα τὰ σκάφη· (8) ἐάν δὲ τῶν εὐδῶν, καὶ καταμέλλων ἐάσῃ διαρραῖ καὶ συμμιξῇ τοῖς στρατοπέδοις τοὺς πολεμίους, πρὸς τε τὰς ναῦς εὐκινήτους καὶ κεκουφισμένας ἀγωνιεῖται, πρὸς τε τοὺς ἀρίστους ἀνδρας τῶν ἐκ τοῦ πεζοῦ στρατευμάτων, τὸ δὲ μέγιστον πρὸς τὴν Ἀμιλικου τολμαν, ἥς οὐδὲν ἦν τότε φοβερώτερον. (9) διόπερ ἔκρινε, μὴ παρῆναι τὸν ἐνεστώτα καιρὸν συνιδὼν δὲ τὰς τῶν πολεμίων ναῦς ἰσδιοδρομούσας, ἀνήγετο μετὰ σπουδῆς. (10) Τῶν δὲ πληρωμάτων εὐχερῶς ἀναφερόντων τὸν κλύδωνα ταῖς εὐεξίαις, ταχέως ἐπὶ μίαν ἐκτείνας ναῦν, ἀντίπρωρον κατέστησε τοῖς πολεμίοις τὸν στόλον.

LXI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, κατιδόντες τὸν διάπλουον αὐτῶν προκατέχοντας τοὺς Ῥωμαίους, καθελόμενοι τοὺς ἰστούς, καὶ παρακαλέσαντες κατὰ ναῦν σφᾶς αὐτούς, συνέβαλον τοῖς ὑπεναντίοις. (2) Τῆς δ' ἐκατέρων παρασκευῆς τὴν ἐναντίαν ἐχούσης διάθεσιν τῇ περὶ τὰ Δρέπανα γενομένη ναυμαχίᾳ, καὶ τὸ τέλος ἐκάτερον τῆς μάχης εἰκότως ἐναντίον ἀπέβη. (3) Ῥωμαῖοι μὲν γὰρ τὴν τε ναυπηγίαν μετελήφεσαν, καὶ τὰ βάρη πάντα χωρὶς τῶν πρὸς τὴν ναυμαχίαν ἐπιτηδεῖων ἐξετέθειντο· τὰ τε πληρώματα συγκεκροτημένα διαφέρουσιν αὐτοῖς τὴν χρεῖαν παρίεχτο· τοὺς τ' ἐπιβάτας κατ' ἐκλογὴν ἀνδρας ἀπαραχωρήτους ἐκ τῶν περικύων στρατοπέδων εἶχον. (4) Περὶ δὲ τοὺς Καρχηδόνιους, τάναντία τούτοις ὑπῆρχεν. Αἱ μὲν γὰρ νῆες γέμουσαι, δυσχρήστως διέκειντο πρὸς τὸν κλύδων· τὰ δὲ πληρώματα τελέως ἦν ἀνάσκητα, καὶ πρὸς καιρὸν ἐμβεδλημένα· τὰ δ' ἐπιδατικά, νεοσύλλαγα καὶ πρωτόπειρα πάσης κακοπαθείας καὶ παντὸς δεινοῦ. (5) Διὰ γὰρ τὸ μηδέποτε ἂν ἔτι τοὺς Ῥωμαίους ἑλπίσαι τῆς θαλάττης ἀντιποιήσασθαι, καταφρονήσαντες, ὀλιγώρουν τῶν ναυτικῶν δυνάμεων. (6) Τοιγαροῦν, ἅμα τῷ συμβαλεῖν, κατὰ πολλὰ μέρη τῆς μάχης ἐλαττούμενοι, ταχέως ἐλείφθησαν· καὶ πεντήκοντα μὲν αὐτῶν ναῦς κατέδυσαν, ἐβδομήκοντα δ' ἐάλωσαν αὐτάνδροι. (7) τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος, ἐπαράμενον τοὺς ἰστούς καὶ κατουρῶσαν, αὐθις ἀπεχώρει πρὸς τὴν Ἱερὰν νῆσον, εὐτυχῶς καὶ παραδόξως ἐκ μεταβολῆς αὐτοῖς πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν τοῦ πνεύματος συνεργήσαντος. (8) Ὁ μὲν οὖν τῶν Ῥωμαίων στρατηγός, ἀποκλύσας πρὸς τὸ Αἰλύβαιον καὶ τὰ στρατόπεδα, περὶ τὴν τῶν αἰχμαλώτων πλοίων καὶ τῶν σωματῶν οἰκονομίαν ἐγίνετο, μεγάλην οὖσαν· οὐ γὰρ πάλυ τῶν μυρίων ἐλείπε σωματῶν τὰ ληφθέντα ζωρεῖα κατὰ τὸν κλύδωνον.

LXII. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, προσπεσούσης αὐτοῖς ἀπροσδοκῆτως τῆς ἥττης, ταῖς μὲν ὁρμαῖς καὶ ταῖς φιλοτιμίαις ἀκμὴν ἔτοιμοι πολεμεῖν ἦσαν, τοῖς δὲ λογισμαῖς ἐληπόρου. (2) Οὕτε γὰρ χορηγεῖν ἔτι ταῖς ἐν τῇ

tionem futuram, ventis adversis, et mari modo dehiscente, modo asperius intumescere; haerere primo, anceps animi, et quid consilii caperet incertus. (7) Sed reputans, si per tempestatem periculi alcam subiret, cum Hannone rem sibi futuram, et cum solis iis, quas adducebat, navalibus copiis, ac praeterea cum oneratis commeatu navibus; (8) sin exspectaret donec desaevisset tempestas, et cunctatione committeret, ut trajicerent hostes et cum veterano exercitu se conjungerent; certamen sibi cum navibus fore celeritate praestantibus, onere jam levatis, et cum lectissimo e terrestribus copiis milite, denique, quod maximum erat, cum Amilcaris audacia, qua nihil tum fuit terribilius: (9) haec igitur reputans, statuit praesentem occasionem non praetermittere; moxque conspicatus hostium naves plenis velis currentes, protinus e portu solvit. (10) Et quum nantium dexteritas fluctus facile superaret, celeriter navibus in unam frontem directis, classem hostibus opposuit.

LXI. Carthaginienses, ubi praecclusum sibi a Romanis transitum sentiunt, velis contractis, mutuisque adhortationibus in suis quisque usi navibus, cum Romanis confligunt. (2) Quoniam autem utriusque exercitus apparatus contrarius modo se habebat atque in praelio circa Drepana commisso; exitum quoque illi contrarium merito ambo praelia habuerunt. (3) Nam Romani modum construendi naves nunc in melius mutarant; deinde onera omnia, quorum nullus ad pugnam futurus erat usus, deposuerant; tum autem remiges probe exercitati operam in hoc praelio egregiam navaverunt; postremo selectos e copiis pedestribus propugnatores, cedere nescios, Romani habebant. (4) Apud Paeonos contraria his omnia; naves onustae, ad certamen inhabiles; remiges penitus rudes, et pro tempore navibus impositi; miles classarius, tiro, et qui militiae labores terroresque tum primum experiebatur. (5) Nam quum persuasum habuissent Paeoni, Romanos de asserendo sibi mari numquam amplius cogituros, contemtim et negligenter navales copias curaverant. (6) Itaque quum multis rebus inferiores essent Romanis, primo statim congressu facile superati sunt: demersis navibus ipsorum quinquaginta, captis cum ipsis vectoribus LXX, (7) reliqua multitudo passis velis secundo vento Hieronnesum repetierunt, raro felicitatis exemplo ventorum flatu ex inopinato mutante, et praesenti ipsorum necessitati se accommodante. (8) Romanus Cos. Lilybaeum ad exercitum profectus, captarum navium et captivorum curam habebat, quorum haud exiguus numerus fuit; nec enim multo pauciores erant decem millibus, qui in praelio vivi capti fuerant.

LXII. Carthaginienses, nuntio hujus cladis praeter opinionem accepto, animorum quidem contentione studioque prompti ad bellum gerendum aequae ac prius erant; sed rationem ejus gerendi infire nullam poterant. (2) Nam submini-

Σικελία δυνάμεσιν οἷοι τ' ἦσαν, κρατούντων τῆς θαλάττης τῶν ὑπεναντίων ἀπογόντες δὲ ταύτας, καὶ πρόδοται τρόπον τινὰ γενόμενοι, ποίαις χερσίν ἢ ποίοις ἡγεμόσι πολεμήσειν, οὐκ εἶχον. (3) Διόπερ ὁζέως διαπεμφόμενοι πρὸς τὸν Βάρκαν, ἐπέτρεψαν ἐκείνῳ περὶ τῶν ὧων. Ὁ δὲ καὶ λίαν ἐποίησεν ἔργον ἡγεμόνος ἀγαθοῦ καὶ φρονίμου. (4) Μέχρι μὲν γὰρ ἐκ τῶν κατὰ λόγον ἦν τις ἐλπίς ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, οὐδὲν τῶν παραβόλων ἢ δεινῶν δοκούντων εἶναι παρῆλπεν· ἀλλὰ πάσας τὰς τοῦ νικᾶν ἐν τῷ πολεμῆν ἐλπίδας, εἰ καὶ τις ἄλλος ἡγεμόνος, ἐξήλαττεν. (5) Ἐπειδὴ δὲ περίεστη τα πράγματα, καὶ τῶν κατὰ λόγον οὐδὲν ἔτι κατελείπετο πρὸς τὸ σώζειν τοὺς ὑποταττομένους, πάνυ βουεχῶς καὶ πραγματικῶς εἶξας τοῖς παροῦσιν, ὑπὲρ σπονδῶν καὶ διαλύσεων ἐξαπέστειλε πρεσβευτάς. (6) Τοῦ γὰρ αὐτοῦ νομιστέον εἶναι ἡγεμόνος, τὸ δύνασθαι βλέπειν τὸν τε τοῦ νικᾶν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν τοῦ λείπεσθαι καιρόν. (7) Τοῦ δὲ Λυτατίου προθύμως δεξαμένου τὰ παρακαλούμενα, διὰ τὸ συνειδέναι τοῖς σφετέροις πράγμασι τετρυμένοις καὶ κάμουνσιν ἡδὴ τῷ πολέμῳ συνέβη τέλος ἐπιτείνειν τῇ διαφορᾷ, τοιούτων τινῶν συνθηκῶν διαγραφεισῶν. (8) « Ἐπὶ τοῖσδε φίλιαν εἶναι « Καρχηδονίοις καὶ Ῥωμαίοις, ἐάν καὶ τῷ δήμῳ τῶν « Ῥωμαίων συνδοχῇ· ἐκχωρεῖν Σικελίας ἀπάσης Καρχηδονίους, καὶ μὴ πολεμῆν Ἰέρωνι, μηδ' ἐπιφέρειν ἄλλα Συρακουσίοις, μηδὲ τῶν Συρακουσίων « συμμάχοις. (9) Ἀποδοῦναι Καρχηδονίοις Ῥωμαίοις « χωρὶς λύτρων ἅπαντας τοὺς αἰχμαλώτους ἀργυρίου « κατενεγκεῖν Καρχηδονίους Ῥωμαίοις ἐν ἔτεσιν εἴκοσι « δισχιλία καὶ διακόσια τάλαντα Εὐβοϊκά. »

LXIII. Τούτων δ' ἐπανεχθέντων εἰς τὴν Ῥώμην, οὐ προσεδέξατο τὰς συνθήκας ὁ δῆμος, ἀλλ' ἐξαπέστειλεν ἄνδρας δέκα τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν πραγμάτων. (2) Οἱ καὶ παραγενόμενοι, τῶν μὲν ὧων οὐδὲν ἔτι μετέβηκαν, βραχεῖα δὲ προσεπέτειναν τοὺς Καρχηδονίους. (3) Τὸν τε γὰρ χρόνον τῶν φόρων ἐποίησαν ἡμισυν, χίλια τάλαντα προσθέντες· τῶν τε νήσων ἐκχωρεῖν Καρχηδονίους προσεπέταξαν, ὅσαι μεταξὺ τῆς Ἰταλίας κεῖνται καὶ τῆς Σικελίας. (4) Ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις συστάς περὶ Σικελίας πόλεμος, ἐπὶ τοιούτοις καὶ τοιούτῳ ἔσχε τὸ τέλος· ἔτη πολεμηθεὶς εἴκοσι καὶ τέτταρα συνεχῶς πόλεμος ὢν ἡμεῖς ἴσμεν, ἀκοῇ μαθόντες, πολυχρονιώτατος καὶ συνεχέστατος καὶ μέγιστος. (5) Ἐν ᾧ χωρὶς τῶν λοιπῶν ἀγώνων καὶ παρασκευῶν, καθάπερ εἴπομεν ἀνώτερον, ἅπαξ μὲν οἱ συνάμφω πλείοσιν ἢ πεντακοσίοις, πάλιν δὲ μικρῷ λείπουσιν ἑπτακοσίοις σκάφεσι πεντηρικοῖς, ἐναυμάχησαν πρὸς ἀλλήλους. (6) Ἀπέβαλόν γε μὴν Ῥωμαῖοι μὲν ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ πεντήρεις, μετὰ τῶν ἐν ταῖς ναυαγίαις διαφθαρείσων, εἰς ἑπτακοσίας· Καρχηδόνιοι δὲ, εἰς πεντακοσίας. (7) Ὡστε τοὺς θαυμάζοντας τὰς Ἀντιγόνου καὶ Πτολεμαίου καὶ Δημητρίου ναυμαχίας καὶ τοὺς στολοῦς, εἰκότως ἂν, περὶ τούτων ἱστορήσαντας, ἐκπεπληχθαι τὴν ὑπερβολὴν τῶν πρά-

strare necessaria Siciliensi exercitui, inire hostibus tenentibus, non amplius poterant : horum autem salute desperata, et quodammodo a se prodita, neque milites neque duces ad bellandum sibi superare intelligebant. (3) Ad Barcam igitur magna diligentia mittunt, summamque rerum illi permittunt. Atque hic boni prudentisque ducis officio luculente functus est. (4) Nam quamdiu rebus Carthaginiensium spes superesse aliquam ratio probabilis suadebat, nihil est ab eo ne eorum quidem praetermissum, quæ vel cum audacia et praesenti periculo conjuncta videri poterant : sed omnes victoriae spes, si quis umquam dux alius, bellando tentavit. (5) Ubi vero in contrarium fortuna vertit, et jam nulla ratio consulendi salutis eorum, quibus praerat, erat relicta; tum quidem prudenter admodum, et pro usu rerum quem habebat, praesenti temporum conditioni cedens, legatos de foedere ac pace ad Consulem misit. (6) Ejusdem namque prudentiae existimandum est, et vincendi tempus posse perspicere, et cedendi victoria. (7) Lutatio grata cum primis ea res accidit, ut ei, qui a tritas hoc bello populi Rom. opes, suisque jam grave id onus esse, probe sciret. Ita finis tandem controversiarum est factus, pacis conditionibus in hunc fere modum scriptis : (8) « Amicitia Carthaginiensibus cum Romanis, si ita populo Romano visum fuerit, his legibus esto. Pœni universa Sicilia excedunto. Cum Hierone bellum ne gerunto; neque Syracusanos vel Syracusanorum socios armis petunto. (9) Captivos omnes sine pretio Carthaginienses Romanis reddunto. Argenti talenta Euboica Romanis « bis mille et ducenta in annos xx Pœni pendunto. »

LXIII. His conditionibus Romam perlatis, quum pacem non probasset populus Romanus, decem legatos ad res inspicendas misit. (2) Qui ut venire, de summa eorum, quæ convenerant, nihil mutarunt : leges tantum Pœnis impositas nonnulli intenderunt. (3) Tempus namque pensionum tributum in dimidium contraxerunt; talenta mille ad summam adjecerunt; et omnibus insulis quotquot sunt inter Italiam atque Siciliam, excedere Pœnos jusserunt. (4) His igitur legibus, atque hoc modo, finitum est bellum inter Romanos et Carthaginienses de Sicilia gestum, postquam annos continuos xxv durasset. Bellum omnium, quæ fando accipimus, longissimum, minime intermissum, denique maximum. (5) Quo quidem, ut reliqua certamina atque apparatus taceam, sicut ante diximus, semel, quinquerebus amplius quintentis, si classem utramque in unam summam jungas; iterum, non multo paucioribus septingentis, pugnatum est. (6) Ac Romani quidem eo bello quinquerebes amiserunt, cum iis quæ naufragiis periire, ad septingentas Carthaginienses vero ad quingentas. (7) Ut qui mirari sunt soliti classes et praelia navalia Antigoni, Ptolemæi, ac Demetrii regum, hac cognita historia, merito rerum tunc gestarum magnitudinem cum stupore quodam sint admiraturi

ξων. (9) Εἰ δέ τις βουλευθείη συλλογίσασθαι τὴν διαφοράν τῶν πεντηρικῶν πλοίων πρὸς τὰς τριηρεῖς, αἷς οἱ Πέρσαι πρὸς τοὺς Ἕλληνας, καὶ πάλιν Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι πρὸς ἀλλήλους ἐναυμάχουν· οὐδ' ἂν καθόλου δυνηθείη τηλικαύτας δυνάμεις εὐρεῖν ἐν θαλάττῃ διηγωνισμένας. (9) Ἐξ ὧν δῆλον τὸ προτεθὲν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς, ὡς οὐ τύχη Ῥωμαῖοι, καθάπερ ἔνιοι δοκοῦσι τῶν Ἑλλήνων, οὐδ' αὐτομάτως, ἀλλὰ καὶ λίαν εἰκότως, ἐν τοιούτοις καὶ τηλικούτοις πράγμασιν ἐνασχέσαντες, οὐ μόνον ἐπεβάλλοντο τῇ τῶν ὅλων ἡγεμονίᾳ καὶ δυναστείᾳ τολημεῖς, ἀλλὰ καὶ καθίσκοντο τῆς προθέσεως.

LXIV. Καὶ τί δή ποτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον, ἀπορήσαι τις ἂν, ὅτι, κεκρατηκότες τῶν ὅλων, καὶ πολλαπλασίαν ἔχοντες ὑπεροχὴν νῦν ἢ πρόθεν, οὗτ' ἂν πληρῶσαι τοσαύτας ναῦς, οὗτ' ἀναπλεῦσαι τηλικούτοις στόλοις δυνηθείεν. (2) Οὐ μὴν ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης τῆς ἀπορίας σαφῶς ἐξέσται τὰς αἰτίας κατανοεῖν, ὅταν ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν τῆς πολιτείας ἔλθωμεν· ὑπὲρ ἧς οὐδ' ἡμῖν ἐν πατέρῳ ῥητέον, οὔτε τοῖς ἀκούουσιν ἀργῶς προσεκτέον. (3) Τὸ μὲν γὰρ θέαμα καλὸν, σχεδὸν δ', ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀγνωστον ἔως τοῦ νῦν, χάριν τῶν περὶ αὐτῆς συγγεγραφότων. (4) Οἱ μὲν γὰρ ἡγήνηκασιν, οἱ δ' ἀσαφῆ καὶ τελέως ἀνωφελῆ πεποίηται τὴν ἐξήγησιν. (5) Πλὴν ἐν γε τῷ προειρημένῳ πολέμῳ, τὰς μὲν τῶν πολιτευμάτων ἀμφοτέρων προαιρέσεις ἐφαμιλλοὺς εὑροί τις ἂν γεγενημένας, οὐ μόνον ταῖς ἐπιβολαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς μεγαλοφυχαῖς· μάλιστα δὲ τῇ περὶ τῶν πρωτείων φιλοτιμίᾳ. (6) Τοὺς γε μὴν ἄνδρας οὐ μικρῶ, πολλῶ δὲ, γενναϊτέρους ἐν παντὶ Ῥωμαίους· ἡγεμόνα δὲ, καὶ γνώμη καὶ τόλμῃ θετόν ἄριστον Ἀμίλικαν τῶν τότε γεγονέναι, τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον, πατέρα δὲ κατὰ φύσιν Ἀννίβου, τοῦ μετὰ ταῦτα πολεμήσαντος Ῥωμαίων.

LXV. Μετὰ δὲ τὰς διαλύσεις ταύτας, ἰδιὸν τι καὶ παραπλήσιον ἀμφοτέροις συνέβη παθεῖν. (2) Ἐξεδέξατο γὰρ πόλεμος ἐμφύλιος, Ῥωμαῖους μὲν, ὁ πρὸς τοὺς Φαλίσκους καλουμένους, ὃν ταχέως καὶ συμπερόντως ἐπέτελεσαν, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐγκρατεῖς γεόμενοι τῆς πόλεως αὐτῶν. (3) Καρχηδονίους δὲ, κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, οὐ μικρὸς, οὐδ' εὐκαταφρόνητος, ὁ πρὸς τοὺς ξένους καὶ τοὺς Νομάδας, καὶ τοὺς ἄμα τούτοις ἀποστάντας Λίβυας. (4) ἐν ᾧ πολλοὺς καὶ μεγάλους ὑπομείναντες φόβους, τέλος οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς χώρας ἐκινδύνευσαν, ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους. (5) Ἐπὶ δὲ τὸν πόλεμον τοῦτον ἐπιστῆσαι μὲν ἔξιον διὰ πλείους αἰτίας, ἐπὶ κεφαλαίῳ δὲ καὶ διὰ βραχέων αὐτοῦ ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. (6) Τὸν τε γὰρ παρὰ τοῖς πολλοῖς λεγόμενον ἀσπονδον πόλεμον, τίνα φύσιν ἔχει καὶ διάθεσιν, μάλιστ' ἂν τις ἐκ τῶν τότε γεγενημένων ἐκινῇ. (7) τοὺς τε χρωμένους μισθοφορικαῖς ἑνάμεσι, τίνα δεῖ προρᾶσθαι καὶ φυλάττεσθαι μακρόθεν, ἐναργέστατ' ἂν ἐκ τῆς τότε περιστάσεως συν-

POLYBICUS. — I.

(8) Quod si quis vero inire rationem velit differentiae, quae est inter quinqueremes, et triremes, quibus et Persae adversus Graecos, et Athenienses ac Lacedaemonii inter sese praelia commiserunt: numquam omnino factum esse intelliget, ut tam immensae copiae in mari certarent. (9) Ex quibus fit manifestum, quod initio operis ostendendum suscepimus: Romanos, neque forte fortuna, ut Graecorum nonnulli arbitrantur, neque casu, sed ratione cumprimis probabili, postquam in talibus tantisque rebus fuissent exercitati, non solum cogitare magno conatu cepisse de imperio orbis terrarum ac dominatu, sed etiam propositum esse assecutos.

LXIV. Sed quid tandem causae est, quaerat aliquis, cur, post partum orbis imperium, quum hodie multis partibus major sit illorum potentia quam prius, neque instruere remigio tot naves, neque tantis classibus expeditiones queant suscipere. (2) Verum dubitationis hujus rationes perspicue declarabuntur, cum ad explicandam reip. Romanae formam pervenerimus: de qua neque nobis dicendum est obiter, neque audientibus animo parum attento cogitandum. (3) Nam res quidem ipsa contemplatione perquam digna; quae tamen ad hanc usque diem, per eos qui de illa scripserunt, prope mansit incognita: (4) quod scriptorum alii res Romanas ignoraverint; alii parum dilucide ac plane inutiliter illas sint exsecuti. (5) Ceterum in superiore bello observari potest, ambas hasce respublicas pares inter se fuisse, cum audacia in suscipiendis consiliis, tum magnanimitate, maxime autem, de principatu contentione obstinata. (6) Quod ad milites quidem, illud in universum statuere debemus, generosiores longe fuisse Romanos; educibus vero, Amilcar cognomento Barca, et naturalis pater Hannibalis ejus, qui postea cum Romanis bellum gessit, et consilio et virtute omnium qui tunc fuere praestantissimus est habendus.

LXV. Pace hac facta, peculiaris quidam casus ac similis ambobus hisce populis evenit. (2) Apud Romanos enim secutum est civile bellum cum Faliscis, quod quidem cito et ex utilitate sua composuerunt, paucis diebus urbe illorum capta. (3) At Pœnos eodem tempore bellum exceperit, non parvum neque contemnendum, quod cum mercenario milite Numidisque gesserunt, et qui una cum his rebellarunt, Afri. (4) Quo quidem saepe multumque suis rebus metuere coacti, tandem non de ditione solum, verum etiam de propria salute et patriae ipsius solo in periculum venerunt. (5) Est vero bellum istud multis de causis dignum, cui advertamus animum, quapropter illud quoque, summatim quidem ac breviter, sicut initio proposuimus, exponemus. (6) Primo enim, quod vulgo bellum inexpiabile vocatur, id quam naturam habeat, et quale sit, ex iis, quae tum acciderunt, optime cognosci poterit. (7) Tum vero, quae praevidenda ac multo ante cavenda sint iis qui milite utuntur mercenario, evidentissime hic Carthaginiensium casus docuerit: pra-



ὁσωρήσει· πρὸς δὲ τούτοις, τί διαφέρει, καὶ κατὰ πόσον, ἤθη σύμμικτα καὶ βάρβαρα τῶν ἐν παιδείαις καὶ νόμοις καὶ πολιτικοῖς ἔθελαι ἐκτετραμμένων.

(8) Τὸ δὲ μέγιστον, τὰς αἰτίας ἐκ τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς καιροῖς πεπραγμένων κατανοήσεις, δι' ἧς δ' κατ' Ἀντίδαν συνέστη Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πόλεμος.

(9) Ὑπὲρ οὗ, διὰ τὸ μὴ μόνον παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς πεπολεμηκόσιν ἔτι νῦν ἀμφισβητεῖσθαι τὰς αἰτίας, χρήσιμόν ἐστι τὴν ἀληθινωτάτην παραστῆσαι διάληψιν τοῖς φιλομαθοῦσιν.

LXVI. Ὡς γὰρ θάττον, ἐπιτελεσθεῖσάν τῶν προειρημένων διαλύσεων, ἀποκατέστησε τὰς περὶ τὸν Ἐρυκα δυνάμεις εἰς τὸ Λιλυθαῖον δ' Βάρκας, εὐθέως αὐτὸς μὲν ἀπέθετο τὴν ἀρχήν· δ' ἐπὶ τῆς πόλεως στρατηγὸς Γέσκων ἐγένετο περὶ τὸ περαιῶν τοὺς στρατιώτας εἰς τὴν Λιθύην. (2) Προϊδόμενος δὲ τὸ μέλλον, ἐμφρόνως ἐνεβίβαζε κατὰ μέρη διαίρων αὐτοὺς, καὶ διαλείμματα ποιῶν τῆς ἐξαποστολῆς. (3) βουλόμενος ἀναστροφὴν διδόναι τοῖς Καρχηδονίοις, εἰς τὸ τοὺς καταπλεύσαντας καὶ μισθοδοτηθέντας τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀφυνίων, φθάνειν ἀπαλλαττομένους ἐκ τῆς Καρχηδόνας εἰς τὴν οἰκίαν, πρὶν ἢ τοὺς ἐξῆς περαιουμένους ἐπικαταλαβεῖν.

(4) Ὁ μὲν οὖν Γέσκων, ἐχόμενος ταύτης τῆς ἐννοίας, οὕτως ἐχειρίζετο τὸ κατὰ τὴν ἐξαποστολήν. (5) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τὰ μὲν ἀπορούμενοι χρημάτων, διὰ τὰς προγεγενημένας δαπάνας, τὰ δὲ καὶ πεπεισμένοι παραιτῆσθαι τοὺς μισθοφόρους μέρος τι τῶν προσοφειλωμένων ὀφυνίων, ἔαν καὶ συναθροίσωσι καὶ δέξωνται πάντας εἰς τὴν Καρχηδόνα, παρακατεῖχον ἐκεῖ τοὺς καταπλέοντας διὰ ταύτην τὴν ἐλπίδα, καὶ συνεῖχον ἐν τῇ πόλει.

(6) Γιννομένων δὲ πλείονων ἀδικημάτων καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν· τὸ μὲν πρῶτον, ὑπιδόμενοι τὸν ὄχλον καὶ τὴν συμβαίνουσαν ἀκρασίαν, ἤξιωσαν τοὺς ἡγεμόνας, ἕως ἂν ἐτοιμασθῇ μὲν τὰ κατὰ τὰς σιταρχίας αὐτοῖς, προσδέξωνται δὲ τοὺς ἀπολειπομένους, ἀναχωρήσας πάντας εἰς τινα πόλιν τὴν προσαγορευομένην Σίικαν, λαβόντας εἰς τὰ κατεπεύγοντα χρυσὸν ἑκάστον.

(7) Προθύμως δὲ συνυπακούσαντων πρὸς τὴν ἐξοδον, καὶ βουλομένων αὐτοῦ καταλιπεῖν τὰς ἀποσκευάς, καθάπερ καὶ τὸν πρῶτον χρόνον ὑπῆρχον, ὡς θάττον ἐσομένης τῆς ἐπανόδου πρὸς τοὺς ὀφυνιασμούς. (8) ἀγωνιῶντες οἱ Καρχηδόνιοι, μή ποτε διὰ χρόνου παραγεγονότες, καὶ τινὲς μὲν τέκνων, ἔνιοι δὲ καὶ γυναικῶν ἱμαίροντες, οἱ μὲν οὐκ ἐκπορευθῶσι τὸ παράπαν, οἱ δὲ ἐκπορευθέντες αὐθις ἀνακάμπτωσι πρὸς ταῦτα, καὶ τῷ τοιοῦτῳ τρόπῳ μὴδὲν ἦττον ἀδίκημα γίνεσθαι κατὰ τὴν πόλιν.

(9) ταῦτα προσώμενοι, μετὰ πολλῆς ἀπεχθείας οὐδαμῶς βουλομένους τοὺς ἀνθρώπους ἡνάγκασαν τὰς ἀποσκευάς μεθ' ἑαυτῶν ἀπαγαγεῖν. (10) Οἱ δὲ μισθοφόροι, συναναχθέντες εἰς τὴν Σίικαν, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου τετευχότες ἀνάσεως καὶ σχολῆς ὅπερ ἀφύεστατον ὑπάρχει ξενικαῖς δυνάμεσι, καὶ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, ἀρχηγὸν καὶ μόνον αἴτιον γίνεται στάσεως· διῆγον ἀδεῶς.

(11) Ἄμα δὲ βαρθυλοῦντες, τινὲς μεθ' αὐτῶν ἐξελογί-

terea etiam illud, quid quantumque differentiae sit inter confusae ac barbarae turbae mores, et mores eorum qui liberalibus disciplinis imbuti, ac legibus civilibusque institutis fuerint innutriti. (8) Postremo, quod et maximum est, ex iis, quae tum gesta sunt, causas percipies, quae bellum Hannibalicum Romanos inter et Carthaginienses conflarunt. (9) De cuius quidem belli causis, quia non solum inter scriptores, verum etiam inter illos ipsos qui id gesserunt, ad hanc diem solet esse controversia: operae pretium fuerit, eam sententiam quae verissima est studiosorum lectorum animis insinuare.

LXVI. Statim post ictum frædus, Amilcar, copiis, quæ ad Erycem erant, Lilybaeum deductis, imperium deposuit; Gescone, urbis præfecto, militum in Africam traiectionem curante. (3) Hic, quod futurum erat providens, prudente consilio divisos in partes navibus imponebat; easdemque per intervalla dimittebat. (3) Dari enim tempus Carthaginiensibus volebat, quo possent qui advenerant, post reliqua stipendiorum cuique persoluta, suam quisque patriam repetentes, Carthagine prius excedere, quam illi qui deinde erant trajiciendi eos consequerentur. (4) Et Gescon quidem, cum ita mercenarios transmitteret, id spectabat. (5) Verum Carthaginienses, partim quod prioribus sumptibus erat exhaustum aerarium ipsorum; partim quod crederent, si cunctos simul Carthagine congregassent, impetraturos se ab illis, ut debiti adhuc stipendii gratiam ex aliqua parte civitati facerent; hac spe illecti, omnes qui ad portum appulissent, ibi detinebant, ac deinde etiam in urbe continebant.

(6) Sed quum multa et noctu et interdiu a mercenariis maleficia ederentur, essetque jam suspecta multitudo, ob familiarem militibus intemperantiam; egere cum ducibus Carthaginienses, ut tantisper, dum expedissent negotium de solvendo stipendio, et dum ceteri qui adhuc aberant advenissent, omnes interim in oppidum Siccam, aureo virilium ad præsentis usus accepto, concederent. (7) Quibus voluntati illorum morem gerere paratis, et impedimenta sua ibi relinquere, sicut antea fecerant, cogitantibus, ut qui brevi ad recipienda stipendia essent redituri, (8) magnus Carthaginienses incessit metus, ne, qui post longum adeo tempus rediissent, alii liberorum, alii uxorum desiderio irretiti, partim ne egredierentur quidem penitus, partim egressi mox ad suos affectus redirent, atque ita civitati nihilo melius esset consultum. (9) Hæc suspicati, sane quam odiose impedimenta omnia sua plane invitos secum abducere coegerunt. (10) Milites, quum se universi Siccam recepissent, laborum remissionem et quietem, qua diu caruerant, adepti (quæ res minime omnium conductitiis copiis convenit, estque, ut sic dicam, vel sola per se auctor ac causa seditionis), licenter agebant. (11) Simul per otium

ζοντο τὰ προσοφειλόμενα σφίσι τῶν ὀφωνίων ἐπὶ τὸ πλεῖον, καὶ συγκεφαλαιούμενοι πολλαπλάσια τῶν καθήκοντων, ταῦτ' ἔφασαν δεῖν ἀπαιτεῖν τοὺς Καρχηδονίους (12) πάντες δ' ἀναμνησκόμενοι τῶν ἐπαγγελιών, ὧν οἱ στρατηγοὶ κατὰ τοὺς ἐπισφαλεῖς τῶν καιρῶν παρακαλοῦντες σφᾶς ἐπεποιήντο, μεγάλας εἶχον ἐλπίδας, καὶ μεγάλην προσδοκίαν τῆς ἐσομένης περὶ αὐτοὺς ἐπανορθώσεως.

LXVII. Διόπερ ἅμα τῷ συλλεχθῆναι πάντας εἰς τὴν Σίκκαν, καὶ παραγεγόμενον Ἄννων, τὸν ὑπάρχοντα στρατηγὸν ἐν τῇ Λιβύῃ τότε τῶν Καρχηδονίων, μὴ οἶον τὰς ἐλπίδας καὶ τὰς ἐπαγγελίας ἐκπληροῦν· ἀλλὰ τοῦναντίον, λέγοντα τὸ βάρος τῶν φόρων, καὶ τὴν καθόλου στενοχωρίαν τῆς πόλεως, ἐγγχειρεῖν παραιτεῖσθαι μέρος τι τῶν ἐξ ὁμολόγου προσοφειλομένων ὀφωνίων· (2) εὐθέως διαφορά καὶ στάσις ἐγενᾶτο, καὶ συνδρομαὶ συνεχεῖς ἐγίγοντο, ποτὲ μὲν κατὰ γένη, ποτὲ δ' ὁμοῦ πάντων. (3) Ὡς δ' ἂν μὴθ' ὁμοέθων, μὴθ' ὁμογλώττων ὑπαρχόντων, ᾗν ἀμειβίας καὶ θυρόβου καὶ τῆς λεγομένης τύρβης πλήρες τὸ στρατόπεδον. (4) Καρχηδόνιοι γὰρ αἰεὶ χρώμενοι ποικιλίαις καὶ μισθοφορικαῖς δυνάμεσι, πρὸς μὲν τὸ μὴ ταχέως συμφρονήσαντας ἀπειθεῖν, μὲν δὲ δυσκαταπλήκτους εἶναι τοῖς ἡγουμένοις, ὁρθῶς στογάζονται, ποιοῦντες ἐκ πολλῶν γενῶν τὴν δύναμιν· (5) πρὸς δὲ τὸ, γενομένης ὀργῆς ἢ διαβολῆς ἢ στάσεως, διδάξαι καὶ παρῆναι καὶ μεταθεῖναι τοὺς ἡγνοχότας, ὁλοσχερῶς ἀστοχοῦσιν. (6) Οὐ γὰρ οἶον ἀνθρωπίνῃ χρῆσθαι κακίᾳ συμβαίνει τὰς τοιαύτας δυνάμεις, ὅταν ἀπαξ εἰς ὀργὴν καὶ διαβολὴν ἐμπέσωσι πρὸς τινας· ἀλλ' ἀποθηριῶσθαι τὸ τελευταῖον, καὶ παραστεικὴν λαμβάνειν διάθεσιν. (7) Ὁ καὶ τότε συνέβη γενέσθαι περὶ αὐτοὺς ἦσαν γὰρ οἱ μὲν Ἰβηρες, οἱ δὲ Κελτοὶ, τινὲς δὲ Λιγυστινοὶ, καὶ Βαλιαρεῖς· οὐκ ὀλίγοι δὲ μετέλληνες, ὧν οἱ πλείους αὐτόμολοι καὶ δοῦλοι τοῦ δὲ μέγιστον μέρος αὐτῶν ἦν Λίβυες. (8) Διόπερ οὗτ' ἐκκλησιάζονται συναθροίσαντα πάντας ὁμοῦ δυνατὸν ᾗν, οὗτ' ἄλλην οὐδεμίαν εὐρέσθαι πρὸς τοῦτο μηχανήν. (9) Πῶς γὰρ οἶόν τε; τὸν μὲν γὰρ στρατηγὸν εἰδέναι τὰς ἐκείστων διαλέκτους ἀδύνατον· διὰ πλειόνων δὲ ἐρμηνέων ἐκκλησιάζειν, ἅμα τετράκις καὶ πεντάκις περὶ ταύτου λέγοντα πράγματκος, σχεδὸν ὡς εἰπεῖν ἐτι τοῦ πρόσθεν ἀδυνατώτερον. (10) Λοιπὸν ᾗν, διὰ τῶν ἡγεμόνων ποιεῖσθαι τὰς ἀξιώσεις καὶ παρακλήσεις· ὅπερ ἐκείρωτο τότε συνεχῶς ποιεῖν ὁ Ἄννων. (11) Ἀκμήν δὲ καὶ τούτους συνέβαιεν ἃ μὲν οὐκ αἰσθάνεσθαι τῶν λεγομένων, ἃ δὲ καὶ συναινέσαντας ἐνόησε τῷ στρατηγῷ, τάναντία πρὸς τοὺς πολλοὺς ἀναγγέλλειν, τοὺς μὲν δι' ἄγνοιαν, τοὺς δὲ διὰ κακίαν· ἐξ ὧν ἦν ἀσφαφία, ἀπιστία, αἰμυλία, ἅπαντα πλήρη. (12) Πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, ἔσονται καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐπίτηδες τοὺς μὲν εἰδότας στρατηγούς τὰς γεγενημένας χρεῖας κατὰ Σικελίαν ἐξ αὐτῶν, καὶ πεποιτημένους σφίσι τὰς ἐπαγγελίας, οὐκ ἐξαποσταλλεῖν ὡς αὐτοὺς τὸν δὲ μηδενὶ τούτων παρακαλουηκότα, τοῦτον ἐκπεπομμένα. (13) Τέλος δ' οὖν

cœpere quidam stipendii adhuc debiti rationem inire, omnia in majus attollentes; et, quum summam multis partibus majorem vero confecissent, tantum a Carthaginiensibus exigendum esse dictitabant. (12) Omnes vero revocabant in memoriam promissiones sibi a ducibus, dum inter pericula illos adhortarentur, factas; magnasque animis spes concipiebant, et commoda, quæ percepturos se ampla arbitrabantur, avidi expectabant.

quod in Sardinia insula erat, Mathonis ac Spendii exemplum secutum, adversus Carthaginienses, qui in insula erant, insurgit. (2) Bostarem igitur auxiliorum praefectum, in arcem conclusum, cum suis popularibus interimunt. (3) Deinde quum eodem Pœni, Hannone duce, novas copias misissent, atque etiam illæ Hannone relicto ad conjuratos se adjunxissent; (4) vivi Hannonis potiti rebelles, confestim ipsum quidem in crucem agunt, Carthaginienses vero omnes, qui erant in insula, inusitatis atque exquisitis suppliciis cruciatis necant. (5) Tum autem, urbium potentes facti, insulam vi obtinebant: donec, seditione inter ipsos et Sardos orta, in Italian ab his sunt ejecti. (6) Atque hoc modo a Carthagine alienata est Sardinia: insula, et magnitudine, et frequentia hominum, et fructuum proventus præstans. (7) Sed quia de illa multi jam multa scripserunt, necessarium non duximus, super re, de qua dubitat nemo, aliis dicta reponere. (8) Ceterum Matho, Spendius et una cum his Gallus Autaritus, suspectam illam humanitatem habebant, qua usus Amilcar erat erga captivos. Itaque veriti, ne et Afri et pars magna mercenariorum ea arte deliniti, ostensam sibi impunitatem cupide amplecterentur; habito concilio deliberant, qui possent aliquo insigni ad impietatem facinore edito, multitudinem adversus Carthaginienses penitus efflere. (9) Placuit ergo, milites in unum convocari: quo facto, in hunc cœtum introducit tabellarius cum epistola, quasi ab ejusdem sectæ hominibus, qui in Sardinia erant, missus. (10) Erat autem in epistola scriptum, custodirent magna cura Gesconem et ceteros qui cum illo erant omnes, quibus, ut ante ostendimus, Tunete fidem violaverant: esse enim in exercitu nonnullos, qui cum Carthaginiensibus secreta consilia ad eos liberandos inierint. (11) Hac occasione arrepta, Spendius primum hortatur suos, ne in ea humanitate, quam Pœnus captivis exhibuisset, spem ullam salutis ponerent. (12) Non enim id illum spectasse hoc consilio, ut captos servaret; sed id potius egisse, ut illis dimittendis, nos omnes in potestatem redigat, et sic non aliquos, sed omnes nos simul, si fidem illi habuerimus, supplicio afficiat. (13) Ad hæc cavendum admonet, ne, Gescone dimisso, ludibrium hostibus debeant, et præterea rebus suis plurimum incommodent, si talem virum, ducem egregium, quem par sit credere inimicum ipsis futurum maxime terribilem, siverint evadere. (14) Hæc adhuc loquebatur Spendius, cum ecce alium tabellarium, qui se ab iis missum, qui Tunete sedebant, fingens, literas idem cum Sardiniensibus dicentes adferebat.

LXXX. Posthæc verba fecit Antaritus Gallus, et, salutem unicam rebus ipsorum esse ait, si omni spei, quæ

πάσας ἀπογνῶναι τὰς ἐν Καρχηδονίοις ἐλπίδας. (2) Ἔως δ' ἂν ἀντέχηται τις τῆς ἐκείνων φιλανθρωπίας, οὐ δυνατόν αὐτοῖς ἀληθινὸν γενέσθαι τὸν τοιοῦτον σύμμαχον. (3) Διόπερ ἤξιον, τοῖσι πιστεύειν, τούτους ἀκούειν, τοῖς τοιοῦτοις προσέχειν τὸν νοῦν, οἵτινες ἂν ἰεῖ τι τῶν ἀπερθεστώτων καὶ πικροτάτων εἰσαγγέλῃσι κατὰ Καρχηδονίων· τοὺς δ' ἐναντία τοῖσι λέγοντας, προδότης καὶ πολεμίους ἡγεῖσθαι παρήναι. (4) Ταῦτα δ' εἰπὼν, (παρήναι καὶ) συνεβούλευε τὸν τε Γέσκωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ συλληφθέντας, καὶ τοὺς ὕστερον γενομένους αἰχμαλώτους τῶν Καρχηδονίων, αἰκισαμένους ἀποκτείνει. (5) Πρακτικώτατος δ' ἦν ὅστος ἐν ταῖς συμβουλίαις, διὰ τὸ πολλοὺς τὴν φωνὴν αὐτοῦ συνίκαί. (6) Πάλαι γὰρ στρατευόμενος, ᾗδει διαλέγεσθαι Φοινικιστί· ταύτη δέ πως οἱ πλείστοι συνεαῖνοντο τῇ διαλέκτῳ, διὰ τὸ μῆκος τῆς προγεννημένης στρατείας. (7) Διόπερ ἐπαινέσαντος αὐτὸν ὁμοθυμαδὸν τοῦ πλήθους, ὁστος μὲν εὐδοκίμων ἀνεχώρησε. (8) Πολλῶν δὲ προπορευομένων ἀφ' ἐκάστου γένους ἕνα, καὶ βουλομένων αὐτὴν παραιτεῖσθαι τὴν αἰχίαν, διὰ τὰς γεγενημένας ἐκ τοῦ Γέσκωνος εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίας οὔτε μὴν τῶν λεγομένων οὐδὲν ἦν συνετόν· ὡς ἂν ἅμα πολλῶν, ἐκάστου δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν διαλέκτον συμβουλευόντος. (9) Ἐπεὶ δὲ καὶ παρεγμυνώθη, διότι τὴν τιμωρίαν παραιτοῦνται, καὶ τις ἐκ τῶν καθημένων εἶπεν, ὅτι βάλλε· πάντας ἅμα κατέλευσαν τοὺς προπορευθέντας. (10) Καὶ τούτους μὲν, ὥσπερ ὑπὸ θηρίων διεσθαρμένους, ἐξέπερον οἱ προσήκοντες. (11) Τοὺς δὲ περὶ τὸν Γέσκωνα λαβόντες, ὄντας εἰς ἑπτακοσίους, ἤγον ἐκ τοῦ χάρακος οἱ περὶ τὸν Σπένδιον· καὶ προαγόντες βραχὺ πρὸ τῆς στρατοπέδευσης, πρῶτον μὲν ἀπέκοπτον τὰς χεῖρας. (12) ποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Γέσκωνος, ὃν βραχεῖ χρόνῳ πρότερον ἐκ πάντων Καρχηδονίων προκρίναντες, ἀνέδειξαν μὲν εὐεργέτην αὐτῶν, ἐπέτρεψαν δὲ περὶ τῶν ἀμφισβητούμενων. (13) Ἐπειδὴ δὲ τὰς χεῖρας ἀπέκοψαν, ἡκρωτηρίαζον τοὺς τάλαιπῶρους· κολοβώσαντες δὲ, καὶ συντρήξαντες τὰ σκέλη, ἔτι ζῶντας ἐβρίψαν εἰς τινα τέττον.

LXXXI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τοῦ δυστυχήματος αὐτοῖς ἀναγγελθέντες, ποιεῖν μὲν οὐδὲν εἶχον, ἰσχυεζίαζον δὲ, καὶ περιπαθεῖς γενομένοι τῇ συμφορᾷ, πρὸς μὲν Ἀμίλχαν καὶ τὸν ἕτερον τῶν στρατηγῶν Ἄννωνα πρεσβευτὰς ἐξέπεμπον, δεόμενοι βοηθεῖν καὶ τιμωρεῖν τοῖς ἡτυγηκόσι. (2) Πρὸς δὲ τοὺς ἡσεδηκότας, κήρυκας ἐξαπέστελλον περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἐντιρέσεως. (3) Οἱ δ' οὔτε ἔδοσαν, προεῖπόν τε τοῖς παροῦσι, μήτε κήρυκα πέμπειν πρὸς σφᾶς, μήτε πρεσβυτὴν, ὡς τῆς αὐτῆς κολάσεως ὑπομενούσης τοὺς παραγενομένους, ἧς νῦν Γέσκων τέτευχε. (4) Πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν ἰδογματοποιήσαν καὶ παρήνεσαν ἑαυτοῖς, ὅτι μὲν ἂν λάθῃσι Καρχηδονίων, τιμωρησαμένους ἐπακτείνειν· ὃν δ' ἂν τῶν συμμαχούντων αὐτοῖς, ἀποκτείναντες τὰς χεῖρας, αὐτοὶ εἰς Καρχηδόνα ἀποπέμ-

Carthaginiensibus ostenderetur, penitus renuntiassent. (2) Quamdiu namque aliquis illorum humanitatem respiceret, non posse eum, hoc animo præditum, veram cum ipsis societatem colere. (3) Monuit igitur, eis crederent, eos audirent, iis auscultarent, qui inimicissimarum et acerbissimarum sententiarum adversus Carthaginienses auctores essent. Qui his contraria dicerent, pro hostibus ac proditoribus habendos. (4) Hæc locutus, hortari suadereque cepit, ut Gesconem, quique cum eo capti essent, nec non quotquot postea e Carthaginiensibus vivi in potestatem venissent, cruciatos omnes trucidarent. (5) Omnino autem vir hic in conciliis plurimum poterat, quod dicentem multi intelligerent. (6) Nam et Punice loqui didicerat, longo militiæ usu; cujus linguæ plerique etiam, quod per diu sub signis Pœnorum meruerant, familiaritatem aliquam contraxerant. (7) Autaritus ergo, una voce laudatus a multitudine, magnam ex ea concione laudem reportavit. (8) Quum autem ex omnibus nationibus multi prodiiissent, qui propter egregia Gesconis in ipsos merita cruciatum saltem deprecari pro eo cuperent; multis simul verba facientibus, et unoquoque propriam gentis suæ loquelam usurpante, nihil poterat intelligi. (9) Ubi tandem intellectum est, supplicium istos deprecari, atque aliquis assidentium dixit, Feri! tum vero continuo cunctos, qui prodierant, lapidibus obruerunt. (10) Et hos quidem, tanquam a bestiis interemtus, propinqui extulerunt. (11) At Gesconem et reliquos capti vos numero ad septingentos, correptos, extra vallum ducit Spendius: et productis paullulum ante castra, manus primo præcidunt; (12) initio facto a Gescone ipso, quem virum non multo ante, omnibus prælatum Carthaginiensibus, et bene meritum de se prædicaverant, et controversiarum suarum arbitrum legerant. (13) Manibus præcis, deartuant miseros: mutilatis crura suffringunt, et spirantes adhuc in fossam conjiciunt.

LXXXI. Carthaginienses, cognito horum infortunio, qui aliud nihil possent, lamentantes tantisque malis ingemiscientes, ad Amilcarem et alterum ducem Hannonem legatos mittunt; orant, Reipublicæ ferant opem, et miseris cæde hostium parentent. (2) Missi et caduceatores ad scelere impiatos, qui defunctorum cadavera tollerent. (3) Sed illi neque hæc tradiderunt, et eos qui adveniant monuerunt, ne vel caduceatorem postea ad se mitterent, vel legatum: si qui accederent, eodem supplicii genere cum Gescone perituros. (4) Decretum deinde, multum sese invicem hortati, in posterum faciunt; quicumque Carthaginiensium captus fuerit, hunc se cruciatum occisuros; quicumque e sociis illorum, hunc præcis manibus ad Carthaginienses remissuros. Idque postea magna cura semper servarunt. (5) Hæc igitur intuens aliquis, merito dixerit, non corpora solum-

πειν. Ὁ δὲ καὶ διετέλεσαν ἐπιμελῶς ποιῶντες. (5) Διόπερ εἰς ταῦτα βλέπων, οὐκ ἄν τις εἰπὲν ὀκνήσειεν, ὥς οὐ μόνον τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τινα τῶν ἐν αὐτοῖς γεννωμένων ἐλκῶν καὶ φυμάτων ἀποθηριοῦσθαι συμβαίνει, καὶ τελῶς ἀδοθήτητα γίνεσθαι. (6) πολὺ δὲ μάλιστα τὰς ψυχάς. Ἐπὶ τε γὰρ τῶν ἐλκῶν, ἐὰν μὲν θεραπείαν τοῖς τοιοῦτοις προσάγῃ τις, ὑπ' αὐτῆς ἐνίοτε ταύτης ἐρεθιζόμενα, θάττον ποιεῖται τὴν νομήν· ἐὰν δὲ πάλιν ἀφῇ, κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν φύσιν φθείρονται τὸ συνεχές, οὐκ ἴσχει παύλαν, ἕως ἂν ἀφανίσῃ τὸ ὑποκείμενον. (7) Ταῖς τε ψυχαῖς παραπλησίως τοιαῦτα πολλάκις ἐπιφύονται μελάναι καὶ σηπεδόνες, ὥστε μηδὲν ἀσεβέστερον ἀνθρώπου μηδὲ ὁμότερον ἀποτελεῖσθαι τῶν ζώων. (8) Οἷς ἐὰν μὲν συγγνώμην τινὰ προσάγῃς καὶ φιλανθρωπίαν, ἐπιβουλήν καὶ παραλογισμόν ἡγούμενοι τὸ συμβαῖνον, ἀπιστότεροι καὶ δυσμενέστεροι γίνονται πρὸς τοὺς φιλανθρωποῦντας. (9) Ἐὰν δὲ ἀντιτιμωρῇ· διαμιλλόμενοι τοῖς θυμοῖς, οὐκ ἔστι τι τῶν ἀπειρημένων ἢ δεινῶν, ὅποιον οὐκ ἀναδέχονται, σὺν καλῶ τιθέμενοι τὴν τοιαύτην τόλμαν· τέλος δ' ἀποθηριωθέντες, ἐξέστησαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. (10) Τῆς δὲ διαθέσεως ἀρχηγὸν μὲν καὶ μεγίστην μερίδα νομιστέον, ἔθνη μοχθηρὰ καὶ τροφὴν ἐκ παίδων κακὴν· συνεργὰ δὲ καὶ πλείω, μέγιστα δὲ τῶν συνεργῶν, τὰς αἰ τῶν προεστώτων ὕβρεις καὶ πλεονεξίας. (11) Ἄ δὲ τότε συνέβαινε καὶ περὶ μὲν τὸ σύστημα τῶν μισθοφόρων, ἔτι δὲ μᾶλλον περὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν, ὑπάρχειν.

LXXXII. Ἀμιλκας δὲ, δυσχρηστούμενος τῇ τῶν πολεμίων ἀπονοίᾳ, τὸν μὲν Ἄνωνα πρὸς ἑαυτὸν ἐκάλει· πεπεισμένος, ἀθροισθέντων ὁμοῦ τῶν στρατοπέδων, θάττον ἐπιθήσειν τέλος τοῖς θείοις. (2) Τῶν δὲ πολεμίων οὓς ποτε κρατήσσειε, τοὺς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, τοὺς δὲ ζωγρεῖα πρὸς αὐτὸν εἰσαναχθέντας, ὑπέβαλλε τοῖς θηρίοις· μίαν ὁρὴν λύσιν ταύτην, εἰ δυναθεῖν τοὺς ἐχθροὺς ἀρδὴν ἀφανίσαι. (3) Δοκοῦντων δὲ τῶν Καρχηδονίων ἐπικυδεστέρας ἐλπίδας ἔχειν ἤδη κατὰ τὸν πόλεμον, γίνεταί τις ὀλοσχερῆς καὶ παράδοξος περὶ αὐτοὺς παλὶρβόια τῶν πραγμάτων. (4) Οἱ τε γὰρ στρατηγοὶ συνελθόντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ, διεστασίασαν πρὸς σφᾶς ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μὴ μόνον τοὺς κατὰ τῶν ἐχθρῶν παραλιπεῖν καιροὺς, ἀλλὰ καὶ κατὰ σφῶν αὐτῶν πολλὰς ἀφορμὰς δίδοναι τοῖς ὑπεναντίοις, διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν. (5) Ἄ ὃ καὶ συνέντες οἱ Καρχηδόνιοι, τῷ μὲν ἐνὶ τῶν στρατηγῶν ἀπαλλάττεσθαι προσέταξαν· τῷ δ' ἐτέρῳ μένειν, ὃν ἂν αἱ δυνάμεις προκρίνωσιν. (6) Ἄμα δὲ τούτοις καὶ τὰς παραχομιζόμενας ἀγοράς ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς καλουμένων Ἐμπορείων, ἐφ' αἷς εἶχον τὰς μεγίστας ἐλπίδας, περὶ τε τῆς τροφῆς καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, διαφθαρῆναι συνέθι κατὰ θάλατταν ὀλοσχερῶς ὑπὸ χειμῶνος. (7) Τὰ δὲ κατὰ τὴν Σαρδόναν, καθάπερ ἐπάνω προείπον, ἐτύγγανεν ἀπηλλοτριωμένα, μεγάλας αὐτοῖς αἰεὶ ποτε χρεῖας παρεχομένης τῆς νήσου ταύτης

modo hominum, et quæ in iis nascuntur ulcera tuberaque nonnulla aliquando efferari, ut prorsus fiant insanabilia : (6) sed multo etiam magis hoc idem animis evenire. Et in ulceribus quidem, si curationem ita affectis admoveas, illa ipsa irritatum nonnumquam malum, tanto serpit velocius : rursus si curatio omittatur, proxima quæque loca corrumpendo, ut natura est horum ulcerum, non animum faciunt, quam corpori subjecto perniciem attulerint. (7) Similiter in animis quoque fuligines quædam ingenerantur, ac tabes ejusmodi ut nullum animal inveniri possit, quod impietate atque crudelitate homo non superet. (8) His si veniam delictorum dare et humanitatem præstare velis; dolum ac fraudem subesse rati, minus etiam quam antea fidei habent, et acrioribus odiis eos persequuntur, a quibus fuerint humanitate provocati. (9) Sin vicissim ultum eas; intendunt furorem, nec ullum est tantum nefas, nullum scelus tam abominandum, quo se non obli-gent, laudi ducentes talem audaciam; donec tandem prorsus efferati, hominum exuant naturam. (10) Non est autem dubitandum, provenire hunc animorum habitum a malis moribus, et prava a teneris educatione. Sed adjuvante causæ sunt vel plures : inter quas omnes principem locum tenent injuriæ a magistratibus illatæ ac rapinæ. (11) Id quod tunc temporis, cum in universo mercenariorum corpore, tum in illorum maxime ducibus, locum habuerat.

LXXXII. Amilcar, per hanc desperatam hostium audaciam magnis difficultatibus conflictatus, Hannonem ad se vocat : persuasus, si omnes copiæ in unum cogerentur, universo bello facilius posse finem imponi. (2) Hostium dehinc quotquot in ipsius potestatem veniebant, vel in ipsi discrimine interficiebat, vel, si capti adducti fuissent, feris objiciebat; unicum ratus esse tot malorum remedium, si ad internecionem hostes posset delere. (3) Quum autem viderentur Carthaginenses longe meliore jam spe de hoc bello niti posse; ingenti atque mirabili mutatione facta, res illorum labi retro cœperunt. (4) Nam et duces, simul ac fuerunt una, eo discordiarum venerunt, ut non solum rei bene gerendæ tempora omitterent, verum etiam mutuam ob invidiam occasiones multas sibi nocendi darent hostibus. (5) Quod ubi Carthaginenses animadverterunt; ducem alterum abire, alterum remanere, quem exercitus elegissent, jusserunt. (6) Præterea eodem tempore contigit, ut com-meatus, qui ex Emporiis, id loci apud Afros est nomen, advehebantur, in quibus spes ferme omnes cum de alimentis, tum de aliis exercitui necessariis, collocatas habebant, tempestate in mari coorta, funditus perirent. (7) Jam et Sardinia, ut ante commemoravimus, imperio eorum erat subtracta, quæ insula semper antea, necessariis reipublicæ

κατὰ τὰς περιστάσεις. (8) Τὸ δὲ μέγιστον, ἡ τῶν Ἱππακρητῶν καὶ τῶν Ἱτυκαίων ἀπέστη πόλις, αἵτινες ἐτύγχανον μόναι τῶν κατὰ τὴν Λιβύην οὐ μόνον τὸν ἐνεστώτα πολέμον ἀναδεδεγμένοι γενναίως, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατ' Ἀγαθοκλέα καιροῦς καὶ τὴν Ῥωμαίων ἐξοδὸν εὐγενῶς ὑπομεμενηκυῖαι, καὶ συλλήβδην οὐδέποτε βεβουλευμένοι Καρχηδονίους οὐδὲν ὑπεναντίον. (9) Τότε δὲ, χωρὶς τῆς ἀλόγου πρὸς τοὺς Λίβυας ἀποστάσεως, καὶ διὰ τῆς μεταθέσεως εὐθέως τούτοις μὲν τὴν μεγίστην οἰκειότητα καὶ πίστιν ἐναπεδείξαντο, πρὸς δὲ τοὺς Καρχηδονίους ἀπαραίτητον ὄργην ἐνεστήσαντο καὶ μίσος. (10) Τοὺς μὲν γὰρ παραβεβηθηκότας αὐτοῖς παρ' ἐκείνων, ὄντας εἰς πενταχοσίους, καὶ τὸν ἡγεμόνα τούτων, ἀποκτείναντες ἀπαντας ἐῤῥιψαν κατὰ τοῦ τείχους, τὴν δὲ πόλιν ἐνεχείρισαν τοῖς Λίβυσι· τοῖς γε μὴν Καρχηδονίοις οὐδὲ θάψαι συνέχωρῃσαν τοὺς ἡτυχηκότας αἰτουμένους. (11) Τούτων δὲ συμβαινόντων, οἱ μὲν περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον, ἐπαρθέντες τοῖς συμβεβηκόσι, πολιορκεῖν ἐνεχείρισαν αὐτὴν τὴν Καρχηδόνα. (12) Βάρκας δὲ, παραλαβὼν Ἀννίβαν τὸν στρατηγόν· τοῦτον γὰρ ἐξαπέστειλαν οἱ πολῖται πρὸς τὰς δυνάμεις, ἐπεὶ τὸν Ἀννονα τὸ στρατόπεδον ἔκρινε δεῖν ἀπαλλάττεσθαι, κατὰ τὴν ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων αὐτοῖς δοθεῖσαν ἐπιτροπὴν παρὰ τὰς γενομένας τῶν στρατηγῶν στάσεις πρὸς ἀλλήλους. (13) Δυσπερ Ἀμιλκας, ἔχων τούτων τε καὶ Ναυαύαν, ἐπῆει τὴν χώραν, διακλείων τὰς χορηγίας τοῖς περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον· μεγίστην αὐτῷ παρεχομένου χρεῖαν περὶ τε ταῦτα καὶ τὰλλα Ναυαύα τοῦ Νομάδος. (14) Τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς ὑπαίθρους δυνάμεις, ἐν τούτοις ᾗ.

LXXXIII. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, περικλειόμενοι πανταχόθεν, ἠναγκάζοντο καταφεύγειν ἐπὶ τὰς συμμάχους πόλεις. (2) Ἐπιστὰς δὲ Ἱέρων αἰεὶ μὲν ποτε κατὰ τὸν ἐνεστώτα πολέμον μεγάλην ἐποιεῖτο σπουδὴν εἰς πᾶν τὸ παρακαλούμενον ὑπ' αὐτῶν. (3) Τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἐφιλοτιμεῖτο, πεπεισμένος συμφέρειν ἐξυτῷ καὶ πρὸς τὴν ἐν Σικελίᾳ δυναστείαν, καὶ πρὸς τὴν Ῥωμαίων φιλίαν, τὸ σῶζεσθαι Καρχηδονίους· ἵνα μὴ παντάπασιν ἐξῇ τὸ προτεθὲν ἀκονιτὶ συντελεῖσθαι τοῖς ἰσχύουσι· πάνν φρονίμως καὶ νουνεχῶς λογιζόμενος. (4) Οὐδέποτε γὰρ χρὴ τὰ τοιαῦτα παρορᾶν· οὐδὲ τολμαῦτῃ οὐδενὶ συγκατασκευάζειν δυναστείαν, πρὸς τὴν οὐδὲ περὶ τῶν ὁμολογουμένων ἐξέσται δικαίων ἀμνηστῆσθαι. (5) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ῥωμαῖοι, τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια, προθυμίας οὐδὲν ἀπέλειπον. (6) Ἐν ἀρχαῖς μὲν γὰρ ἐγένετό τις ἀμφισβήτησις ἐξ ἀμφοῖν, διὰ τινος τοιαύτας αἰτίας. (7) Τὸν Καρχηδόνιον τοὺς πλείοντας ἐξ Ἰταλίας εἰς Λιβύην, καὶ χορηγοῦντας τοῖς πολέμοις, καταγόντων ὡς αὐτοὺς, καὶ σχεδὸν ἀθροισθέντων τούτων εἰς τὴν φυλακὴν εἰς τοὺς πενταχοσίους, ἠγανάκτησαν οἱ Ῥωμαῖοι. (8) Μετὰ δὲ ταῦτα διαπρσβευσάμενοι, καὶ κομισάμενοι διὰ λόγου πάντας, ἐπὶ τοσούτον εὐδόκησαν, ὥστε

temporibus, maximo usui ipsis ruerat. (8) Cumulus vero malorum fuit, quod et Hippacritarum et Uticensium civitates defecerunt; quæ solæ, ex omnibus totius Africae, non solum praesens bellum generoso animo sustinuerant, sed etiam temporibus Agathoclis, et cum Romani Africam invaserunt, fortiter restiterant; atque uno verbo rempublicam Carthaginiensium nulla unquam re læserant. (9) Tunc vero, non contentæ sine ulla idonea causa ad Afros defecisse, in ipsa etiam statim defectione pro conjunctissimis ac fidelissimis erga istos se gesserunt, adversum Carthaginienses vero inexpiabilem iram atque odium susceperunt. (10) Nam trucidatis omnibus qui Carthagine illis suppetias fuerant missi, numero fere quingentis, cum ipso duce ac de muro dejectis, urbem Afris tradiderunt; ne sepeliendi quidem occisos potestate facta Carthaginiensibus, qui id petebant. (11) Itaque his successibus elati Matho et Spendius, de Carthaginis ipsius obsidione cogitarunt. (12) At Barca, secum assumto Hannibale duce (hunc enim populus proficisci ad copias jusserat, posteaquam exercitus, accepta a Carthaginiensibus potestate, quo tempore inter se dissidebant duces, expedire pronuntiasset ut castris Hanno excederet), (13) Barca, inquam, hunc secum habens, et Naravam, regionem incurabat, commeatibus Mathonem et Spendium intercludens: in quo, ut in eeteris rebus omnibus, multam et fidem ei operam Numida Narava præbuit. (14) Et earum quidem copiarum quæ foris erant hic tum fuit status.

LXXXIII. At Carthaginienses, undique circumclusi, ad socias civitates confugere cogeantur. (2) Et Hiero quidem, animum ad eam rem advertens, toto quidem belli tempore studiose quidquid rogaverant ipsi contulerat: (3) tum vero impensiore etiam studio in eam curam incubebat; persuasus, expedire sibi, cum ad suum in Sicilia dominatum firmandum, tum ad Romanorum amicitiam, salutem Carthaginiensium esse consultum; ne in potestate præpotentium penitus foret, quidquid libuisset, nemine adversante facere. In quo prudenter omnino et sapienter rem reputavit. (4) Numquam enim ejusmodi principia contemnere oportet, neque tanta cuiquam adstruenda est potentia, ut cum eo postea ne de manifesto quidem jure tuo disceptare ex æquo queas. (5) At enimvero etiam Romani, federis leges servantes, nulla in re iis deerant: (6) quamquam initio quidem controversia quædam inter duos hosce populos, ejusmodi fere ob causam, contigerat. (7) Eos qui ex Italia in Africam navigabant, et commeatus hostibus comportabant, in suos portus Carthaginienses deduxerant: jamque prope quingentos id genus homines carceribus inclusos tenebant; cum Romani graviter succensere illis eo nomine cœperunt. (8) Sed iidem, missis legatis, ubi rogatu suo omnes recepissent; gratum adeo id

παρὰχρῆμα τοῖς Καρχηδονίοις ἀντιδωρῆσασθαι τοὺς ὑπολειπομένους παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτους ἐκ τοῦ περὶ Σικελίαν πολέμου. (9) Ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ καιροῦ πρὸς ἕκαστα τῶν παρακαλουμένων ἐτοίμως καὶ φιλανθρώπως ὑπῆκουον. (10) Διὸ καὶ πρὸς μὲν τοὺς Καρχηδονίους ἐπέτρεψαν τοῖς ἐμπόροις ἐξαγαγεῖν αἰεὶ τὸ κατεπιγόνον, πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους ἐκώλυσαν. (11) Μετὰ δὲ ταῦτα, τῶν μὲν ἐν τῇ Σαρδόνι μισθοφόρων, καθ' ὃν καιρὸν ἀπὸ τῶν Καρχηδονίων ἀπέστησαν, ἐπισπωμένων αὐτοὺς ἐπὶ τὴν νῆσον, οὐχ ὑπῆκουσαν· τῶν δ' Ἰτυκαίων ἐρχερίζοντων σφᾶς, οὐ προσεδέξαντο, τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια. (12) Καρχηδόνιοι μὲν οὖν, τῆς παρὰ τῶν προειρημένων φίλων τυγχάνοντες ἐπικουρίας, ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν.

LXXXIV. Τοῖς δὲ περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον, οὐχ ἦντον πολιορκεῖσθαι συνέβαινεν, ἢ πολιορκεῖν. (2) Εἰς τοιαύτην γὰρ αὐτοὺς οἱ περὶ τὸν Ἀμιλκᾶν ἐνδείαν καθίστασαν τῶν ἐπιτιγδίων, ὥστ' ἀναγκασθῆναι τέλος αὐτοὺς διαλύσαι τὴν πολιορκίαν. (3) Μετὰ δὲ τινα χρόνον, ἀθροίσαντες τῶν τε μισθοφόρων τοὺς ἀρίστους καὶ Λιβύων, τοὺς ἅπαντας εἰς πεντακισμυρίους, μεθ' ὧν ἦν Ζάρξας ὁ Λίβυς, ἔχων τοὺς ὑφ' αὐτὸν ταττομένους, ὄρμησαν αὐθὺς ἀντιπαράγειν ἐν τοῖς ὑπαίθροις, καὶ τηρεῖν τοὺς περὶ τὸν Ἀμιλκᾶν. (4) Τῶν μὲν οὖν πεδινῶν τόπων ἀπείχοντο, καταπεπληγμένοι τὰ θηρία, καὶ τοὺς περὶ τὸν Ναραύαν ἵππεῖς· τοὺς δ' ὄρεινους καὶ στενοὺς ἐπειρῶντο προκαταλαμβάνειν. (5) Ἐν οἷς καιροῖς συνέβη ταῖς μὲν ἐπιβολαῖς καὶ τολμαῖς μηδὲν αὐτοὺς λείπεσθαι τῶν ὑπεναντίων, διὰ δὲ τὴν ἀπειρίαν πολλάκις ἐλαττοῦσθαι. (6) Τότε γὰρ ἦν, ὡς εἶοικε, συνιδεῖν ἐπ' αὐτῆς ἀληθείας, πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικῇ, καὶ στρατηγικῇ δυνάμει, ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς. (7) Πολλοὺς μὲν γὰρ αὐτῶν ἐν ταῖς κατὰ μέρος χρεαῖς ἀποτεμνόμενος, καὶ συγκλείων ὥσπερ ἀγαθὸς πεττευτής, ἀμαχεῖ διέφριε. (8) Πολλοὺς δ' ἐν τοῖς ὁλοσχερεῖσι κινδύνοις, τοὺς μὲν, εἰς ἐνέδρας ἀνυπονοήτους ἐπαγόμενος, ἀνῆρει. τοῖς δ' ἀνελπίστως καὶ παραδόξως, ποτὲ μὲν μεθ' ἡμέραν, ποτὲ δὲ νύκτωρ, ἐπιφαινόμενος ἐξέπληττεν ὧν ὅσους λάβοι ζωγρεῖα, πάντας παρέβαλλε τοῖς ὁηρίοις. (9) Τέλος δ' ἐπιστρατοπεδεύσας αὐτοῖς ἀνυπονοήτως, ἐν τόποις ἀρῦσαι μὲν πρὸς τὴν ἐκείνων χρεῖαν, εὐφρεῖσαι δὲ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, εἰς τοῦτ' ἤγαγε περιστάσεως, ὥστε, μήτε διακινδυνεύειν τολμῶντας, μήτ' ἀποδρᾶναι δυναμένους, διὰ τὸ τάφρῳ καὶ χάρακι περιειληφθᾶν πανταχόθεν, τέλος ὑπὸ τοῦ λιμοῦ συναγομένους, ἐσθίειν ἀλλήλων ἀναγκασθῆναι. (10) τοῦ δαιμονίου τὴν οἰκείαν ἀμοιβὴν αὐτοῖς ἐπιφέροντος, τῇ πρὸς τοὺς πέλας ἀσεβεῖα καὶ παρανομία. (11) Πρὸς μὲν γὰρ τὸν κίνδυνον οὐκ ἐτολμων ἐξίέναι, προδῆλου τῆς ἥττης καὶ τῆς τιμωρίας τοῖς ἀλίσκομένοις ὑπαρχούσης· περὶ δὲ διαλύσεως οὐδ' ὑπενόουν ποιεῖσθαι μνήμην, συνεδότες σφίσι τὰ πεπραγμένα. (12) Προσανέχοντες δ' αἰεὶ ταῖς ἐκ τοῦ Τύνητος βοήθειαις διὰ τὰς

officium habuerunt, ut extemplo Carthaginiensibus ipsi vicissim donarent quotquot adhuc restabant penes ipsos captivi e bello in Sicilia gesto. (9) Ab eoque tempore promte benigneque Romani omnia illis tribuebant, quae postulassent. (10) Idcirco etiam, mercatoribus suis facta potestate, ut ad Carthaginienses necessaria exportarent; ne ad eorumdem hostes accederent, vetuerunt. (11) Ac postea mercenarios, qui in Sardinia fidem mutaverant, et in insulam ipsos vocabant, audire noluerunt. Uticenses quoque, tradentes sese ipsis, quo foederis legibus starent, non admiserunt. (12) Carthaginienses igitur, amicorum, quos diximus, opibus sublevati, obsidionem tolerabant.

LXXXIV. Matho vero ac Spendius non minus obsidebantur quam obsidebant. (2) Tanta enim rerum omnium inopia eos premebat Amilcar, ut tandem obsidione desistere cogerentur. (3) Paulo post vero, selectis fortissimis quibusque ex mercenariorum et Afrorum numero, coactisque ad L millibus hominum, in quibus et Zarzas Afer erat cum suis; expeditionem repetere, et e regione hostium longo agmine suos ducere, atque Amilcarem observare instituunt. (4) Ac planis quidem locis metu bestiarum et equitatus Naravae, abstinerebant: montana vero et arcta occupare conabantur. (5) Quo tempore, molitionibus quidem ac fortitudine nihil deteriores Poenis, propter imperitiam tamen bellicae disciplinae saepe vincebantur. (6) Tum nempe in ipsa re, ut mihi quidem videtur, cernere licuit, peritia ratione nitens arsque imperatoria quantum praestet temeritati usuique militari arte carenti. (7) Nam multos passim, qui minoribus agminibus exierant, intercipiens Amilcar, et tamquam aleator bonus circumveniens, absque pugna trucidabat: (8) multos, ubi majoribus copiis res agebatur, in inopinatas insidias adductos, tollebat: aliis praeter suam spem et opinionem modo noctu, modo interdiu, superveniens, terrorem incutiebat; e quibus si quos caperet vivos, bestiis omnes objiciebat. (9) Tandem ex improvviso deprehensos in loco ipsis quidem incommodo, sibi vero et suo exercitui opportuno, quum castris admotis obsedisset; et necessitatis adegit, ut, qui neque praelii aleam subire audent, neque effugere valerent, fossa valloque cincti undique urgente ad extremum fame sese mutuo vorare cogerentur: (10) hanc vicem numine divino rependente impietati et immanitati, qua in alios erant usi. (11) Nam ad certamen quidem exire, manifestam cladem certaue captis supplicia praevidentes, non audebant: pacis vero ut mentionem facerent, quod praeteritorum scelerum essent sibi conscii, ne venit quidem ipsis in mentem. (12) Sed auxilia Tunete

τῶν ἡγουμένων ἐπαγγελίας, πᾶν ὑπέμενον ποιεῖν κατὰ σπῆν αὐτῶν.

LXXXV. Ἐπεὶ δὲ κατεχρήσαντο μὲν ἀσθεῖς τοὺς αἰχμαλώτους, τροπῇ ταύτῃ χρώμενοι, κατεχρήσαντο δὲ τὰ δουλικὰ τῶν σωμάτων, ἐβόηθη δ' ἐκ τοῦ Τύνητος οὐδεὶς· (2) τότε, προδῆλου τῆς αἰκίας διὰ τὴν περικακήσιν ἐκ τῶν πολλῶν τοῖς ἡγεμόσιν ὑπαρχούσης, ἔκριναν οἱ περὶ τὸν Αὐτάριτον, καὶ Ζάρζαν καὶ Σπένδιον ἐγχειρίζειν ἑαυτοὺς τοῖς πολεμίοις, καὶ διαλαλεῖν περὶ διαλύσεως Ἀμιλκᾶ. (3) Πέμπαντες οὖν κήρυκα καὶ λαβόντες συγχώρημα περὶ πρεσβείας, ἤκον, ὄντες δέκα, πρὸς τοὺς Καρχηδονίους. (4) Πρὸς οὓς Ἀμιλκας ὁμολογίας ἐποίησατο τοιαύτας· « Ἐξεῖναι Καρχηδονίους, ἐκλέεσθαι τῶν πολεμίων, οὓς ἂν αὐτοὶ βούλωνται, δέκα· τοὺς δὲ λοιποὺς ἀφίεναι μετὰ χιτῶνας. » (5) Γενομένων δὲ τούτων, εὐθέως Ἀμιλκας ἔφη τοὺς παρόντας ἐκλέεσθαι κατὰ τὰς ὁμολογίας. Τῶν μὲν οὖν περὶ τὸν Αὐτάριτον καὶ Σπένδιον, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιφανεστάτων ἡγεμόνων, τούτων τὸν τρόπον ἐκυρίευσαν οἱ Καρχηδόνιοι. (6) Τῶν δὲ Λιβύων, ἐπεὶ τὴν σύλληψιν ἤσθοντο τῶν ἡγεμόνων, νομισάντων αὐτοὺς παρεσπονδῆσθαι, διὰ τὸ τὰς συνθήκας ἀγνοεῖν, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὁρμησάντων ἐπὶ τὰ ὅπλα· (7) περιστήσας αὐτοῖς Ἀμιλκας τὰ τε θηρία καὶ τὴν λοιπὴν δύναμιν, ἀπαντας διέφθειρε, πλείους ὄντας τῶν τετρακισμυρίων, περὶ τὸν τόπον τὸν Πρίονα καλούμενον ὃν συμβαίνει, διὰ τὴν ὁμοίτητα τοῦ σχήματος πρὸς τὸ νῦν εἰρημένον ὄργανον, ταύτης τετευχέναι τῆς προσηγορίας.

LXXXVI. Πράξας δὲ τὰ προδεδηλωμένα, τοῖς μὲν Καρχηδονίοις αὖθις ἐλπίδα παρέσθησε μεγάλην πρὸς τὸ βελτίον, καίπερ ἀπεγνωκόσιν ἤδη τὴν σωτηρίαν· αὐτοὺς δὲ μετὰ Ναραῦα καὶ μετ' Ἀννίβου, τὴν χώραν ἐπῆει καὶ τὰς πόλεις. (2) Προσχωρούντων δὲ καὶ μετατιθεμένων πρὸς αὐτοὺς τῶν Λιβύων διὰ τὸ γεγονὸς εὐτύχημα, ποιησάμενοι τὰς πλείστας πόλεις ὑφ' ἑαυτοῦς, ἤκον ἐπὶ τὸν Τύνητα, καὶ πολιορκεῖν ἐνεχείρησαν τοὺς περὶ τὸν Μάθω. (3) Κατὰ μὲν οὖν τὴν ἀπὸ Καρχηδόνος πλευρὰν προσεστρατοπέδευσεν Ἀννίβας· κατὰ δὲ τὴν ἀπέναντι ταύτης, Ἀμιλκας. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα προσαγαγόντες πρὸς τὰ τεῖχη τοὺς περὶ τὸν Σπένδιον αἰχμαλώτους, ἐσταύρωσαν ἐπιφανῶς. (5) Οἱ δὲ περὶ τὸν Μάθω, κατανοήσαντες τὸν Ἀννίβαν βραθύμως καὶ καταταραβηρότως ἀναστρεφόμενον, ἐπιτίμεινοι τῷ χάρακι, πολλοὺς μὲν τῶν Καρχηδονίων ἀπέκτειναν, πάντας δ' ἐξέβαλον ἐκ τῆς στρατοπέδου, ἐκυρίευσαν δὲ καὶ τῆς ἀποσκευῆς ἀπάσης, ἔλαβον δὲ καὶ τὸν στρατηγὸν Ἀννίβαν ζωγρεῖα. (6) Τοῦτον μὲν οὖν παραχρῆμα πρὸς τὸν τοῦ Σπενδίου σταυρὸν ἀγαγόντες, καὶ τιμωρησάμενοι πικρῶς, ἐκείνον μὲν καθεῖλον, τούτον δ' ἀνέθεσαν ζῶντα, καὶ περικατέσφαζαν τριάνοντα τῶν Καρχηδονίων τοὺς ἐπιφανεστάτους περὶ τὸ τοῦ Σπενδίου σῶμα· (7) τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίττιδες ἐκ παραθέσεως ἀμφοτέρους ἐναλλὰξ διδούσης ἀφορμὰς εἰς ὑπερ-

POLYBIUS. — I.

mittenda, propter pollicitationes ducum, semper expectantes dira omnia adversus se mutuo patrare sustinebant.

LXXXV. Ubi vero jam captivi, quos in usum alimenti, prohi scelus! verterant, erant absumti, itemque servorum corpora deficiebant; (2) nemine Tunete ad opem ferendam veniente, victa malis multitudo ac supplicia palam intentante ducibus; Autaritus, Zarzas, et Spendius dedendi sese hostibus, et de pace cum Amilcare petendi, consilium capiunt. (3) Igitur per caduceatorem petito ad legationem instituendam commeatu, ipsi, numero decem, ad Carthaginienses veniunt. (4) Amilcar deditionis leges has eis tulit: « Ut Carthaginensibus fas esset, decem ex hostium numero, quos vellet cumque, eligere: ceteros, cum singulis tunicis, dimitterent. » (5) Facto foedere, confestim Amilcar eos, qui aderant, eligere se ex conventu et pacto, pronuntiat. Atque hoc modo Autaritus, Spendius et alii nobilissimi duces in potestatem Carthaginiensium venerunt. (6) Afri vero, postquam comprehensos teneri duces audire, pactionis ignari, ac fraudem illis factam rati, ad capiendam arma ruunt; (7) sed Amilcar, admotis elephantis, reliquoque exercitu circumcirca locato, circumventos omnes contrucidavit: erant autem hi plures numero quadraginta millibus. Locus ubi hæc acciderunt, Prion, quasi Serram dicas, a similitudine ejus instrumenti, nuncupatur.

LXXXVI. His rebus gestis Amilcar, ut Carthaginienses, qui spem omnem salutis amiserant, meliora quæque jansperarent in posterum, effecit. Ipse cum Narava et Hannibale regionem oppidaque circuibat. (2) Passim vero dedentibus se Afris, et ob nuperam victoriam in eorum partes transeuntibus, plerisque urbium sub nutum ditionemque Carthaginiensium redactis, Tunetem petunt, atque ibi Mathonem obsidere parant. (3) Ab eo latere, quod Carthaginiem spectat, ante urbem castra ponit Hannibal; in opposita huic parte Amilcar. (4) Post hæc Spendium et reliquos captivos, muris admotos, in hostium conspectu crucibus affigunt. (5) Matho vero, animadversa Hannibalis negligentia, et nimia confidentia, munitiones illius adortus, multos Pænorum occidit, castris excedere omnes compellit. Capta est omnis supellex eastrensis; captus etiam dux ipse Hannibal. (6) Quem illico, ad Spendii crucem adductum, post acerbos cruciatus, deposito Spendii cadavere, vivum eidem infelici ligno affixerunt, inactis simul circa Spendii corpus xxx e nobilissimis Carthaginiensium: (7) quasi de industria hos homines inter se fortuna composuisset, ut occasionem



ἐὼλην τῆς κατ' ἀλλήλων τιμωρίας. (8) Ὁ δὲ Βάρκας ὁμὲ μὲν συνῆκε τὴν ἐπίθεσιν τῶν ἐκ τῆς πόλεως, διὰ τὴν ἀπόστασιν τῶν στρατοπέδων οὐδὲ μὴν, συνελς, οὐδ' οὕτως κατετάχει πρὸς τὴν βοήθειαν, διὰ τὰς μεταξὺ δυσχωρίας. (9) Διόπερ ἀναζεύξας ἀπὸ τοῦ Τύνητος, καὶ παρελθὼν ἐπὶ τὸν Μάχαρα ποταμὸν, κατεστρατοπέδευσε πρὸς τῷ στόματι τοῦ ποταμοῦ καὶ τῇ θαλάττῃ.

LXXXVII. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, παραδοῶν τῆς περιπετείας αὐτοῖς φανείσης, δυσθύμως καὶ δυσελπίστως εἶχον πάλιν ἄρτι γὰρ ἀναθαβρόυντες ταῖς ψυχαῖς, παρὰ πόδας ἐπιπτον αὐθις ταῖς ἐλπίσιν. (2) Οὐ μὴν ἀφίσταντο τοῦ ποιεῖν τὰ πρὸς τὴν σωτηρίαν. (3) Διὸ καὶ τριάκοντα μὲν τῆς γερουσίας προχειρισάμενοι, καὶ μετὰ τούτων τὸν πρότερον μὲν ἀπελθόντα στρατηγὸν Ἄννωνα, σὺν δὲ τούτοις τοὺς ὑπολοίπους τῶν ἐν ταῖς ἡλικίαις καθοπλίσαντες, ὅσιν ἐσχάτην τρέχοντες ταύτην, ἔξαπέστειλλον πρὸς τὸν Βάρκαν· (4) ἐντειλάμενοι πολλὰ τοῖς τῆς γερουσίας, κατὰ πάντα τρόπον διαλῦσαι τοὺς στρατηγούς ἐκ τῆς προγεγενημένης διαφορᾶς, καὶ συμφρονεῖν σφῶς ἀναγκάσαι, βλέψαντας εἰς τὰ παρόντα τῶν πραγμάτων. (5) Ἄν πολλοὺς καὶ ποικίλους διαθεμένων λόγους, ἐπειδὴ συνήγαγον ὁμοσε τοὺς στρατηγούς, ἡναγκάστησαν συγχωρεῖν καὶ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις οἱ περὶ τὸν Ἄνωνα καὶ τὸν Βάρκαν. (6) Καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη συμφρονήσαντες μῖξ γνώμη, πάντα κατὰ νοῦν ἔπραττον τοῖς Καρχηδόνιοις. (7) Ὡς τε τοὺς περὶ τὸν Μάθω, δυσχρηστομένους ἐν τοῖς κατὰ μέρος κινδύνοις· πολλοὺς γὰρ ἐποίησαντο περὶ τε τὴν Λέπτιν προσαγορευομένην, καὶ τινὰς τῶν ἄλλων πόλεων· τέλος ἐπὶ τὸ διὰ μάχης κρίνειν δρῆσαι τὰ πράγματα, προθύμως ἐχόντων πρὸς τοῦτο τὸ μέρος καὶ τῶν Καρχηδονίων. (8) Διόπερ ἀμφοτέροις, τοῦτο προθέμενοι, παρεκάλουν μὲν πάντας τοὺς συμμάχους πρὸς τὸν κινδύνον, συνῆγον δὲ τὰς φρουράς ἐκ τῶν πόλεων, ὥς ἂν μέλλοντες ἐκκυθεύειν ὑπὲρ τῶν ὄλων. (9) Ἐπειδὴ δ' ἑκατέροις ἦν τὰ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ἔτοιμα, παραταξάμενοι συνέβαλον ἀλλήλοις ἐξ ὁμολόγου. (10) Γενομένου δὲ τοῦ νικήματος κατὰ τοὺς Καρχηδονίους, οἱ μὲν πλείστοι τῶν Λιβύων ἐν αὐτῷ τῷ κινδύνῳ διεφθάρησαν· οἱ δὲ πρὸς τινὰ πόλιν συμφυγόντες, μετ' οὐ πολλὸν παρέδωκαν ἑαυτούς· ὁ δὲ Μάθω ὑποχείριος ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς ζωγρεῖα.

LXXXVIII. Τὰ μὲν σὺν ἄλλα μέρη τῆς Λιβύης μετὰ τὴν μάχην εὐθέως ὑπήκουσε τοῖς Καρχηδόνιοις. (2) Ἡ δὲ τῶν Ἰππακρίτων καὶ τῶν Ἰτυκαίων πόλις ἔμενον, οὐδεμίαν ἀφορμὴν ἔχουσαι πρὸς διάλυσιν, διὰ τὸ μὴ καταλείπεσθαι σφίσι τόπον ἑλέους, μηδὲ συγχώμης, κατὰ τὰς πρώτας ἐπιβολάς. (3) Οὕτω καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἁμαρτίας μεγάλῃν ἔχει διαφορὰν ἢ μετριότης καὶ τὸ μηδὲν ἀνήκεστον ἐπιτηδεύειν ἔκουςως. (4) Οὐ μὴν ἀλλὰ παραστρατοπεδεύσαντες, τῇ μὲν Ἄννων, τῇ δὲ Βάρκας, ταχέως ἡνάγκασαν αὐτοὺς ὁμολογίας ποιησάσθαι καὶ διαλύσεις εὐδοκουμένας Καρ-

alternis vicibus utrisque præberet, exquisitis suppliciis in se invicem sæviendi. (8) Sero, quidem Barca, quod longe a castris aberat, factam ab hostibus impressionem sensit : sed ne tum quidem, postquam rem cognovit, propter viæ intermediæ difficultates, ad opem ferendam adcurrit. (9) Itaque castra inde ad amnem Bacaram movens, ad ejus ostium secundum mare locum castris capit.

LXXXVII. Carthaginienses vero, inopinata clade perculti, animis denuo concidere ac pæne desperare cœperunt : cum, qui vixdum ex pavore se receplissent, continuo spem omnem emanibus elapsam viderent. (2) At procurare tamen quæ ad salutem reip. facerent, non cessabant. (3) Triginta igitur lectos senatores, cumque his Hannonem, qui imperium antea deponere fuerat coactus, et præterea quod supererat ætatis militaris, (omnes enim, utpote extremum hoc periculum facturi, armaverant :) ad Barcam mittunt. (4) Senatoribus etiam atque etiam mandant, ut ducum animos, priore controversia sublata, quoquo modo inter se concilient, et, revocatos ad præsentis status contemplationem, colere concordiam perpellant. (5) Qui, ducibus in eundem locum convocatis, post varia et sæpe repetita colloquia, evicere tandem, ut Hanno et Barca manus darent, et sententiæ ipsorum acquiescerent. (6) A quo tempore communibus animis et consiliis cuncta administrantes, ex voto civium suorum omnia gerebant. (7) Matheo igitur, quum minoribus præliis, quæ magno numero, partim ad Leptin oppidam, partim circa alia nonnulla oppida commissa sunt, multa incommoda accepisset, justa acie tandem decernere cum hostibus constituit ; pronis in eandem voluntatem et Carthaginiensium animis. (8) Quæ postquam utrisque stetit sententia, socios utrique universos ad societatem certaminis invitarunt, et præsidia quoque ex urbibus convocarunt, utpote de summa rerum aleam jacturi. (9) Paratis utrimque ad hoc inceptum rebus omnibus, aciem ambo instruunt, et ex compacto prælium ineunt. (10) Quum penes Carthaginienses victaria fuisset, Afro- rum plerique in ipsa pugna perierunt : reliqui in oppidum quoddam fuga se recipiunt, moxque deditionem faciunt. Matheo ab hostibus vivus est captus.

LXXXVIII. Jam ceteris quidem in partibus Africæ post hanc pugnam nulla mora fuit, quominus latas sibi a Carthaginiensibus leges statim subirent. (2) Hipponenses vero et Uticenses in rebellionē perstiterunt : nullum enim aditum postulandi pacem habebant, quandoquidem a principio defectionis neque locum neque spem ullam misericordiæ aut veniæ sibi reliquam fecerant. (3) Adeo etiam in istiusmodi peccatis, moderari sibi et inexpiabile nihil ultro admittere, longe præstat. (4) Sed enim Hanno et Barca, alter Hipponi, alter Uticæ, admotis castris, brevi eos ad deditionem in eas leges, quæ Carthaginiensibus placuissent, faciendam

χηδόνις. (6) Ὁ μὲν οὖν Λιβυκὸς πόλεμος εἰς τοιαύτην ἀγαθὴν περίστασιν Καρχηδονίους, τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος· ὥστε μὴ μόνον κυριεῦσαι πάλιν τῆς Λιβύης Καρχηδονίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς αἰτίους τῆς ἀποστάσεως τιμωρήσασθαι καταξίως. (7) Τὸ γὰρ πέρας, ἀγαγόντες οἱ νόιοι τὸν θρίαμβον διὰ τῆς πόλεως, πᾶσαν αἰχλὴν ἐπεδείξαντο τοῖς περὶ τὸν Μάθω. (8) Τρία μὲν οὖν ἔτη καὶ τέτταράς που μῆνας ἐπολέμησαν οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους· πόλεμον, ὃν ἡμεῖς ἴσμεν, ἀκοῇ μαθόντες, πολὺ τι τοὺς ἄλλους ὁμότητι καὶ παρανομίᾳ διηγηνοχότα. (9) Ῥωμαῖοι δὲ, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Σαρδόνος αὐτομολησάντων μισθοφόρων πρὸς σφᾶς ἐκκληθέντες, ἐπεβίβοντο πλεῖν ἐπὶ τὴν προειρημένην νῆσον. (10) Τῶν δὲ Καρχηδονίων ἀγανακτούντων, ὥς αὐτοῖς καθηκούσης μᾶλλον τῆς τῶν Σαρδόνων δυναστείας, καὶ παρασκευαζομένων μεταπορεύεσθαι τοὺς ἀποστήσαντας αὐτῶν τὴν νῆσον· (11) λαβόμενοι τῆς ἀφορμῆς ταύτης οἱ Ῥωμαῖοι, πόλεμον ἐψηφίσαντο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους· φάσκοντες, αὐτοὺς οὐκ ἐπὶ Σαρδόνους, ἀλλὰ ἐπὶ σφᾶς ποιεῖσθαι τὴν παρασκευήν. (12) Οἱ δὲ, παραδόξως διαπεφυγότες τὸν προειρημένον πόλεμον, κατὰ πάντα τρόπον ἀφυῶς διακειμένοι κατὰ τὸ παρὸν πρὸς τὸ πάλιν ἀναλαμβάνειν τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἀπέχθειαν· (13) εἰξαντες τοῖς καιροῖς, οὐ μόνον ἀπέστησαν τῆς Σαρδόνος, ἀλλὰ καὶ χίλια τάλαντα καὶ διακόσια προσέθηκαν τοῖς Ῥωμαίοις, ἐφ' ᾧ μὴ κατὰ τὸ παρὸν ἀναδέεσθαι τὸν πόλεμον. Ταῦτα μὲν οὕτως ἐπράχθη.

coegerunt. (5) Bellum igitur vulgo Libycum dictum, quod in tantas Carthaginienses angustias conjecerat, hunc exitum habuit: ut non solum Africam dominatum reciperent, sed etiam a defectionis auctoribus meritas poenas exigerent. (6) Finis namque omnium hic tandem fuit, ut juvenus, acto per urbem triumpho, omni contumeliae cruciatusque genere Mathonem et qui cum eo erant, afficeret. (7) Tres annos et menses ferme quatuor, mercenarii cum Carthaginiensibus bellum fecere: omnium, de quibus fando accepimus, longe crudelissimum et maxime nefarium. (8) Eodem vero tempore Romani, ab illis mercenariis, qui Sardinia pulsus ad illos transfugerant, invitati, in eam insulam navigare instituerunt. (9) Quod quum aegre ferrent Pœni, ut qui ad se potius pertinere Sardorum dominationem arbitrantur; quumque jam in eo essent, ut insulae defectionem in auctores vindicarent; Romani eam occasionem arripiunt, et contra Carthaginienses bellum decernunt: quod dicerent, non adversus Sardos, sed adversum se, fieri istum a Pœnis apparatus. (11) Illi, aegre ac præter opinionem superiore bello liberati, ac modis omnibus male comparati ad suscipiendas impræsentiarum cum Romano rursus populo inimicitias; (12) tempori cedendum rati, non solum Sardinia cessare; verum etiam mille ac ducenta Romanis talenta adjecerunt, ne bellum sustinere hoc tempore cogerentur. Atque hæc quidem ita gesta sunt.

# ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

## ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΑ.

Ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ διεσαφίσαμεν, πότε Ῥωμαῖοι, συστησάμενοι τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, τοῖς ἐκτὸς ἐγχειρεῖν ἤρξαντο πράγμασιν ἐπὶ δὲ τούτοις, πῶς εἰς Σικελίαν διέβησαν, καὶ δι' ἧς αἰτίας τὸν περὶ τῆς προειρημένης νήσου συνεστήσαντο πόλεμον πρὸς Καρχηδόνιους. (2) μετὰ δὲ ταῦτα, πότε πρῶτον συνίστασθαι ναυτικὰς ἤρξαντο δυνάμεις, καὶ τὰ συμβάντα κατὰ τὸν πόλεμον ἑκατέρους ἕως τοῦ τέλους· ἐν δὲ Καρχηδόνιοι μὲν ἐξεχώρησαν πάσης Σικελίας, Ῥωμαῖοι δ' ἐπεκράτησαν τῆς ὅλης νήσου, πλὴν τῶν ὑπ' Ἱέρωνι ταττομένων μερῶν. (3) Ἐξῆς δὲ τούτοις ἐπεβαλόμεθα λέγειν, πῶς στασιάζαντες οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς Καρχηδόνιους, τὸν προσαγορευθέντα Λιδυκὸν πόλεμον ἐξέκαυσαν, καὶ τὰ συμβάντα κατὰ τοῦτον ἀσεδήματα μέχρι τίνος προῦθη, καὶ τίνα διέξοδον ἔλαβε τὰ παράλογα τῶν ἔργων, ἕως τοῦ τέλους καὶ τῆς Καρχηδονίων ἐπικρατείας. (4) Νυνὶ δὲ τὰ συνεχῆ τούτοις πειρασόμεθα δηλοῦν κεφαλαιωδῶς, ἐκάστων ἐπιψαύοντες, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. (5) Καρχηδόνιοι γὰρ, ὡς θᾶπτον κατεστήσαντο τὰ κατὰ τὴν Λιδύην, εὐθέως Ἀμυκκῶν ἐξαπέστειλλον, δυνάμεις συστήσαντες, εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἰθρίαν τόπους. (6) Ὁ δ', ἀναλαβὼν τὰ στρατόπεδα, κατὰ τὸν υἱὸν Ἀννίβαν, ὄντα τότε κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐτῶν ἑννέα, καὶ διαδῶς κατὰ τὰς Ἡρακλείους στηλας, ἀνεκτᾶτο τὰ κατὰ τὴν Ἰθρίαν πράγματα τοῖς Καρχηδόνιοις. (7) Διατρίψας δ' ἐν τοῖς τόποις τούτοις ἔτη σχεδὸν ἑννέα, καὶ πολλοὺς μὲν πολέμους, πολλοὺς δὲ πειθοὶ ποιήσας Ἰθέρων ὑπηκόους Καρχηδόνι, κατέστρεψε τὸν βίον ἀξίως τῶν προγεγενημένων πράξεων. (8) Πρὸς γὰρ τοὺς ἀνδρωδεστάτους καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας παραταττόμενος, καὶ χρώμενος τολμηρῶς καὶ παραβόλως ἑαυτῷ κατὰ τὸν τοῦ κινδύνου καιρὸν, ἐρρωμένως τὸν βίον μετέλλαξε. (9) Τὴν δὲ στρατηγίαν οἱ Καρχηδόνιοι παρέδοσαν Ἀσδρούβῃ, τῷ ἐκείνου κηδεστῇ καὶ τριηράρχῳ.

II. Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους Ῥωμαῖοι τὴν πρῶτην διάβασιν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς Εὐρώπης ἐπεβάλοντο ποιεῖσθαι μετὰ δυνάμει. (2) Ἀπερ οὐ παρέργως, ἀλλὰ μετ' ἐπιστάσεως θεωρητῶν τοῖς βουλευμένοις ἀληθινῶς τὴν τε πρόθεσιν τὴν ἡμετέραν συνθεάσασθαι, καὶ τὴν αὔξησιν καὶ κατασκευὴν τῆς Ῥωμαίων δυναστείας. (3) Ἐγνώσαν δὲ διαβαίνειν διὰ τινος τοιαύτας αἰτίας. (4) Ἀγρων, δὲ τῶν Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, ᾧ μὲν υἱὸς Πλευράτου, δύναιεν δὲ πεζὴν καὶ ναυτικὴν μεγίστην ἔσχε τῶν πρὸ

# POLYBII

MEGALOPOLITANI

## HISTORIARUM LIBER II.

Exposuimus superiore libro, quando Romani, rebus in Italia compositis, res externas cœperint tractare : deinde, quonam modo in Siciliam trajecerint, et quas ob causas de illa insula in certamen cûm Carthaginiensibus venerint : (2) tum, quando navalibus copiis uti primum cœperint, quæque populo utrique bello illo acciderint ad finem usque; cum universa cessere Sicilia Carthaginienses, Romanis totam insulam, ea dumtaxat excepta parte quæ Hieroni parebat, occupantibus. (3) Post hæc dicere aggressi sumus, quomodo, seditione facta, mercenarii bellum, quod Libycum vocant, adversus Carthaginienses conflarint; quo progressa impietas fuerit, quemve facta immania exitum tandem habuerint, ad finem belli usque et Carthaginiensium victoriam. (4) Nunc, quæ sunt deinceps insecuta, summatim pro ratione instituti quæque attingentes, peragere conabimur. (5) Carthaginienses igitur, ubi primum res in Africa sunt compositæ, continuo Amilcarem cum copiis in Hispaniam miserunt. (6) Is, exercitu accepto, et filio Hannibale, novem tum annorum puero, marique ad Herculis columnas trajecto, Carthaginiensium imperium in Hispania instaurabat. (7) Ubi novem ferme annos moratus; multis populis, partim bello, partim persuasionem, dominatui Carthaginis subjectis; ut tantis rebus gestis virum decebat, occumbit. (8) Quippe cum fortissimo potentissimoque hoste signis collatis dimicans, dum mira quadam audacia in mediam se infert dimicationem, vitam cum morte fortiter commutat. (9) Imperium deferunt Pœni ad Asdrubalem, generum Hamilcaris, et tiremium ejusdem præfectum.

II. Incidit in idem ferme tempus prima Romanorum cum exercitu in Illyricum et partes illas Europæ trajectio : (2) quæ non obiter, sed cum attentione iis observanda est, qui propositum nostrum, et imperii, quod sibi Romani pepererunt, incrementa vere cupient cognoscere. (3) Causæ autem ejus consilii, hæc fere exstiterunt. (4) Agron, Illyriorum rex, filius Pleurati, copiis et terrestribus et navalibus

αὐτοῦ βεβασιλευκῶτων ἐν Ἰλλυριοῖς. (5) Οὗτος ὑπὸ Δημητρίου, τοῦ Φιλίππου πατρὸς, πεισθεὶς χρήμασιν, ὑπέσχετο βοηθήσειν Μεδωνίοις ὑπ' Αἰτωλῶν πολιορκουμένοις. (6) Αἰτωλοὶ γὰρ οὐδαμῶς δυνάμενοι πείσαι Μεδωνίους μετέχιν σφίσι τῆς αὐτῆς πολιτείας, ἐπεβάλλοντο κατὰ κράτος ἐλεῖν αὐτούς. (7) Στρατεύσαντες οὖν πανδημεῖ, καὶ περιστρατοπεδεύσαντες αὐτῶν τὴν πόλιν, κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπολιόρχουν, πᾶσαν βίαν προσφέροντες καὶ μηχανήν. (8) Συνάψαντος δὲ τοῦ χρόνου τῶν ἀρχαιρεσίων, καὶ δέον στρατηγὸν ἕτερον αἰρεῖσθαι, καὶ τῶν πολιορκουμένων ἤδη κακῶς διακειμένων, καὶ δοκούντων ἀνὰ ἐκάστην ἡμέραν ἐνδύσειν ἑαυτούς· ὁ προὔπαρχος στρατηγὸς προσφέρει λόγον τοῖς Αἰτωλοῖς, φάσκων· (9) ἔπειδὴ τὰς κακοπαθείας καὶ τοὺς κινδύνους αὐτὸς ἀναδέδεκται τοὺς κατὰ τὴν πολιορκίαν, δίκαιον εἶναι, καὶ τὴν οἰκονομίαν τῶν λαφύρων, ἑπὶ ἀνκρατήσῃ, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ὅπλων ἑαυτῷ συγχαρεῖσθαι. (10) Τίνων δὲ, καὶ μάλιστα τῶν προϊόντων πρὸς τὴν ἀρχήν, ἀμφισβητούντων πρὸς τὰ λεγόμενα, καὶ παρακαλούντων τὰ πλήθη, μὴ προδιαλαμβάνειν, ἀλλ' ἐν ἀκραιῶν ἔσθ', ὅ ποτ' ἂν ἡ τύχη βουλευθῇ θεῖναι τοῦτον τὸν στέφανον· (11) ἔδοξε τοῖς Αἰτωλοῖς, ὅς ἂν ἐπικρατασθεὶς στρατηγὸς κρατήσῃ τῆς πόλεως, κοινὴν ποιεῖν τῷ προὔπαρχοντι καὶ τὴν οἰκονομίαν τῶν λαφύρων, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ὅπλων.

III. Δεδωμένον δὲ τούτων, καὶ δέον τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ γενέσθαι τὴν ἀφρῆσιν καὶ τὴν παράληψιν τῆς ἀρχῆς, καθάπερ ἔθος ἐστὶν Αἰτωλοῖς· προσπλέουσι τῆς νυκτὸς ἑκατὸν λέμβοι πρὸς τὴν Μεδωνίαν, κατὰ τοὺς ἑγγιστα τόπους τῆς πόλεως, ἐφ' ὧν ἦσαν Ἰλλυριοὶ πενταχισχιλιοί. (2) Καθορμισθέντες δὲ, καὶ τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης, ἐνεργῶν καὶ λαθραῖαν ποιησάμενοι τὴν ἀπόδασιν, καὶ χρησάμενοι τῇ παρ' αὐτοῖς εἰθισμένῃ τάξει, προῆγον κατὰ σπείρας ἐπὶ τῶν Αἰτωλῶν στρατοπεδείαν. (3) Οἱ δ' Αἰτωλοὶ, συνέντες τὸ γενόμενον, ἐπὶ μὲν τῷ παραδόξῳ καὶ τῇ τόλμῃ τῶν Ἰλλυριῶν ἦσαν ἐκπλαγεῖς· πεφρονηματισμένοι δ' ἐκ πολλοῦ χρόνου, καὶ καταπιστεύσαντες ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι, κατὰ ποσὸν εὐθαρσῶς εἶχον. (4) Τὸ μὲν οὖν μέρος τῶν ὁκλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων, αὐτοῦ πρὸ τῆς στρατοπεδείας, ἐν τοῖς ἐπιπέδοις παρενέβαλλον· μέρει δὲ τινι τῆς ἱππου, καὶ τοῖς εὐζώνοις, τοὺς ὑπερδεξίους καὶ πρὸ τοῦ χάρακος εὐφυῶς κειμένους τόπους προκατελάμβανον. (5) Οἱ δὲ Ἰλλυριοὶ τοὺς μὲν ἑλαφροὺς, ἐξ ἐφόδου προσπεσόντες, τῷ πλήθει βάρει τῆς συντάξεως ἐξέωσαν· τοὺς δὲ μετὰ τούτων ἱππεῖς συγκινδυνεύοντας ἠνάγκασαν ἀποχωρῆσαι πρὸς τὰ βαρέα τῶν ὅπλων. (6) Λοιπὸν ἐξ ὑπερδεξίου ποιούμενοι τὴν ἐφοδὸν ἐπὶ τοὺς ἐν τῷ πεδίῳ τεταγμένους, ταχέως ἐτρέφαντο συνεπιθεμένον τοῖς Αἰτωλοῖς ἅμα τῶν Μεδωνίων ἐκ τῆς πόλεως. (7) Καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, ἔτι δὲ πλείους αἰχμαλώτους ἔλαβον· τῶν δὲ ὅπλων καὶ τῆς ἀποσκευῆς ἐγένοντο πάσης ἐγκρατεῖς. (8) Οἱ μὲν οὖν Ἰλλυριοὶ, πρῆξαντες τὸ συνταχθὲν ὑπὸ

priores Illyrici reges longe anteibat. (5) Hic Demetrio, Philippi patri, pacta mercede receperat, se Medionii, quos Ætoli obsidebant, opem laturum. (6) Nam Ætoli, quod impetrare ab Medionii non poterant, ut reip. suæ se adjungerent, vi eos expugnare erant aggressi. (7) Itaque ex universa gente Ætolorum coacto exercitu, positis circa urbem illorum castris, statim omni conatu, machinis etiam adhibitis, oppugnationem urgebant. (8) Appetente comitiorum tempore, quibus novus prætor Ætolorum erat creandus; quum malo jam loco obsessorum res essent, adeo ut in dies deditio eorum expectaretur; prior prætor, Ætolos compellans, (9) quoniam et labores, ait, et pericula hujus obsidionis ipse sustinisset, æquum esse, ut capta urbe et prædæ administratio et armorum inscriptio sibi tribuatur. (10) Cui petitioni quum se nonnulli opponerent, et ii maxime qui eum honorem petebant, multitudinemque hortarentur, ne ea de re præjudicaret, sed omnia in integro servarent, cuicumque tandem hoc decus fortuna tributura esset; (11) placuit Ætolis, ut futurus prætor, quisquis fuerit, qui urbe potiretur, jus prædæ administrandæ, et arma inscribendi, cum priore communicaret.

III. His ita decretis, postridie ejus diei comitia peragenda erant, et novus prætor magistratum ex-consuetudine Ætolorum statim erat initurus. Interea adventunt noctu ad Medioniorum agrum, quam proxime urbem, lembi centum, in quibus erant Illyriorum quinque millia. (2) Hi postquam appulerunt, illucescente jam die raptim et latenter exscensione facta, aciem more suo instruunt, et manipulatim ad Ætolorum castra ire pergunt. (3) Ætoli, re intellecta, inopinata quidem Illyriorum audacia sunt percussi; sed propter spiritus a longo tempore conceptos, cum suis viribus satis etiam confiderent, bono utcumque animo fuerunt. (4) Igitur, gravis armaturæ et equitum majori parte ante ipsa castra in plano in aciem instructa, velites et equitum aliquot alas ad occupanda loca edita pro castris et opportuna mittunt. (5) Illyrii leviter armatos primo statim impetu, quum et numero superarent et aciei pondere, statione proturbant; equites, his adjunctos, ad gravem armaturam se recipere cogunt: (6) deinde, ex superiore loco, positi in campo aciem invadentes, facile in fugam eos vertunt: Irrumpentibus præsertim in Ætolos eodem tempore et Medionii oppidanis. (7) Trucidarunt multos; plures vivos ceperunt; armis et impedimentis omnibus sunt potiti. (8) Ita Illyrii, peracto quod mandatum a rege fuerat, supellec-

τοῦ βασιλέως, καὶ διακομίσαντες τὴν ἀποσκευὴν καὶ τὴν ἄλλην ὠφέλειαν ἐπὶ τοὺς λέμβους, εὐθέως ἀνήγοντο, ποιούμενοι τὸν πλοῦν εἰς τὴν οἰκίαν.

IV. Οἱ δὲ Μεδιώνιοι, τετευχότες ἀνεπίστου σωτηρίας, ἀθροισθέντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ τῶν ἄλλων, καὶ περὶ τῆς τῶν θπλων ἐπιγραφῆς. (2) Ἐδοξε· οὐδ' αὐτοῖς, κοινὴν ποιήσῃ τὴν ἐπιγραφὴν, ἀπὸ τοῦ τὴν ἀρχὴν τῶν Αἰτωλῶν ἔχοντος, καὶ τῶν εἰς τὸ μέλλον προπορευομένων, κατὰ τὸ τῶν Αἰτωλῶν δόγμα. (3) τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπὶ τῶν ἐκείνοις συμβαινόντων ἐνδεικνυμένης τὴν αὐτῆς δύναμιν. (4) Ἄ γὰρ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὶ προσεδόκων ὅσον ἤδη πείσεσθαι, ταῦτα πράττειν αὐτοῖς ἐκείνοις παρέδωκεν ἐν πανύ βραχεὶ χρόνῳ κατὰ τῶν πολέμων. (5) Αἰτωλοὶ δὲ, τῇ παραδόξῳ χρησάμενοι συμφορᾷ, πάντας ἐδίδασαν μηδέ ποτε βουλεύεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος, ὥς ἤδη γεγονότος· μηδὲ προκατελπίζειν βεβαιούμενους ὕπρ' ὧν ἀκμὴν ἐνδεχόμενόν ἐστιν ἄλλως γενέσθαι· νέμειν δὲ μερίδα τῇ παραδόξῳ, πανταχῇ μὲν, ἀνθρώποις ὄντας, μάλιστα δ' ἐν τοῖς πολεμικοῖς. (6) Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀγρων, ἐπεὶ κατέπλευσαν οἱ λέμβοι, διακούσας τῶν ἡγεμόνων τὰ κατὰ τὸν κίνδυνον, καὶ περιχαρῆς γενόμενος ἐπὶ τῷ δοκεῖν Αἰτωλοῦς, τοὺς μέγιστον ἔχοντας τὸ φρόνημα, νεικηκεῖναι, πρὸς μέθας καὶ τινας τοιαύτας ἄλλας εὐωχίας τραπεῖς, ἐνέπεσεν εἰς πλευρίτιν· ἐκ δὲ ταύτης ἐν ὀλίγαις ἡμέραις μετήλλαξε τὸν βίον. (7) Τὴν δὲ βασιλείαν ἡ γυνὴ Τεῦτα διαδεξαμένη, τὸν κατὰ μέρος χειρισμὸν τῶν πραγμάτων ἵποιετο διὰ τῆς τῶν φίλων πίστεως. (8) Χρωμένη δὲ λογισμοῖς γυναικεῖσι, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ γεγονός εὐτύχημα μόνον ἀποδίδουσα, τῶν δ' ἐκτός οὐδὲν περισκεπτομένη, πῶτον μὲν συνεχώρησε τοῖς κατ' ἰδίαν πλέουσι ληΐεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας· (9) δεύτερον δ' ἀθροίσασα στόλον, καὶ δύναμιν οὐκ ἐλάττω τῆς πρότερον, ἐξέπεμψε, πᾶσαν ἀποδείξασα πολέμιαν τοῖς ἡγουμένοις.

V. Οἱ δὲ ἑξαποσταλέντες, τὴν μὲν πρώτῃ ἐπιβολὴν ἔρχον ἐπὶ τὴν Ἥλειαν καὶ τὴν Μεσσηνίαν. Ταύτας γὰρ αἰεὶ τὰς χώρας Ἰλλυριοὶ πορθοῦντες διετέλουν. (2) Διὰ γὰρ τὸ μήκος τῆς παραλάας, καὶ διὰ τὸ μεσογαίους εἶναι τὰς δυναστεύουσας ἐν αὐταῖς πόλεις, μακραὶ καὶ βραδεῖαι ἴλαν ἐγίνοντο τοῖς προειρημένοις αἱ παραβόηται πρὸς τὰς ἀποβάσεις τῶν Ἰλλυρίων· ὁθεν ἀδεῶς ἐπέτρεχον, καὶ κατέσυρον αἰεὶ ταύτας τὰς χώρας. (3) Οὐ μὴν ἄλλα τότε, γινόμενοι τῆς Ἥπειρου κατὰ Φοινίκην, προσέσχον ἐπιστιτισμοῦ χάριν. (4) Συμμιξαντες δὲ τῶν Γαλατῶν τισιν, οἱ μισθοφοροῦντες παρὰ τοῖς Ἥπειρώταις διέτρεβον ἐν τῇ Φοινίκῃ, τὸ πλῆθος ὄντες εἰς ὀκτακοσίους· καὶ κοινολογηθέντες τούτοις περὶ προσδοσίας τῆς πόλεως, ἐξέβησαν, συγκαταθεμένων σφίσι τῶν προειρημένων· καὶ τῆς πόλεως ἐξ ἐφόδου, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ, κύριοι κατέστησαν, συνεργησάντων ἔσθην αὐτοῖς τῶν Γαλατῶν. (5) Οἱ δ' Ἥπειρώται, πυθόμενοι τὸ γεγονός, ἐδοθήθουν πανδημεὶ μετὰ σπου-

tile ceteraque omni praeda lembis imposita, confestim naves solvunt, et patriam suam repetunt.

IV. Medionii, ex insperato obsidione liberati, cum de aliis deliberaturi, tum de armorum inscriptione, concionem habent. (2) Placuit, ut, quemadmodum ab Ætolis decretum fuerat, et præsentis anni Prætor, et qui in posterum annum præturam ambissent, in inscriptione simul nominarentur. (3) Dicas, fortunam, hoc Medioniorum successu, ceteros quoque mortales suæ potentie de industria ivisse admonitum. (4) Quod enim de se jamjam inimicos arbitrabantur facturos, id ipsum ut in inimicos possent exercere, minimo tempore interjecto, ipsis præstitit. (5) Ætoli vero, hac improvviso affecti clade, documento fuerunt omnibus, ne de futuro, seu de re jam facta, consultant; neque spem ullam quasi certamen præcipiant earum rerum, quæ secus evenire adhuc possint: sed cum in ceteris rebus omnibus, tum in bello maxime, homines se natos meminerint, et inopinatis etiam casibus locum aliquem esse cogitent. (6) Rex Agron, posteaquam lembi rediissent, eique omnia duces narrassent quæ in pugna acciderant, incredibili exsultans gaudio, quod Ætolos, gentem superbia ferocissimam, vicisset, ebrietati et id genus liberalioribus epulis indulgens, in pleuritum incidit, quæ post paucos dies e vita eum sustulit. (7) Regnum Teuta uxor suscepit, fide amicorum in rerum administratione utens. (8) Hæc, more ingenii muliebris, quum nihil nisi præteritam victoriam ob oculos haberet, de externis nihil quidquam cogitaret; suis primum concessit, ut singuli, quocumque haberent obvius inter navigandum, deprædarentur: (9) deinde, parata classe, et copiis non minoribus, quam fuerant superiores, emissis, potestatem ducibus fecit, ut pro hostibus populos omnes haberent.

V. Hi primam quidem expeditionem in Eleorum et Messeniorum fines suscipere instituerant. Hi enim perpetuis Illyriorum incursionibus erant obnoxii. (2) Nam quoniam in longum ora illa porrecta jacet, et a mari remotæ erant principes illarum regionum urbes; longinqua atque tarda ex his ad oram adveniebant auxilia adversus Illyriorum excensiones: quare facile his erat, sine metu istas regiones incursare ac devastare. (3) At tunc versantes circa Phœnicen, Epiri oppidum, parandæ annonæ gratia in portum applicant. (4) Ibi postquam in colloquium venerunt cum Gallorum nonnullis, qui Epirotarum æra merebant, et Phœnicæ circiter octingenti degebant; quum de proditione oppidi eos compellassent, et eam ad rem operam suam Galli essent polliciti, expositis copiis, oppido et omnium, qui in eo erant, primo impetu potiuntur, Gallis intra muros conatus ipsorum adjuvantibus. (5) Hoc accepto nuntio,

δῆς. Παραγενόμενοι δὲ πρὸς τὴν Φοινίκην, καὶ προβαλόμενοι τὸν παρὰ τῇ πόλει ῥέοντα ποταμὸν, ἑστρατοπέδωσαν, τῆς ἐπ' αὐτῷ γεφύρας ἀνασπάσαντες τὰς σανίδας ἀσφαλείας χάριν. (6) Προσαγγελθέντος δ' αὐτοῖς, Σκερδिलाΐδαν, ἔχοντα πεντακισχιλίους Ἰλλυριοὺς, παραγίγνεσθαι κατὰ γῆν διὰ τῶν παρ' Ἀντιγόνηαν στενῶν· μερίσαντες αὐτῶν τινὰς ἐξαπέστειλαν παραφυλάσσοντας τὴν Ἀντιγόνηαν· αὐτοὶ δὲ τὰ τε λοιπὰ βρῆθ' ὡς διήγον, ἀπολαύοντες τῶν ἐκ τῆς χώρας ἀνέδην, τῶν τε κατὰ τὰς φυλακὰς καὶ προκοιτίας ὠλιγώρουν. (7) Οἱ δ' Ἰλλυριοὶ, συνέντες τὸν μρισμὸν αὐτῶν καὶ τὴν λοιπὴν βρῆθ' ὡς διήγον, ἐκπορεύονται νυκτός· καὶ τῇ γεφύρᾳ σανίδας ἐπιβαλόντες, τὸν τε ποταμὸν ἀσφαλῶς διέδρυσαν, καὶ λαβόντες ὄχυρόν τὸπον, ἔμειναν τὸ λοιπὸν μέρος τῆς νυκτός. (8) Ἐπιγενομένης δὲ τῆς ἡμέρας, καὶ περαταξαμένων ἀμφοτέρων πρὸς τῆς πόλεως, συνέβη λειψῆναι τοὺς Ἑπειρώτας, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν πεσεῖν, ἔτι δὲ πλείους ἀλῶναι, τοὺς δὲ λοιποὺς διαφυγεῖν ὡς ἐπὶ Ἀττινάνων.

VI. Οὗτοι μὲν οὖν τοιοῦτοι περιπεσόντες ἀτυχήμασι, καὶ πάσας ἀπολίσσαντες τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας, ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς καὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος, δέόμενοι μεθ' ἑκτηρίας σφίσι βοηθεῖν. (2) Οἱ δὲ, κατελίσσαντες τὰς συμφορὰς αὐτῶν, ὑπήκουσαν· καὶ μετὰ ταῦτα παραβουδύντες ἦγον εἰς Ἑλίκρανον. (3) Οἱ δὲ τὴν Φοινίκην κατασχόντες, τὸ μὲν πρῶτον, παραγενόμενοι μετὰ Σκερδिलाΐδου πρὸς τὸ χωρίον, παρεστρατοπέδωσαν τοὺς βεδοθηκόσι, βουλόμενοι συμβαλεῖν. (4) Δυσχρηστούμενοι δὲ διὰ τὰς δυσχωρίας τῶν τόπων, ἅμα δὲ καὶ προσπεσόντων παρὰ τῆς Τεύτας γραμμῶν, δι' ὧν ὤρετο δεῖν αὐτοὺς τὴν ταχίστην εἰς οἶκον ἀναχωρεῖν, διὰ τὸ τινὰς τῶν Ἰλλυρίων ἀπεστηκέναι πρὸς τοὺς Δαρδανεῖς. (5) Οὕτω, λεηλατήσαντες τὴν Ἑπειρὸν, ἀνοχὰς ἐποίησαντο πρὸς τοὺς Ἑπειρώτας. (6) Ἐν αἷς τὰ μὲν ἐλευθέρᾳ σώματα καὶ τὴν πόλιν ἀπολυτρῶσαντες αὐτοῖς, τὰ δὲ δουλικὰ, καὶ τὴν λοιπὴν σκευὴν ἀναλαβόντες εἰς τοὺς λέμβους, οἱ μὲν ἀπέπλευσαν, οἱ δὲ περὶ τὸν Σκερδिलाΐδαν περὶ πάλιν ἀνεχώρησαν διὰ τῶν παρὰ τὴν Ἀντιγόνηαν στενῶν. (7) οὐ μικρὰν οὐδὲ τὴν τυχεύσαν καταπληξίν καὶ φόβον ἐνεργασάμενοι τοῖς τὰς παραλίας οἰκοῦσι τῶν Ἑλλήνων. (8) Ἐκαστοὶ γὰρ θεωροῦντες τὴν ὄχυρωτάτην ἅμα καὶ δυνατωτάτην πόλιν τῶν ἐν τῇ Ἑπειρῷ παραλόγως οὕτως ἐξηνδραποδισμένην, οὐκέτι περὶ τῶν ἀπὸ τῆς χώρας ἡγωνίων, καθέπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, ἀλλὰ περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν πόλεων. (9) Οἱ δ' Ἑπειρῶται παραδόξως διασσεωσμένοι, τοσούτον ἀπέχον τοῦ πειράζεσθαι ἀμύνεσθαι τοὺς ἡδονηκῶτας, ἢ χάριν ἀποδιδόναι τοῖς βοηθήσασιν· ὥστε τούναντίον διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τὴν Τεῦταν, συμμαχίαν ἔθεντο μετὰ Ἀκαρνάνων πρὸς τοὺς Ἰλλυριοὺς. (10) καθ' ἣν ἐκείνοις μὲν κατὰ τοὺς ἐξῆς καιροὺς συνήργουν, τοῖς δ' Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς ἀντέπρεττον. (11) Ἐξ ὧν ἐγένοντο

Epirotæ extemplo ad ferendam opem omnes accurrunt. Qui ut venire ad Phœnicen, castra sic metantur, ut amnis, qui urbem præterfluit, pro munimento ipsis esset; ad majorem securitatem tabulis detractis, quibus pons fluvio impositus erat constratus. (6) Deinde certiores facti, adventare Scerdilaidam cum quinque Illyriorum millibus, itinere terrestri per fauces ad Antigoneam; parte exercitus sui ad custodiendam Antigoneam missa, ipsi interea negligentius agere; commeatibus, quos large regio subministrabat, perfrui; stationes ac vigilias contemtim obire. (7) Illyrii, de copiarum divisione moniti et eorum negligentia, noctu profecti, tabulas ponti imponunt, et sine periculo amnem trajiciunt. Munitum dein locum occupant, et per reliquum noctis ibi subsistunt. (8) Prima luce utrique ante urbem instructa acie certamen ineunt: quo victi Epirotæ, multi in prælio cecidere, plures capti sunt; reliqui versus Attintaniam fugam capessunt.

VI. Tam adversam experti fortunam Epirotæ, omnique salutis spe, quod quidem in ipsis foret, amissa, legatos cum infulis et velamentis ad Ætolos et Achæorum gentem mittunt, auxilium petentes. (2) Qui eorum calamitatis miseri, faciles ad ipsorum postulata se præbent: nec multo post cum auxiliis Helicranum veniunt. (3) Eodem et Illyrii qui Phœnicen occupaverant, una cum Scerdilaida, se conferunt: et primum quidem non longe a copiis auxiliariis metantur castra, dimicare cupientes. (4) Sed impediebat difficultas locorum: simulque allatæ sunt a Teuta litteræ, quibus domum quantocius redire, quod pars Illyriorum ad Dardanios defecisset, jubebantur. (5) Itaque, Epirum populati, inducias cum Epirotis faciunt: (6) per quas, quidquid liberorum hominum in potestate habebant, cum ipsa urbe, pretio accepto, eis restitunt. Mancipiis et suppellectili omni lembis impositis, domum navigant: Scerdilaidas cum suis per Antigoneæ fauces pedibus remavit. (7) Magnum ea res maritimis Græcorum urbibus terrorem attulit: (8) nam qui cernerent, munitissimam et potentissimam Epiri urbem ita præter omnium opinionem in captivitatem incidisse; non jam, ut antea, de agrorum cultoribus, verum de propria sua et urbium suarum salute, solliciti erant. (9) Epirotæ, hoc periculo mirabiliter liberati, tantum ab eo abfuerunt, ut vel calamitatis suæ auctores ultum irent, vel iis qui auxilio fuerant gratiam referrent; ut contra, legatione ad Teutam missa, societatem cum Illyriis et ipsi et Acarnanes inirent. (10) Neque ab eo tempore postea destiterunt, horum partes amplexi, Achæis et Ætolis adversari. (11) Quod consilium et iniquam tunc

καταφανείς, ἀκρίτως μὲν κεκρημένοι τότε τοῖς εὐεργέταις, ἀφρόνως δ' ἐξ ἀρχῆς βεβουλευμένοι περὶ τῶν καθ' αὐτοὺς πραγμάτων.

VII. Τὸ μὲν γὰρ, ἀνθρώπους ὄντας, παραλόγως περιπεσεῖν τινὶ τῶν δεινῶν, οὐ τῶν παθόντων, τῆς τύχης δέ, καὶ τῶν πραξάντων, ἐστὶν ἐγκλημα. (2) Τὸ δ' ἀκρίτως καὶ προφανῶς περιβαλεῖν αὐτοὺς ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς, ὁμολογούμενόν ἐστι τῶν πασχόντων ἀμάρτημα. (3) Διὸ καὶ τοῖς μὲν ἐκ τύχης πταίουσιν, ἔλεος ἔπεται μετὰ συγγνώμης, καὶ ἐπικουρία· τοῖς δὲ διὰ τὴν αὐτῶν ἀβουλίαν, ὄνειδος καὶ ἐπιτίμησις συνεξακολουθεῖ παρὰ τοῖς εὖ φρονούσιν. (4) Ἄ δὴ καὶ τότε παρὰ τῶν Ἑλλήνων εἰκότως ἂν τοῖς Ἑπειρώταις ἀπηντήθη. (5) Πρῶτον γὰρ, τίς οὐκ ἂν, τὴν κοινὴν περὶ Γαλατῶν φήμην ὑπιδόμενος, εὐλαβηθεῖ τούτοις ἐγχειρίσαι πόλιν εὐδαίμονα, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς ἔχουσαν εἰς παρασπρόνθησιν; (6) δευτέρον, τίς οὐκ ἂν ἐφύλαξάτο τὴν αὐτοῦ τοῦ συστήματος ἐκείνου προαίρεσιν; ὅ γε, τὴν μὲν ἀρχὴν, ἐξέπεσον ἐκ τῆς ἰδίας, συνδραμόντων ἐπ' αὐτοὺς τῶν ὁμοεθνῶν, διὰ τὸ παρασπρόνθησαι τοὺς αὐτῶν οἰκείου καὶ συγγενεῖς. (7) ὑποδείκνυται γέ μὴν αὐτοὺς Καρχηδονίων, διὰ τὸ κατεπείγεσθαι πολέμῳ, τὸ μὲν πρῶτον, γενομένης τινὸς ἀντιβρῆσεως τοῖς στρατιώταις πρὸς τοὺς στρατηγούς ὑπὲρ ὁμωνίων, ἐξαυτῆς ἐπεβάλλοντο διαρπάζειν τὴν τῶν Ἀκραγαντίνων πόλιν, φυλακῆς χάριν εἰσαχθέντες εἰς αὐτὴν, ὄντες τότε πλείους τῶν τριγυλίων. (8) μετὰ δὲ ταῦτα, παρεισκαγόντων αὐτοὺς πάλιν εἰς Ἑρυνά τῆς αὐτῆς χρείας ἔνεκεν, πολιορκούντων τὴν πόλιν Ῥωμαίων, ἐπεχείρησαν μὲν καὶ τὴν πόλιν καὶ τοὺς συμπολιορκουμένους προδοῦναι. (9) τῆς δὲ πράξεως ταύτης ἀποτυχόντες, ἠτοκομῆσαν πρὸς τοὺς πολεμίους παρ' οἷς πιστευθέντες, πάλιν ἐσύλησαν τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἑρυνινῆς ἱερὸν. (10) Διὸ καὶ σαφῶς ἐπεγνωκότες Ῥωμαῖοι τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν, ἅμα τῷ διαλύσασθαι τὸν πρὸς Καρχηδονίους πόλεμον, οὐδὲν ἐποίησαντο προυργιαίτερον, τοῦ παροπλίσαντας αὐτοὺς ἐμβαλεῖν εἰς πλοῖα, καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης ἐξορίστους καταστήσαι. (11) Οὗς Ἑπειῶται, τῆς δημοκρατίας καὶ τῶν νόμων φύλακας ποιησάμενοι, καὶ τὴν εὐδαιμονεστάτην πόλιν ἐγχειρίσαντες, πῶς οὐκ ἂν εἰκότως φανερίσαν αὐτοὶ τῶν συμπτωμάτων αὐτοῖς αἰτίοι γεγονότες; (2) Περὶ μὲν οὖν τῆς Ἑπειρωτῶν ἀγνοίας, καὶ περὶ τοῦ μηδέποτε δεῖν τοὺς εὖ φρονούντας ἰσχυροτέραν εἰσάγεσθαι φυλακὴν, ἄλλως τε καὶ βαρβάρων, ἐπὶ τοσούτον ἔκρινον ποιήσασθαι μνήμην.

VIII. Οἱ δ' Ἰλλυριοὶ, καὶ κατὰ τοὺς ἀνωτέρω μὲν χρόνους, συνεχῶς ἡδίκουν τοὺς πλοῖζομένους ἀπ' Ἰταλίας. (2) καθ' οὓς δὲ καιροὺς περὶ τὴν Φοινίκην διέτριβον, καὶ πλείους, ἀπὸ τοῦ στόλου χωριζόμενοι, πολλοὺς τῶν Ἰταλικῶν ἐμπόρων εὐθύς μὲν ἐσύλησαν, οὓς δ' ἀπέσφαξαν, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ ζωγρεῖα τῶν ἀλικομένων ἀνῆγον. (3) Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, παρα-

illorum mentem erga bene de se meritos, et simul imprudentiam, qua in rerum suarum administratione inde a principio usi erant, patefecit.

VII. Quippe si quis mortalium in calamitatem incidat, quæ providi humana ratione non poterat; nulla est ipsis, sed fortunæ, et ejus qui nocuerit, culpa: (2) sin per suam imprudentiam manifesto in gravissima se mala conjiciat; nemo dubitat, ipsis esse peccatum. (3) Itaque per fortunam lapsis parata est misericordia, et venia atque auxilium: ubi vero propria inest stultitia, opprobrium sequitur et sapientum increpatione. (4) Quo sane modo potuere tunc Epirotæ a Græcis merito suo accipi. (5) Primum enim, quis non Gallorum communem famam suspectam habeat, vereaturque opulentam urbem et multa habentem perfidiæ irritamenta in potestatem illis tradere? (6) Deinde, quis non intelligat, ab illius potissimum Gallorum manus consiliis fuisse cavendum? Qui, initio a suis populis communi patria ejecti, quod perfidiose in propinquos cognatosque suos se gesserant, (7) suscepti postea a Carthaginiensibus urgente bello, quum super stipendio inter milites ac duces orta esset aliqua controversia, impetum continuo ceperunt diripiendæ Agrigentinarum urbis, quo præsidii causa fuerant intronissi, plures tum numero tribus millibus. (8) Deinde similem ob causam Erycem introducti, cum Romani urbem obsiderent, et urbem, et quotquot una cum ipsis obsidebantur hostibus prodere conati sunt: (9) ut dolus exitum non habuit, transitum ad hostes fecerunt; apud quos fidem nacti, rursus Erycinæ Veneris ædem spoliaverunt. (10) Quare et Romani, impietate eorum probe perspecta, simul ac inter ipsos et Carthaginienses pax convenit, nihil habuere antiquius, quam ut, ademtis armis, navibus impositos ex universa Italia eos exterminarent. (11) His igitur hominibus quum Epirotæ et civitatem suam et leges custodiendas permiserint, et beatam rerum omnium copia urbem eisdem tradiderint; quid causæ dicere queant, quo minus ista mala sibi ipsi videantur accivisse? (12) Atque hæc de Epirotarum imprudentia dicta volumus; quo simul doceremus, præsidia validiora, barbarorum præsertim, in urbes nunquam esse recipienda.

VIII. Ceterum Illyrii, quum jam ante soliti essent Italos mare evercentes crebris injuriis afficere; (2) tum eo præsertim tempore quo Phœnicæ morabantur, plures etiam, a classe discedentes, mercatorum Italicorum deprædati sunt, et eorum alios trucidarunt, nec paucos cepere vivos et secum abduxerunt. (3) Romani, qui semper hac-

χοῦντες τὸν πρὸ τοῦ χρόνον τῶν ἐγκαλούντων τοῖς Ἰλλυριοῖς, τότε καὶ πλείονων ἐπελθόντων ἐπὶ τὴν σύγκλητον, κατέστησαν πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ἰλλυρίδα, τοὺς ἐπίσχεψιν ποιησομένους περὶ τῶν προειρημένων, Γάϊον καὶ Λεύκιον Κορογκανίους. (4) Ἡ δὲ Τεῦτα, καταπλευσάντων πρὸς αὐτὴν τῶν ἐκ τῆς Ἠπειροῦ λέμβων, καταπλαγείσα τὸ πλῆθος καὶ τὸ κάλλος τῆς ἀγομένης κατασκευῆς πολλὴ γὰρ ἡ Φοινίκη διέφερε τότε τῶν κατὰ τὴν Ἠπειρον πόλεων εὐδαιμονία διπλασίως ἐπεβρόσθη πρὸς τὴν κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἀδικίαν. (5) Οὐ μὴν ἀλλὰ τότε μὲν ἐπέσχε, διὰ τὰς ἔγγυρους ταραχάς καταστησαμένη δὲ ταχέως τὰ κατὰ τοὺς ἀποστάτας Ἰλλυριοὺς, ἐπολιόρκει τὴν Ἰσσαν, διὰ τὸ ταύτην ἔτι μόνῃν ἀπειθεῖν αὐτῇ. (6) Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον κατέπλευσαν οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις· καὶ δοθέντος αὐτοῖς καιροῦ πρὸς ἐντευξιν, διελέγοντο περὶ τῶν εἰς αὐτοὺς γεγονότων ἀδικημάτων. (7) Ἡ δὲ Τεῦτα καθόλου μὲν παρ' ὅλην τὴν κοινολογίαν, ἀγερῶχος καὶ λίαν ὑπερηφάνως αὐτῶν ἐτίθηκε. (8) Καταπαυσάντων δὲ τὸν λόγον Κοιτῇ μὲν, ἔφη, πειρᾶσθαι φροντίζειν, ἵνα μηδὲν ἀδίκημα γίγνηται Ῥωμαίοις ἐξ Ἰλλυρίων· ἰδίᾳ γε μὴν, οὐ νόμιμον εἶναι τοῖς βασιλεῦσι καλύειν Ἰλλυριοὺς τῆς κατὰ θάλατταν ὥφελείας. (9) Ὁ δὲ νεώτερος τῶν πρεσβευτῶν, δυσχεράνας ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, ἐχρήσατο παβήρσι κατηκούσῃ μὲν, οὐδαμῶς δὲ πρὸς καιρὸν. (10) Εἶπε γὰρ, ὅτι Ῥωμαίοις μὲν, ὧς Τεῦτα, κάλλιπτον ἔθος ἐστὶ, τὰ κατ' ἰδίαν ἀδικήματα κοιτῇ μεταπορεύεσθαι, καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις. (11) Πειρασόμεθα δὲ, θεοῦ βουλομένου, ἐφετῶς καὶ ταχέως ἀναγκάσαι σε, τὰ βασιλικά νόμιμα διορθώσασθαι πρὸς Ἰλλυριοὺς. (12) Ἡ δὲ, γυναικοθύμως καὶ ἀλογίστως δεξαμένη τὴν παβήρσιαν, ἐπὶ τοσούτον ἐξωργισθὴ πρὸς τὸ βῆθαι, ὥς, ὀλιγορήσασα τῶν παρ' ἀνθρώπων ὀρισμένων δικαίων, ἀποπλέουσιν αὐτοῖς ἐπαποστεῖλαι τινας, τὸν παβήρσιασάμενον τῶν πρέσβεων ἀποκτείνειν. (13) Προσπεσόντος δὲ τοῦ γεγονότος εἰς τὴν Ῥώμην, διοργισθέντες ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ τῆς γυναικὸς, εὐθέως περὶ παρασκευὴν ἐγίνοντο, καὶ στρατόπεδα κατέγραζον, καὶ στόλον συνήθροζον.

IX. Ἡ δὲ Τεῦτα, τῆς ὥρας ἐπιγενομένης, ἐπισπενάσασα λέμβους πλείους τῶν πρότερον, ἐξαπέστειλε πάλιν εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους. (2) Ὡς οἱ μὲν διὰ πόρου τὸν πλοῦν ἐπὶ τὴν Κέρκυραν ἐποιοῦντο, μέγας δὲ τι προσέσχε πρὸς τὸν τῶν Ἐπιδαμνίων λιμένα· λόγῳ μὲν, ὑδρείας καὶ ἐπισιτισμοῦ χάριν, ἔργῳ δ' ἐπιβολῆς καὶ πράξεως ἐπὶ τὴν πόλιν. (3) Τῶν δ' Ἐπιδαμνίων ἀνάγκως ἅμα καὶ βῆθύμως αὐτοὺς παραδεξάμενοι, εἰσελθόντες ἐν αὐτοῖς τοῖς περιζώμασιν ὥς ὑδρευόμενοι, μαχαίρας ἔχοντες ἐν τοῖς κεραμίοις, οὕτω κατασφάζαντες τοὺς φυλάττοντας τὴν πόλιν, ταχέως ἔγραπται ἐγένοντο τοῦ πλοῦτος. (4) Ἐπιγενομένης δὲ κατὰ τὸ συντεταγμένον ἐνεργῶς τῆς ἀπὸ τῶν πλοίων βοηθείας, παραδεξάμενοι τούτους, βῆθ' ὡς κατεῖχον τὰ

tenus delatis ad se querimonias de Illyriis neglectim audierant, tunc, cum plures simul ea gratia in senatum venissent, legatos in Illyricum decernunt, Caium et Lucium Coruncanios; qui de iis, quæ diximus accurate cognoscerent. (4) Teuta interim, reversis ex Epiro lembis, copiam atque multitudinem advectæ ex Epiro supellectilis demirata (longe enim ceteras Epiri urbes opibus tunc superabat Phœnice), ad lacescendos injuriis Græcos duplo animosior erat reddita. (5) Verum, quia domi tunc res turbatæ erant, nihil statim moverat. Celeriter autem rebus in ea Illyrici parte, quæ defecerat, constitutis; Issam, quæ sola adhuc parere ipsi recusabat, obsidione cinctam tenebat. (6) Per id tempus advenerunt Romanorum legati: qui quum ad colloquium essent admissi, de suis injuriis expostularunt. (7) Teuta, quamdiu verba facientes audiebat, ingentem animi ferociam et superbiam præ se ferre. (8) Postea vero quam dicendi finem fecissent: Curæ sibi, ait, fore, ne qua Romano populo ab Illyriis publice fiat injuria: ceterum, ut impediatur, quo minus privatim quam potest quisque utilitatem e mari capiat, hoc vero Illyriæ regibus in more nequaquam esse. (9) Tulit indigne hæc illius verba junior legalorum; et apud reginam libertate usus, conveniente illa quidem, sed cui omnino tunc non erat locus: (10) At Romanis, inquit, o Teuta, mos hic est pulcherrimus, ut privatim factas injurias publice persequantur, et injuriam passis opem ferant. (11) Operam autem, Deo volente, dabimus, et quidem cito, ut regia illa instituta, quæ cum Illyriis tenes, corrigere te cogamus. (12) Libertatem hujus dicti ita iracunde, qui mos est mulierum, atque impotenter, accepit Teuta, ut, spreto gentium jure, mitteret qui proficiscentes legatos insequerentur, et liberioris dicti auctorem necarent. (13) Quod ut est Romam perlatum, tanto feminae hujus scelere irritati Romani, ad belli apparatus illuc se convertere, delectus habere, classem comparare.

IX. Teuta interim, redeunte vere, lembos a se reflectos, majore quam antea numero, in Græciam rursus emisit. (2) Horum alii Corcyram recta trajiciunt: quidam ad Dyrrhachii portum applicant: specie quidem, ceu aquari et frumentari vellent; re autem ipsa, ut urbem ex insidiis et occulta fraude caperent. (3) Quibus quum Dyrrhachini, nihil mali suspectantes, negligenter aditum patefecissent; ingressi sunt solis campestribus succincti, velut aqualuri, in testis absconditos gladios habentes atque ita portæ custodibus obruncatis, nullo negotio portam occupant. (4) Celeriter deinde, uti convenerat, auxiliari manu et navibus adveniente, junctis viribus murorum partem maximam facile obtinebant. (5) Sed oppidanis, licet imparatis, ut in re inopinata, acriter sese defendentibus, fortiterque di-



πλείστα τῶν τειχῶν. (6) Τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως ἀπαρ-  
σκεύας μὲν, διὰ τὸ παράδοξον, ἐκθύμους δέ, βοηθοῦντων  
καὶ διαγωνιζομένων· συνέβη τοὺς Ἰλλυριοὺς, ἐπὶ πολλὴν  
χρόνον ἀντιποιοισαμένους, τέλος ἐκπεσεῖν ἐκ τῆς πό-  
λεως. (7) Ἐπιδάμνιοι μὲν οὖν ἐν ταύτῃ τῇ πράξει,  
διὰ μὲν τὴν ὀλιγορίαν, ἐκινδύνευσαν ἀποβαλεῖν τὴν  
πατρίδα· διὰ δὲ τὴν εὐφυλίαν, ἀβλαβῶς ἐπαιδεύθησαν  
πρὸς τὸ μέλλον. (7) Τῶν δ' Ἰλλυρίων οἱ προσεστῶτες,  
κατὰ σπουδὴν ἀναχθέντες, καὶ συνάφαντες τοῖς προ-  
πλέουσι, κατήραν εἰς τὴν Κέρκυραν καὶ ποιησάμενοι  
καταπληκτικὴν τὴν ἀπόβασιν, ἐνεχείρισαν πολιορκεῖν  
τὴν πόλιν. (8) Ὡν συμβαινόντων, οἱ Κερκυραῖοι,  
δυσχερστούμενοι καὶ δυσελπίστως διακείμενοι τοῖς  
ἔλοις, ἐπρεσβεύοντο πρὸς τε τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ τοὺς  
Ἀιτωλοὺς, ἅμα δὲ τοῦτοις Ἀπολλωνιάται καὶ Ἐπι-  
δάμνιοι δεόμενοι, σφίσι βοηθεῖν κατὰ σπουδὴν, καὶ μὴ  
περιδεῖν σφᾶς αὐτοὺς ἀναστάτους γενομένους ὑπὸ τῶν  
Ἰλλυρίων. (9) Οἱ δὲ, διακούσαντες τῶν πρέσβειων,  
καὶ προσδεξάμενοι τοὺς λόγους, ἐπλήρωσαν κοινῇ τὰς  
τῶν Ἀχαιῶν δέκα ναῦς καταφράκτους· καταρτίσαντες  
δ' ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Κερκύρας, ἐπι-  
ζόντες λύσειν τὴν πολιορκίαν.

X. Οἱ δ' Ἰλλυριοί, συμπαράλαβόντες Ἀκαρνάνων  
ναῦς κατὰ τὴν συμμάχίαν, οὕσας ἑπτὰ καταφράκτους,  
ἀνταναχθέντες, συνέβαλον τοῖς τῶν Ἀχαιῶν σκάφεσι,  
περὶ τοὺς καλούμενους Παξούς. (2) Οἱ μὲν οὖν Ἀκαρ-  
νάες, καὶ τῶν Ἀχαιῶν νεῶν αἱ κατὰ τοὺτους ταχθεῖ-  
σαι, πάρισον ἐποιοῦντο ἀγῶνα, καὶ διέμενον ἀεράριοι  
κατὰ τὰς συμπλοκάς, πλὴν τῶν εἰς αὐτοὺς τοὺς ἀνδράς  
γιγνομένων τραυμάτων. (3) Οἱ δ' Ἰλλυριοί, ζεύξαντες  
τοὺς παρ' αὐτῶν λέμβους ἀνὰ τέτταρας, συνεπλέκοντο  
τοῖς πολεμίοις. Καὶ τῶν μὲν ἰδίων ὀλιγώρου, καὶ  
παραβάλλοντες πλαγίους, συνήρουν ταῖς ἐμβολαῖς τῶν  
ὑπεναντίων. (4) Ὅτε δὲ τρώσαντα, καὶ δεθέντα κατὰ  
τὰς ἐμβολάς, ἐδυσχερῆστον τὰ τῶν ἀντιπάλων σκάφη,  
προσπρεμασμένων αὐτοῖς περὶ τοὺς ἐμβόλους τῶν ἐξευ-  
γμένων λέμβων· τότε ἐπιπηδῶντες ἐπὶ τὰ καταστρώ-  
ματα τῶν Ἀχαιῶν νεῶν, κατεκράτουν διὰ τὸ πλῆθος  
τῶν ἐπιβατῶν. (5) Καὶ τοῦτω τῷ τρόπῳ, τεττάρων  
μὲν πλοίων ἐκυρίευσαν τεττηρικῶν, μίαν δὲ πεντήρη  
σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι ἐβύθισαν· ἐφ' ἧς ἔπλει Μάρ-  
κος ὁ Κερυνεύς, ἀνὴρ πάντα τὰ δίκαια τῷ κοινῷ τῶν  
Ἀχαιῶν πολιτεύματι πεποιηκώς, μέχρι τῆς κατα-  
στροφῆς. (6) Οἱ δὲ πρὸς τοὺς Ἀκαρνᾶνας διαγωνιζό-  
μενοι, συνιδόντες τὸ κατὰ τοὺς Ἰλλυριοὺς προτέρημα,  
καὶ πιστεύοντες τῷ ταχυναυτεῖν, ἐπουρώσαντες, ἀσφα-  
λῶς τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν οἰκίαν ἐποίησαντο. (7)  
Τὸ δὲ τῶν Ἰλλυρίων πλῆθος, φρονηματισθὲν ἐπὶ τῷ  
προτερήματι, λοιπὸν ἦδη βράδιος ἐχρήσατο τῇ πολιορ-  
κίᾳ, καὶ θεαδρῆχότως. (8) Οἱ δὲ Κερκυραῖοι, δυσ-  
ελπιστήσαντες τοῖς ἔλοις ἐκ τῶν συμβεβηκότων, βραχὺν  
ἔτι χρόνον ὑπομείναντες τὴν πολιορκίαν, συνέθεντο τοῖς  
Ἰλλυριοῖς, καὶ παρεδέξαντο φρουρὰν, καὶ μετὰ τῆς  
φρουρᾶς Δημήτριον τὸν Φάριον. (9) Τοῦτων δὲ πρα-

micantibus; tandem Illyrii, postquam diu restitissent, urbe  
sunt expulsi. (6) Atque ita, per negligentiam quidem Dyr-  
rachinorum factum, ut patriam ipsi suam tantum non amit-  
terent: per virtutem vero, ut nullo suo damno in posterum  
erudirentur. (7) Illyriorum duces, confestim in altum  
evecti, et iis juncti qui ante ipsos navigabant, Corcyram  
appellunt: deinde, in ipsa exarsione magno omnibus  
terrore injecto, urbem obsidere parant. (8) Corcyrenses,  
tanto pressi casu, jamque omni prope spe de summa rerum  
suarum amissa, legationes ad Achæos et Ætolos mittunt:  
et una cum his Apolloniatae ac Dyrrhachini venerunt, auxi-  
lium et ipsi petentes, orantesque, ne fortunis expelli se  
ab Illyriis paterentur. (9) Benigne hæ legationes sunt  
acceptæ ab Achæis et Ætolis: qui auxilii ferendi gratia  
decem constratas naves, quas habebant Achæi, communi  
consilio, remigio ac militis omnibusque rebus instruxerunt.  
Quod ubi paucis diebus fecissent, spe solvendæ obsidionis,  
Corcyram versus navigant.

X. Illyrii, assumtis ex fœderis legibus septem Acarnanum  
navibus armatis, in altum provecti, juxta Paxos cum Achæ-  
orum classe prælium ineunt. (2) Et Acarnanes quidem,  
cum his opposita Achæicarum navium parte, æquo Marte  
rem gerentes, integri e dimicatione, exceptis virorum vulne-  
ribus, discesserunt. (3) Illyrii vero, quaternis lembis simul  
colligatis, sic cum hostibus confligebant, ut de suis lembis  
securi, obliquos illos objiciendo, hostilem impetum adjuva-  
rent. (4) Sed postquam adversæ naves, perfossis impres-  
sione facta lembis, sese illigaverant; dum ipsæ impeditæ  
hærebant, ut ex quarum rostris vincti inter se lembi depende-  
rent; tum vero Illyrii in tabulata Achæicarum navium insi-  
lientes, ob classiarii militis multitudinem superiores evade-  
bant. (5) Hac ratione quadriremes quatuor ab iis sunt captæ;  
quinqüeremis una cum viris ipsis demersa: in qua Marcus  
Cerynensis erat, vir erga commune Achæorum omni officii  
genere semper, quoad vixit, egregie functus. (6) Qui cum  
Acarnanibus dimicabant, secundam Illyriorum pugnam cer-  
nentes, freti navium suarum celeritate, quum secundus  
ventus vela impleret, patriam tuto repetunt. (7) Illyrii,  
hac victoria superbi, de cetero facilem obsidionem habuere,  
impune quidvis audientes. (8) Corcyrenses vero, propter  
illa quæ acciderant, plane omni spe salutis dejecti, non  
amplius diu obsidione tolerata, pacem cum Illyriis faciunt,  
et præsidium in urbem suam recipiunt, ac simul cum eo

χθέντων, εὐθέως οἱ τῶν Ἰλλυριῶν προσετώτες ἀνήγγοντο· καὶ κατάραντες εἰς τὴν Ἐπίδαμον, ταύτην πάλιν ἐπεβάλλοντο πολιορκεῖν τὴν πόλιν.

XI. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς τῶν τὰς ὑπάτους ἀρχὰς ἔχόντων Γνάιος μὲν Φουλούσιος ἐξέπλει ναοὶ διακοσίας ἐκ τῆς Ῥώμης· Ἀῖλος δὲ Ποστούμιος τὰς περικλῆς ἔχων δυνάμεις, ἐξώρμα. (2) Τὴν μὲν οὖν πρώτην ἐπιβολὴν ἔσχε πλεῖν ὁ Γνάιος ἐπὶ τῆς Κερκύρας, ὑπολαμβάνων ἔτι καταλήψεσθαι τὴν πολιορκίαν ἀκριτον. (3) Ὅτε ῥῆσας δὲ τοῦ καιροῦ, δυνὼς ἐπὶ τὴν νῆσον ἔπει, βουλόμενος ἅμα μὲν ἐπιγνῶναι σαφῶς τὰ γεγονότα περὶ τὴν πόλιν ἅμα δὲ πείραν λαβεῖν τῶν παρὰ τοῦ Δημητρίου προσαγγελλομένων. (4) Ὁ γὰρ Δημήτριος ἐν διαβολαῖς ὢν, καὶ φοβούμενος τὴν Τεῦταν, διεπέμπετο πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ἐπαγγελλόμενος, τὴν τε πόλιν ἐγχειρίειν, καὶ τὰ λοιπὰ πράγματα παραδώσειν, ὃν ᾗ αὐτὸς κύριος. (5) Οἱ δὲ Κερκυραῖοι, τὴν παρουσίαν τῶν Ῥωμαίων ἀσμένως ἰδόντες, τὴν τε φρουρὰν παρέδωσαν τῶν Ἰλλυριῶν μετὰ τῆς τοῦ Δημητρίου γνώμης, αὐτοὶ τε σφᾶς ὁμοθυμαδὸν ἰδῶσαν παρακληθέντες εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων πίστιν· μίαν ταύτην ὑπολαβόντες ἀσφάλειαν αὐτοῖς ὑπάρχειν εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον πρὸς τὴν τῶν Ἰλλυριῶν παρενομίαν. (6) Ῥωμαῖοι δὲ, προσδεξάμενοι τοὺς Κερκυραίους εἰς τὴν φιλίαν, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Ἀπολλωνίας, ἔχοντας εἰς τὰ κατάλοιπα τῶν πραγμάτων ἡγεμόνα τὸν Δημήτριον. (7) Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ Ποστούμιος τὰς περικλῆς διεβίβαζε δυνάμεις ἐκ τοῦ Βρεντεσίου, πεζοὺς μὲν εἰς δισμυρίους, ἵππεις δὲ περὶ δισχιλίους. (8) Ἄμα δὲ τῷ προσέχειν ἑκατέρωθεν ἑαυτὸς τὰς δυνάμεις πρὸς τὴν Ἀπολλωνίαν, ὁμοῦς καὶ τούτων ἀποδεξαμένων καὶ δόντων ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐπιτροπὴν, παρασχῆμα πάλιν ἀνήγγησαν, ἀκούοντες πολιορκεῖσθαι τὴν Ἐπίδαμον. (9) Οἱ δ' Ἰλλυριοὶ συνέτας τὴν ἑσπέρην τῶν Ῥωμαίων, οὐδενὶ κόσμῳ λύσαντες τὴν πολιορκίαν, ἔφυγον. (10) Ῥωμαῖοι δὲ καὶ τῶς Ἐπιδαμνίους παραλαβόντες εἰς τὴν πίστιν, προήγον εἰς τοὺς εἰσω τόπους τῆς Ἰλλυρίας, ἅμα καταστρεφόμενοι τοὺς Ἀρδιαίους. (11) Συμμιζάντων δὲ πρεσβυτέρων αὐτοῖς καὶ πλειόνων, ὃν οἱ παρὰ τῶν Παρθειῶν ἦσαν, ἐπιτρέποντες τὰ καθ' αὐτούς δεξάμενοι τούτους εἰς τὴν φιλίαν, παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς παρὰ τῶν Ἀτινιτάνων προσεληλυθότας, προήγον ὡς ἐπὶ τὴν Ἰσσαν, διὰ τὸ καὶ ταύτην ὑπὸ τῶν Ἰλλυριῶν πολιορκεῖσθαι τὴν πόλιν. (12) Ἀφικόμενοι δὲ, καὶ λύσαντες τὴν πολιορκίαν, προσεδέξαντο καὶ τοὺς Ἰσσαίους εἰς τὴν ἑαυτῶν πίστιν. (13) Εἶλον δὲ καὶ πόλεις τινὰς Ἰλλυρίας ἐν τῷ παράπλῳ κατὰ κράτος· ἐν αἷς περὶ Νουτρίαν οὐ μόνον τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλον πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν χιλιάρχων τινὰς καὶ τὸν ταμίαν. (14) Ἐκταρτίσαν δὲ καὶ λείμους εἰκοσι, τῶν ἀποκομιζόντων τὴν ἐκ τῆς χώρας ὠφέλειαν. (15) Τῶν δὲ πολιορκούντων τὴν Ἰσσαν, οἱ μὲν ἐν τῇ Φάρῳ διὰ τὸν Δημήτριον ἀδολαβεῖς ἔμειναν· οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἔφυγον εἰς τὸν Ἀρβόννα συνεσθέντες. (16) Ἡ δὲ Τεῦτα ὡς μετ'

Demetrium Pharium. (9) Quibus rebus gestis, duces Illyriorum naves extemplo solvunt et classe Dyrrhachium appulsa, ejus urbis obsidionem iterum moliantur.

XI. Circa idem tempus Cn. Fulvius Cos. cum ducentarum navium classe, itemque alter Consul, A. Postumius, cum terrestribus copiis, Roma proficiscuntur. (2) Fulvio erat animus ante omnia Corcyram petere; quod prius se illuc perventurum speraret, quam exitum obsidio haberet. (3) Ac licet aerum jam auxilium esset, ad insulam tamen accessit, cum ut propius omnia cognosceret, quæ ibi facta essent; tum ut, vera, an falsa essent, quæ de Demetrio nuntiabantur disceret. (3) Demetrius enim, nonnullis apud Teutam ipsum criminantibus, metuens ab illa sibi, ad Romanos miserat, qui pollicerentur, et urbem se, et quæcunque alia in potestate haberet, ipsis traditurum. (5) Corcyrenses, Romanorum adventu læti, præsidium Illyriorum consentiente Demetrio eis tradunt: deinde etiam, invicem cohortati, de communi cunctorum sententia, fidei Romanorum se dedunt: hanc solam rati superesse rationem, qua tuti in posterum ab Illyriorum injuriis forent. (6) Romani, Corcyrensibus in amicitiam receptis, Apolloniam classe petunt, ducem ad peragenda reliqua Demetrium habentes. (7) Inter hæc et Postumius terrestres copias Brundusio trajecit: pedites ad viginti millia, equitum duo millia. (8) Uterque simul exercitus Apolloniam appulit; et statim eos Apolloniæ pariter, ut Corcyrenses, in urbem receperunt, et Romanorum fidei se tradiderunt. Quo facto, e vestigio Consules, quod Dyrrhachium obsideri audierant, portu rursus solvunt. (9) Illyrii, ubi adventare Romanos sensere, obsidione soluta effusus fugam capessunt. (10) Dyrrhachinis quoque in fidem receptis, ad interiora Illyrici progrediuntur, subactis obiter Ardiaeis. (11) Adfuere mox plures legationes aliorum populorum; et in his etiam Parthenorum, nec non Atintanum: qui omnes, quum se fidei Romanorum permitterent, sunt in amicitiam suscepti. Ita ventum ad Issam urbem, quæ et ipsa ab Illyriis oppugnabatur. (12) Adventu Romanorum solutum est obsidium: Issæi in fidem recepti. (13) Sed et per vim, dum eam illam prætervehuntur, ex Illyricis oppidis quædam Consules expugnare: in his Nutriam, ad quam non solum multos milites, sed etiam tribunorum aliquos et quæstorem amiserunt. (14) Ceperunt autem et lembos viginti, qui fructus ex agris devehebant. (15) Eorum qui Issam obsidebant, Pharii quidem in gratiam Demetrii immunes omni damno manserunt: reliqui omnes varie dissipati Arbonem confugerunt. (16) Teuta cum paucis adnu-

ὀλίγων εἰς τὸν Ῥίζωνα διεσώθη, πολισμάτιον εὖ πρὸς ὄχυρότητα κατεσκευασμένον, ἀναχωρηκὸς μὲν ἀπὸ τῆς θαλάττης, ἐπ' αὐτῷ δὲ κείμενον τῷ Ῥίζωνι ποταμῷ. (17) Ταῦτα δὲ πράξαντες, καὶ τῷ Δημητρίῳ τοὺς πλείους ὑποτάξαντες τῶν Ἰλλυριῶν, καὶ μεγάλην αὐτῷ περιθέντες δυναστείαν, ἀνεχώρησαν εἰς τὴν Ἐπίδαμνον ἅμα τῷ στολῷ καὶ τῇ πεζικῇ δυνάμει.

XII. Γνώσις μὲν οὖν Φουλουῖος εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέπλευσε, τὸ πλεῖον ἔχων μέρος τῆς τε ναυτικῆς καὶ πεζικῆς στρατιᾶς. (2) Ὁ δὲ Ποστούμιος, ὑπολειπόμενος τετταράκοντα σκάφη, καὶ στρατόπεδον ἐκ τῶν περιειμένων πόλεων ἀθροίσας, παρεχίμαζε· συνεφεδρεῦν τῷ τε τῶν Ἀρδιαίων ἔθνει, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς δεδοκῶσιν ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν. (3) Ὑπὸ δὲ τὴν ἑαρινὴν ὥραν ἡ Τεῦτα διαπρεσβευσμένη πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ποιεῖται συνθήκας, ἐν αἷς εὐδόκησε· « φόρους τε τοὺς « διαταχθέντας οἴσειν, πάσης τε ἀναχωρήσειν τῆς Ἰλ- « λυρίδος, πλὴν ὀλίγων τόπων· καὶ, » τὸ συνέχον δὲ μά- λιστα πρὸς τοὺς Ἕλληνας διέτεινε· « μὴ πλείουςιν πλεόν « ἢ δυοὶ λέμβοις ἕξω τοῦ Λίσσου, καὶ τούτοις ἀνόπλοις. » (4) Ὡν συνετελεσθέντων, ὁ Ποστούμιος μετὰ ταῦτα πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλε πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς καὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος· οἱ καὶ παραγενόμενοι, πρῶτον μὲν ἀπελόγισαντο τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου, καὶ τῆς διαβάσεως, ἔξῃς δὲ τούτοις, τὰ πεπραγμένα διεξῆλθον, καὶ τὰς συνθήκας παρανέγνωσαν, ὧς ἐπεποιήντο πρὸς τοὺς Ἰλλυριοὺς. (5) Τυχόντες δὲ παρ' ἑκατέρου τῶν ἔθνων τῆς καθηκούσης φιλανθρωπίας, αὐτῆς ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κέρκυραν, ἱκανοὺ τινὸς ἀπολελυκότες φόβου τοὺς Ἕλληνας διὰ τὰς προειρημένας συνθήκας. (6) Οὐ γὰρ τισιν, ἀλλὰ πᾶσι, τότε κοινοὺς ἐχθροὺς εἶναι συνέβαινε τοὺς Ἰλλυριοὺς. (7) Ἡ μὲν οὖν πρώτη διάβασις Ῥωμαίων μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἰλλυρίδα καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς Εὐρώπης, ἐτι δ' ἐπιπλοκή μετὰ πρεσβείας εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους, τοιάδε καὶ διὰ ταύτας ἐγένετο τὰς αἰτίας. (8) Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς καταρχῆς, Ῥωμαῖοι μὲν εὐθέως ἄλλους πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς Κορινθίους καὶ πρὸς Ἀθηναίους· ὅτε δὲ καὶ Κορίνθιοι πρῶτον ἀπεδέξαντο μετέχειν Ῥωμαίους τοῦ τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνος.

XIII. Ἀσδρούβας δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους (ἐν γὰρ τούτοις ἀπελίπομεν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν) νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς χειρίζων τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν, ἐν τε τοῖς ὅλοις μεγάλην ἐποιεῖτο προκοπὴν, τὴν τε παρὰ μὲν τισὶ Καρχηδόνα, παρὰ δὲ τισὶ Καίνην πόλιν προσ- αγορευομένην κατασκευάσας, οὐ μικρά, μεγάλα δὲ συνεβάλλετο Καρχηδονίους, εἰς πραγματῶν λόγον. (2) καὶ μάλιστα διὰ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, πρὸς τε τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα, καὶ πρὸς τὰ κατὰ τὴν Αἰθίαν· περὶ ἧς ἡμεῖς, εὐφύεστερον καιρὸν λαθόντες, ὑποδείξομεν τὴν θέσιν αὐτῆς καὶ τὴν χρεῖαν, ἣν ἀμφοτέροις δύναται παρέχεσθαι ταῖς εἰρημέναις χώραις. (3) Ὅν καὶ θεωροῦντες Ῥωμαῖοι, μείζω καὶ φοβερωτέραν ἤδη συνιστάμενον δυναστείαν, ὄρμησαν ἐπὶ τὸ πολυπραγμονεῖν

dum Rizonem evasisit : id nomen est oppiduli, egregie muniti, procul quidem a mari, ad ipsum vero Rizonem fluvium siti. (17) His rebus gestis, Romani plerosque Illyrici populos Demetrio subijciunt : magnoque illi dominata tradito, utrumque exercitum Dyrrhachium reducunt.

XII. Romam inde Cn. Fulvius, cum majore parte navium terrestriumque copiarum, est reversus. (2) Postumius cum XL navibus longis est relictus ; et exercitu e circumjacentibus oppidis conscripto, in hiberna concessit, ita ut simul Ardiaeis reliquisque populis, qui fidci Rom. se permiserant, esset praesidio. (3) Sub initium veris Teuta, legatis ad Romanos missis, pacem hisce conditionibus cum illis sanxit : « Ut tributa, quae ipsi imperarentur, quotannis « penderet : ut toto Illyrico, paucis exceptis locis, cederet : « et (quo continetur id, quod ad Graecos maxime pertinebat) « ne pluribus quam duobus lembis, iisque inermibus, ultra « Lissum navigare ei liceret. » (4) Quibus rebus confectis, Postumius legatos ad Aetolos et Achaeorum gentem mittit ; qui causas primum belli, et trajectionis Romanorum in illas partes, eis exponeret ; deinde, quae gesta erant, commemorarent ; denique pacis leges, cum Illyriis initae, in consessu illorum praelegerent. (5) Legati, ea qua par erat comitate habiti ab utroque populo, Corcyram revertuntur ; non mediocri metu liberatis Graeciae populis per praedictas pacis leges. (6) Quippe ea tempestate, non horum aut illorum, sed in universum omnium Graecorum hostes erant Illyrii. (7) Prima igitur Romanorum cum exercitu in Illyricum, et pariter illas Europae, trajectio ; primum item cum Graeciae populis per legationem commercium ejusmodi fuit, easque causas habuit. (8) Ab illo vero initio, mox deinde alii ad Corinthios atque Athenienses legati missi fuere a Romanis : eoque primum tempore a Corinthiis decretum est, ut Isthmicorum ludorum participes Romani fierent.

XIII. Iisdem temporibus Asdrubal, (in eo namque eramus, cum a rebus Hispaniae divertimus,) magna prudentia atque solertia provinciam administrans, cum aliis omnibus ad summam rerum proficiebat ; tum urbe condita, quam alii Carthaginem, alii Novam Urbem nuncupant, magnum ad amplificandum Poenorum imperium momentum attulerat. (2) Nam, ut alia ne dicam, loci opportunitas maxima est, sive in Hispania, sive in Africa res singulandae. Cujus urbis situs, et quanta illius queat esse utilitas ad utramque regionem, alibi commodiore loco declarabimus. (3) Ubi animadvertere Romani, magnam hunc et jam terribilem consecutum esse potentiam ; ipsi

τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν. (4) Εὐρόντες δὲ σφᾶς ἐπικεκοι-  
μημένους ἐν τοῖς ἐμπροσθεν χρόνοις, καὶ προειμένους εἰς  
τὴν μεγάλην χεῖρα κατασκευάσασθαι Καρχηδονίους,  
ἀνατρέγειν ἐπείρουσιν κατὰ δύναμιν. (5) Αὐτόθεν μὲν  
ὄν ἐπιτάττειν ἡ πολεμὶς οὐκ ἐτόλμων τοῖς Καρχηδο-  
νίοις, διὰ τὸ τὸν ἀπὸ τῶν Κελτῶν φόβον ἐπικρέμασθαι  
τοῖς σφετέροις πράγμασι, καὶ μονοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέ-  
ραν προσδοκᾶν τὴν ἐφοδὸν αὐτῶν. (6) Καταψήσαντες  
δὲ καὶ πρᾶυναντες τὸν Ἀσδρούβαν, οὕτως ἔκριναν ἐγγει-  
ρεῖν τοῖς Κελτοῖς, καὶ διακινδυνεύειν πρὸς αὐτούς οὐδέ  
ποτ' ἂν ὑπολαμβάνοντες, οὐχ ὅσον δυναστεύσαι τῶν  
κατὰ τὴν Ἰταλίαν, ἀλλ' οὐδ' ἀσφαλῶς οἰκῆσαι τὴν  
ἑαυτῶν πατρίδα, τοὺτους ἔχοντες ἐφέδρους τοὺς ἀνδρας.  
(7) Διόπερ ἅμα τῶ, διαπρεθευσάμενοι πρὸς τὸν  
Ἀσδρούβαν, ποιήσασθαι συνθήκας, ἐν αἷς τὴν μὲν ἁλ-  
λὴν Ἰβηρίαν παρσιώπων, τὸν δὲ καλούμενον Ἰβηρα  
ποταμὸν οὐκ εἶδε Καρχηδονίους ἐπὶ πολέμῳ διαδοῖναι,  
εὐθέως ἐξήνεγκαν τὸν πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν  
Κελτοὺς πόλεμον.

XIV. Ὑπὲρ ὧν δοκεῖ μοι χρήσιμον εἶναι, κερα-  
λαιώδη μὲν ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν, ἵνα τὸ τῆς προ-  
κατασκευῆς οἰκτεῖον συσώσωμεν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς  
πρόθεσιν· ἀναδραμεῖν δὲ τοῖς χρόνοις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν,  
ἐξ οὗ κατέσχον οἱ προειρημένοι τὴν χώραν. (2)  
Ἦγούμαι γὰρ τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν οὐ μόνον ἀξίαν  
εἶναι γνώσεως καὶ μνήμης, ἀλλὰ καὶ τελῶς ἀναγκαίαν,  
χάριν τοῦ μαθεῖν, τίσι μετὰ ταῦτα πιστεύσας ἀνδράσι  
καὶ τόποις Ἀννίδας ἐπέβαλετο καταλύειν τὴν Ῥω-  
μαίων δυναστείαν. (3) Πρῶτον δὲ περὶ τῆς χώρας  
ῤητέον, ποία τίς ἐστί, καὶ πῶς καίτοι πρὸς τὴν ἄλλην  
Ἰταλίαν. Οὕτω γὰρ ἐστί καὶ τὰ περὶ τὰς πράξεις  
διαφέροντα κατανοεῖν βέλτιον, ὑπογραφέντων τῶν  
περὶ τε τοὺς τόπους καὶ τὴν χώραν ἰδιωμάτων. (4)  
Τῆς δὲ συμπάσης Ἰταλίας τῷ σχήματι τριγωνοειδοῦς  
ὑπαρχούσης, τὴν μὲν μίαν ὀρρεῖ πλευρὰν αὐτῆς, τὴν  
πρὸς ἀνατολὰς κεκλιμένην, ὅτι Ἰόνιος πόρος, καὶ κατὰ  
τὸ συνεχὲς ὁ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κλῆπος· τὴν δὲ πρὸς  
μεσημβρίαν καὶ δυσμὰς τετραμμένην, τὸ Σικελικὸν  
καὶ Τυρρηνικὸν πέλαγος. (5) Αὗται δ' αἱ πλευραὶ  
συνεπίπτουσαι πρὸς ἀλλήλας, κορυφὴν ποιοῦσι τοῦ τρι-  
γώνου, τὸ προκείμενον ἀκρωτήριον τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν  
μεσημβρίαν, ὃ προσαγορεύεται μὲν Κόκυνθος, διαιρεῖ  
δὲ τὸν Ἰόνιον πόρον καὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος. (6) Τὴν  
δὲ λοιπὴν τὴν παρὰ τε τὰς ἀρκτοὺς καὶ τὴν μεσόγαιαν  
παρατείνουσιν, ὀρρεῖ κατὰ τὸ συνεχὲς ἡ τὸν Ἀλπεῶν  
παρώρει, λαμβάνουσα τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Μασσαλίας  
καὶ τῶν ὑπὲρ τὸ Σαρδῶν πέλαγος τόπων, παρήκουσα δὲ  
συνεχῶς μέχρι πρὸς τὸν τοῦ παντὸς Ἀδρίου μυχόν· πλὴν  
βραχέως, ὃ προκαταλήγουσα λείπει τοῦ μὴ συνάπτειν  
αὐτῇ. (7) Παρὰ δὲ τὴν προειρημένην παρώρειαν, ἣν  
δεῖ νοεῖν ὥστανεῖ βάσιν τοῦ τριγώνου, παρὰ ταύτην ἀπὸ  
μεσημβρίας ὑπόκειται πεδία τῆς συμπάσης Ἰταλίας  
τελευτία πρὸς τὰς ἀρκτοὺς, ὑπὲρ ὧν ὁ νῦν δὴ λόγος·  
ἔρετῃ καὶ μεγέθει διαφέροντα τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην,

quoque aliquid in Hispania tentandi impetum cœperunt.  
(4) Quumque ita judicarent, eo crevisse opes Carthaginiensium, quia ipsi hactenus profundo quodam somno capti omnem illarum rerum curam neglexerant; quod prius erat peccatum, emendare omnibus viribus studebant. (5) Sed impræsentiarum quidem durius aliquid Carthaginiensibus imperare, aut bellum adversus eos movere, ob impendentem a Gallis metum, non audebant; quippe tantum non quotidie exspectabant nuntium de impetu ab his in Rom. imperium facto. (6) Igitur mitigandum sibi esse delinendumque Asdrubalem prius statuunt: atque ita Gallos aggre-  
diuntur, et acie cum ipsis dimicandum: quippe, dum a tergo sibi semper imminentes Gallos haberent, non dicam imperare Italiæ, sed ne patriam quidem sine periculo retinere se posse, arbitrabantur. (7) Quapropter, icto per legatos fœdere cum Asdrubale, quo cavebatur, ne Iberum amnem, bellandi consilio, transirent Pœni, nulla interim reliquæ Hispaniæ mentione facta; exemplo adversus Gallos Italiani incolentes bellum susceperunt.

XIV. De his Gallis operæ pretium mihi videtur, nonnihil commemorare; summam illud quidem, quo servetur ratio ea, quæ ex instituto nostro, quod inde ab initio secuti sumus, propria est huic Præparationi; at paullo tamen altius repetita narratione ab eis temporibus quibus illas regiones occupare cœperunt. (2) Res namque illorum non solum scita memoratuque dignas ducimus; sed etiam prorsus necessarias, ut cognosci deinceps queat, quibus viris, quibusve locis fretus Hannibal Romanorum imperium evertere sit aggressus. (3) Sed de regione ipsa prius nobis dicendum, qualis ipsa sit, et quomodo ad reliquam Italiam sita. Locorum enim et provinciæ universæ natura ob oculos posita, melius, quæ fuerint præcipue observanda in actionibus postea commemorandis, capias. (4) Quum igitur trigoni speciem Italia tota referat; unum ejus latus, quod orientem spectat, Ionium mare et continuus illi sinus Adriaticus terminant; meridiei vero et occidenti obversum latus, Siculum Etruscumque mare. (5) Qua se duo hæc latera contingunt, triquetra figuræ vertex efficitur: eoque ibi procurrens ex Italia meridiem versus promontorium, quod Cocynthus appellatur, quo separantur Ionium mare et Siculum pelagus. (6) Reliquum latus, quod septentrionem spectat, et mæditerranea prætexit, Alpium continua juga definiunt: quæ a Massilia et superjectis mari Sardoo locis incipiunt, indeque tractu perpetuo ad ultimum Adriatici sinus recessum extenduntur; nisi quod aliquantulo prius desinunt, quam mare contingant. (7) Horum montium latus illud, quod meridiem spectat, pro basi trigoni accipiendum est: eique subjecti campi sunt, in ultima et maxime boreali parte Italiæ siti, de quibus nunc nobis sermo est; camporum omnium, quos nos quidem vel vidimus, vel fama novimus, tota Europa præstantissimi rebus omnibus, latissai

δσα πέπτωκεν ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἱστορίαν. (8) Ἔστι δὲ τὸ μὲν ὅλον εἶδος καὶ τῆς ταῦτα τὰ πεδία περιγραφούσης γραμμῆς τριγωνοειδές. Τούτου δὲ τοῦ σχήματος τὴν μὲν κορυφὴν ἦτε τῶν Ἀπεννίνων καλουμένων ὄρων καὶ τῶν Ἀλπευῶν σύμπτωσις, οὐ μακρὰν ἀπὸ τοῦ Σαρδῶν πελάγους ὑπὲρ Μασσαλίας, ἀποτελεῖ. (9) Τῶν δὲ πλευρῶν παρὰ μὲν τὴν ἀπὸ τῶν ἀρκτων, ὥς ἐπάνω προεῖπον, τὰς Ἀλπεῖς αὐτὰς ἐπὶ δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους παρῆκειν συμβαίνει. (10) Παρὰ δὲ τὴν ἀπὸ μεσημβρίας, τὸν Ἀπεννίνον ἐπὶ τρισχιλίους ἐξακοσίους. (11) Βάσεώς γε μὴν τὰξιν λαμβάνει τοῦ παντὸς σχήματος ἡ παραλία τοῦ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπου· τὸ δὲ μέγεθος τῆς βάσεώς ἐστιν, ἀπὸ πόλεως Σήνης ὡς ἐπὶ τὸν μυχόν, ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους σταδίους καὶ πεντακοσίους. (12) Ὡστε τὴν πᾶσαν περίμετρον τῶν προειρημένων πεδίων, μὴ πολὺ λείπειν τῶν μυρίων σταδίων.

XV. Περὶ γε μὴν τῆς ἀρετῆς, οὐδ' εἰπεῖν ῥάδιον. Σίτου τε γὰρ τοσαύτην ἀφθονίαν ὑπάρχειν συμβαίνει κατὰ τοὺς τόπους, ὥστ' ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς πολλάκις τεττάρων ὀβολῶν εἶναι τῶν πυρῶν τὸν Σικελικὸν μέδιμον, τῶν δὲ κριθῶν δυοῖν, τοῦ δ' οἴνου τὸν μετρητὴν ἰσάκριθον. (2) Ἐλύμου γε μὴν καὶ κέγχρου τελέως ὑπερβάλλουσα δαψιλία γίγνεται παρ' αὐτοῖς. Τὸ δὲ τῶν βαλάνων πλῆθος τὸ γινόμενον ἐκ τῶν κατὰ διάστημα δρυμῶν ἐν τοῖς πεδίοις, ἐκ τούτων ἂν τις μάλιστα τεκμήραιτο. (3) πλείστων γὰρ οἰκῶν ἱερείων κομπομένων ἐν Ἰταλίᾳ, διὰ τε τὰς εἰς τοὺς ἰδίους βίους, καὶ τὰς εἰς τὰ στρατόπεδα παραθέσεις, τὴν ὀλοσχερεστάτην χορηγίαν ἐκ τούτων συμβαίνει τῶν πεδίων αὐτοῖς ὑπάρχειν. (4) Περὶ δὲ τῆς κατὰ μέρος εὐωνίας καὶ δαψιλίας τῶν πρὸς τὴν τροφὴν ἀνηκόντων οὕτως ἂν τις ἀκριβέστατα κατανοήσῃ. (5) Ποιοῦνται γὰρ τὰς καταλύσεις οἱ διοδεύοντες τὴν χώραν ἐν τοῖς πανδοχείοις, οὐ συμφωνοῦντες περὶ τῶν κατὰ μέρος ἐπιτηδίων, ἀλλ' ἑρωτῶντες, πόσου τὸν ἄνδρα δέχεται. (6) Ὡς μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πολὺ παρίενται τοὺς καταλύτας οἱ πανδοχεῖς, ὥς ἱκανὰ πάντ' ἔχειν τὰ πρὸς τὴν χρεῖαν, ἡμιασσαρίου τοῦτο δ' ἐστὶ τέταρτον μέρος ὀβολοῦ· σπανίως δὲ τοῦθ' ὑπερβαίνουσι. (7) Τό γε μὴν πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος τῶν σωμάτων, ἔτι δὲ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις τόλμαν, ἐξ αὐτῶν τῶν πράξεων σαφῶς ἐστὶ καταμαθεῖν. (8) Τῶν δ' Ἀλπεων ἐκατέρας τῆς πλευρᾶς, τῆς ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν, καὶ τῆς ἐπὶ τὰ προειρημένα πεδία νεοῦσης, τοὺς βουνώδεις καὶ γαιώδεις τόπους καταιοῦσι, τοὺς μὲν ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν καὶ τὰς ἀρκτους ἐστραμμένους, Γαλάται Τρανσαλπῖνοι προσαγορευόμενοι· τοὺς δ' ἐπὶ τὰ πεδία, Ταυρίσκοι καὶ Ἀγῶνες, καὶ πλείω γένη βαρβάρων ἕτερα. (9) Τρανσαλπῖνοί γε μὴν, οὐ διὰ τὴν τοῦ γένους, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ τόπου διαφορὰν προσαγορεύονται· τὸ γὰρ τῶν ἐξεξημενευμένων ἐστὶ πέραν διὰ τοὺς ἐπέκεινα τῶν Ἀλπεων, Τρανσαλπίνους καλοῦσι. (10) Τὰ δ' ἄκρα,

meque patentes. (8) Habet vero planities etiam ista figuram et ambitum similem trigono : cujus verticem contactus duorum montium facit, Apennini atque Alpium, non procul a Sardinio mari, supra Massiliam. (9) Porro boreale hujus latus claudunt perpetua ipsarum Alpium juga, ut ante dicebamus, per M. P. cclxxv : (10) meridionale, Apenninus, patens in longitudinem ccl. millia passuum. (11) Locum baseos figuræ totius obtinet ora maritima Adriatici sinus, ab urbe Sena ad ultimum usque recessum per cccxi millia et quingentos passus, atque amplius, progrediens. (12) Ut non multum absit, quin universus ambitus dictæ plantiæ, millia passuum colligat circos.

XV. Quantum vero excellat rebus omnibus hic terrarum tractus, ne dici quidem satis potest. Jam primum, frumenti ea copia est, ut persæpe nostra hac ætate tritici medimnus Siculus obolis quatuor veneat, hordei duobus; vini metreta ejusdem pretii sit cum medimno hordei. (2) Panico et millo adeo abundat, ut nihil supra. Glans quam larga copia in quercetis proveniat, quæ totis illis campis per intervalla cernuntur, sic facile intelligas : (3) nempe, quum plurimos Itali homines porcos mactent, tum ut privalim illis victitent, tum ut in usus exercituum reponant; maximam eorum copiam hæc planities subministrat. (4) Omnium denique rerum ad victum necessariorum quanta sit vilitas atque abundantia, ex eo non male aliquis conjiciat. (5) Scilicet qui per regionem iter faciunt, cum ad caupones divertunt, non paciscuntur de singulis rebus, quas cupiunt, particulatim; sed, quanti quemque excipiant? rogant. (6) Atque illi ut plurimum, præbituros se hospitibus necessaria omnia, ita ut desit nihil, recipiunt, semisse; quæ oboli quarta pars est : idque pretium raro excedunt. (7) Incolarum multitudinem, corporum magnitudinem ac pulchritudinem, nec non audaciam in bellis, res gestæ manifeste arguent. (8) In utroque Alpium latere, tam eo quod Rhodanum fluvium, quam quod prædictos campos spectat, paulo humiliores colles depressioraque loca incolis frequentata sunt : versus Rhodanum atque septentrionem Galli Transalpini, qui vocantur, habitant; versus campos illos, Taurisci et Agones [an Euganeos?] et aliæ gentes barbaræ. (9) Transalpini e re nomen habent : neque enim ad generis differentiam, sed quia trans Alpes habitant, sic Italici sunt

διὰ τε τὴν τραχύτητα καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐπιμενούσης αἰεὶ χιόνος, δοκίητα τελείως ἐστὶ.

XVI. Τὸν δ' Ἀπέννινον, ἀπὸ μὲν τῆς ἀρχῆς, τῆς ὑπὲρ Μασσαλίαν καὶ τῆς πρὸς τὰς Ἀλπεὺς συμπτώσεως, Λιγυστινοὶ κατοικοῦσι, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος πλευρὰν αὐτοῦ κεκλιμένην, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ πεδία· (2) παρὰ θάλατταν μὲν, μέχρι πόλεως Πίσσης, ἣ πρώτη καίται τῆς Τυρρηνίας ὡς πρὸς τὰς δυσμέας· κατὰ δὲ τὴν μεσόγειαν, ἕως τῆς Ἀρρηνίνων χώρας. (3) Ἐξῆς δὲ Τυρρηνοὶ· τοῦτοις δὲ συνεχεῖς ἐκότερον τὸ κλίμα νέμονται τῶν προειρημένων ὁρίων Ὀμβροὶ. (4) Λοικὸν δ' μὲν Ἀπέννινος, ἀπέχων τῆς κατὰ τὸν Ἀδρίαν θαλάττης σταδίου ὥσαντι πεντακοσίους, ἀπολείπει τὰ πεδία, δεξιὸς ἀπονέων, καὶ διὰ μέσης τῆς λοιπῆς Ἰταλίας διήκων εἰς τὸ Σικελικὸν κατατείνει πέλαγος. (5) Τὸ δ' ἀπολείπόμενον μέρος πεδινὸν τῆς πλευρᾶς, ἐπὶ θάλατταν καὶ πόλιν καθήκει Σήνην. (6) Ὁ δὲ Πάδος ποταμὸς, ὑπὸ δὲ τῶν ποιητῶν Ἡριδανὸς θρυλούμενος, ἔχει μὲν τὰς πηγὰς ἀπὸ τῶν Ἀλπεων, ὡς πρὸς τὴν κορυφὴν μᾶλλον τοῦ προειρημένου σχήματος καταφέρεται ὃ εἰς τὰ πεδία, ποιούμενος τὴν ῥύσιν ὡς ἐπὶ μεσημβρίαν. (7) Ἀριώμενος δ' εἰς τοὺς ἐπιπέδους τόπους, ἐκκλίνας τῷ βρέματι, πρὸς ἑὼ φέρεται δι' αὐτῶν· ποιεῖ δὲ τὴν ἐκβολὴν δυσὶ στόμασιν εἰς τοὺς κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπους· τὸ δὲ πλεῖον ἀποτεμένεται μέρος τῆς πεδίαδος χώρας εἰς τὰς Ἀλπεὺς καὶ τὸν Ἀδριατικὸν μυχόν. (8) Ἄγει δὲ πλῆθος ὕδατος, οὐδενὸς ἑλαττον τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποταμῶν· διὰ τὸ τὰς ῥύσεις, τὰς ἐπὶ τὰ πεδία νεούσας, ἀπὸ τε τῶν Ἀλπεων καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὁρίων εἰς τοῦτον ἐμπίπτειν ἀπάσας καὶ πανταχόθεν. (9) Μεγίστη δὲ καὶ καλλίστη βρέματι φέρεται. περὶ Κυνὸς ἐπιτολὴν, αὐξόμενος ὑπὸ τοῦ πλῆθους τῶν ἀνατηχομένων χιόνων ἐν τοῖς προειρημένοις ὄρεσιν. (10) Ἀναπλεῖται δ' ἐκ θαλάττης κατὰ τὸ στόμα τὸ καλούμενον Ὀλανα, σχεδὸν ἐπὶ δισχιλίους σταδίους. (11) Τὴν μὲν γὰρ πρώτην ἐκ τῶν πηγῶν ἔχει ῥύσιν ἐκλήν, σχίζεται δ' εἰς δύο μέρη κατὰ τοὺς προσαγορευομένους Τριγαβόλους· τοῦτων δὲ τὸ μὲν ἕτερον στόμα προσονομάζεται Παδόα, τὸ δ' ἕτερον Ὀλανα. (12) Καίται δ' ἐπὶ τούτῳ λιμνῇ, οὐδενὸς τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν ἤττω παρεχόμενος ἀσφάλειαν τοῖς ἐν αὐτῷ καθορμιζόμενοις. Παρὰ γε μὴν τοῖς ἐγχωρίοις ὁ ποταμὸς προσαγορεύεται Βόδεγος. (13) Τέλλα δὲ τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τοῦτον ἰστορούμενα παρὰ τοῖς Ἑλλήσι, λέγω δὴ τὰ περὶ Φαέθοντα καὶ τὴν ἐκείνου πῦσιν, ἔτι δὲ τὰ δάκρυα τῶν αἰγείρων, καὶ τοὺς μελανέιμονας τοὺς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκούντας, οὓς φασὶ τὰς ἐσθῆτας εἰσεῖν νῦν φορεῖν τοιαύτας ἀπὸ τοῦ κατὰ Φαέθοντα κίνθους· (14) καὶ πᾶσαν δὴ τὴν τραχιὴν καὶ ταύτῃ προσοικυῖαν ὄλην, ἐπὶ μὲν τοῦ παρόντος ὑπερθησόμεθα, διὰ τὸ μὴ λίσαν καθήκειν τῷ τῆς προκατασκευῆς γένει τὴν περὶ τῶν τοιοῦτων ἀκριβολογίαν. (15) Μεταλαβόντες δὲ καιρὸν ἀρμόττοντα, ποιησόμεθα τὴν καθή-

dicti. (10) Cacumina vero, propter locorum asperitatem, et altas nives ibi perennantes, a nemine prorsus coluntur.

XVI. Apenninum, inde a principio, quod supra Massiliam est, ubi Alpibus jungitur, Ligures habitant ex utroque latere, et quod Etruscum mare spectat, et quod illam, de qua diximus, planitiem; (2) illic quidem, secundum mare, Pisam usque, primam Etruriæ urbem, occidentem versus; hinc vero, in mediterraneis, usque ad fines Arretinorum. (3) Sequuntur Etrusci; et qui hos contingunt Umbri, dictorum montium latus utrumque inhabitantes. (4) Ceterum idem Apenninus, distans a mari Adriatico circiter LXXII millia passuum et quadringentos, relictis campis, deflectit ad dextram, et reliquam mediam Italiam secans, ad Siculum usque mare pertinet. (5) Campi vero, quos relinqui dicebamus ab Apennino in hoc latere, ad mare et ad urbem Senam pertingunt. (6) Padus fluvijs, quem Eridani nomine poetæ celebrant, oritur ex Alpibus, qua potissimum parte est figuræ supra expositæ vertex. Primo quidem cursu subjectos petit campos, in meridiem conversus: (7) sed deinde, planitiem ingressus, mutato in orientem cursu, per eam labitur, donec sinum Adriaticum duobus ostiis ingrediatur: ceterum universam planitiem ita dividit Padus, ut major longe pars ea sit, quæ ad Alpes et intimum Adriam porrigitur. (8) Copia aquarum tanta, ut nulli Italicorum fluviorum concedat: quidquid enim aquarum in hosce campos sive ex Alpibus sive ex Apenninis montibus defluit, id omne undique in Padum illabitur. (9) Fluit autem copiosissimus pulcerrimusque circa Caniculæ ortum, ubi liquatis in utroque monte nivibus augetur. (10) Adscendunt in eo naves e mari, per ostium, cui Olana nomen est, ad millia passuum ducenta propemodum et quinquaginta. (11) Nam primum quidem, inde a fontibus, unico fertur alveo; ubi vero ad Trigabolos, quos vocant, pervenit, in duo ostia funditur, quorum alteri nomen Padus [vel Padusæ] est, alteri Olanæ; (12) ubi portus est, nulli omnium quos habet sinus Adriaticus inferior, ad securitatem appellentibus præstandam. Indigenæ flumen hoc Bodencum nuncupant. (13) Cetera quæ de Pado a Græcis sunt prodita: narrationem, inquam, de Phaethonte, et ejus casu; de populorum arborum lacrymis; de atrata ad hunc amnem gente, quam dicunt etiam nunc vestitum illum servare a Phaethontis luctu; (14) et quæ sunt hujus generis tragicæ fabulæ aliæ, eas impræsentiarum missas facimus: neque enim Præparationi, cujusmodi hæc est, accuratior de talibus disputatio conveniat. (15) In sequentibus vero,

κουσαν μνήμην, καὶ μάλιστα διὰ τὴν Τιμαίου περὶ τοῦς προειρημένους τόπους ἀγνοίαν.

incidunt, in quibus nunc versamur, et bellum Cleomenicum, ea jam nobis examinanda. (5) Atque id satis fuerit ad palam faciendum, et quo ille animo ad scribendam histo-riam accesserit, et qua arte potissimum valeat. (6) Quum igitur vellet Phylarchus Antigoni et Macedonum, nec non Arati et Achæorum crudelitatem declarare; Mantinenses, ait, postquam in hostium potestatem venissent, maximas perpressos esse ærumnas: et civitatem illam, omnium Arca-dicarum maximam atque antiquissimam, tantis conflictatam esse calamitatibus, ut Græcos omnes in curam et lacrimas ea res adluceret. (7) Cupiens autem lectorum misericordiam commovere, et narratione sua illos afficere; mulierum amplexus commemorat, crines passos, mammas exsertas: ad hæc lacrimas et ejulatus qua virorum et mulie-rum, qua liberorum et senum parentum, qui nullo discrimine simul abducebantur. (8) Atque hoc per universam historiam huic scriptori familiare est, qui dira et adversa semper ob oculos ponere lectoribus studet. (9) Mitto jam dicere, quam parum decora generosi animi viro, quamque muliebris sit ista ratio: id spectemus, quod historiae pro-prium, et in quo ejus utilitas est sita. (10) Enimvero scriptoris historiarum officium est; non, ut, mirabilia cre-pando, percellat narratione sua lectores; neque ut sermones consecetur, quos fuisse habitos sit verisimile; aut ut ea, quæ quamque rem, de qua agitur, vel consequi vel comi-tari fortasse potuerant, enumeret; quod tragicarum poetæ faciunt: sed ut ex veritate omnia, prout quæque gesta dictave sunt, etiamsi parum mirabilia fuerint, exponat. (11) Non est enim idem, sed potius contrarius, tragediæ et historiæ finis. In illa, oratione quam maxime fieri po-test probabili, admiratio et præsens oblectatio auditorum queritur: hic, factis dictisque veris in omne deinceps ævum studiosi lectores docendi simul sunt ac docendi. (12) Siquidem apud tragicos regnat probabilitas, quamvis mendax, ut decipiantur spectatores: apud rerum scripto-res veritas, ad studiosorum utilitatem. (13) Præterea vero maximos quosque casus sic narrat hic scriptor, ut causam non subijciat, neque initia ac modum illorum: quæ tamen si ignoraveris, neque misereri recte, neque irasci conveni-entier ulla in re queas. (14) Quis est enim omnium, qui, cædi homines liberos, non ferat indigne? Et tamen, si pa-tratæ injuriæ auctorem cædi contingat, jure cædi omnes pronuntiant. Quod si idem fiat corrigendi consilio et disci-plinæ gratia, tum enimvero etiam laude et gratiarum actione digni habentur qui liberos homines cædunt. (15) Ad eum-dem modum, clives occidere, nefas maximum ac diris sup-pliciis censetur dignissimum. Et tamen palam est, si quis furem aut adulterum occidat, cessare legum pœnas: sin autem ad proditoris vel tyranni vindictam facta cædes fue-rit, honores etiam ac præmia deferuntur. (16) Adeo ubi-que finis judicii non ab ipsis rebus, quæ factæ sunt, pendet;

ζεύξας προήγε τὴν ἐφ' Ἡραίᾳς καὶ Τελφούσης. (13) Παραλαβὼν δὲ καὶ ταύτας τὰς πόλεις, ἐβελοντὶ προσχωρησάντων αὐτῶ τῶν κατοικούντων, οὕτως, ἤδη συνάπτοντος τοῦ χειμῶνος, παρῆν εἰς Αἴγιον πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον. (14) Καὶ τοὺς μὲν Μυκεδόνας ἐπ' οἴκου διατῆκε πάντας εἰς τὴν χειμασίαν· αὐτὸς δὲ τοῖς Ἀχαιοῖς διελέγετο καὶ συνδιανοεῖτο περὶ τῶν ἐνεστώτων.

LV. Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους συνθεωρῶν δὲ Κλεομένης, τὰς μὲν δυνάμεις διαφειμένας, τὸν δὲ Ἀντίγονον μετὰ τῶν μισθοφόρων ἐν Αἴγίῳ διατρίβοντα, καὶ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀφεστῶτα τῆς Μεγαλοπόλεως, (2) τὴν δὲ πόλιν ταύτην εἰδὼς δυσφύλακτον οὔσαν διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἐρημίαν, τότε δὲ καὶ βραθύμως τηρουμένην, διὰ τὴν Ἀντιγόνου παρουσίαν, τὸ δὲ μέγιστον ἀπολωλότας τοὺς πλείστους τῶν ἐν ταῖς ἡλικίαις ἐν τε τῇ περὶ τὸ Λύκαιον, καὶ μετὰ ταῦτα τῇ περὶ Λαδόχεια μάχῃ· (3) λαβὼν συνεργούς τινας τῶν ἐκ Μεσσηνίας φυγάδων, οἱ διατρίβοντες ἐτύγγανον ἐν τῇ Μεγάλῃ πόλει, παρεσιῆθη δὲ ταύτων λάθρα νυκτὸς ἐντὸς τῶν τειγῶν. (4) Τῆς δ' ἡμέρας ἐπιγενομένης, παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ μὴ μόνον ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅλοις κινδυνεῦσαι, διὰ τὴν εὐψυχίαν τῶν Μεγαλοπολιτῶν. (5) Ὁ δὲ καὶ τρισὶ μῆσι πρότερον αὐτῷ συνέβη παθεῖν, παραιοπεσόντι κατὰ τὸν Κωλαῖον προσαγορευόμενον τόπον τῆς πόλεως. (6) Τότε δὲ τῷ πλήθει τῆς δυνάμεως καὶ τῷ προκαταλαμβάνεσθαι τοὺς εὐκαίρους τόπους, καθίκετο τῆς ἐπιβολῆς· καὶ πέρας ἑκδολῶν τοὺς Μεγαλοπολίτας, κατέσχε τὴν πόλιν. (7) Γενόμενος δ' ἐγκρατὴς, οὕτως αὐτὴν πικρῶς διέφθειρε καὶ δυσμενῶς, ὥστε μὴδ' ἐλπίζειν μὴδένα, διότι δύναται ἂν συνοικισθῆναι πάλιν. (8) Τοῦτο δὲ ποιῆσαι μοι δοκεῖ, διὰ τὸ, κατὰ τὰς τῶν καιρῶν περιστάσεις, παρὰ μόνους Μεγαλοπολίταις καὶ Στυμφαλίοις μὴδέποτε δυνηθῆναι μῆτε αἰρετιστῆν καὶ κοινῶν τῶν ἰδίων ἐλπίδων, μῆτε προδότην, κατασκευάσασθαι. (9) Τὸ μὲν γὰρ Κλιτωρίων φιλελεύθερον καὶ γενναῖον εἰς ἀνὴρ κατήσχυνε διὰ τὴν ἑαυτοῦ κακίαν, Θεάρκης δὲ εἰκότως ἐξαρνοῦνται Κλιτωριοί, μὴ εἶναι παρὰ σφίσι, γένος δὲ ὑποβολιμαῖον ἐξ Ὀρχομενοῦ τῶν ἐπηλύδων τινὸς στρατιωτῶν.

LVI. Ἐπεὶ δὲ τῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀράτῳ γεγραφῶτων, παρ' ἐνίοις ἀποδοχῆς ἀξιοῦται Φύλαρχος, ἐν πολλοῖς ἀντιδοξῶν καὶ τάναντία γράφων αὐτῷ· (2) χρήσιμον ἂν εἴη, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον ἡμῖν, Ἀράτῳ προφηρημένοις κατακολουθεῖν περὶ τῶν Κλεομενικῶν, μὴ παραλιπεῖν ἀσκεπτον τοῦτο τὸ μέρος· ἵνα μὴ τὸ ψῆδος ἐν τοῖς γράμμασιν ἰσοδυναμοῦν ἀπολίπωμεν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. (3) Καθόλου μὲν οὖν ὁ συγγραφεὺς οὗτος, πολλὰ παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν εἰκῇ καὶ ὥς ἐτυγεν εἴρηκε. (4) Πλὴν περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἴσως οὐκ ἀναγκαῖον ἐπιτιμᾶν κατὰ τὸ παρὸν, οὐδ' ἐξακριβοῦν· ὅσα δὲ συνεπιβάλλει τοῖς ἑφ' ἡμῶν γραφομένοις καιροῖς, ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ περὶ τὸν

ciente, movet castra, ac versus Heraeam et Telphusam ducit. (13) Quumque etiam harum urbium incolae sponte sua se illi adjunxissent, hieme jam appetente, Aegium ad conventum Achaeorum se contulit. (14) Ac Macedonibus omnibus ad hiberna domum dimissis, ipse cum Achaeis quotidiana colloquia habebat; et cum illis, quid opus factu esset, deliberabat.

LV. Inter haec Cleomenes, copias ab Antigono dimissas cogitans, ipsum Aegium cum mercenariis cohortibus commorari, qui locus tridui itinere abest Megalopoli: (2) gnarus, hanc urbem, propter vastitatem ac solitudinem, magno et sollicito praesidio opus habere, tunc vero, quia prope aderat Antigonus, negligentius custodiri; et, quod praecipuum erat; maximam partem civium, qui per aetalem arma tractare poterant, in duobus praелиis, primo ad Lycæum, altero ad Ladocea, fuisse concisos: (3) adjutus a Messeniis non nullis, qui ab solo patrio extorres Megalopoli degebant; horum opera noctu omnibus insciis, in urbem irrupit. (4) Mox vero, appetente die, singulari virtute civium, non tantum paene ejectus fuit, verum etiam de sua et suorum salute est periclitatus: (5) sicut etiam ante tres menses illi acciderat, cum ea regione urbis, quam Colæum [Pholeum, id est, Lustrum?] vocant, clam oppidum esset ingressus. (6) Sed jam, partim ob numerum militum, partim quod omnia opportuna loca occupaverat, voti compos est factus: ac tandem expulsis Megalopolitanis, urbis potitur. (7) Quam ubi semel in potestate habuit, ita crudeliter omni clade belli in eam est grassatus, ut ejus instaurandae spes nulla videretur in posterum relicta. (8) Ista autem immanitate usum Cleomenem arbitror, quod apud nos Megalopolitanos et Stymphalios nullo unquam tempore, quantumvis difficili, conciliare sibi quemquam potuerat, qui vel suae factioni se adjungeret, vel spes ipsius respiceret, vel patriam suam ei proderet. (9) Nam Clitoriorum quidem generosum animum et amorem libertatis unus homo proprio scelere maculavit, Thearces, quem jure merito Clitorii natus apud se negant, sed iniqui militis cujusdam ex Orchomeno suppositam fuisse sobolem.

LVI. Quoniam autem non desunt, qui in historia horum temporum, ab Arato descripta, Phylarcho potius fidem habeant, de multis aliter sentienti, et contraria illi scribenti; (2) utile, aut necesse potius, fuerit, cum praesentim in exponendis Cleomenis rebus gestis Aratum sequi constituerimus, indiscussam hanc rem non sinere: ac silentio culpaque nostra parem ex scriptis auctoritatem mendacium cum veritate sibi vindicet. (3) Igitur multa quidem omnino auctor ille, in universo opere, temere ac sine judicio scripsit. (4) Sed de aliis non est hic aptus inquirendi locus, et hominis castigandi: quae vero in tempora

Κλεομενικὸν πόλεμον, ὑπὲρ τούτων ἀναγκαῖον ἐστὶν ἡμῖν διευκρινεῖν. (6) Ἔσται δὲ πάντως ἀρχοῦντα ταῦτα πρὸς τὸ καὶ τὴν ὅλην αὐτοῦ προαίρεσιν καὶ δύναμιν ἐν τῇ πραγματείᾳ καταμαθεῖν. (8) Βουλόμενος δὲ διασαφεῖν τὴν ὁμότητα τὴν Ἀντιγόνου καὶ Μακεδόνων, ἅμα δὲ τούτοις τὴν Ἀράτου καὶ τῶν Ἀχαιῶν, φησὶ τοὺς Μαντινέας, γενομένους ὑποχειρίους, μεγάλοις περιπεσεῖν ἀτυχήμασι, καὶ τὴν ἀρχαιοτάτην καὶ μεγίστην πόλιν τῶν κατὰ τὴν Ἀρκαδίαν τηλικαύταις παλαῖσαι συμφοραῖς, ὅστε πάντα εἰς ἐπίστασιν καὶ δάκρυα τοῦς Ἕλληνας ἀγαγεῖν. (7) Σπουδαίων δ' εἰς ἔλεον ἐκκαλεῖσθαι τοὺς ἀναγινώσκοντας, καὶ συμπαθεῖς ποιεῖν τοῖς λεγομένοις, εἰσάγει περιπλοκάς γυναικῶν, καὶ κόμας διεβριμένας, καὶ μαστῶν ἐκβολάς· πρὸς δὲ τούτοις, δάκρυα καὶ θρήνους ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ἀναμιξ ἅμα τέκνοις καὶ γονεῦσι τηραίοις ἀπαγομένων. (8) Ποιεῖ δὲ τοῦτο παρ' ὅλην τὴν ἱστορίαν, πειρώμενος ἐκάστοις δεῖ πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέναι τὰ δεινά. (9) Τὸ μὲν οὖν ἀγεννὲς καὶ γυναικῶδες τῆς αἰρέσεως αὐτοῦ παρείσθω· τὸ δὲ τῆς ἰστορίας οὐκ εἰκὼν ἅμα καὶ χρήσιμον ἐξετάξωμεν. (10) Δεῖ τοιγαροῦν οὐκ ἐκπλήττειν τὸν συγγραφεᾶ, τετρατευόμενον διὰ τῆς ἱστορίας τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐδὲ τοὺς ἐνδεχομένους λόγους ζητεῖν, καὶ τὰ παρεπόμενα τοῖς ὑποκειμένοις ἐξαριθμεῖσθαι, καθάπερ οἱ τραγωδιογράφοι· τῶν δὲ πραγμάτων καὶ βηθέντων κατ' ἀλήθειαν αὐτῶν μνημονεύειν πάμπαν, ἀν' ὅσον μέτρια τυγχάνουσιν ὄντα. (11) Τὸ γὰρ τέλος ἱστορίας καὶ τραγωδίας, οὗ ταῦτον, ἀλλὰ τούναντιον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ δεῖ διὰ τῶν πιθανωτάτων λόγων ἐκπληῖσαι καὶ ψυχαγωγῆσαι κατὰ τὸ παρὸν τοὺς ἀκούοντας· ἐνθάδε δὲ διὰ τῶν ἀληθινῶν ἔργων καὶ λόγων εἰς πάντα τὸν χρόνον διδάξαι καὶ πείσαι τοὺς φιλομαθοῦντας. (12) Ἐπειὶ ὅπερ ἐν ἐκείνοις μὲν ἡγείται τὸ πιθανόν, καὶ ἡ ψευδὴς, διὰ τὴν ἀπάτην τῶν θεωμένων· ἐν δὲ τούτοις ἀληθὲς, διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν φιλομαθοῦντων. (13) Χωρὶς δὲ τούτων, τὰς πλείστας ἡμῖν ἐξηγείται τῶν περιπετειῶν, οὐχ ὑποτιθεῖς αἰτίαν καὶ τρόπον τοῖς γινόμενοις, ὧν χωρὶς οὐτ' ἔλεειν εὐλόγως, οὐτ' ὀργίζεσθαι καθήκοντως δυνατόν, ἐπ' οὐδενὶ τῶν συμβαινόντων. (14) Ἐπεὶ τίς ἀνθρώπων οὐ δεινὸν ἡγείται, τύπτεσθαι τοὺς ἐλευθέρους; ἀλλ' ὅμως, ἐὰν μὲν ἀρχῶν ἔδωκεν χειρῶν πάθῃ τις τοῦτο, δικαίως κρίνεται πεπονθέναι. Ἐὰν δ' ἐπὶ διορθώσει καὶ μαθήσει ταῦτο τοῦτο γίγνηται, προσέτι καὶ τιμῆς καὶ χάριτος οἱ τύπτοντες τοὺς ἐλευθέρους ἀξιοῦνται. (15) Καὶ μὴν ὁ γε τοὺς πολίτας ἀποκτινύναι, μέγιστον ἀσέβημα τίθεται, καὶ μεγίστων ἄξιον προστίμων. Καίτοι γε προφανὲς ὁ μὲν τὸν κλέπτην ἢ μοιχὸν ἀποκτείνας, ἔμφος ἐστὶν ὁ δὲ τὸν προδότην ἢ τυράννον τιμωρῶν, καὶ προεδρείας τυγχάνει παρὰ πάνσιν. (16) Οὕτως ἐν παντὶ τὸ τέλος κεῖται τῆς διαλήψεως ὑπὲρ τε τῶν

... ὡς ἐν τοῖς τελοῦμένοις, ἀλλ' ἐν ταῖς αἰτίαις,

incidunt, in quibus nunc versamur, et bellum Cleomenicum, ea jam nobis examinanda. (5) Atque id satis fuerit ad palam faciendum, et quo ille animo ad scribendum historiam accesserit, et qua arte potissimum valeat. (6) Quum igitur vellet Phylarchus Antigoni et Macedonum, nec non Arati et Achæorum crudelitatem declarare; Mantinenses, ait, postquam in hostium potestatem venissent, maximas perpressos esse ærumnas: et civitatem illam, omnium Arcadicarum maximam atque antiquissimam, tantis conflictatam esse calamitatibus, ut Græcos omnes in curam et lacrimas ea res adduceret. (7) Cupiens autem lectorum misericordiam commovere, et narratione sua illos afficere; mulierum amplexus commemorat, crines passos, mamma exsertas: ad hæc lacrimas et ejulatus qua virorum et mulierum, qua liberorum et senum parentum, qui nullo discrimine simul abducebantur. (8) Atque hoc per universam historiam huic scriptori familiare est, qui dira et adversa semper ob oculos ponere lectoribus studet. (9) Mitto jam dicere, quam parum decora generosi animi viro, quamque muliebris sit ista ratio: id spectemus, quod historiae proprium, et in quo ejus utilitas est sita. (10) Enimvero scriptoris historiarum officium est; non, ut, mirabilia crepando, percellat narratione sua lectores; neque ut sermones consecratur, quos fuisse habitos sit verisimile; aut ut ea, quæ quamque rem, de qua agitur, vel consequi vel comitari fortasse potuerant, enumeret; quod tragediarum poetæ faciunt: sed ut ex veritate omnia, prout quæque gesta dictave sunt, etiamsi parum mirabilia fuerint, exponat. (11) Non est enim idem, sed potius contrarius, tragediæ et historiæ finis. In illa, oratione quam maxime fieri potest probabili, admiratio et præsens oblectatio auditorum quaeritur: hic, factis dictisque veris in omne deinceps ævum studiosi lectores docendi simul sunt ac ducendi. (12) Siquidem apud tragicos regnat probabilitas, quamvis mendax, ut decipiantur spectatores: apud rerum scriptores veritas, ad studiosorum utilitatem. (13) Præterea vero maximos quosque casus sic narrat hic scriptor, ut causam non subijciat, neque initia ac modum illorum: quæ tamen si ignoraveris, neque misereri recte, neque irasci convenienter ulla in re queas. (14) Quis est enim omnium, qui, cædi homines liberos, non ferat indigne? Et tamen, si patratæ injuriæ auctorem cædi contingat, jure cædi omnes pronuntiant. Quod si idem fiat corrigendi consilio et disciplinæ gratia, tum enimvero etiam laude et gratiarum actione digni habentur qui liberos homines cædunt. (15) Ad eundem modum, cives occidere, nefas maximum ac diris suppliciis censetur dignissimum. Et tamen palam est, si quis furem aut adulterum occidat, cessare legum pœnas: sin autem ad proditoris vel tyranni vindictam facta cædes fuerit, honores etiam ac præmia deferuntur. (16) Adeo ubique finis iudicii non ab ipsis rebus, quæ factæ sunt, pendet;

καὶ προαιρέσεις τῶν πραττόντων, καὶ ταῖς τούτων διαφοραῖς.

LVII. Μαντινεῖς τοῖνον, τὸ μὲν πρῶτον ἐγκαταλιπόντες τὴν μετὰ τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν ἐβελοντὶ Αἰτωλοῖς ἐνεχείρισαν αὐτοὺς καὶ τὴν πατρίδα, μετὰ δὲ ταῦτα Κλεομένει. (2) Γεγονότες δ' ἐπὶ τοιαύτης προαιρέσεως, καὶ μετέχοντες τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας, ἔτει τετάρτῳ πρότερον τῆς Ἀντιγόνου παρουσίας, ἔαλωσαν κατὰ κράτος ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, Ἀράτου πραξικοπήσαιοι αὐτῶν τὴν πόλιν. (3) Ἐν ᾧ καιρῷ τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ παθεῖν τι δεινὸν διὰ τὴν προειρημένην ἁμαρτίαν, ὥς καὶ περιβόητον γενέσθαι συνέβη τὸ πραχθὲν, διὰ τὴν δξύτητα τῆς κατὰ τὴν προαίρεσιν ἀμφοτέρων μεταβολῆς. (4) Ἄμα γὰρ τῷ κατασχέειν τὴν πόλιν, Ἀράτος παραυτίκα μὲν τοῖς ὑφ' αὐτὸν τατομένοις παρήγγελλε, μηδὲνα μηδενὸς ἀπεσθαι τῶν ἀλλοτρίων. (5) Ἐξῆς δὲ τούτοις τοὺς Μαντινεάς συναθροίσας, παρεκάλεσε θαρρῆν καὶ μένειν ἐπὶ τῶν ἰδίων· ὑπάρξειν γὰρ αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν πολιτευομένων μετὰ τῶν Ἀχαιῶν. (6) Τοῖς δὲ Μαντινεῦσιν ἀνυπονοήτου καὶ παραδόξου φανείσης τῆς ἐλπίδος, παραυτίκα πάντες ἐπὶ τῆς ἐναντίας ἐγένοντο γνώμης. (7) Καὶ πρὸς οὓς μικρῷ πρότερον μαχόμενοι, πολλοὺς μὲν τῶν ἀναγκαίων ἐπέιδον ἀπολλυμένους, οὐκ ὀλίγους δ' αὐτῶν βιαίοις τραύμασι περιπεσόντας· τούτους εἰς τὰς ἰδίας οἰκίας εἰσαγαγόμενοι καὶ ποιητάμενοι σφίσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἀναγκαίοις ὁμεστίους, οὐδὲν ἀπέλιπον τῆς μετ' ἀλλήλων φιλοπροσύνης. (8) Καὶ τοῦτ' εἰκότως ἐποιοῦν· οὐ γὰρ οἷδ', εἴ τινες ἀνθρώπων εὐγνωμονεστέροις ἐνέτυχον πολεμίοις, οὐδ' εἴ τινες ἀδολάβεστον ἐπάλαισαν τοῖς μεγίστοις δοκοῦσιν εἶναι συμπτώμασι Μαντινέων, διὰ τὴν Ἀράτου καὶ τῶν Ἀχαιῶν εἰς αὐτοὺς φιλανθρωπίαν.

LVIII. Μετὰ δὲ ταῦτα, προορώμενοι τὰς ἐν αὐτοῖς στάσεις καὶ τὰς ὑπ' Αἰτωλῶν καὶ Λακεδαιμονίων ἐπιβουλὰς· πρεσθεύσαντες πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς ἡζύωσαν δοῦναι παραφυλακὴν αὐτοῖς. (2) Οἱ δὲ, πεισθέντες, ἀπεκλήρωσαν ἐξ αὐτῶν τριακοσίους ἄνδρας· ὧν οἱ λαχόντες ὥρμησαν, ἀπολιπόντες τὰς ἰδίας πατρίδας καὶ τοὺς βίους, καὶ διέτριβον ἐν Μαντινείᾳ, παραφυλάττοντες τὴν ἐκείνων ἐλευθερίαν ἅμα καὶ σωτηρίαν. (3) Σὺν δὲ τούτοις καὶ μισθοφόρους διακοσίους ἐξέπεμψαν, οἱ μετὰ τῶν Ἀχαιῶν συνδιετήρουν τὴν ὑποκειμένην αὐτοῖς κατὰστασιν. (4) Μετ' οὐ πολὺ δὲ στασιάζαντες πρὸς σφᾶς οἱ Μαντινεῖς, καὶ Λακεδαιμονίους ἐπισπασάμενοι, τὴν τε πόλιν ἐνεχείρισαν, καὶ τοὺς παρὰ τῶν Ἀχαιῶν διατρίβοντας παρ' αὐτοῖς κατέσφαξαν· οὐ μείζον παρασπόνδημα καὶ δεινότερον, οὐδ' εἰπὴν εὐμαρές. (5) Ἐπειδὴ γὰρ ἔδοξε σφίσι καθόλου, τὴν πρὸς τὸ ἔθνος χάριν καὶ φιλίαν ἀθετεῖν· τῶν γε προειρημένων ἀνδρῶν ἐγρήν· ἡ ποὺ φεισαμένους, ἔλθαι πάντας ὑποσπόνδους ἀπελθεῖν. (6) Τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς πολεμίοις ἔθος ἐστὶ συγχωρεῖσθαι κατὰ τοὺς

verum a causis, et ab eorum, qui fecere, voluntatibus, harumque differentis.

LVII. Mantinenses igitur, principio sponte sua reipublicæ Achæorum, cujus pars erant, renuntiantes, et se et patriam suam Ætolis tradiderant : deinde vero Cleomeni. (2) Has igitur quum amplexi essent partes, essentque jam reipublicæ Lacedæmoniorum adscripti, anno prius quam Antigonus adveniret quarto, intervenientibus Arati maxime artibus, per vim ab Achæis sunt capti. (3) Ac tum quidem tantum abfuit, ut delicti, quod modo commemoravi, penas dederint ; ut contra jaclata sit omnium sermonibus res quæ tunc accidit : adeo repentina fuit voluntatum populi utriusque mutatio. (4) Nam Aratus statim occupata urbe mandatum suis dedit, ne quis alienam rem ullam tangeret. (5) Deinde Mantineuses convocatos bono esse animo jussit, et ut sua quisque domi curaret : viventes enim in eadem cum Achæis reipubl. communione, omni damno fore immunes. (6) Mantinenses, quibus mirabilis adeo casus ne venerat quidem unquam in mentem, extemplo contrariam priori voluntatem omnes induerunt : (7) et, qui paulo ante cum Achæis pugnantes, necessariorum suorum multos viderant pereuntes, aliosque haud paucos ex suo numero graviter vulneratos ; iidem hos ipsos Achæos in domos suas admittunt, ad focos suos una secum ac reliquis necessariis admovent ; cum his omnia benevolentiae atque comitatis mutua officia exercent. (8) Et merito quidem : nam equidem haud scio, an quisquam mortalium benigniores hostes unquam sit expertus : aut quisquamne mala, quæ censentur maxima, minore cum noxa sit eluctatus, quam Mantinensibus tunc contigit, propter singularem Arati et Achæorum in ipsos humanitatem.

LVIII. Post hæc, quum et seditiosos civium suorum motus, et Ætolorum atque Lacedæmoniorum clandestinas molitiones præsentirent ; missis ad Achæos legatis, praesidium sibi dari postulant. (2) Achæi, precibus eorum commoti, trecentos suorum civium sorte deligunt. Quibus sors evenerat, patria relicta fortunisque suis, profecti, Mantineæ vitam debebant, libertatem ac salutem illorum custodientes. (3) Misere cum his et mercenarios ducentos, qui una cum Achæis civitatem in eodem statu conservabant. (4) Coorta dein non multo post inter ipsos seditione, Mantinenses, accitis Lacedæmoniis, simul urbem suam illis tradunt, et, qui ab Achæis ad illos missi in urbe morabantur, eos contruncant : qua perfidia ne dici quidem ulla major aut detestabilior potest. (5) Nam quodsi omnino placuit ipsis, beneficii quod ab Achæis acceperant et mutuae amicitiae memoriam, fidem mutando, delere ; illis certe, de quibus diximus, parcere, et novi fœderis legibus exceptos dimittere debebant. (6) Quippe hoc etiam hostibus jure gra-

κρινούς τῶν ἀνθρώπων νόμους. (7) Οἱ δ' ἵνα Κλεομένη καὶ Λακεδαιμονίους ἱκανῶς παράσχονται πίστιν πρὸς τὴν ἐνιστώσαν ἐπιβολὴν, τὰ κοινὰ τῶν ἀνθρώπων δίκαια παραβάντες, τὸ μέγιστον ἀσέβημα κατὰ προαίρεσιν ἐπετέλεσαν. (8) Τὸ γὰρ τούτων αὐτόχειρας γενέσθαι καὶ τιμωροὺς, οἵτινες πρότερον μὲν κατὰ κράτος λαβόντες αὐτοὺς ἀθώους ἀφῆκαν, τότε δὲ τὴν ἐκείνων ἐλευθερίαν καὶ σωτηρίαν ἐφύλαττον, πηλίκης ὀργῆς ἔστιν ἄξιον; (9) τί δ' ἂν παθόντες οὗτοι, δίκην δόξαιεν ἀρμόζουσαν δεδωκέναι; τυχὸν ἴσως εἴποι τις ἂν πρᾶθόντες μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν, ἐπεὶ κατεπολεμήθησαν. (10) Ἀλλὰ τοῦτο γε καὶ τοῖς μηδὲν ἀσεβὲς ἐπιτελεσασμένοις, κατὰ τοὺς τοῦ πολέμου νόμους, ὑπόκειται παθεῖν. Οὐκοῦν δλοσχερεστέρας τινὸς καὶ μείζονος τυχεῖν ἦσαν ἄξιοι τιμωρίας. (11) Ὡστε, εἴπερ ἔπαθον ἃ Φύλαρχος φησὶν, οὐκ ἔλεον εἰκὸς ἦν συνεξακολουθεῖν αὐτοῖς παρὰ τῶν Ἑλλήνων, ἐπαινὸν δὲ καὶ συγκατάθεσιν μᾶλλον τοῖς πράττουσι καὶ μεταπορευομένοις τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν. (12) Ἀλλ' ὅμως, οὐδένως περαιτέρω συνεξακολουθήσαντος Μαντινεῦσι κατὰ τὴν περιπέτειαν, πλὴν τοῦ διαρπαγῆναι τοὺς βίους, καὶ πρᾶθῆναι τοὺς ἐλευθέρους· ὁ συγγραφεὺς, αὐτῆς τῆς τερατείας χάριν, οὐ μόνον ψεῦδος εἰσήνεγκε τὸ θλόν, ἀλλὰ καὶ τὸ ψεῦδος ἀπέθανον. (13) Καί, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀγνοίας, οὐδὲ τὸ παρακείμενον ἡδυνήθη συνεπιστῆσαι· πῶς οἱ αὐτοὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, κυριεύσαντες Τεγεατῶν κατὰ κράτος, οὐδὲν τῶν ὁμοίων ἐπραξαν. (14) Καίτοι γε, εἰ μὲν ἡ τῶν πρᾶττόντων ὁμότης ἦν αἰτία, καὶ τούτους εἰκὸς ἦν πεπονθέναι ταῦτά τοις ὑπὸ τὸν αὐτὸν ὑποπεπνωκόσι καιρὸν. (15) Εἰ δὲ περὶ μόνους γέγονε Μαντινεῖς ἡ διαφορά, φανερόν, ὅτι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ὀργῆς ἀνάγκη διαφέρεισαν γεγενῆσθαι περὶ τούτους.

LIX. Πάλιν Ἀριστόμαχον τὸν Ἀργεῖον, φησὶν, ἄνδρα τῆς ἐπιφανεστάτης οἰκίας ὑπάρχοντα, καὶ τετυραννηκότα μὲν Ἀργεῖον, πεφυκότα δὲ ἐκ τυράννων, ὑποχείριον Ἀντιγόῃ καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς γενόμενον, εἰς Κεγχρεάς ἀπαχθῆναι, καὶ στρεβλούμενον ἀποθανεῖν ἀδύκωττα καὶ δεινότερα παθόντα πάντων ἀνθρώπων. (1) Τηρῶν δὲ καὶ περὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν ὁ συγγραφεὺς τὸ καθ' αὐτὸν ἰδίωμα, φωνάς τινας πλάττει, διὰ τῆς νυκτὸς αὐτοῦ στρεβλουμένου προσπιπτούσας τοῖς συνεγγυς κατοικοῦσιν· ἴδον τοὺς μὲν ἐκπληττομένους τὴν ἀσέβειαν, τοὺς δ' ἀπιστοῦντας, τοὺς δ' ἀγανακτοῦντας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, προστρέχειν πρὸς τὴν οἰκίαν φησὶ. (2) Περὶ μὲν οὖν τῆς τοιζύτης τερατείας, παρείσθω δεδηλωται γὰρ ἀρκούντως. (3) Ἐγὼ δ' Ἀριστόμαχον, εἰ καὶ μηδὲν εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς ἕτερον ἔμαρτεν, κατὰ γε τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν, καὶ τὴν εἰς τὴν πατρίδα παρανομίαν, τῆς μεγίστης ἄξιον κρίνει τιμωρίας. (4) Καίπερ ὁ συγγραφεὺς, βουλόμενος εἰσεῖν αὐτοῦ τὴν δόξαν, καὶ παραστήσασθαι τοὺς ἀκούοντας εἰς τὸ μᾶλλον αὐτῷ συναγανακτεῖν ἐφ' οἷς ἱκάνθη, οὐ μόνον αὐτὸν φησὶ γεγενῆσθαι τυράννον, ἀλλὰ

tium concedi solet. (7) Verum isti, quo Cleomeni et Lacedaemoniis prompti animi sui ad ea quae parabant fidem satis probabilem darent, jure gentium violato, maximum hoc nefas ultro patrarunt. (8) Qua namque ira digni sunt, qui suis ipsi manibus occidunt et supplica de iis exigunt, qui paulo ante, occupata per vim urbe, impunitatem illis concesserant, et libertatem salutemque ipsorum tunc custodiebant? (9) Aut quid pati istos oportuit, ut noxae par poena censi jure posset? Dicat fortasse aliquis: ut cum liberis et uxoribus, postquam debellati fuissent, venundarentur. (10) At hoc, jure belli, etiam illos manet, qui nullum nefas admiserunt. Digni igitur isti fuerunt, in quos majore aliquo et graviore supplicio animadverteretur. (11) Itaque si ea passi sunt, quae narrat Phylarchus; par erat, ut Graeci non commiseratione aliqua istorum tangerentur, sed potius, ut eorum factum probarent ac laudarent, qui facinus tam impium inultum non siverunt. (12) Et tamen, cum in ea calamitate gravius nihil Mantinensibus acciderit, quam ut fortunae illorum diriperentur, et libera capita hastae subicerentur; egregius hic scriptor, quo rei miraculum adaugeret, non solum mera mendacia concinnavit, sed etiam ejusmodi mendacia, quae omni probabilitate carent. (13) Tantaque fuit hominis ignorantia, ut ne ad illud quidem, quod proximum erat, advertere animum potuerit: quomodo iidem Achaei tempore eodem, capta per vim Tegeatarum urbe, nihil simile in hos consuluerint. (14) Atqui, si ejus rei vera causa crudelitas Achaeorum exstisset; quis dubitet, etiam istis eadem fuisse eventura, quae Mantinensibus, circa idem tempus captis? (15) Nunc, cum in solos Mantinenses gravius sit saevitum; manifestum est, oportuisse ut insignem aliquam irae causam ii dedissent.

LIX. Praeterea scribit idem Phylarchus: Aristomachum, Argivum, nobilissimo genere ortum, qui tyrannus fuerit Argivorum, et tyrannis prognatum; postquam in potestatem venisset Antigoni et Achaeorum, Cenchreas abductum, adeo cruciabiliter necatum fuisse, ut par iniquitas aut crudelitas in neminem unquam mortalium fuerit admissa. (2) Deinde etiam hic more usus suo scriptor, voces quasdam fingit, quas per noctem in ipsis tormentis ab eo editas vicini audiverint: quorum alios, ait, ad facinus tam impium stupentes, alios quia non crederent, multos quod rem indigne ferrent, ad illam domum adcurrisse. (3) Sed tragicam pompam missam faciamus: satis enim ea de re superius. (4) Ego vero Aristomachum, vel si nulla re alia Achaeos unquam laesisset, tamen propter vitae institutum et scelus in patriam admissum, quamvis magno supplicio dignum censeo. (5) Quamquam hic scriptor, amplificandae gloriae illius gratia, et ut majorem lectoribus indignationem exprimeret propter illa quae ei acciderunt, non ipsum tantum, ait, fuisse tyrannum: sed etiam tyrannis

καὶ ἐκ τυράννων πεφυκέναι. (6) Ταύτης δὲ μεῖζω κατηγορίαν ἢ πικροτέραν, οὐδ' ἂν εἰπεῖν βραδύως δύναιτο οὐδεὶς. Αὐτὸ γὰρ τὸ νόμα περιέχει τὴν ἀσβεστάτην ἔμφρασιν, καὶ πάσας περιεἶληψε τὰς ἐν ἀνθρώποις ἀδικίας καὶ παρανομίας. (7) Ἀριστόμαχος δ', εἰ τὰς δεινοτάτας ἐπέμεινε τιμωρίας, ὡς οὗτος φησιν, ὅμως οὐχ ἱκανὴν ἔδωκε δίκην μιᾶς ἡμέρας. (8) Ἐν ᾗ, παραιοπεσόντος εἰς τὴν πόλιν Ἀράτου μετὰ τῶν Ἀχαιῶν, καὶ μεγάλους ἀγῶνας καὶ κινδύνους ὑπομείναντος ὑπὲρ τῆς Ἀργείων ἐλευθερίας, τέλος δ' ἐκπεσόντος διὰ τὸ μηδὲνα συγχινηθῆναι τῶν ἔσωθεν αὐτῷ ταξάμενων, διὰ τὸν ἀπὸ τοῦ τυράννου φόβον. (9) Ἀριστόμαχος, ἀφορμῇ ταύτῃ καὶ προφάσει χρυσάμενος, ὅς τινων συνειδῶτων τὰ περὶ τὴν εἰσόδον τῶν Ἀχαιῶν, ὀδοσκήκοντα τοὺς πρώτους τῶν πολιτῶν, οὐδὲν ἀδικήσαντας, στρεβλώσας ἐναντίον τῶν ἀναγκαιῶν κατέσφαξε. (10) Παρίημι τὰ παρ' ἑλόν τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τῶν προγόνων ἀπεβήματα· μακρὸν γάρ.

LX. Διόπερ οὐκ, εἰ τι νῦν ὁμοίων περιέπεσε, δεινὸν ἡγήτεον· πολλὸ δὲ δεινότερον, εἰ μηδενὸς τούτων πείραν λαβὼν, ἀθῶος ἀπέθανεν. (2) Οὐδ' Ἀντιγόνην προσαιτέον οὐδ' Ἀράτῳ παρανομίαν, ὅτι λαβόντες κατὰ πόλεμον ὑποχείριον τυράννον, στρεβλώσαντες ἀπέκτειναν· ὃν γε καὶ κατ' αὐτὴν τὴν εἰρήνην τοῖς ἀνελοῦσι καὶ τιμωρησαμένοις, ἔπαινος καὶ τιμὴ συνεξηκολούθει παρὰ τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις. (3) Ὅτε δὲ, χωρὶς τῶν προειρημένων, καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς παραιοπόνθησε, τί παθεῖν ἦν ἄξιον; (4) Ἐκεῖνος γὰρ ἀπέθετο μὲν τὴν τυραννίδα χρόνους οὐ πολλοῖς πρότερον, ὑπὸ τῶν καιρῶν συγκληϊόμενος, διὰ τὸν Δημητρίου θάνατον· ἀνεπίστως δὲ τῆς ἀσφαλείας ἔτυχε, περισταλεῖς ὑπὸ τῆς τῶν Ἀχαιῶν πραότητος καὶ καλοαγαθίας. (5) Ὅστινες οὐ μόνον αὐτὸν τῶν ἐκ τῆς τυραννίδος ἀσθεμαμάτων ἀζήμιον ἐποίησαν, ἀλλὰ καὶ προσλαβόντες εἰς τὴν πολιτείαν, τὴν μεγίστην τιμὴν περιέθεσαν, ἡγεμόνα καὶ στρατηγὸν καταστήσαντες σφῶν αὐτῶν. (6) Ὁ δ', ἐπιλαθόμενος τῶν προειρημένων φιλανθρώπων παρὰ πόδας, ἐπεὶ μικρὸν ἐπικυδεστέρας ἔσχε τὰς ἐλπίδας ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἐν Κλεομένη· τὴν τε πατρίδα καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρᾶξιν ἀποσπάσας ἀπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἐν τοῖς ἀναγκαιότατοις καιροῖς, προσέειπε τοῖς ἐχθροῖς. (7) Ὅν, ὑποχείριον γενόμενον, οὐκ ἐν Κεγχρεαῖς ἔδει τὴν νύκτα στρεβλούμενον ἀποθανεῖν, ὡς Φύλαρχος φησὶ· περὶ αὐτὸν δ' εἰς τὴν Πελοπόννησον, καὶ μετὰ τιμωρίας παραδειγματιζόμενον, οὕτως ἐκλιπεῖν τὸ ζῆν. (8) Ἄλλ' ὅμως, τοιοῦτος ὢν, οὐδενὸς ἔτυχε δεινοῦ, πλην τοῦ καταποντισθῆναι διὰ τῶν ἐπὶ ταῖς Κεγχρεαῖς τεταγμένων.

LXI. Χωρὶς δὲ τούτων, τὰς μὲν Μαντινέων ἡμῖν συμφορὰς μετ' αὐξήσεως καὶ διαθέσεως ἐξηγήσας· δηλονότι καθήκειν ὑπολαμβάνων τοῖς συγγραφεῦσιν, τὰς παρὰ νόμους τῶν πράξεων ἐπισημαίνεσθαι. (2) Τῆς δὲ Μεγαλοπολιτῶν γενναιότητος, ἥ περὶ τοὺς αὐτοὺς

prognatum. (6) Quod ipsum tale est, ut major criminatio aut gravior ne fingi quidem facile possit. Nam ipsum tyranni nomen summæ impietatis significationem conjunctam habet; injurias sceleraque omnia complectens, quæ inter homines solent versari. (7) Aristomachus vero, si, ut hic ait, gravissimas dedisset poenas; (8) tamen vel uno illo die meritas non satis luit, quo die, quum Aratus urbem clam esset ingressus, Achæorum manu comitatus, et pro Argivorum libertate magno certamine suscepto ingentia pericula adiisset; tandem vero, nemine intus conjuratorum ob tyranni metum se movente, expulsus fuisset; (9) Aristomachus, occasione hac atque prætexta usus, quod conscii fuissent nonnulli ingressus Achæorum, octuaginta primores civitatis, qui nihil peccaverant, tortos, in conspectu suorum jugulavit. (10) Taceo quæ cum ipse, tum ejus majores, per totam vitam impie patravere: longa enim oratio sit.

LX. Quamobrem non illud videri indignum debet, si simile quid eorum quæ fecerat Aristomachus, ipsi tandem contigit: verum illud futurum fuisse indignius existimare debemus, si nihil ejusmodi expertus, impunis vitam clausisset. (2) Neque Antigonus aut Aratus crudelitatis postulandi sunt, si captum jure belli, cum cruciatus sustulerunt: quem si quis in ipsa pace cruciabiliter occidisset, omnes recte rem æstimantes auctorem cædis fuerant laudibus et honoribus prosecuturi. (3) Quum autem, præter jam dicta, etiam Achæis datam fidem violasset, quid eum pati æquum fuit? (4) Nam non multo ante, temporum ratione in angustias redactus propter mortem Demetrii, deposita tyrannide, insperatam securitatem invenerat, benignitate et probitate tectus Achæorum: (5) qui non solum præteritorum scelorum, quæ in tyrannide admiserrat, gratiam ei fecerunt; sed rempubl. etiam suam cum illo participarunt, et copiarum suarum ducatu ei delato, in summo honore habuerunt. (6) At ille tantæ humanitatis e vestigio oblitus, simul ac in Cleomene aliquanto melior spes rebus suis affulsit, et patriam et consilia sua ab Achæis, maxime necessario illorum tempore, separavit, atque hostibus eorum adjunxit. (7) Hunc, postquam fuit captus, oportebat, non ut auctor est Phylarchus, silentio noctis cruciatum Cenchreis mori: sed per universam Peloponnesum circumductum, et exempli causa per omnium ora traductum, inter tormenta vitam finire. (8) Et tamen homo tam scelestus nihil gravius est passus, quam ut in profundum mare dejiceretur per Cenchreorum præfectos.

LXI. Ad hæc idem Phylarchus Mantiniensium quidem calamitatem cum exaggeratione et multo verborum apparatu nobis commemorat: ratus nimirum ad officium historici pertinere, ut iniqua hominum facta adnotet. (2) At generosi Megalopolitanorum facinoris, quod circa eadem tempora

ἐχρήσαντο καιρούς, οὐδὲ κατὰ ποσὸν ἐποιήσατο μνή-  
μην (3) ὥςπερ τὸ τὰς ἀμαρτίας ἐξαριθμῆσθαι τῶν  
πραξάντων, οικειότερον ὑπάρχον τῆς ἱστορίας, τοῦ τὰ  
καλὰ καὶ δίκαια τῶν ἔργων ἐπισημαίνεισθαι ἢ τοὺς ἐν-  
τυγχάνοντας τοῖς ὑπομνήμασιν ἥττον τι διορθουμένους  
ὑπὸ τῶν σπουδαίων καὶ ζηλωτῶν ἔργων, ἥπερ ὑπὸ τῶν  
παρὰ νόμων καὶ φευκτῶν πράξεων. (4) Ὁ δὲ, πῶς  
μὲν ἔλαβε Κλεομένης τὴν πόλιν, καὶ πῶς ἀκέραιον δια-  
φυλάξας, ἐξαπέστειλε παραγρῆμα πρὸς τοὺς Μεγαλο-  
πολίτας εἰς τὴν Μεσσήνην γραμματοφόρους, ἀξίων  
αὐτοὺς, ἀδλαδῇ κομισαμένους τὴν ἑαυτῶν πατρίδα,  
κοινωνῆσαι τῶν ἰδίων πραγμάτων· ταῦτα μὲν ἡμῖν  
ἐδῆλωσε, βουλόμενος ὑποδείξει τὴν Κλεομένους μεγα-  
λοφυρίαν καὶ μετριοτήτητα πρὸς τοὺς πολεμίους. (5)  
Ἔτι δὲ, πῶς οἱ Μεγαλοπολίται τῆς ἐπιστολῆς ἀναγι-  
νωσκόμενης, οὐκ ἔσσιεν εἰς τέλος ἀναγνωσθῆναι, μ-  
κροῦ δὲ κοταλεύουσιν τοὺς γραμματοφόρους, ὥς τοῦ-  
του διεσάφησε. (6) Τὸ δ' ἀκόλουθον, καὶ τὸ τῆς ἱστο-  
ρίας ἴδιον, ἀφείλε· τὸν ἔπαινον, καὶ τὴν ἐπ' ἀγαθῶν  
μνήμην τῶν ἀξιολόγων προαιρέσεων. Καίτοι τί ἐμ-  
ποδὸν ἦν; (7) Εἰ γὰρ τοὺς λόγῳ καὶ δόγματι μόνον  
ὑπομείναντας πόλεμον ὑπὲρ φίλων καὶ συμμάχων,  
ἀνδρας ἀγαθοὺς νομίζομεν· τοῖς δὲ καὶ χώρας καταφθο-  
ρὰν καὶ πολιορκίαν ἀναδεξαμένοις, οὐ μόνον ἔπαινον,  
ἀλλὰ καὶ χάριτας καὶ δωρεὰς τὰς μεγίστας ἀπονέμο-  
μεν· (8) τίνα γε χρὴ περὶ Μεγαλοπολιτῶν ἔχειν διά-  
ληψιν; ἀρ' οὐχὶ τὴν σεμνοτάτην καὶ βελτίστην; (9)  
Οἱ πρῶτον μὲν τὴν χώραν Κλεομένει προεῖντο· μετὰ δὲ  
ταῦτα πάλιν ὁλοσχερῶς ἔπαισαν τὴν πατρίδι διὰ τὴν  
πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς αἵρεσιν. (10) Τὸ δὲ τελευταῖον, δο-  
θεὶς ἀνεπίστατος καὶ παραδόξως αὐτοῖς ἐξουσίας  
ἀδλαδῇ ταύτην ἀπολαβεῖν, προείλοντο στέρεσθαι γώ-  
ρας, τάφων, ἱερῶν. πατρίδος, τῶν ὑπαρχόντων, ἀπάν-  
των συλλήδων τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀναγκασιότατων,  
χάριν τοῦ μὴ προδοῦναι τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους πί-  
στιν. (11) Οὐ τί κάλλιον ἔργον ἢ γέγονεν ἢ γένοιτ' ἄν;  
ἐπὶ τί δ' ἂν μᾶλλον συγγραφεῖς ἐπιστῆσαι τοὺς ἀκούον-  
τας; διὰ τίνος δ' ἔργου μᾶλλον ἂν παρορμησάι πρὸς  
φυλακὴν πίστεως καὶ πρὸς ἀληθινῶν πραγμάτων καὶ  
ἡεβαίων κοινωνίαν; ὃν οὐδεμίαν ἐποιήσατο μνήμην  
Φύλαρχος· (12) τυφλώτων, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, περὶ τὰ  
κάλλιστα καὶ μάλιστα συγγραφεὶ καθήκοντα τῶν ἔργων.

LXII. Οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις ἐξῆς φησὶν, ἀπὸ τῶν  
ἐκ τῆς Μεγάλης πόλεως λαφύρων ἐξακισχίλια τάλαντα  
τοῖς Λακεδαιμονίοις πεσεῖν, ὧν τὰ εἰσχιλία Κλεομένει  
δοθῆναι κατὰ τοὺς ἔθισμούς. (2) Ἐν δὲ τούτοις πρῶτον  
μὲν τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὴν ἀπειρίαν καὶ τὴν ἄγνοιαν  
τῆς κοινῆς ἐννοίας ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλληνικῶν πραγμά-  
των χορηγίας καὶ δυνάμεως; ἣν μάλιστα δεῖ παρὰ τοῖς  
ἱστοριογράφοις ὑπάρχειν. (3) Ἐγὼ γὰρ, οὐ λέγω  
κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, ἐν οἷς ὑπὸ τε τῶν ἐν Μακε-  
δονίᾳ βασιλέων, ἔτι δὲ μᾶλλον ὑπὸ τῆς συνεχείας τῶν  
πρὸς ἀλλήλους πολέμων, ἄρδην κατέφθαρτο τὰ Πελο-  
ποννησίων· (4) ἀλλ' ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς, ἐν οἷς

ediderunt, ne minimam quidem mentionem facit: (3) ceu  
magis ad rem faceret, in scribenda istoria hominum de-  
licta recensere, quam praeclare facta observare: aut quasi  
ad emendationem hominum egregia facinora et laude digna  
minus conferrent, quam improbae et vituperandae actiones.  
(4) Quo igitur pacto urbem Cleomenes ceperit, quomodo  
incolumem servaverit, et ad Megalopolitanos continuo Mes-  
senam tabellarios miserit, rogans, ut, patria absque ullo  
damno recepta, consentire secum vellent, et consilia mis-  
cere: haec quidem Phylarchus narravit, studio commen-  
dandi magnanimitatem Cleomenis et moderationem erga  
hostes. (5) Item, quomodo Megalopolitani inchoatam epi-  
stolae lectionem perducere ad finem non siverint; tabellarios  
quimetiam lapidibus prope obruerint: haec quoque non prae-  
termisit, rem hactenus persecutus. (6) Quod vero conse-  
quens erat, et historiae proprium, ut memorabile genero-  
sumque Megalopolitanorum animum debito testimonio ac  
laude merita afficeret, id praetermisit: quamquam in promptu  
sane res fuerat. (7) Nam, si bonos viros illos judicamus,  
qui pro amicis et sociis bellum se suscepturos verbis solum  
et interposito decreto declaraverint; iis vero, qui vastationem  
etiam agrorum et obsidionem ex simili causa toleraverint,  
non modo laudem tribuimus, verum etiam maxima praemia  
cum gratiarum actione rependimus: (8) quid tandem de  
Megalopolitanis existimare oportet? (9) annon viros opti-  
mos et gravissimos fuisse? Qui primo agros suos a Cleo-  
mene peruri, aequo animo tulerunt; deinde universa patria  
penitus exciderunt, partium Achaeorum studio; (10) pos-  
tremo, quum praeter omnium spem et expectationem facta  
esset illis potestas recuperandae patriae, agris suis, sepul-  
cris sacris, patria, fortunis, atque, ut uno verbo dicam, ca-  
rissimis rebus omnibus privari praepararunt, quam ut datum  
sociis fidem proderent. (11) Quo facinore quodnam aut ex-  
stitit unquam aut exsistere potest pulcrius? Ubinam vero  
potius, quam hic, scriptor historiae attentionem lectorum  
excitet? aut quo potius exemplo hortetur ad fidem servan-  
dam, et societatem ineundam cum iustis et firmis rebuspu-  
blicis? Quae tamen praetermisit omnia Phylarchus: (12)  
ad pulcherrima quaeque facta, et scriptoris stilo dignissima,  
prorsus, ut equidem arbitror, caecutiens.

LXII. Qui etiam in sequentibus scriptum reliquit, e praeda  
urbis Megalopoleos sex talentorum millia ad Lacedaemonios  
rediisse; quorum duo millia, ex veteri consuetudine, Cleo-  
meni cesserint. (2) Hic vero quis non admiretur imperitiam  
et ignorantiam communis omnium sensus super Graecarum  
civitatum opibus ac divitiis? In quo tamen praecipua scri-  
ptoris historiarum cura esse debet. (3) Nam equidem e  
contrario, non dicam illis temporibus, cum et per Macedoniae  
reges, et multo magis per continua bella civilia funditus at-  
trita Peloponnesiorum opes erant; (4) sed nostris hisce



πάντες ἐν καὶ ταῦτὸ λέγοντες, μεγίστην καρποῦσθαι δοκοῦσιν εὐδαιμονίαν, ὅμως ἐκ Πελοποννήσου πάσης, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπίπλων, χωρὶς σωματῶν, οὐχ οἷόν τε συναχθῆναι τοσούτῳ πλήθος χρημάτων. (5) Καὶ διότι τοῦτο νῦν οὐκ εἰκῇ, λόγῳ δὲ τινι μᾶλλον ἀποφαινόμεθα, δῆλον ἐκ τούτων. (6) Τίς γὰρ ὑπὲρ Ἀθηναίων οὐχ ἰστόρηκε, διότι καθ' οὗς καιροὺς μετὰ Θηβαίων εἰς τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους ἐνέβαινον πόλεμον, καὶ μυρίους μὲν ἐξέπειμπον στρατιώτας, ἑκατὸν δ' ἐπλήρουν τριήρεις· (7) ὅτι τότε κρίναντες ἀπὸ τῆς ἀξίας ποιεῖσθαι τὰς εἰς τὸν πόλεμον εἰσφοράς, ἐτιμήσαντο τὴν τε χώραν τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν, καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν· ἀλλ' ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας ἐνέλιπε τῶν ἐξακισχιλίων, διακοσίων καὶ πεντήκοντα ταλάντοις. (8) Ἐξ ὧν οὐκ ἀπεικὸς ἀνφανείη τὸ περὶ Πελοποννησίων ἄρτι βῆθ' ἐν ὅπ' ἐμοῦ. (9) Κατὰ δ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἐξ αὐτῆς τῆς Μεγάλης πόλεως, ὑπερβολικῶς ἀποφαινόμενος, οὐκ ἂν τις εἴπειν τολμήσειε, πλείω γενέσθαι τριακοσίων. (10) Ἐπειδὴ περ ὁμολογούμενόν ἐστι, διότι καὶ τῶν ἐλευθέρων καὶ τῶν δουλικῶν σωματῶν τὰ πλείστα συνέβη διαφυγεῖν εἰς τὴν Μεσσηνίαν. Μέγιστον δὲ τῶν προειρημένων τεκμήριον· (11) οὐδενὸς γὰρ ὄντες δεύτεροι τῶν Ἀρκάδων Μαντινεῖς, οὔτε κατὰ τὴν δύναμιν, οὔτε κατὰ τὴν περιουσίαν, ὡς αὐτὸς οὗτος φησὶν· ἐκ πολιορκίας δὲ καὶ παραδόσεως ἁλόντες, ὥστε μὴ τε διαφυγεῖν μηδέν, μὴ τε διακλαπῆναι βραδὺς μηδέν· (12) ὅμως τὸ πᾶν λάφυρον ἐποίησαν, μετὰ τῶν σωματῶν, κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, τάλαντα τριακόσια.

LXIII. Τὸ δὲ συνεχὲς τούτῳ τίς οὐκ ἂν εἴη μᾶλλον θαυμάσειε; ταῦτα γὰρ ἀποφαινόμενος λέγει· πρὸ τῆς παρατάξεως δέκα ἡμέραις μάλιστα, τὸν παρὰ Πτολεμαίου πρεσβευτὴν ἐλθεῖν, ἀγγέλλοντα πρὸς τὸν Κλεομένην, διότι Πτολεμαῖος τὸ μὲν χορηγεῖν ἀπολέγει, διαλύεσθαι δὲ παρακαλεῖ πρὸς τὸν Ἀντίγονον. (2) Τὸν δ', ἀκούσαντα, φησὶ, κρίνει, διότι δεῖ τὴν ταχίστην ἐκκυβεῖν τοῖς ὅλοις, πρὸ τοῦ συνεῖναι τὰ προσπεπωκότα τὰς δυνάμεις διὰ τὸ μηδεμίαν ὑπάρχειν ἐν τοῖς ἰδίῳ πράγμασιν ἐλπίδα τοῦ δύνασθαι μισθοδοτεῖν. (3) Ἄλλ', εἴπερ ἐξακισχιλίων ἐγκρατὴς ἐγεγόνει τάλαντων κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, τὸν Πτολεμαῖον αὐτὸν ἠδύνατο ταῖς χορηγίαις υπερθέσθαι. (4) Πρὸς δὲ τὸν Ἀντίγονον, εἰ μόνον τριακοσίων ὑπῆρχε κύριος, καὶ λίαν ἱκανὸς ἦν ἀσφαλῶς ὑπομένων τριβεῖν τὸν πόλεμον. (5) Τὸ δ' αἶμα μὲν πάσας ἀποφαίνειν τῷ Κλεομένει τὰς ἐλπίδας ἐν Πτολεμαίῳ διὰ τὰς χορηγίας, αἶμα δὲ τοσούτων χρημάτων αὐτὸν φάναι κύριον γεγενῆσθαι κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, τοῖς οὐ τῆς μεγίστης ἀλογίας, εἴτι δ' ἀσκηφίας ἐστὶ σημεῖον; (6) Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα τῷ συγγραφῇ τοιαῦτα, καὶ κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς, καὶ παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν, κατατάσσεται· περὶ ὧν ἀρκεῖν ὑπολαμβάνω, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, καὶ τὰ νῦν εἰρημένα.

LXIV. Μετὰ δὲ τὴν τῆς Μεγάλης πόλεως ἄλωσιν,

temporibus, quando in summa omnes concordia viventes maximam consecuti opulentiam videntur, tamen ex Peloponnesi totius universis suppellectilibus, si corpora nempe excipias, tantam pecuniae summam nego posse confici. (5) Quod autem non temere, sed cum ratione, hoc affirmemus, hinc potest cognosci. (6) Nam quis legit historias, quia sciat, Athenienses, quo tempore una cum Thebanis bellum adversus Lacedaemonios suscipiebant, et militum decem milia armabant, triremes centum instruebant; (7) postquam pecuniam ex censu civium ad bellum tunc conferre decrevisent; et agrorum universae Atticae, et domorum, et omnium pariter fortunarum suarum aestimationem iniisse; et tamen census totius summam ad sex millia talentorum non pervenisse, deficientibus scilicet ducentis quinquaginta? (8) Unde liquet, per esse verisimile id quod de Peloponnesis modo dicebamus. (9) Istis vero temporibus e Megalopoli amplius, quam trecenta talenta, fuisse redactum, nemo, qui vel exaggerare summam voluerit, affirmare tamen ausit. (10) Nam illud in confesso est, et liberos et servos quam plurimos Messenam fuga evasisse. Maxime autem ei, quod diximus, fidem facit illud: (11) Mantinenses neque numero civium, neque opibus, ulli populorum Arcadiae erant secundi, quod etiam hic ipse fatetur. Hi obsidione capti, cum deditionem fecissent, ita ut neque effugere quisquam illorum, nec subripi res ulla facile posset, (12) opimiorum hosti praedam non attulere, corporibus etiam venditis, quam trecenta talenta.

LXIII. Quis vero non magis adhuc miretur, quod idem scriptor istis subjicit? Nam eodem loco ait: decem fere diebus ante quam pugna pugnaretur, legatum a Ptolemaeo missum venisse, qui nuntiaret, pecuniam nolle amplius Ptolemaeo suppeditare, sed ad pacem cum Antigono faciendam hortari: (2) quod ubi accepisset Cleomenes, constituisset eum, fortunam summæ rerum sibi quam primum esse letandam, prius quam de accepto nuntio aliquid resciret exercitus; quoniam quidem spem nullam ipse haberet, ex propriis opibus militi stipendia posse se solvere. (3) Atque si circa tempus idem sex millium talentorum compos est factus; vel Ptolemaeo ipsum sumptibus superare poterat. (4) Bellum vero cum Antigono quod attinet, si vel trecenta solummodo talenta receperat Cleomenes, facile illi fuit, sine ullo periculo bellum illud sustinere atque trahere. (5) Aliter dicere, omnes Cleomeni spes suas in Ptolemaeo et ejus liberalitate fuisse positas; simulque affirmare, tantam pecuniam illo ipso tempore in ejusdem Cleomenis potestate atque manibus fuisse, hoc annon summæ dementiae atque incoquantiae argumentum est? (6) Similia vero his multa idem scriptor, cum in istorum temporum rebus, tum in universa historia, retulit: de quibus, pro instituto nostro, haecenus dicta sufficiant.

LXIV. Capta Megalopoli, Antigono in urbe Argivorum

Ἀντιγόῳ παραχειμάζοντος ἐν τῇ τῶν Ἀργείων πόλει, συναγαγὼν Κλεομένης ἅμα τῷ τὴν ἐαρινὴν ὥραν ἐνίστασθαι τοὺς στρατιώτας, καὶ παρακαλέσας τὰ πρόποντα τοῖς καιροῖς, ἐξαγαγὼν τὴν στρατιάν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν τῶν Ἀργείων χώραν. (2) ὥς μὲν τοῖς πολλοῖς ἐδόκει, παραβολῶς καὶ τολμηρῶς, διὰ τὴν θυρότητα τῶν κατὰ τὰς εἰσόδους τόπων· ὥς δὲ τοῖς ὁρθῶς λογιζομένοις, ἀσφαλῶς καὶ νουνεγῶς. (3) Ὅρῳ γὰρ τὸν Ἀντίγονον διαφεικόμενους τὰς δυνάμεις, ᾗδει σαφῶς, ὅτι πρῶτον μὲν τὴν εἰσβολὴν ἀκινδύνως ποιήσεται· δευτέρου δὲ ὅτι τῆς χώρας καταφθειρομένης ἕως τῶν τειχῶν, ἀνάγκη τοὺς Ἀργεῖους, θεωροῦντας τὸ γιγνόμενον, ἀσχάλλειν, καὶ καταμέμψεσθαι τὸν Ἀντίγονον. (4) Εἰ μὲν οὖν συμβαίη, μὴ δυνάμενον αὐτὸν ὑποφέρειν τὸν ἐπιβόρσιμον τῶν ὅλων, ἐξελεῖν καὶ διακινδυνεύσαι τοῖς παροῦσι· πρόδην ἐκ τῶν κατὰ λόγον ἦν αὐτῷ, διότι νικήσει βραδίως. (5) Εἰ δ' ἐμμείνας τοῖς λογισμοῖς, ἐρησυχάζον· καταπληξάμενος τοὺς ὑπεναντίους, καὶ ταῖς ἰδίαις δυνάμεισι θάρσος ἐνεργασάμενος, ἀσφαλῶς ὑπέλαβε ποιήσεσθαι τὴν ἀναχώρησιν εἰς τὴν οἰκίαν. (6) Ὁ καὶ συνέθι γενέσθαι. Τῆς γὰρ χώρας δημομένης, οἱ μὲν ὅλῳι συστρεφόμενοι, τὸν Ἀντίγονον ἐλοιδοροῦν· ὁ δὲ καὶ λίαν ἡγεμονικῶς καὶ βασιλικῶς, οὐδὲν περὶ κλείονος ποιούμενος τῆς κατὰ λόγον πραγματείας ἤγε τὴν ἡσυχίαν. (7) Ὁ δὲ Κλεομένης, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, καταφθείρας μὲν τὴν χώραν, καταπληξάμενος δὲ τοὺς ὑπεναντίους, εὐθαρσεῖς δὲ πεποιηκῶς τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις πρὸς τὸν ἐπιφερόμενον κίνδυνον, ἀσφαλῶς εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανῆλθε.

LXV. Τοῦ δὲ θέρου ἐνισταμένου, καὶ συνελθόντων τῶν Μακεδόνων καὶ τῶν Ἀχαιῶν ἐκ τῆς χειμασίας, ἀναλαβὼν τὴν στρατιάν Ἀντίγονος προῆγε μετὰ τῶν συμμάχων εἰς τὴν Λακωνικὴν. (2) ἔχων Μακεδόνας μὲν τοὺς εἰς τὴν φάλαγγα μυρίους, πελταστάς δὲ τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους, Ἀγριῆνας δὲ σὺν τούτοις χιλίους, καὶ Γαλάτας ἄλλους τοσούτους· μισθοφόρους δὲ, τοὺς πάντας, πεζοὺς μὲν τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους. (3) Ἀχαιῶν δ' ἐπιλέκτους, πεζοὺς μὲν τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους· καὶ Μεγαλοπολίτας χιλίους, εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον καθοπλισμένους, ὧν ἡγεῖτο Κερκιδᾶς Μεγαλοπολίτης. (4) τῶν δὲ συμμάχων, Βουωτῶν μὲν πεζοὺς διςχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους· Ἡπειρωτῶν πεζοὺς χιλίους, ἱππεῖς πενήτηκοντα· Ἀκαρνάνων ἄλλους τοσούτους· Ἰλλυρίων χιλίους ἑξακοσίους, ἐφ' ὧν Δημήτριος ὁ Φάριος. (5) Ὡς εἶναι πᾶσαν τὴν δύναμιν, πεζοὺς μὲν εἰς διςμυρίους ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους καὶ διακοσίους. (6) Ὁ δὲ Κλεομένης, προσδοκῶν τὴν ἐροδὸν, τὰς μὲν ἄλλας τὰς εἰς τὴν χώραν εἰσβολὰς ἡσφαλίσατο φυλακαῖς καὶ τάφροις καὶ δένδρων ἐκκοπαῖς. (7) αὐτὸς δὲ κατὰ τὴν Σελασίαν καλουμένην μετὰ τῆς δυνάμεως ἐστρατοπέδευε, ὥς πάσης ὑπαρχούσης αὐτῷ στρατιᾶς εἰς δύο μυριάδας χωρῶν ἐκ τῶν κατὰ λόγον, ταύτῃ ποιήσεσθαι ὑπεναντίους τὴν εἰσβολήν. (8) Ὁ καὶ συνεκύρησε. Δύο

hibernante, Cleomenes ineunte statim vere contrahit copias, suosque hortatus prout res admonebat, educit, et in fines Argivorum impetum facit : (2) consilio usus, ut quidem vulgus arbitrabatur, temerario atque audaci, propter difficiles aditus et loca munita; ut prudentioribus videbatur, tuto juxta et callido. (3) Quippe qui videret, Antigonom copias suas dimisisse, illud primum certo sciebat, sine ullo periculo invasionem illam fore : deinde, ubi ad muros usque vastari regio cœpisset, Argivos id cernentes, iniquo rem animo laturos, atque omnino de Antigono graviter questuros. (4) Qui si populi convicia ferre non sustinens, copias quæ ad manus essent educeret, acieque dimicaret; non dubitabat Cleomenes, quantum provideri ratione posset, paratam sibi victoriam fore : (5) sin manens in suscepta sententia, nihil se commoveret; tum vero tantum hostibus terrorem se injecturum, tantosque suis facturum spiritus, ut domum tuto reverti queat. (6) Atque ita evenit. Nam dum vastantur agri, plebs in circulis Antigono obtreclare : ille contra, imperatorio ac plane regio animo, nihil antiquius habens quam ut omnium quæ faceret ratio sibi constaret, quiescere. (7) Ita Cleomenes, sicut initio proposuerat, agrum populatus, hoste perterrefacto, animis suorum adversus imminens periculum confirmatis, impune domum rediit.

LXV. Initio æstatis Antigonus, postquam et Macedones et Achæi ex hibernis reversi convenissent, suas et sociorum copias in Laconicam ducit. (2) In eo exercitu erant Macedonum, ex quibus constabat phalanx, decern millia; cetrati, ter mille; equites, trecenti : ad hæc Agrianes mille, et Galli item mille : stipendiarii in universum, peditum tria millia : equites trecenti. (3) Achæorum vero selecti, pedites ter mille, equites trecenti. Megalopolitani, more Macedonum armati, mille, Cercida Megalopolitano duce. (4) Aderant præterea sociorum auxilia : Bæotorum quidem pedites bis mille, equites cc; Epirotarum, pedites cic, equites l; Acarnanes item pari numero; Illyriorum, mille sexcenti, quorum dux erat Demetrius Pharius. (5) Ut omnino constaret ille exercitus e peditum millibus fere xxviii; equitibus vero mccc. (6) Cleomenes vero, hostium impressionem exspectans, reliquos aditus præsiidiis, fossis, concædibus munit : (7) ipse cum exercitu profectus, in quo ad viginti millia hominum erant, ad Sellasiam castra ponit; probabili conjectura adductus, ut illac irrupturum hostem crederet. (8) Neque aliter accidit. Duo colles sunt, qui fauces illas efficiunt, quorum

δὲ λόφων ἐπ' αὐτῆς τῆς εἰσόδου κειμένων, ὧν τὸν μὲν Εὐάν, τὸν δ' ἕτερον Ὀλυμπον καλεῖσθαι συμβαίνει (9) τῆς δ' ὁδοῦ μεταξὺ τούτων παρὰ τὸν Οἰνοῦντα ποταμὸν φερούσης εἰς τὴν Σπάρτην, ὃ μὲν Κλεομένης, τῶν προειρημένων λόφων συνάμφω τάφρον καὶ χάρακα προβαλόμενος, ἐπὶ μὲν τὸν Εὐάν ἔταξε τοὺς περιοίκους καὶ συμμάχους· ἐφ' ὧν ἐπέστησε τὸν ἀδελφὸν Εὐκλείδαν· αὐτὸς δὲ τὸν Ὀλυμπον κατεῖχε μετὰ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν μισθοφόρων. (10) Ἐν δὲ τοῖς ἐπιπέδοις παρὰ τὸν ποταμὸν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ὁδοῦ τοὺς ἵππεῖς μετὰ μέρους τινὸς τῶν μισθοφόρων παρενέβαλεν. (11) Ἀντίγονος δὲ, παραγνόμενος, καὶ συνθεωρήσας τὴν τε τῶν τόπων ὄψιν, καὶ τὸν Κλεομένην πᾶσι τοῖς οἰκείοις μέρσι τῆς δυνάμεως οὕτως εὐστόχως προκατελιηφότα τὰς εὐκαιρίας, ὥστε παραπλησίον εἶναι τὸ σύμπαν σχῆμα τῆς στρατοπεδείας τῇ τῶν ἀγαθῶν ὁπλομάχων προβολῇ. (12) οὐδὲν γὰρ ἀπέλιπε τῶν πρὸς ἐπιθεσιν ἅμα καὶ φυλακῇ, ἀλλ' ἦν ὁμοῦ παράταξις ἐνεργὸς, καὶ παρεμβολὴ δυσπρότοδος. (13) διὸ καὶ τὸ μὲν ἐξ ἐφόδου καταπειράζειν καὶ συμπλέκεσθαι προχείρως ἐπέγνων.

LXVI. Στρατοπεδεύσας δ' ἐν βραχεὶ διαστήματι, καὶ λαβὼν πρόβλημα τὸν Γόργυλον καλούμενον ποταμὸν· τινὰς μὲν ἡμέρας ἐπιμένων, συνεθεώρει τὰς τε τῶν τόπων ιδιότητας καὶ τὰς τῶν δυνάμεων διαφοράς. (2) Ἄμα δὲ καὶ προδεικνύων τινὰς ἐπιβολὰς πρὸς τὸ μέλλον, ἐξεκαλεῖτο τὰς τῶν ὑπεναντίων ἐπινοίας. (3) Οὐ δυνάμενος δὲ λαβεῖν οὐδὲν ἄργον, οὐδ' ἔξοπλον, διὰ τὸ πρὸς πᾶν ἑτοίμως ἀντικεινέσθαι τὸν Κλεομένην. (4) τῆς μὲν τοιαύτης ἐπινοίας ἀπίστη. Τέλος δ' ἐξ ὁμολόγου διὰ μάχης ἀμφοτέροι προέβητον κρίνειν τὰς πράξεις. Πάνυ γὰρ εὐφρεῖς καὶ παραπλησίους ἡγεμόνας ἡ τύχη συνέβαλε τούτους τοὺς ἄνδρας. (5) Πρὸς μὲν οὖν τοὺς κατὰ τὸν Εὐάν ὁ βασιλεὺς ἀντέταξε τῶν τε Μακεδόνων τοὺς χαλκασπίδας, καὶ τοὺς Πλυριοδς, κατὰ στείρας ἐναλλάξ τεταγμένους· Ἀλέξανδρον τὸν Ἀκμήτου, καὶ Δημήτριον τὸν Φάριον ἐπιστήσας. (6) Ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς Ἀχαρνᾶνας καὶ Κρήτας ἐπέβαλε· τούτων δὲ κατόπιν ἦσαν δισχίλιοι τῶν Ἀχαιῶν, ἐφεδρείας λαμβάνοντες τάξιν. (7) Τοὺς δ' ἵππεῖς περὶ τὸν Οἰνοῦντα ποταμὸν ἀντέθηκε τῷ τῶν πολεμίων ἱππικῷ, συστήσας αὐτοῖς Ἀλέξανδρον ἡγεμόνα, καὶ συμπαραθεὶς πεζοὺς τῶν Ἀχαιῶν χιλιούς, καὶ Μεγαλοπολίτας τοὺς ἴσους. (8) Αὐτὸς δὲ, τοὺς μισθοφόρους ἔχων καὶ τοὺς Μακεδόνας, κατὰ τὸν Ὀλυμπον πρὸς τοὺς περὶ τὸν Κλεομένην διέγνων ποιεῖσθαι τὴν μάχην. (9) Προτάξας οὖν τοὺς μισθοφόρους, ἐπέστησε διπλαγῆσαν ἐπ' ἀλλήλων τῶν Μακεδόνων· ἐποίει δὲ τοῦτο διὰ τὴν στενότητα τῶν τόπων. (10) Σύνθημα δ' ἦν τοῖς μὲν Πλυριοῖς, τότε ποιεῖσθαι τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸς τὸν λόφον προσβολῆς, ὅταν ἴδωσιν ἀρθεῖσαν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ὀλυμπον τόπων σινδόνα· προσηρηγμένοι γὰρ ἦσαν οὗτοι νυκτὸς ἐν τῷ Γόργύλῳ ποταμῷ, πρὸς αὐτῇ τῇ τοῦ λόφου βίβλῃ. (11) τοῖς δὲ Μεγαλοπολίταις καὶ τοῖς

alteri nomen Evæ, alteri Olympo : (9) in medio fuit Cenus, propter quem via est Spartam ducens. Ante utrumque collem fossam duxerat Cleomenes, valloque muniverat : Pericæcis et sociorum auxiliis in Eva localis, ductorem fratrem Euclidam imposuerat : ipse cum Lacedæmoniis et mercenariis Olympum tenebat. (10) In campi planitie, ad utramque fluminis ripam, equites cum parte conductitiorum disposuerat. (11) Accedit dein Antigonus, et munitam loci naturam conspicatur; observatque, Cleomenem, diviso exercitu, et conveniente cuique parti statione assignata, opportuna quæque loca scite adeo occupasse, ut dispositionis exercitus ejus universa forma similis esset peritorum bellatorum positioni, qui scutis hastisque projectis in omnem occasionem intenti sunt : (12) nihil enim erat prætermisum, quod vel ad inferendum, vel ad cavendum ictum faceret; sed erat simul ad pugnam valide instructa acies, simul ab hostis superventu tuta castrametatio. (13) Itaque e vestigio hostem tentare et temere configere noluit.

LXVI. Sed modico spatio interjecto, pro munimento Gorgylum fluvium habens, castra ponit; ibique dies aliquot moratur, partim ut locorum naturam, partim ut copiarum ingenia melius cognoscerat. (2) Simul, speciem subinde præbens impressionem meditantis, quid consilii de futuro esset hostibus, elicere studuit. (3) Sed quum nihil custodia vacuum, aut parum firmo præsidio munitum deprehenderet, quia in omnes partes prompte se Cleomenes obvertebat; (4) consilium mutavit de improvviso in hostes impetum faciendi. Tandemque inter ambos convenit, prælii discrimini rem universam permittere. Admodum enim natura præstantes et inter se pares erant hi duces, quos tunc fortuna commisit. (5) Igitur Antigonus iis, qui Evam tenebant, chalcaspidas Macedones opposuit, Illyriorumque manipulos inter horum ordines alternatim locavit: ducesque his imposuit Alexandrum, Acmeti filium, et Demetrium Pharium. (6) Pone hos Acarnanes et Cretenses sequi jussit: quorum a tergo Achæos his mille in subsidii locat. (7) Equites circa Cenum fluvium hostium equitatui sunt oppositi: restque illis præfectus Alexander: jussi etiam sunt pedites Achæorum mille et Megalopolitanorum totidem, equitum latera tegere. (8) Ipse Antigonus cum iis, qui ad Olympum stabant, qua parte Cleomenes erat, congredi statuit, mercenarios et Macedonas ducens. (9) Igitur, mercenariis in prima acie positis, phalangem Macedonum duplicem, cujus pars altera alteram preesse sequebatur, pone hos locat; propter locorum angustias id facere coactus. (10) Signum inchoandi prælii, Illyriis quidem (hi noctu juxta Gorgylum amnem ad ipsas collis radices se applicuerant) constitutum fuerat, ut invadere collem inciperent, ubi primum e proximis Olympo locis linteam attolli vidissent, (11)

ἰππεῦσι παραπλησίως, ἐπειδὴν φοινικίς ἐξαρθῇ παρὰ τοῦ βασιλέως.

LXVII. Ἐπειδὴ δ' ὁ μὲν καιρὸς ἦκε τῆς χρείας, τὸ δὲ σύνθημα τοῖς Ἰλλυριοῖς ἀπεδόθη, παρήγγειλαν δὲ ποιεῖν τὸ δέον, ὅς ἦν ἐπιμελέεσθαι πάντας εὐθέως ἀναδίδαντες αὐτοὺς, καθήρχοντο τῆς πρὸς τὸν βουνὸν προσβολῆς. (2) Οἱ δὲ μετὰ τῶν Κλεομένους ἰππέων ἐξ ἀρχῆς ταχθέντες εὐζῶνοι, θεωροῦντες τὰς σπεῖρας τῶν Ἀχαιῶν ἐρήμους ἐκ τῶν κατόπιν οὖσας, κατ' οὐρὰν προσπίπτοντες, εἰς ὁλοσχερῇ κίνδυνον ἤγον τοὺς πρὸς τὸν λόφον βιαζομένους. (3) ὡς ἂν τῶν μὲν περὶ τὸν Εὐκλείδαν ἐξ ὑπερδείου κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς ἐφεστώτων, τῶν δὲ μισθοφόρων κατόπιν ἐπικειμένων, καὶ προσφερόντων τὰς γείρας ἐβρωμένως. (4) Ἐν ᾧ καιρῷ συννόησας τὸ γινόμενον, ἅμα δὲ προσωόμενος τὸ μέλλον, Φιλοπολίμην ὁ Μεγαλοπολίτης, τὸ μὲν πρῶτον ὑποδεικνύειν ἐπαβάλλετο τοῖς προσεστώσι τὸ συμβεβημένον. (5) οὐδένος δὲ προσέχοντος αὐτῷ, διὰ τὸ μήτ' ἐφ' ἡγεμονίας τετάχθαι μηδεπώποτε, κομιδῇ τε νέον ὑπάρχειν αὐτὸν παρακαλέσας τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας, ἐνέβαλε τοῖς πολεμίοις ταλμηρούς. (6) Οὗ γενομένου, ταχέως οἱ προσκειμένοι μισθοφόροι κατ' οὐρὰν τοῖς προσβαίνουσιν, ἀκούσαντες τῆς κραυγῆς, καὶ συνιδόντες τὴν τῶν ἰππέων συμπλοκὴν, ἀφόμενοι τῶν προκειμένων, ἀνέτρεχον εἰς τὰς ἐξ ἀρχῆς τάξεις, καὶ προσεδοθήθουν τοῖς παρ' αὐτῶν ἰππεῦσι. (7) Τοῦτου δὲ συμβάντος, ἀπερίσπαστον γινόμενον τό τε τῶν Ἰλλυρίων καὶ Μακεδόνων καὶ τῶν ἅμα τούτοις προσβαίνοντων πλῆθος, ἐκθύμως ὤρμησε καὶ τεθαβρήκτως ἐπὶ τοὺς ὑπεναντίους. (8) Ἐξ οὗ καὶ μετὰ ταῦτα φανερὸν ἐγενήθη, διότι τοῦ κατὰ τὸν Εὐκλείδαν προτερήματος αἴτιος ἐγίνετο Φιλοπολίμην.

LXVIII. Ὅθεν καὶ τὸν Ἀντίγονόν φασι μετὰ ταῦτα καταπειράζοντα πυθάνεσθαι τοῦ ταχθέντος ἐπὶ τῶν ἰππέων Ἀλεξάνδρου, διὰ τί πρὸ τοῦ παραδοθῆναι τὸ σύνθημα τοῦ κινδύνου κατάρξαίτο. (2) Τοῦ δ' ἀρνούμενου, φάσκοντος δὲ, μεिरάκιόν τι Μεγαλοπολιτικὸν προσχειρῆσαι παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην· εἰπεῖν, ζῴσι τὸ μὲν μεिरάκιον ἡγεμόνος ἔργον ἀγαθοῦ ποιῆσαι, συνθεασάμενον τὸν καιρὸν· ἐκεῖνος δ', ἡγεμὼν ὑπάρχων, μεिरακίου τοῦ τυχόντος. (3) Οὐ μὴν ἄλλ' οἷ γε περὶ τὸν Εὐκλείδαν ὄρωντες προσβαινούσας τὰς σπεῖρας, ἀφόμενοι τοῦ χρῆσθαι ταῖς τῶν τόπων εὐκαιρίαις. (4) τοῦτο δ' ἦν, ἐκ πολλοῦ συναντῶντας καὶ προσπίπτοντας τοῖς πολεμίοις, τὰ μὲν ἐκείνων στίφη συνταράττειν καὶ διαλύειν, αὐτοὺς δ' ὑποχωρεῖν ἐπὶ πᾶσα καὶ μεθίστασθαι πρὸς τοὺς ὑπερδείους αἰετόπαιδας ἀσφαλῶς. (5) οὗτω γὰρ ἂν πολυμηνύμενοι καὶ συγχέαντες τὸ τοῦ καθολισμοῦ καὶ τῆς συντάξεως ἰδίωμα τῶν ὑπεναντίων, βραδίως αὐτοὺς ἐτρέφαντο διὰ τὴν τῶν τόπων εὐφυίαν. (6) τούτων μὲν οὐδὲν ἐποίησαν καθάπερ δ' ἐξ ἐτοίμου σφίσι τῆς νίκης ὑπαρχούσης, τοῦναντίον ἔπραξαν. (7) Κατὰ γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς στάσιν ἔμενον ἐπὶ τῶν ἀκρῶν, ὡς ἀνωτάτω

Megalopolitanis vero pariter et equitibus, cum primum rev puniceum paludamentum sustulisset.

LXVII. Ubi tempus dimicandi advenit, postquam Illyriis datum signum fuit, suique illos officii, quorum eae partes erant, admonuere; exemplo omnes se hosti ostendunt, et collem adoriri incipiunt. (2) Ibi tum levis armatura Cleomenis, quam inter equites fuisse locatam ostendimus, animadvertentes Achaeorum ordines a tergo nudos ultimum eorum agmen invadunt, et in summum discrimen hos, qui in collem nitebantur, adducunt. (3) Etenim simul et Euclidas e superiore loco in frontem illis imminebat; et ipsi mercenarii, a tergo instantes, valide caedebant. (4) Vidit hoc Philopoemen Megalopolitanus, ac statim providens quod futurum erat, de ingruente periculo primum quidem duces ordinum admonere instituit: (5) sed quum nemo animum ad verba ipsius adverteret, quia nullam unquam militiae praefecturam gesserat, et juvenis admodum erat; cives suos cohortatus, magna audacia hostium equitatum aggreditur. (6) Quod ubi factum est, mercenarii, qui terga tendentium in collem premebant, clamore audito, et cognito equitum conflictu, omisso eo quod instituerant, stationem priorem repetunt, et equitibus suis suppetias ferunt. (7) Hoc modo Illyrii et Macedones, universaeque multitudo quae una cum his in collem pergebat, liberati oblato impedimento, quod conatum ipsorum retardaverat, acriter atque fidenter hosti obviam ire pergunt. (8) Ex quo postea intellectum est, rei adversus Euclidam bene gestae causam praebuisse Philopoemenem.

LXVIII. Igitur fertur Antigonus post haec Alexandrum equitum praefectum interrogasse, quassissetque ex eo tentandi gratia: Cur prius, quam datum esset signum, pugnam inchoasset? (2) Qui quum negaret a se factum; sed adolescentem nescio quem Megalopolitanum, se repugnante, praelium occoepisse; tum dixisse Antigonum: Hunc quidem adolescentem, qui idoneum ac necessarium tempus animadvertisset, strenui ducis officio functum; ipsum vero, qui dux esset, gregarii adolescentis. (3) Jam vero Euclidas, ut appropinquantem vidit Illyriorum ordines, commoditate locorum uti praetermisit. (4) Partes autem periti ducis fuerant, ut hosti longe occurreret, impetuque facto, ordines illius conturbaret ac dissiparet; tum rursus pedetentim retrocedens, ad superiora loca sese absque periculo reciperet. (5) Sic enim confuso prius hoste, eaque opportunitate corrupta, quam ex genere armorum et propria dispositione aciei sibi sponponderant adversarii, facile postea, adjuvante loci natura, terga vertere eosdem coegisset. (6) At horum nihil Euclidas fecit, sed contrarium potius. (7) Nam, quasi parata cessantibus victoria foret, sicut initio collocatus fuerat, sic in summo

σπεύδοντες λαβεῖν τοὺς ὑπεναντίους, εἰς τὸ τὴν φυγὴν ἐπὶ πολὺ καταφερῇ καὶ κρημνῶδη γενέσθαι τοῖς πολεμίοις. (8) Συνέβη δ', ὅπερ εἰκὸς ἦν, τὸνναντίον· οὐ γὰρ ἀπολιπόντες αὐτοῖς ἀναχώρησιν, προσδεξάμενοι δ' ἀκεραῖους ἄμα καὶ συνεστώσας τὰς σπεύρας, εἰς τοῦτο δυσχρηστίας ἤλθον, ὥστε δι' αὐτῆς τῆς τοῦ λόφου κορυφῆς διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς βιαζομένους. (9) Λοιπὸν, ὅσον ἐκ ποδὸς ἐπέστησαν τῷ βάρει τοῦ καθοπλισμοῦ καὶ τῆς συντάξεως· εὐθέως δ' οἱ μὲν Ἴλλυριοὶ τὴν κατάστασιν ἐλάμβανον, οἱ δὲ περὶ τὸν Εὐκλείδαν τὴν ὑπὸ πόδα, διὰ τὸ μὴ καταλείπεσθαι τόπον εἰς ἀναχώρησιν καὶ μεταστάσιν ἑαυτοῖς. (10) Ἐξ οὗ ταχέως συνέβη τραπέντας αὐτοὺς, ὀλεθρίῳ χρήσασθαι φυγῇ, κρημνῶδη καὶ δύσβατον ἔχόντων ἐπὶ πολὺ τὴν ἀναχώρησιν τῶν τόπων.

LXIX. Ἄμα δὲ τούτοις, ὁ περὶ τοὺς ἱππεῖς συνετελείτο κίνδυνος, ἐκπρεπῇ ποιουμένων τὴν χρεῖαν τῶν Ἀχαιῶν ἱππέων ἀπάντων, μάλιστα δὲ Φιλοποίμενος, διὰ τὸ περὶ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας συνεστάναι τὸν θλον ἀγῶνα. (2) Καθ' ὃν καιρὸν τῷ προειρημένῳ συνέβη, τὸν μὲν ἵππον πεσεῖν, πληγέντα καιρίως· αὐτὸν δὲ πεζομαχοῦντα περιπεσεῖν τραύματι βιῶν, δι' ἄμφοιν τοῖν μηροῖν. (3) Οἱ δὲ βασιλεῖς κατὰ τὸν Ὀλυμπον τὸ μὲν πρῶτον ἐποιοῦντο διὰ τῶν εὐζώνων καὶ μισθοφόρων τὴν συμπλοκὴν, παρ' ἑκατέρους σχεδὸν ὑπαρχόντων τούτων εἰς πεντακισχίλους. (4) Ὡς ποτὲ μὲν κατὰ μέρη, ποτὲ δ' ὁλοσχερῶς συμπιπτόντων, διαφέρουσιν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν ἐξ ἄμφοιν χρεῖαν, ὁμοῦ τῶν τε βασιλέων καὶ τῶν στρατοπέδων ἐν συνόψει ποιουμένων τὴν μάχην. (5) Ἡμιλλῶντο δὲ πρὸς ἑαυτοὺς καὶ κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ τάγμα ταῖς εὐψυχίας. (6) Ὁ δὲ Κλεομένης, ὁρῶν τοὺς μὲν περὶ τὸν ἀδελφὸν πεφευγόντας, τοὺς δ' ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἱππεῖς ὅσον οὕτω κλίνοντας· καταπλαγῆς ὢν, μὴ πανταχόθεν προσδεξῆσθαι τοὺς πολεμίους, ἀναγκάζετο διασπᾶν τὰ προτειχίσματα, καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν ἐξάγειν μετωπηδὸν κατὰ μίαν πλευρὰν τῆς στρατοπεδείας. (7) Ἀνακληθέντων δὲ τῶν παρ' ἑκατέρους εὐζώνων ἐκ τοῦ μεταξὺ τόπου διὰ τῆς σάλπιγγος, συναλαλάξασαι, καὶ κατ' ὁλοῦς τῆς σαφίσας, συνέβηλον αἱ φάλαγγες ἀλλήλαις. (8) Ἀγῶνος δὲ γενομένου κραταιοῦ, καὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ πόδα ποιουμένων τὴν ἀναχώρησιν, καὶ πιεζομένων ἐπὶ πολὺ τῶν Μακεδόνων ὑπὸ τῆς τῶν Λακωνίων εὐψυχίας, ποτὲ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ἐξωθυμένων ὑπὸ τοῦ βάρους τῆς τῶν Μακεδόνων τάξεως. (9) τέλος οἱ περὶ τὸν Ἀντίγονον συμφράξαντες τὰς σαφίσας, καὶ χρησάμενοι τῷ τῆς ἐπαλλήλου φάλαγγος ιδιώματι, βίᾳ προσπεσόντες, ἐξέωσαν ἐκ τῶν ὄχυρωμάτων τοὺς Λακεδαιμονίους. (10) Τὸ μὲν οὖν ἄλλο πλῆθος ἔφευγε προτροπαδῶν, φονευόμενον· ὁ δὲ Κλεομένης, ἱππεῖς τινὰς ἔχων περὶ ἑαυτὸν, ἀνεχώρησε μετὰ τούτων ἀσφαλῶς εἰς τὴν Σπάρτην. (11) Ἐπιγενομένης δὲ τῆς νυκτός, καταβάς εἰς Γύθιον, ἤτοιμασμένων αὐτῷ τῶν πρὸς τὸν πλοῦν ἐκ πλείονος χρό-

remanet colle; ratus, in ipso, si posset fieri, vertice hostem sibi excipiendum, quo longior mox per declivia et abrupta esset illius fuga. (8) Plane vero contrarium, sicuti par erat, evenit: quum enim vacuum sibi nullum spatium reliquisset ad pedem referendum; ubi int' gri firmique Illyriorum ordines fuere excipiendi, eo difficultatum venit Euclidas, ut per ipsum verticem cum irrumpentibus dimicare cogeretur. (9) Itaque e vestigio premebatur gravitate armorum et aciei robore hostium: et continuo Illyri statione potiti sunt, quam tenuerant hostes: Euclidas cum suis inferiora capere coactus est, quia spatium ad retrocedendum, et ad locum commode mutandum suis non reliquerat. (10) Ex quo facile Illyriis fuit, victos ac fugientes premere, quum per loca prærupta atque impedita esset illis evadendum.

LXIX. Dum hæc fiunt, simul equestris pugna commissa est; omnibus Achaicis equitibus fortiter pugnam capessentibus, quod eo certamine libertas eorum agebatur; præcipue tamen Philopœmene. (2) Et huic quidem in eo prælio accidit, ut equus, letali accepto vulnere, caderet; atque ipse, inter pedites pugnans, gravi vulnere, trajecto utroque femore, afficeretur. (3) Reges vero, ad Olympum, primum per expeditos et mercenarios, quorum habebant utrumque quinque millia, certamen commiserunt. (4) Qui, modo per partes, modo confertim omnes simul concurrentes, memorandum prælium cierunt; quum in oculis et regum et exercituum res gereretur. (5) Itaque et vir cum viro, et ordo cum ordine, acri contentione dimicabant. (6) Cleomenes vero, conspecta fratris fuga, prope jam inclinatæ equitum etiam turmas videns, quæ in planis pugnant; metuens, ne omni ex parte hostes in se ingruerent; munimenta castris suis objecta divellere, et ab uno illorum latere copias omnes recta fronte educere cogitur. (7) Tuis deinde ab utraque parte concinentibus, revocati sunt levioris armaturæ milites e medio inter utramque aciem spatium; ac sublato clamore, prætentis hastis, concurrunt phalanges. (8) Insequitur atrox pugna. In qua quum modo Macedones virtuti Laconum longe viderentur impares, et jam pedem referrent; modo Lacedæmonii, Macedonicæ aciei vim ac robur non sustinentes, cederent: (9) tandem Antigoni phalanx densatis hastis, incredibili violentia, quæ geminæ phalangis propria est, in hostem irruens Lacedæmonios ex suis munitiōibus dejecit. (10) Tum vero reliqua multitudo passim cæsa et effusam fugam versa est: Cleomenes cum paucis equitibus Spartam incolumis se recepit. (11) Unde proxima nocte Gythium descendit, navibusque ibi conscensis, quas malit

νου πρὸς τὸ συμβαίνειν, ἀπῆρε μετὰ τῶν φίλων εἰς Ἀλεξάνδρειαν.

LXX. Ἀντίγονος δ', ἐγκρατὴς γενόμενος ἐξ ἐφόδου τῆς Σπάρτης, τὰ τε λοιπὰ μεγαλοφύχως καὶ φιλανθρωπῶς ἐχρήσατο τοῖς Λακεδαιμονίοις, τὸ τε πολίτευμα τὸ πάτριον αὐτοῖς καταστήσας, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀνέζευξε μετὰ τῶν δυνάμεων ἐκ τῆς πόλεως προσαγγελθέντος αὐτοῦ, τοὺς Ἰλλυριοὺς εἰσεβληκότες εἰς Μακεδονίαν, πορθεῖν τὴν γῶραν. (2) Οὕτως αἰεὶ ποθ' ἡ τύχη τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων παρὰ λόγον εἴθε κρίνειν. (3) Καὶ γὰρ τότε Κλεομένης, εἰ τὰ κατὰ τὸν κίνδυνον παρεῖλκυσε τελέως ὀλίγας ἡμέρας, εἰ τ', ἀναχωρήσας ἀπὸ τῆς μάχης εἰς τὴν πόλιν, εἰς βραχὺ τῶν καιρῶν ἀντεποιήσατο, διακατέσχεν ἂν τὴν ἀρχήν. (4) Οὐ μὴν ἀλλ' ὁ γ' Ἀντίγονος, παραγενόμενος εἰς Τέγεαν, καὶ τούτοις ἀποδοὺς τὴν πάτριον πολιτείαν, δευτεραίος ἐντέθεν εἰς Ἄργος, ἐπ' αὐτὴν ἦλθε τὴν τῶν Νεμεῶν πανήγυριν. (5) Ἐν ἧ τυχῶν πάντων τῶν πρὸς ἀθάνατον δόξαν καὶ τιμὴν ἀνιχνόντων, ὑπὸ τε τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, καὶ κατ' ἰδίαν ἐκαστὸς τῶν πόλεων, ὥρμησε κατὰ σπουδὴν εἰς Μακεδονίαν. (6) Καταλαβὼν δὲ τοὺς Ἰλλυριοὺς ἐν τῇ γῶρᾳ, καὶ συμβαλὼν ἐκ παρατάξεως, τῇ μὲν μάχῃ κατώρθωσε· τῇ δὲ παρακλήσει καὶ κραυγῇ, τῇ κατ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον, ἐκθύμως χρησάμενος, εἰς αἵματος ἀναγωγὴν καὶ τινα τοιαύτην διάθεσιν ἐμπεσὼν, μετ' αὐτὸ πολὺ νόσω τὸν βίον μετήλλαξε· (7) κκλὰς ἐλπίδας ὑποδείξας ἐν αὐτῷ πᾶσι τοῖς Ἑλλησιν, οὐ μόνον κατὰ τὴν ἐν τοῖς ὑπαίθροις γρείαν, ἐτι δὲ μᾶλλον κατὰ τὴν ὀλὴν ἀφρεσιν καὶ καλοκάγαθειαν. (8) Τὴν δὲ Μακεδόνων βασιλείαν ἀπέλιπε Φιλίππῳ τῷ Δημητρίου.

LXXI. Τίνος δὲ χάριν ἐποιήσάμεθα τὴν ἐπὶ πλεῖον ὑπὲρ τοῦ προειρημένου πολέμου μνήμην; (2) Διότι, τῶν καιρῶν τούτων συναπτόντων τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἱστορεῖσθαι μέλλουσι, χρήσιμον ἐδόκει, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον εἶναι, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, τὸ ποιῆσαι πᾶσιν ἐναργῇ καὶ γνώριμον τὴν ὑπάρχουσαν περὶ Μακεδόνας καὶ τοὺς Ἑλληνας τότε κατὰστασιν. (3) Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς καὶ Πτολεμαίου νόσω τὸν βίον μεταλλάξαντος, Πτολεμαῖος δ' κληθεὶς Φιλοπάτωρ διεδέξατο τὴν βασιλείαν. (4) Μετήλλαξε δὲ καὶ Σέλευκος, ὁ Σελεύκου, τοῦ Καλλίνικου καὶ Πάγωνος ἐπικληθέντος· Ἀντίοχος δὲ διεδέξατο τὴν ἐν Συρίᾳ βασιλείαν, ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ. (5) Παραπλήσιον γὰρ δὴ τι συνέβη τούτοις, τοῖς πρώτοις μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν κατασχούσι τὰς ἀρχὰς ταύτας· λέγω δὲ, Σελεύκῳ, Πτολεμαίῳ, Λυσιμάχῳ. (6) Ἐκεῖνοί τε γὰρ πάντες περὶ τὴν εἰκοστὴν καὶ τετάρτην πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα μετήλλαξαν, καθάπερ ἐπάνω προείπον· οὗτοί τε περὶ τὴν ἐνάτην καὶ τριακοστὴν. (7) Ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ τὴν ἐπίστασιν καὶ προκατασκευὴν τῆς ὅλης ἱστορίας διεληλύθαμεν, δι' ἧς ὑποδέδεικται, τότε, καὶ πῶς, καὶ δι' ἧς αἰτίας τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν κρατήσαντες Ῥωμαῖοι, πρῶτον

ante ad incerta casuum paraverat, amicis comitantibus, Alexandriam est profectus.

LXX. Antigonus vero, repentina invasione Sparta potitus, cum in ceteris humanitate singulari et magnitudine animi usus erga Lacedaemonios, tum avita Reipublicae forma illis restituta, paucis interjectis diebus, copias ex urbe re-duxit; quum nuntiatum ei fuisset, Illyrios, in Macedoniam ingressos, agros ibi depopulari. (2) Adeo semper maximas quasque hominum actiones inopinato fine terminare amat fortuna. (3) Nam illo tempore, si Cleomenes praelium ad paucos dies distulisset; vel postea, cum e pugna in urbem se recepit, si paulisper uti conatus esset opportunitatibus; regnum profecto retinisset. (4) Ceterum Antigonus Tegeam venit, et Tegeatis quoque restituta patria reipublicae forma, biduo post, Argos, sub ipsum tempus ludorum Nemeensium, pervenit. (5) Ubi, cum communi Achaeorum decreto, tum propriis singularum urbium suffragiis, omnia consecutus, quibus honos ac gloria immortalis deferri solet; magnis itineribus in Macedoniam est reversus. (6) Ibi cum Illyriis, etiamnum in Macedonia deprehensis, collatis signis congressus, victoriam quidem reportavit: sed quia in adhortando milite, et clamoribus inter dimicandum editis, vehementiore voce contenderat, sanguinem emittere coepit: contractoque ea ex re languore quodam, non ita multo post morbo est exstinctus: (7) vir, qui magnam sui spem apud universos Graeciae populos concitaverat; non eo solum nomine, quod totius rei castrensis magnum usum habebat; sed multo etiam magis propter morum probitatem, et praecleara instituta quae semper tenebat. (8) Macedoniae regnum moriens reliquit Philippo, Demetrii filio.

LXXI. Quorsum autem Cleomenicum istud bellum pluribus est a nobis expositum? (2) Quia nimirum, quum haec tempora iis connexa essent, quae sumus ex professo uberius enarraturi, utile, imo vero necessarium duximus, si modo vellemus implere quod initio polliciti sumus; ut, qui tunc temporis esset status Macedonum et Graecorum, ostenderemus. (3) Per idem vero tempus etiam morbo e vivis excessit Ptolemaeus; qui successorem regni habuit Ptolemaeum cognomine Philopatorem. (4) Obiitque etiam Seleucus, Seleuci illius filius, qui Callinici et Pogonis cognomen gesserat; illique in Syriae regnum Antiochus, frater ipsius, successit. (5) Simile quid enim in his factum est ei, quod primis illis evenerat, qui post fata Alexandri regna haec occupaverant, Seleucum dico, Ptolemaeum et Lysimachum: (6) qui ut supremum diem obierunt omnes circa Olympiadem cxxiv, quemadmodum supra dicebamus; ita hi circa Olympiadem cxxxix. (7) Jam nos vero, postquam introitum et preparationem totius historiae nostrae hactenus persecuti sumus; qua exposuimus, quando, et quomodo, et quibus de causis Romani, post

ἐγχειρεῖν ἤρξαντο τοῖς ἔξω πράγμασι, καὶ πρῶτον ἐτόλμησαν ἀμφισβητεῖν Καρχηδονίοις τῆς θαλάττης· (8) εἶμα δὲ τούτοις καὶ τὴν περὶ τοὺς Ἕλληνας καὶ Μακεδόνας, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ Καρχηδονίους, ἐπάρχουσιν τότε κατάστασιν δεδηλώκαμεν· (9) καθῆκον ἂν εἶη, παραγεγονότας ἐπὶ τούτους τοὺς καιροὺς κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, ἐν οἷς ἐμελλον οἱ μὲν Ἕλληνες τὸν Συμμαχικόν, Ῥωμαῖοι δὲ τὸν Ἀννιβιακόν, οἱ δὲ κατὰ τὴν Ἀσίαν βασιλεῖς τὸν περὶ Κολίης Συρίας ἐνίστασθαι πόλεμον, (10) καὶ τὴν βίβλον ταύτην ἀφορίζειν ἀκολουθῶς τῇ τε τῶν προγεγονότων πραγμάτων περιγραφῇ, καὶ τῇ τῶν χειρικόντων τὰ πρὸ τοῦ δυναστῶν καταστροφῇ.

Italiam universam devictam, primum extra Italiam arma promovere, et de maris imperio cum Carthaginiensibus certare sint ausi; (8) ad hæc, quis fuerit tunc apud Græcos, apud Macedones, et apud Carthaginienses quoque, rerum status, declaravimus : (9) nunc ubi ad hæc ipsa pervenimus tempora, quorum historiam ex primo nostro instituto perscribendam suscepimus; quibus temporibus Græci Bellum Sociale, Romani Punicum secundum, reges Asiæ Cœlesyriacum bellum meditabantur; (10) librum hunc in superiorum bellorum fine, et obitu principum qui illa administrarunt, commode terminavimus.

# ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

## ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΡΙΤΗ.

Ὅτι μὲν ἀρχὰς ὑποτιθέμεθα τῆς αὐτῶν πραγματείας, τὸν τε Συμμαχικὸν, καὶ τὸν Ἀννιδιακόν, πρὸς δὲ τούτοις τὸν περὶ Κοίλης Συρίας πόλεμον, ἐν τῇ πρώτῃ μὲν τῆς ὅλης συντάξεως, τρίτῃ δὲ ταύτης ἀνώτερον βίβλῳ δεδηλώκαμεν. (2) ὁμοίως δὲ καὶ τὰς αἰτίας, δι' ἃς, ἀναδραμόντες τοῖς χρόνοις πρὸ τούτων τῶν καιρῶν, συνεταξάμεθα τὰς πρὸ ταύτης βίβλους, ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ διεσαφήσαμεν. (3) Νῦν δὲ πειρασόμεθα τοὺς προειρημένους πολέμους, καὶ τὰς αἰτίας ἐξ ὧν ἐγένοντο, καὶ δι' ἃς ἐπὶ τοσούτον ᾠξήθησαν, μετ' ἀποδείξεως ἐξαγγέλλειν, βραχέα προειπόντες ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πραγματείας. (4) Ὅντος γὰρ ἐνὸς ἔργου καὶ θαύματος ἐνὸς τοῦ σύμπαντος, ὑπὲρ τούτου γράφειν ἐπιχειρήκαμεν τοῦ, πῶς καὶ πότε καὶ διὰ τί πάντα τὰ γνωρίζόμενα μέρη τῆς οἰκουμένης ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν ἐγένετο. (5) Τοῦτου δ' ἔχοντος καὶ τὴν ἀρχὴν γνωρίζομένην, καὶ τὸν χρόνον ὠρισμένον, καὶ τὴν συντελείαν ὁμολογουμένην χρησίμων ἡγούμεθ' εἶναι, καὶ τὸ περὶ τῶν μεγίστων ἐν αὐτῷ μερῶν, ὅσα μεταξὺ κεῖται τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ τέλους, κεραλαιωδῶς ἐπιμνησθῆναι καὶ προεκθέσθαι. (6) Μάλιστα γὰρ οὕτως ὑπολαμβάνομεν τοῖς φιλομαθοῦσι παρασκευάσειν ἱκανὴν ἐννοιαν τῆς ὅλης ἐπιβολῆς. (7) Πολλὰ μὲν γὰρ προλαμβάνουσι τῆς ψυχῆς ἐκ τῶν ὄλων πρὸς τὴν κατὰ μέρος τῶν πραγμάτων γνῶσιν, πολλὰ δ' ἐκ τῶν κατὰ μέρος πρὸς τὴν τῶν ὄλων ἐπιστήμην ἀρίστην ἡγούμενοι τὴν ἐξ ἀμφοῖν ἐπίστασιν καὶ θέαν, ἀκολουθοῦν τοῖς εἰρημένοις ποιησόμεθα τὴν προέχουσιν τῆς αὐτῶν πραγματείας. (8) Τὴν μὲν οὖν καθόλου τῆς ὑποθέσεως ἔμφασιν καὶ τὴν περιγραφὴν, ἤδη δεδηλώκαμεν. (9) Τῶν δὲ κατὰ μέρος ἐν αὐτῇ γεγόντων, ἀρχὰς μὲν εἶναι συμβαίνει τοὺς προειρημένους πολέμους καταστροφὴν δὲ καὶ συντελείαν, τὴν κατάλυσιν τῆς ἐν Μακεδονίᾳ βασιλείας χρόνον δὲ, τὸν μεταξὺ τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ τέλους, ἔτη πεντήκοντα τρία. (10) περιέχεσθαι δ' ἐν τούτῳ τηλικαύτας καὶ τοιαύτας πράξεις, ὅσας οὐδεὶς τῶν προγεγονότων καιρῶν ἐν ἴσῳ περιλαβεῖ διαστήματι. (11) Περὶ ὧν, ἀπὸ τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετραρακοστῆς Ὀλυμπιάδος ἀρχάμενοι, τοιάδε τινὰ ποιησόμεθα τὴν ἔφοδον τῆς ἐξηγήσεως.

II. Ὑποδείξαντες γὰρ τὰς αἰτίας, δι' ἃς ὁ προεδηλωμένος συνέστη Καρχηδονίος καὶ Ῥωμαῖος πόλεμος, ὁ προσαγορευθεὶς Ἀννιδιακός. (2) ἐροῦμεν, ὡς εἰς Ἰταλίαν ἐμβαλόντες Καρχηδόνιοι, καὶ καταλύσαντες τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν, εἰς μάγαν μὲν φόβον

# POLYBII

MEGALOPOLITANI

## HISTORIARUM LIBER III.

Principium historiarum nostrarum ponere nos Sociale Bellum, et Hannibalicum [sive Punicum secundum], tum illud quod de Coele-Syria est gestum, primo totius operis libro, qui tertius ab hoc est, declaravimus: (2) causasque etiam ibidem aperuimus, cur repetitam altius superiorum temporum historiam duobus libris qui hunc præcedunt, simul persecuti. (3) Nunc ad illa ipsa bella com memoranda, et causas simul demonstrandas propter quas et conflata ab initio fuere, et postea tam ingentia evasere, nos accingemus: si pauca prius de instituto opere fuerimus præfati. (4) Nam quum sit una res, unumque spectaculum, quo continetur totum hoc, ut omnes orbis terrarum cognitæ partes imperio Romano fuerint subjectæ, id ipsum quo modo, quo tempore, quibus causis effectum sit, memoriæ prodere constituimus. (5) Quumque ea res et notum habeat principium, et tempus definitum, et exitum manifestum de quo dubitare nemo queat; utile fore arbitramur, si notabiliores etiam quasque partes rei universæ, quæ inter initium atque exitum interjectæ sunt, summam prius commemoraverimus atque ob oculos lectorum posuerimus. (6) Ita enim facillime, opinor, consequemur, ut studiosus lector opus universum, quod suscepimus, animo concipiat. (7) Quoniam enim animus ex anticipata quadam rei universæ notitia multum juvatur ad rerum particularium cognitionem, et harum vicissim notitia multum confert ad scientiam rei totius; ideo, rationem considerandi contemplandique argumenti nostri optimam eam esse judicantes, quæ ex utroque istorum generum juncta sit; (8) præmittemus, quemadmodum diximus, brevem totius nostræ historiæ conspectum. Ac universi quidem argumenti nostri formam ambitumque jam declaravimus. (9) Rerum vero particulatim gestarum, quæ isto ambitu continentur, principia fuerunt bella illa, quorum paulo ante mentionem fecimus; exitus et consummatio, regni Macedonici eversio; tempus medium inter principium et finem, anni tres et quinquaginta. (10) Quo spatio tales tantæque res continentur, quantas nulla superior ætas pari temporis intervallo est complexa. (11) De quibus, initio ducto ab Olympiade cxi, narrationem tali ordine instituemus.

II. Nimirum, postquam causas demonstraverimus belli inter Carthaginienses et Romanos conflati, quod ab Hannibale appellationem est sortitum; (2) ostendemus, quomodo Poeni in Italiam ingressi, Romanorum everso domi-



ἐκείνους ἤγαγον περὶ σφῶν καὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδά-  
φους, μεγάλας δ' ἔσχον αὐτοὶ καὶ παραδόξους ἐλπίδας,  
ὥς καὶ τῆς Ῥώμης αὐτῆς ἐξ ἐφόδου κρατήσοντας.  
(3) Ἐξῆς δὲ τούτοις πειρασόμεθα διασαφεῖν, ὥς κατὰ  
τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Φίλιππος μὲν ὁ Μακεδὼν, δια-  
πολεμήσας Αἰτωλοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα συστησάμενος  
τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, ἐπέβαλετο κοινωρεῖν Καρχη-  
δονίοις τῶν αὐτῶν ἐλπίδων. (4) Ἀντίοχος δὲ καὶ  
Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἡμφισβήτουν, τέλος δὲ ἐπο-  
λέμησαν, ὑπὲρ Κοίλης Συρίας πρὸς ἀλλήλους. (5)  
Ῥόδιοι δὲ καὶ Προυσίαις, ἀναλαβόντες πρὸς Βυζαν-  
τίους πόλεμον, ἠγάγασαν αὐτοὺς ἰπποστῆναι τοῦ πα-  
ραγωγιάζειν τοὺς πλεόντας εἰς τὸν Πόντον. (6) Στή-  
σαντες δ' ἐπὶ τούτων τὴν διήγησιν, τὸν ὑπὲρ τῆς  
Ῥωμαίων πολιτείας συστησόμεθα λόγον· ὃ κατὰ τὸ  
συνεχὲς ὑποδείξομεν, ὅτι μέγιστα συνεβάλετο αὐτοῖς ἡ  
τοῦ πολιτεύματος ιδιότης, πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνακτη-  
σασθαι τὴν Ἰταλιωτῶν καὶ Σικελιωτῶν δυναστείαν,  
ἐτι δὲ τὴν Ἰθέρων προσλαβεῖν καὶ Κελτῶν ἀρχὴν,  
ἀλλὰ καὶ τὸ τελευταῖον πρὸς τὸ, κρατήσαντας τῷ πο-  
λέμῳ τῶν Καρχηδονίων, ἐννοίαν σχεῖν τῆς τῶν ὅλων  
ἐπιβολῆς. (7) Ἄμα δὲ τούτοις, κατὰ παρέχθαισιν,  
δηλώσομεν τὴν κατάλυσιν τῆς Ἱέρωνος τοῦ Συρακου-  
σίου δυναστείας. (8) Οἷς ἐπισυνάψομεν τὰς περὶ τὴν  
Αἴγυπτον ταραχάς, καὶ τὴν τρόπον, Πτολεμαίου τοῦ  
βασιλέως μεταλλάξαντος τὸν βίον, συμφρονήσαντες  
Ἀντίοχος καὶ Φίλιππος ἐπὶ διαιρέσει τῆς τοῦ καταλε-  
λειμμένου παιδὸς ἀρχῆς, ἤρξαντο κακοπραγμενεῖν,  
καὶ τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν, Φίλιππος μὲν τοῖς κατ'  
Αἴγυπτον καὶ Κερίαν καὶ Σάμον· Ἀντίοχος δὲ τοῖς  
κατὰ Κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην.

III. Μετὰ δὲ ταῦτα συγκεφαλαιωσάμενοι τὰς ἐν  
Ἰθέρια καὶ Αἰθύη καὶ Σικελίᾳ πράξεις Ῥωμαίων  
καὶ Καρχηδονίων, μεταδιβάσομεν τὴν διήγησιν ὁλο-  
σχερῶς εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους, ἅμα ταῖς  
τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς. (1) Ἐξηγησάμενοι δὲ  
τὰς Ἀττάλου καὶ Ῥοδίων ναυμαχίας πρὸς Φίλιπ-  
πον, ἐτι δὲ τὸν Ῥωμαίων καὶ Φιλίππου πόλεμον,  
πῶς ἐπράχθη, καὶ διὰ τίνων, καὶ τί τὸ τέλος ἔσχε·  
(2) τούτῳ συνάπτοντες τὸ συνεχὲς, μνησθῆσόμεθα  
τῆς Αἰτωλῶν ὀργῆς, καθ' ἣν Ἀντίοχον ἐπισπασά-  
μενοι, τὸν ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἀχαιοῖς καὶ Ῥωμαίοις  
ἐξέκαυσαν πόλεμον. (3) Οὐ δηλώσαντες τὰς αἰ-  
τίας, καὶ τὴν Ἀντίοχου διάβασιν εἰς τὴν Εὐρώπην,  
διασαφήσομεν πρῶτον μὲν, τὴν τρόπον ἐκ τῆς Ἑλ-  
λάδος ἔφυγε· δεύτερον δὲ, πῶς ἡττήθει, τῆς ἐπὶ τὰδε  
τοῦ Ταύρου πάσης ἐξεχώρησε. (5) τὸ δὲ τρίτον,  
τὴν τρόπον Ῥωμαῖοι, καταλύσαντες τὴν Γαλατῶν  
ὑβρίν, ἀδρήριτον μὲν σφίσι παρεσκευάσαν τὴν τῆς  
Ἀσίας ἀρχὴν, ἀπέλυσαν δὲ τοὺς ἐπὶ τὰδε τοῦ Ταύρου  
κατοικοῦντας βαρβαρικῶν φόβων, καὶ τῆς Γαλατῶν  
παρανομίας. (6) Μετὰ δὲ ταῦτα, θέντες ὑπὸ τὴν  
ὄψιν τὰς Αἰτωλῶν καὶ Κεραλλήνων ἀτυχίας, ἐπι-  
βαλοῦμεν τοὺς Εὐμένει συστάντας πρὸς τε Προυσίαν

natu, illos quidem in maximum periculum de sua salute  
ac patrio solo adduxerint, ipsi vero in magnam et inopia-  
tam spem venerunt Romam quoque ipsam primo impetu  
occupandi. (3) Exponere dein conabimur, quomodo per  
idem tempus rex Macedoniae Philippus, confecto bello quod  
cum Aetolis gesserat, ac rebus Graeciae deinde compositis,  
salutis et periculi societatem cum Carthaginiensibus con-  
trahere instituerit. (4) Tum, quemadmodum Antiochus et  
Ptolemæus Philopator de Syria Cava controversias primum  
inter se habuerint, ac tandem eadem ex causa bellum  
invicem gesserint: (5) Rhodii vero ac Prusias, bello con-  
tra Byzantios suscepto, coegerint hos a portorio abstinere,  
quod soliti erant a navigantibus in Pontum exigere. (6) Eo  
loci narrationem sistemus, et ad sermonem de republica  
Romana nos convertemus: cui proximum erit, ut ostenda-  
mus, suam illis reipublicae formam maximum momentum  
attulisse, non solum ad dominatum Italiae Siciliaeque recu-  
perandum, Hispaniamque praeterea et Galliam suae ditioni  
subjiciendam; sed tandem etiam, post devictos Pomos, ad  
cogitationem de quaerendo totius terrarum orbis imperio  
susciendam. (7) Simul, quomodo Hieronis Syracusani  
principatus fuerit eversus, per digressionem exponemus.  
(8) Post haec de Aegypti turbis subjiciemus, quoque modo  
post mortem Ptolemæi, societate de dividendo relictis pu-  
pilli imperio inita, Antiochus et Philippus dolis primum  
cœperint agere, dein aperte Philippus Aegypto, Cariae atque  
Samo [potius: Philippus Aegæi maris accolis (τοῖς κατ' Αἰ-  
γαῖον), Cariae et Samo], Antiochus vero Caele-Syriae et  
Phœniciae manus injecerint.

III. Postea, brevi compendio collectis rebus quas in  
Hispania, Africa, et Sicilia Romani ac Pœni gesserunt;  
narrationem totam ad Graeciae populos simul cum rebus  
ipsis eo se convertentibus, transferemus. (2) Enarratis  
autem Attali ac Rhodiorum dimicationibus maritimis ad-  
versus Philippum; nec non bello Romanorum cum Phi-  
lippo, quemadmodum illud fuit gestum, quibus ducibus,  
quo exitu: (3) quæ deinceps proxime sunt secuta sub-  
demus, et Aetolorum iram commemorabimus, cui indul-  
gentes Antiochum acciverunt, et bellum Asiaticum Achæis  
Romanisque concitaverunt. (4) Cujus belli causas ubi  
indicaverimus, et Antiochi in Europam trajectionem;  
fugam primo illius e Graecia peragemus; deinde, quo  
pacto victus omni cis Taurum Asia excesserit; (5) ter-  
tio, qua ratione Romani, Galatarum castigata audacia,  
sibi quidem Asiae imperium absque controversia parave-  
rint, incolas vero citerioris Asiae terroribus liberarint atque  
injuriis, quas barbari Galatae soliti erant eis inferre. (6)  
Positis inde ob oculos calamitatibus Aetolorum et Cephala-  
lenum; bella Eumenis cum Prusia et Gallograecis subji-

καὶ Γαλάτας πολέμους· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν μετ' Ἀριαράθου πρὸς Φαρνάκην. (7) Οἷς ἔξῃς ἐπιμνησθέντες τῆς Πελοποννησίων ὁμονοίας καὶ καταστάσεως, ἔτι δὲ τῆς αὐξήσεως τοῦ Ῥωδίων πολιτεύματος, συγκεφαλαιωσάμεθα τὴν ὅλην διήγησιν ἅμα καὶ τὰς πράξεις· (8) ἐπὶ πᾶσιν ἐξηγησάμενοι τὴν Ἀντιόχου στρατείαν εἰς Αἴγυπτον τοῦ κληθέντος Ἐπιφανοῦς, καὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον, καὶ τὴν καταλυσιν τῆς ἐν Μακεδονίᾳ βασιλείας. (9) Δι' ὧν ἅμα θεωρηθήσεται, πῶς ἕκαστα χειρίσαντες Ῥωμαῖοι, πᾶσαν ἐποίησαντο τὴν οἰκουμένην ὑπάρχειν αὐτοῖς.

IV. Εἰ μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν τῶν κατορθωμάτων, ἣ καὶ τῶν ἐλαττωμάτων, ἱκανὴν ἐνεδέχετο ποιήσασθαι τὴν διὰληψιν ὑπὲρ τῶν ψεκτῶν ἢ τοῦναντίον ἐπαινετῶν ἀνδρῶν καὶ πολιτευμάτων· ἐνθάδε που λήγειν ἂν ἡμᾶς ἔδει, καὶ καταστρέφειν ἅμα τὴν διήγησιν καὶ τὴν πραγματείαν ἐπὶ τὰς τελευταίας ῥηθείας πράξεις, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. (2) Ὅτε γὰρ χρόνος ὁ πεντηκοντακαιτριμτῆς εἰς ταῦτα ἐληγεν· ἣ τε αὐξήσις καὶ προκοπὴ τῆς Ῥωμαίων δυναστείας ἐτετελείωτο. (3) Πρὸς δὲ τούτοις, ὁμολογούμενον εἰδοκεῖ τοῦτ' εἶναι καὶ κατηναγκασμένον ἅπασιν, ὅτι λοιπόν ἐστι Ῥωμαίων ἀκούειν, καὶ τούτοις πειθαρχεῖν ὑπὲρ τῶν παραγγελλομένων. (4) Ἐπεὶ δ' οὐκ αὐτοτελεῖς εἰσιν, οὔτε περὶ τῶν κρατησάντων, οὔτε περὶ τῶν ἡλαττωμένων, αἱ φιλοῦς ἐξ αὐτῶν τῶν ἀγωνισμάτων διαλήψεις· (5) διὰ τὸ πολλοὺς μὲν τὰ μέγιστα δοκοῦντα εἶναι τῶν κατορθωμάτων, ὅταν μὴ δεόντως αὐτοῖς χρῆσονται, τὰς ἐκπληκτικωτάτας περιπετίας, ὅταν εὐγενῶς αὐτὰς ἀναδύωνται, πολλάκις εἰς τὴν τοῦ συμφέροντος περιπετωκέναι μερίδα· (6) προσθετόν ἂν εἴη ταῖς προειρημέναις πράξεσι, τὴν τε τῶν κρατούντων αἵρεσιν, ποία τις ἦν μετὰ ταῦτα, καὶ πῶς προστάτει τῶν ὅλων· τὰς τε τῶν ἄλλων ἀποδοχὰς καὶ διαλήψεις, πόσαι καὶ τίνας ὑπῆρχον περὶ τῶν ἡγουμένων· πρὸς δὲ τούτοις τὰς ὁρμὰς καὶ τοὺς ζήλους ἐξηγητόν, τίνας παρ' ἑκάστοις ἐπεκράτουν καὶ κατίσχυον, περὶ τε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους, καὶ τὰς κοινὰς πολιτείας. (7) Δῆλον γὰρ, ὥς ἐκ τούτων φανερόν ἐσται τοῖς μὲν νῦν ὄσιν, πότερα φευκτὴν, ἢ τοῦναντίον αἰρετὴν εἶναι συμβαίνει τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν· τοῖς δ' ἐπιγενομένοις, πότερα ἐπαινετὴν καὶ ζηλωτὴν, ἢ ψεκτὴν γεγενῆαι νομιστόν τὴν ἀρχὴν αὐτῶν. (8) Τὸ γὰρ ὠφέλιμον τῆς ἡμετέρας ἱστορίας, τρὸς τε τὸ παρὸν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον, ἐν τούτῳ πλείστον κείσεται τῷ μέρει. (9) Οὐ γὰρ δὴ τοῦτ' εἶναι τέλος ὑποληπτέον ἐν πράγματι, οὔτε τοῖς ἡγουμένοις, οὔτε τοῖς ἀποφαινομένοις ὑπὲρ τούτων, τὸ νικῆσαι καὶ ποιῆσασθαι πάντας ὑφ' αὐτούς. (10) Οὔτε γὰρ πολέμῳ τοῖς πύλας οὐδεὶς νοῦν ἔχων, ἐνεκεν αὐτοῦ τοῦ καταγωνισσάσθαι τοὺς ἀντιταττομένους· οὔτε πλεῖ τὰ πελάγη, χάριν τοῦ περαιωθῆναι μόνον· καὶ μὴν οὐδὲ τὰς ἐμπειρίας καὶ τέχνας αὐτῆς ἐνεκα τῆς ἐπιστήμης ἀναλαμβάνει. (11) Πάντες δὲ πράττουσι πάντα, χά-

ciemus; eo etiam adjecto, quod cum Ariarathē adversus Pharnacem gesserunt. (7) Mox, ubi mentionem fecerimus de Peloponnesiorum concordia et ordinatione, nec non de incrementis reipublicæ Rhodiorum : universam narrationem nostram et res ante expositas in pauca verba contrahemus. (8) Postremo denique loco Antiochi Epiphanis expeditionem in Ægyptum, tum bellum Persicum, et Macedonici regni eversionem exponemus. (9) Quibus ex rebus simul palam crit, quia rerum administratione in singulis usi Romani, orbem terrarum imperio suo subiecerint.

IV. Jam vero, si ex ipsis per se eventibus rerum acceptarum, sive prosperis, sive adversis, iniri recta æstimatio posset eorum quæ vel laudem vel vituperationem mererentur, sive in personis singulis, sive in ipsis rebus publicis; desinere, pro prima instituti nostri ratione, historiam nostram et scribendi finem nos facere par erat in iis rebus, quas postremo attigimus. (2) Nam tempus illud annorum LIII ibi desinit, et Romani imperii incrementum atque amplificatio ad summum jam pervenerat. (3) Ad hæc in confesso apud omnes erat, atque adeo confessionem hanc necessitas omnibus exprimebat, parendum de hinc esse Romanis, et illorum jussa capessenda. (4) Sed quoniam de victoribus aut victis quid sit sentiendum, ex nudo certaminum eventu satis recte judicari non potest : (5) quod multis res secundissimæ, quibus convenienter uti nesciverunt, evasere tandem perniciosissimæ; nec paucis res adversæ, quas generoso animo ferebant, maximas sæpe utilitates conciliavere : (6) propterea ad res gestas, quas commemoravimus, adjicienda tractatio fuerit, de eorum, qui vicere, institutis, qualia post victoriam fuerint; et quomodo orbis imperium administraverint : tum, quo affectu animatæ fuerint gentes in hos, penes quos fuit imperium, quamve de eis opinionem conceptam habuerint : denique dicendum, quinam animorum impetus, quæve studia, apud singulos populos, tum in vitis privatorum, tum in publicis consiliis, obtinuerint præcipue vigerintque. (7) Certe enim perspicue ex his intelligent, et qui nunc sunt, fugiendane sit ipsis, an contra probanda, Romanorum dominatio? et posteri, utrum laude atque admiratione dignum fuerit eorum imperium, an e contrario vituperatione? (8) Quippe, et in presens, et in posterum, in hanc potissimum partem plurimum utilitatis adferre poterit nostra historia. (9) Nam neque qui rebus præsumt, neque qui horum facta exponunt, finem rerum agendarum in hoc uno per se positum esse arbitrari debent, ut vincant et alios sibi subjiciant. (10) Nemo siquidem sapiens eo solo fine bellum suscipit, ut a certamine cum hoste superior discedat; neque navigantur maria, trajiciendi dumtaxat causa : sed ne scientiarum quidem disciplinæ aut artes aliæ hoc uno fine adiscuntur, ut sciantur. (11) Quin potius faciunt omnes

ριν τῶν ἐπιγεγομένων τοῖς ἔργοις ἡδέων, ἢ καλῶν, ἢ συμπερόντων. (12) Διὸ καὶ τῆς πραγματείας ταύτης τοῦτ' ἔσται τελεσιουργημα, τὸ γνῶναι τὴν κατάστασιν παρ' ἑκάστοις, πότα τις ἦν μετὰ τὸ καταγωνισθῆναι τὰ δλα, καὶ πεσεῖν εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐξουσίαν, ἕως τῆς μετὰ ταῦτα πάλιν ἐπιγεγομένης ταραχῆς καὶ κινήσεως. (13) Ὑπὲρ ἧς, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐν αὐτῇ πράξεων καὶ τὸ παράδοξον τῶν συμβαίνοντων, τὸ δὲ μέγιστον, διὰ τὸ τῶν πλείστων μὴ μόνον αὐτόπτης, ἀλλ' ὦν μὲν συνεργός, ὦν δὲ καὶ χειριστὴς γεγονέναι, προήχθη, ὅον ἀρχὴν ποιησάμενος ἄλλην, γράφειν.

V. Ἦν δ' ἡ προειρημένη κίνησις, ἐν ἣ Ῥωμαῖοι μὲν πρὸς Κελτίβηρας καὶ Οὐακκαίους ἐξήνεγκαν πόλεμον· Καρχηδόνιοι δὲ τὸν πρὸς Μασσανάσσην βασιλέα τῶν Λιβύων. (2) περὶ δὲ τὴν Ἀσίαν Ἀτταλος μὲν καὶ Προυσίας πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμυσαν· ὁ δὲ τῶν Καππαδοκῶν βασιλεὺς Ἀριαράθης, ἐκπεσὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Ὀροφέρνηου διὰ Δημοτρίου τοῦ βασιλέως, αὐθὺς ἀνεκτήσατο δι' αὐτοῦ τὴν πατρῴαν ἀρχήν. (3) ὁ δὲ Σελεύκου Δημήτριος κύριος γενόμενος ἔτι δώδεκα τῆς ἐν Συρίᾳ βασιλείας, ἅμα τοῦ βίου καὶ τῆς ἀρχῆς ἐστερήθη, συστραφέντων ἐπ' αὐτὸν τῶν ἄλλων βασιλέων. (4) Ἀποκατέστησαν δὲ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς Ἕλληνας εἰς τὴν οἰκίαν, τοὺς ἐκ τοῦ Περσικοῦ πολέμου κατατιθέντας, ἀπολύσαντες τῆς ἐπενεβίσεως αὐτοῖς διαβολῆς. (5) Οἱ δ' αὐτοὶ μετ' οὐ πολλὸν Καρχηδονίους ἐπέβαλον τὰς χεῖρας· τὸ μὲν πρῶτον μεταναστῆσαι, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἄρδην αὐτοὺς ἐξαναστῆσαι προθέμενοι, διὰ τὰς ἐν τοῖς ἐξῆς ῥηθησομένας αἰτίας. (6) Οἷς καταβλήλα, Μακεδόνων μὲν ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων φιλίας, Λακεδαιμονίων δὲ τῆς τῶν Ἀχαιῶν συμπολιτείας ἀποστάντων, ἅμα τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος ἔσχε τὸ κοινὸν ἀτύχημα πάσης τῆς Ἑλλάδος. (7) Τὰ μὲν οὖν τῆς ἐπιβολῆς ἡμῶν τοιαῦτα. Προσδεῖ δὲ τὰ τῆς τύχης, ἵνα συνδράμῃ τὰ τοῦ βίου πρὸς τὸ τὴν πρόθεσιν ἐπὶ τέλος ἀναγαγεῖν. (8) Πέπεισμαι μὲν γὰρ, κἄν τι συμβῇ περὶ ἡμᾶς ἀνθρώπινον, οὐκ ἀργήσιν τὴν ὑπόθεσιν, οὐδ' ἀπορήσιν ἀνδρῶν ἄξιόχρεων διὰ δὲ τὸ κάλλος πολλοὺς κατεγγυηθῆσθαι, καὶ σπουδάσειν ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν αὐτήν. (9) Ἐπεὶ δὲ τὰς ἐπιφανεστάτας τῶν πράξεων ἐπὶ κεφαλαίῳ διεληλύθαμεν, βουλόμενοι καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος εἰς ἔννοιαν ἀγαγεῖν τῆς ὅλης ἱστορίας τοὺς ἐντυγχάνοντας· ὥρα, μνημονεύοντας τῆς προθέσεως, ἐπαναγαγεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτῆς υποθέσεως.

VI. Ἦνιοι δὲ τῶν συγγεγραφότων τὰς κατ' Ἀννίβαν πράξεις, βουλόμενοι τὰς αἰτίας υποδεικνύειν ἡμῖν, δι' ἧς Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι ὁ προειρημένος πόλεμος ἐνέστη, πρώτην μὲν ἀποφαίνουσι τὴν Ζακάνθης πολιούρκιαν ὑπὸ Καρχηδονίων. (2) δευτέραν δὲ, τὴν διάβασιν αὐτῶν, παρὰ τὰς συνθήκας, τοῦ προσαγορευομένου παρὰ τοῖς ἔγχωροις Ἰθῆρος ποταμοῦ. (3) Ἐγὼ δὲ ταύτας ἀρχὰς μὲν εἶναι τοῦ πολέμου φησίμ' ἀναιτίας γε μὴν, οὐδαμῶς ἂν συγχωρήσασμαι. Πολλοὶ

omnia propter voluptatem aliquam, aut decus, aut utilitatem, quæ opera demum perfecta consequitur. (12) Itaque etiam operis huius ultima consummatio erit, ut ex eo cognoscatur, quis fuerit singulorum populorum status, postquam omnes gentes debellatæ Romanorum in potestatem devenerunt: donec rursus novæ turbæ ac motus exstiterent. (13) Quos motus ut et ipsos deinde, novo veluti scribendi initio sumto, enarrare constituerim, cum magnitudo rerum quæ tunc acciderunt, et casus mirabiles, me impulerunt; tum vero et illud inprimis, quod non solum spectator plerumque omnium fueram, sed etiam adiutor nummularum, quorundam et curator et administrator.

V. Sunt autem prædicti motus hi: quibus Romani bellum adversus Celiberos et Vaccæos susceperunt: Carthaginienses contra Massanissam regem in Africa; (2) in Asia Attalus et Prusias inter se bellarunt: Ariarathes, rex Cappadocum, regno expulsus ab Oroferne, Demetrii regis opibus adjuto, per se regnum paternum recepit: (3) Seleucus, Demetrii filius, cum annos duodecim regnum Syriæ tenuisset, ceteris regibus in ipsum conspirantibus, vitam simul cum regno amisit. (4) Quo tempore Romani Græcis exulibus, quibus ex bello Persico crimina erant imposita, criminatione liberatis, in patriam redeundi potestatem fecerunt. (5) Nec multo post iidem Pœnos sunt adorti; primo quidem, ut sedes mutare cogèrent, deinde vero, ut eos funditus delerent; eas ob causas, quas suo loco sumus exposituri. (6) Quo simul tempore, quum Macedones a Romanorum amicitia, Lacedæmonii ab Achæorum societate ac republica descivissent; communis calamitas universæ Græciæ principum simul ac finem est consecuta. (7) Atque hæc quidem sunt quæ explicanda suscipimus. Ceterum indulgentia fortunæ opus est, ut ea neminem usque operis suscepti vita nobis suppediet. (8) Verumtamen, si quid humanitas nobis contigerit, equidem persuasum habeo, non neglectum iri hoc argumentum, nec defuturos illi viros idoneos: (9) quin potius pulcritudine operis illectos multos hanc provinciam sibi fore desponsuros, operamque daturus, ut, quod fuerit inchoatum, ad finem perducant. Nunc, postquam res inter ceteras maxime insignes, quo magis lector universam historiam et in totum et per partes animo conciperet, perstrinximus: tempus est, ut propositi memores, ad principium rerum narrandarum orationem nostram referamus.

VI. Eorum, qui res Hannibalis memorie prodiderunt, nonnulli, quum exponere causas vellent, ex quibus ceptum est inter Carthaginienses ac Romanos bellum, cujus ante meminimus; primam hanc assignant, quod Saguntum Carthaginienses obsederint: (2) alteram vero hanc, quod contra pacis leges annem Iberum, quem incolæ vocant, iidem transierint. (3) Ego vero initia quidem belli ea fuisse, inficias non ierim: causas exstitisse, nequaquam

γὰρ δεῖ. (4) Εἰ μὴ καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς τὴν Ἀσίαν, αἰτίαν εἶναι τις φήσει τοῦ πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμου, καὶ τὸν Ἀντίοχον κατὰπλουν εἰς Δημητριάδα τοῦ πρὸς Ῥωμαίους· ὧν οὐτ' εἰκὸς, οὐτ' ἀληθές ἐστιν οὐδέτερον. (5) Τίς γὰρ ἂν νομίσειε ταύτας αἰτίας ὑπάρχειν, ὧν πολλὰ μὲν Ἀλέξανδρος πρότερον, οὐκ ὀλίγα δὲ Φίλιππος ἔτι ζῶν, ἐνήργησε καὶ παρεσκευάσατο πρὸς τὸν κατὰ τῶν Περσῶν πόλεμον; ὁμοίως δὲ πάλιν Αἰτωλοὶ πρὸ τῆς Ἀντιόχου παρουσίας, πρὸς τὸν κατὰ τῶν Ῥωμαίων; (6) Ἄλλ' ἐστὶν ἀνθρώπων τὰ τοιαῦτα, μὴ διυλιφώτων, ἀρχὴ τί διαφέρει καὶ πόσον διέστηκεν αἰτίας καὶ προσπάσεως, καὶ διότι τὰ μὲν ἐστὶ πρῶτα τῶν ἀπάντων, ἡ δ' ἀρχὴ τελευταῖον τῶν εἰρημένων. (7) Ἐγὼ δὲ παντὸς ἀρχὰς μὲν εἶναι φημί, τὰς πρῶτας ἐπιβολὰς καὶ πράξεις τῶν ἤδη κεκριμένων· αἰτίας δὲ, τὰς προκαθηγουμένας τῶν κρίσεων καὶ διαλήψεων· λέγω δ' ἐπινοίας καὶ διαθέσεις καὶ τοὺς περὶ ταῦτα συλλογισμούς, καὶ δι' ὧν ἐπὶ τὸ κρίναι τι καὶ προθεσθαι παραγιγνώμεθα. (8) Ἄλλων δ', οἷον τὸ προειρημένον, ἐκ τῶν ἐπιφερομένων. (9) Τίνες γὰρ ἀληθῶς ἦσαν αἰτίαι, καὶ πόθεν φῦναι συνέβη τὸν πρὸς τοὺς Πέρσας πόλεμον, εὐμαρὲς καὶ τῷ τυγχόντι συνιδεῖν. (10) Ἦν δὲ, πρῶτῃ μὲν, ἡ τῶν μετὰ Ξενοφώντος Ἑλλήνων ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν ἐπάνοδος· ἐν ᾗ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν διαπορευομένην αὐτῶν, πολεμίαν ὑπάρχουσαν, οὐδεὶς ἐτόλμα μένειν κατὰ πρόσωπον τῶν βαρβάρων. (11) Δευτέρᾳ δὲ, ἡ τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως Ἀγησιλάου διάδοσις εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐν ᾗ ἐκεῖνος οὐδὲν ἀξιοχρεῶν οὐδ' ἀντίπαλον εὐρὼν ταῖς σφετέραις ἐπιβολαῖς, ἀπρακτος ἠναγκάσθη μεταξὺ διὰ τὰς περὶ τὴν Ἑλλάδα ταραχὰς ἐπανελθεῖν. (12) Ἐξ ὧν Φίλιππος κατανοήσας καὶ συλλογισάμενος τὴν Περσῶν ἀνανδρίαν καὶ βαθυμίαν, καὶ τὴν αὐτοῦ καὶ Μακεδόνων εὐξίαν ἐν ταῖς πολεμικοῖς, ἔτι δὲ καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος τῶν ἱσχυμένων ἄθλων ἐκ τοῦ πολέμου πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενος· (13) ὅμα αὖ περιποιήσασθαι τὴν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίαν ὁμολογουμένην, εὐθέως προσπάει χρώμενος, ὅτι σπεύδει μεταλθεῖν τὴν Περσῶν παρανομίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας, ὁρμὴν ἔσχε καὶ προθετο πολεμεῖν, καὶ πάντα πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἡτοίμαζε. (14) Διόπερ αἰτίας μὲν τὰς πρῶτας ῥηθείσας ἡγήτεον τοῦ πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμου, πρόσασιν δὲ τὴν δευτέραν, ἀρχὴν δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς τὴν Ἀσίαν.

VII. Καὶ μὴν τοῦ κατ' Ἀντίοχον καὶ Ῥωμαίους, ὅλῳ, ὡς αἰτίαν μὲν τὴν Αἰτωλῶν ὀργὴν θετέον. (2) Ἐκεῖνοι γὰρ ὄξαντες ὑπὸ Ῥωμαίων ὀλιγοῦσθαι κατὰ πολλὰ περὶ τὴν ἐκδασιν τὴν ἐκ τοῦ Φιλίππου πολέμου, καθάπερ ἐπάνω προείπον, αὐτὸν μόνον Ἀντίοχον ἐκπεσπασάντο, πᾶν δὲ καὶ πρᾶξαι καὶ παθεῖν ὑπέστησαν διὰ τὴν ἐπιγενομένην ὀργὴν ἐκ τῶν προεξημένων καιρῶν. (3) Πρόσασιν δ' ἡγήτεον, τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθέρωσιν· ἣν ἐκεῖνοι, περιπορευόμενοι μετ' Ἀντίοχου τὰς πόλεις, ἀλόγως καὶ ψευδῶς κατήγγελλον ἀρχὴν δὲ τοῦ πολέμου, τὸν Ἀντίοχον κατὰπλουν εἰς Δημητριάδα.

concesserim. Quin longe aliter res habet. (4) Nisi quis putet, Alexandri transitum in Asiam, belli contra Persas causam fuisse; et Antiochi adventum Demetriadem cum classe, causam ejus belli quod cum Romanis ab eo gestum est. Quorum neutrum verum est, ac ne probabile quidem. (5) Nam quis eam fuisse causam existimet earum rerum, quas multas jam ante id tempus Alexander, nec paucas ipse etiam Philippus, dum erat in vivis, effecerat, et ad bellum adversus Persas apparaverat? aut eorum, quæ similiter ante Antiochi adventum Ætoli ad bellum paraverunt contra Romanos? (6) Hoc vero dicere, hominum est, qui numquam cogitarunt, quid discriminis sit, et quantum inter se distent principium, causa, et prætextus: quorum duo posteriora præcedunt rem universam; principium vero, postremum est eorum quæ diximus. (7) Ego principia cujusque rei esse statuo, primos conatus, primasque effectiones eorum quæ fuerint decreta: causas vero, quæ decreta animi et capta consilia antecedunt; nempe cogitationes, animorum affectiones et rationationes quæ de rebus agendis suscipiuntur, et per quas ad decernendum aliquid nobisque proponendum accedimus. (8) Quod dico, clarius fiet ex his, quæ statim subjiciam. (9) Nam quæ veræ causæ fuerint, unde sit natum bellum contra Persas, quivis facile intelligat. (10) Prima earum est, Græcorum, qui cum Xenophonte erant, reditus e superioris Asiæ satrapiis; cum quidem totam Asiam, hostium suorum sedem, pertranseuntibus ipsis, nemo repertus erat barbarorum, qui prodire contra, et se eis opponere auderet. (11) Altera causa est, Agesilai Lacedæmoniorum regis transitus in Asiam; qui neminem ibi, cui satis animi aut virium esset ad prohibenda sua incepta, invenerat; sed in medio conatu, propter tumultum in Græcia exortos, re infecta coactus erat redire. (12) Quibus ex rebus quum de ignavia et socordia Persarum conjecturam fecisset Philippus; suam et Macedonum peritiam rei militaris non ignorans; et præmiorum magnitudinem ac decus ob oculos sibi ponens, quæ eo bello consecuturus esset; (13) simul ac Græcorum omnium consentientem benevolentiam sibi concillaverat, confestim eo prætextu utens, quasi Græcorum injurias a Persis acceptas omni studio altum iret, impetum cepit consiliumque iniri belli gerendi, omniaque ad tantum inceptum necessaria apparare cepit. (14) Quamobrem, belli contra Persas causæ quidem censi debent, quas primo loco posuimus; prætextus vero, quem secundo; principium autem, Alexandri trajectio in Asiam.

VII. Sic etiam ejus belli, quod inter Antiochum et Romanos fuit, palam est, causam debere statui, indignationem Ætolorum. (2) Nam hi, quum circa exitum belli Philippici multis modis sperni a Romanis sibi viderentur, non solum Antiochum acciverunt, ut ante dicebamus, sed etiam ob iram ex illo tempore conceptam quidvis facere ac pati sustinuerunt. (3) At prætextus existimandus est, liberatio Græcorum; ad quam Ætoli, singulas urbes cum Antiocho obeuntes, absurde et falso omnes vocabant. Principium vero fuit, Antiochi ad Demetriadem cum

(4) Ἐγὼ δὲ τὴν ἐπὶ πλεῖον διαστολὴν πεποιῆμαι περὶ τούτων, οὐχ ἕνεκα τῆς τῶν συγγραφέων ἐπιτιμῆσεως, χάριν δὲ τῆς τῶν φιλομαθούντων ἐπανορθώσεως. (5) Τί γὰρ ὄφελος ἱατροῦ καίμουσιν ἀγνοοῦντος τὰς αἰτίας τῶν περὶ τὰ σώματα διαθέσεων; τί δ' ἄνδρὸς πραγματικοῦ, μὴ δυναμένου συλλογίζεσθαι, πῶς καὶ διὰ τί καὶ πόθεν ἕκαστα τῶν πραγμάτων τὰς ἀπορρέουσας εἴληπεν; (6) Οὐτε γὰρ ἐκείνους εἰκὸς οὐδέποτε δεόντως συστήσασθαι τὰς τῶν σωμάτων θεραπείας· οὔτε τὸν πραγματικὸν οὐδὲν οἷόν τε κατὰ τρόπον χειρίσαι τῶν προσπιπτόντων, ἄνευ τῆς τῶν προειρημένων ἐπιγνώσεως. (7) Διόπερ οὐδὲν οὕτω φυλακτέον καὶ ζητητέον, ὥς τὰς αἰτίας ἑκάστου τῶν συμβαινόντων. Ἐπειδὴ φύεται μὲν ἐκ τῶν τυχόντων πολλάκις τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων, ἴσθαι δὲ βῆστος ἐστὶ παντὸς τὰς πρώτας ἐπιβολὰς καὶ διαλήψεις.

VIII. Φάβιος δὲ φησιν, δ' Ῥωμαϊκὸς συγγραφεὺς, ἅμα τῷ κατὰ Ζακανθαίου ἀδίκηματι, καὶ τὴν Ἀσδρούβου πλεονεξίαν καὶ φιλαρχίαν, αἰτίαν γίνεσθαι τοῦ κατ' Ἀννίβαν πολέμου. (2) Ἐκείνους γάρ, μεγάλην ἀνελιφτότα τὴν δυναστείαν ἐν τοῖς κατ' Ἰβηρίαν τόποις, μετὰ ταῦτα παραγενόμενον ἐπὶ Λιβύην, ἐπιβαλίσθαι, καταλύσαντα τοὺς νόμους, εἰς μοναρχίαν περιστῆσαι τὸ πολίτευμα τῶν Καρχηδονίων. (3) τοὺς δὲ πρώτους ἄνδρας ἐπὶ τοῦ πολιτεύματος, προἰδομένους αὐτοῦ τὴν ἐπιβολὴν, συμφρονῆσαι καὶ διαστῆναι πρὸς αὐτόν. (4) τὸν δ' Ἀσδρούβαν, ὑπιδόμενον, ἀναχωρήσαντα ἐκ τῆς Λιβύης, τὸ λοιπὸν ἤδη τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν χειρίζειν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, οὐ προσέχοντα τῷ συνεδρίῳ τῶν Καρχηδονίων. (5) Ἀννίβαν δὲ, κοινὸν καὶ ζηλωτὴν ἐκ μειρακίου γεγονέναι τῆς ἐκείνου προαιρέσεως, καὶ τότε διαδεξάμενον τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν Ἀσδρούβα ποιῆσθαι τῶν πραγμάτων. (6) Διὸ καὶ νῦν τὸν πολέμον τοῦτον ἐξηγησέμεν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν Ῥωμαίοις, παρὰ τὴν Καρχηδονίων γνώμην. (7) Οὐδένα γὰρ εὐδοκεῖν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Καρχηδόνι τοῖς ὑπ' Ἀννίβου περὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν πράχθεσι. (8) Ταῦτα δ' εἰπὼν, φησὶ, μετὰ τὴν τῆς προειρημένης πόλεως ἄλωσιν παραγενέσθαι τοὺς Ῥωμαίους, οἰομένους δεῖν ἢ τὸν Ἀννίβαν ἐκδιδόναι σφίσι τοὺς Καρχηδονίους, ἢ τὸν πόλεμον ἀναλκμῆσαι. (9) Εἰ δὲ τις ἔροιτο τὸν συγγραφέα, ποῖος ἦν καιρὸς οἰκειότερος τοῖς Καρχηδονίοις, ἢ ποῖον πρᾶγμα τούτου δικαιότερον ἢ συμφορώτερον, ἐπεὶ περ ἐξ ἀρχῆς δυσηρεστοῦντο, καθάπερ οὗτος φησὶ, τοῖς ὑπ' Ἀννίβου πραττομένοις. (10) τοῦ, πεισθέντας τότε τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων παρακαλουμένοις, ἐκδοῦναι μὲν τὸν αἴτιον τῶν ἀδικημάτων, ἐπανελίσθαι δ' εὐλόγως δι' ἐτέρων τὸν κοινὸν ἐχθρὸν τῆς πόλεως, περιποιήσασθαι δὲ τῇ χώρᾳ τὴν ἀσφάλειαν, ἀποτριψάμενους τὸν ἐπιφερόμενον πόλεμον, δόγματι μόνον τὴν ἐκδίκησιν ποιησάμενους; τί ἂν εἰπεῖν ἔχοι πρὸς αὐτά; δῆλον γάρ, ὥς οὐδέν. (11) Οἱ δὲ τοσούτων ἀπέσχον τοῦ

classe appulsus. (4) Ego vero propterea distinctionem inter hæc tria ideo pluribus exposui; non ut rerum scriptores reprehenderem; verum ut, errore agnito, studiosi lectores proficerent. (5) Nam quorsum ægroto medicus qui causas ignoret affectionum humani corporis? Quæve viri utilitas, qui ad tractandam remp. accedit, nec tamen dignoscere valet, quomodo, quare, et unde singula, quæ eveniunt, causam cur fierent sint nacta? (6) Sane, neque ille curandi corpora rectam viam unquam insistet: neque hic ullum negotium, si ea ignoret quæ diximus, recta ratione poterit administrare. (7) Idcirco, nihil tam sollicitè observandum, neque inquirendum, quam omnium eventuum causæ. Sæpe enim res maximæ a parvis principiiis oriuntur: in omni autem re facillimum est, primis statim conatibus consiliisque medicinam opponere.

XIII. Quum advenissent Carthaginenses, et in æquo sub ipsis montis radicibus castra communissent; prædam quidem sine ullo discrimine eis se erepturum Romanus sperabat, maxime vero etiam toti se bello impositurum finem, in tanta quidem locorum opportunitate. (2) Totus igitur in his rebus atque huiusmodi consiliis erat Fabius: quæ loca eligeret, quomodo ad insidias militem locaret, quos et unde primum in hostem cooriri juberet, deliberans. (3) Sed quum in diem sequentem suos apparatus referrent Romani; Hannibal, conjectura rem assecutus, ad exsequenda, quæ cogitaverat hostis, tempus atque otium non dedit. (4) Quin, accito Asdrubale, ministeriis militaribus præfecto, negotium dat illi, ut facies quam plurimas raptim conficiat ex colligatis fascibus lignorum siccorum cujuscumque generis, selectosque ex universa præda boves operi assuetos, ad bis mille, quam robustissimos, pro castris cogat. (5) Quod ubi factum est, operis militaribus medium quoddam jugum ostendit inter castra sua et angustias, per quas transiturus erat: eo boves naviter ac per vim agi, postquam signum esset datum, jubet, donec ad cacumina foret perventum. (6) His mandatis, cenare et ad quietem se tempestive recipere omnibus præcipit. (7) Deinde tertia noctis vigilia jam inclinate, operas primum educit, et boum cornibus facies alligari imperat. (8) Quod quum propere propter multitudinem ministrorum esset peractum, facies omnes accendendi signum dat, et armenta in adversos concitandi montes. (9) Horum a tergo jaculatores sequi jubet, datque eis mandatum, ut operas, quæ boves agebant, aliquantisper adjuvarent; sed ubi primum ad cursum se armenta incitarent, ad latera devertant, et concurrentes loca superiora invadant summaque juga occupent: ut, sicubi in iis hostes occur-

τὰς υπερβολάς. (10) Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, αὐτὸς ἀναλαβὼν πρῶτα μὲν τὰ βαρέα τῶν ὄπλων, ἐπὶ δὲ τοῦτοις τοὺς ἵπποις, ἐξῆς δὲ τὴν λείαν, ἐπὶ δὲ πᾶσι τοὺς Ἰβήρας καὶ τοὺς Κελτοὺς, ἦκε πρὸς τὰ στενὰ καὶ τὰς διεκβολάς.

XCIV. Τῶν δὲ Ῥωμαίων, οἱ μὲν ἐπὶ τοῖς στενοῖς φυλάττοντες, ἅμα τῷ συνιδεῖν τὰ φῶτα προσβάλλοντα πρὸς τὰς υπερβολάς, νομίσαντες ταύτῃ ποιεῖσθαι τὴν ὁρμὴν τὸν Ἀννίβαν, ἀπολιπόντες τὰς δυσχωρίας, παρεβόηθον τοῖς ἄκροις. (2) Ἐγγίζοντες δὲ τοῖς βουσί, ἠπορούντο διὰ τὰ φῶτα, μεῖζόν τι τοῦ συμβαίνοντος καὶ δεινότερον ἀναπλάττοντες καὶ προσδοκῶντες. (3) Ἐπιγενομένων δὲ τῶν λογχοφόρων, οὗτοι μὲν βραχέα πρὸς ἀλλήλους ἀκροβολισάμενοι, τῶν βοῶν αὐτοῖς ἐπιπτόντων, ἐμειναν διαστάντες ἐπὶ τῶν ἄκρων ἀμφοτέρω, καὶ προσανεῖχον καρδοκοῦντες τὴν ἐπιφάνειαν τῆς ἡμέρας, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι γινῶναι τὸ γινόμενον. (4) Φάβιος δὲ, τὰ μὲν ἀπορούμενος ἐπὶ τῷ συμβαίνειν, καὶ, κατὰ τὸν ποιητὴν, οἰσάμενος δόλον εἶναι, τὰ δὲ, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν, οὐδαμῶς κρίνων ἐκκυβεύειν, οὐδὲ παραβάλλεσθαι τοῖς ὁλοῖς, ἦγε τὴν ἡσυχίαν ἐπὶ τῷ χαρακί, καὶ προσεδέχετο τὴν ἡμέραν. (5) Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Ἀννίβας, προχωροῦντων αὐτῷ τῶν πραγμάτων κατὰ τὴν ἐπιβολὴν, τὴν τε δύναμιν διεκόμισε διὰ τῶν στενῶν μετ' ἀσφαλείας καὶ τὴν λείαν, λελοιπότην τοὺς τόπους τῶν παραφυλαττόντων τὰς δυσχωρίας. (6) ἅμα δὲ τῷ φωτὶ συνιδὼν τοὺς ἐν τοῖς ἄκροις ἀντικαθήμενους τοῖς λογχοφόροις, ἐπαπέστειλέ τινας τῶν Ἰβήρων οἱ καὶ συμμίζαντες, κατέβαλον μὲν τῶν Ῥωμαίων εἰς χιλοὺς ῥαδίως δὲ τοὺς παρὰ σφῶν εὐζώνους ἐκδεχάμενοι κατεβίβασαν. (7) Ἀννίβας μὲν οὖν, τοιαύτην ἐκ τοῦ Φαλέρονι ποιησάμενος τὴν ἔξοδον, λοιπὸν ἤδη στρατοπεδεύων ἀσφαλῶς, κατεσκέπτετο καὶ προῦνοεῖτο περὶ τῆς χειμασίας, ποῦ καὶ πῶς ποιήσεται· μέγαν φόβον καὶ πολλὴν ἀπορίαν παρεσταχὼς ταῖς πόλεσι, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀνθρώποις. (8) Φάβιος δὲ κακῶς μὲν ἤκουε παρὰ τοῖς πολλοῖς, ὥς ἀνάνδρως ἐκ τοιούτων τόπων προέμενος τοὺς ὑπεναντίους· οὐ μὴν ἀρίστατό γε τῆς προθέσεως. (9) Καὶ ἀναγκασθεὶς δὲ μετ' ὀλίγας ἡμέρας, ἐπὶ τινας ἀπελθεῖν θυσίας εἰς τὴν Ῥώμην, παρέδωκε τῷ συνάρχοντι τὰ στρατόπεδα, καὶ πολλὰ χωριζόμενος ἐντεταλτο, μὴ τοσαύτην ποιεῖσθαι σπουδὴν ὑπὲρ τοῦ βλάψαι τοὺς πολέμους, ἢ λίαν ὑπὲρ τοῦ μὴδὲν αὐτοὺς παθεῖν δεινόν. (10) Ὡς οὐδὲ μικρὸν ἐν νῷ τιθέμενος Μάρκος, ἔτι λέγοντος αὐτοῦ ταῦτα, πρὸς τῷ παραβάλλεσθαι καὶ τῷ διακινδυνεύειν ὁλος καὶ πᾶς ᾔην.

XCV. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, τοιαύτην εἶχε τὴν διάθεσιν. (2) Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ταῖς προεξηρμέναις πράξεσιν, Ἀσδρούβας, ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς Ἰβηρίας στρατηγός, κατηρτικῶς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ τὰς ἐπὶ τᾶδελοφῷ καταλειφθεῖσας τριάκοντα ναῦς, καὶ δέκα προσπεληρωκῶς ἑλλας, ἀρχομένης τῆς θελείας ἀνήχθη τετταράκοντα ναυσὶ καταφράκτοις ἐκ

rant, in eos incursent, et manum cum illis conserant. (10) Eodem tempore ipse, instructo agmine, ita ut præcederet gravis armatura, tum sequerentur equites, post hos prædæ, denique novissimi omnium Hispani et Galli, ad fauces atque transitum perrexit.

XCIV. Romani, qui ad transitum saltus locati erant, ubi ignes ad juga accedentes conspexerunt, ea transire Hannibalem ratî, relictis angustiiis ubi in statione erant, ad summa juga accurrunt. (2) Sed appropinquantes ad boves, quid rei essent isti ignes, nesciebant; majoraque et graviora veris pericula capitibus suis imminetia fingeant. (3) Mox supervenientibus jaculatoribus, levi prælio commisso, cum boves in medias acies incurrerent, diremti sunt, et ex aliquo intervallo in jugis substiterunt; ac lucis ortum cupidis animis præstolantes, quoniam videre, quæ fierent, non peterant, quieti se continuerunt. (4) Fabius, partim anxius, quod nesciret quid sibi istud vellet, atque, ut ait poeta, « esse dolum quia credidit hostis, » partim susceptæ a principio sententiæ memor, aleam jacere et periculum summæ rerum facere nequaquam volens, et ipse, diem expectans, suos munimentis tenuit. (5) Interea Hannibal, rebus uti proposuerat succedentibus, quum stationes in faucibus locatæ præsidio excessissent, et exercitum et prædam per saltum tuto traduxit. (6) Atque ut prima luce animadvertit, suis jaculatoribus periculum imminere ab iis Romanis, qui summa juga occupaverant, manum Hispanorum adversus eos misit: qui, certamine cum illis inito, mille circiter Romanorum prostraverunt, suos vero expeditos non difficulter receptos e montibus deduxerunt. (7) Hoc egressus modo Hannibal ex agro Falerno, tuta jam ab hoste castra habens, locum hibernis circumspectabat, et, ubi quove modo esset illa acturus, deliberabat; tanto terrore urbibus et universis Italiæ cultoribus injecto, ut quo se verterent nescirent. (8) Fabium vero multitudo sermonibus differre, quasi per ignaviam e locis adeo opportunis Pœnos elabi passus esset. Ille contra nihilo secius tenax propositi sibi constare. (9) Qui quum paucis post diebus sacrorum quorundam causa Romam abire esset coactus, legiones Minucio tradens, etiam atque etiam in discessu illi mandavit, ut plus in eo studii poneret, ne detrimentum ullum suus exercitus acciperet, quam ut hostem læderet. (10) Quod præceptum Minucius adeo ad animum non revocavit, ut, priusquam dictator loqui desisset, totus et mente et animo in eo caset, ut temere quidvis auderet ac pugnæ discrimen subiret.

XXCV. Et in Italia quidem facies rerum hæc erat. (2) In Hispania vero, quo tempore hæc gerebantur, Asdrubal qui eam cum exercitu obtinebat, instructis per hiemem triginta navibus, quas a fratre acceperat, decemque aliis ad eum numerum adjectis cum remigio, principio æstatis cum

Καινῆς πόλεως, προχειρισάμενος Ἀμιλικαν τοῦ στόλου κύαρχον. (3) Ἄμα δὲ καὶ τὴν πεζὴν ἐκ τῆς παραχιμασίας ἡθροικῶς δύναμιν, ἀνέβευξε· καὶ ταῖς μὲν κλισίαι παρὰ τὴν χέρσον ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, τοῖς δὲ πεζοῖς τὴν πορείαν παρὰ τὸν αἰγιαλὸν σπεύδων ἀμφοτέραις ἅμα ταῖς δυνάμεισι καταζευξάμενος πρὸς τὸν Ἰθρη ποταμὸν. (4) Γνώσιος δὲ τὰς ἐπιβολὰς συλλογισζόμενος τῶν Καρχηδονίων, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλετο, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἐκ τῆς παραχιμασίας ποιεῖσθαι τὴν ἀπάντησιν. (5) Ἀκούων δὲ τὸ πλῆθος τῶν δυνάμεων, καὶ τὸ μέγεθος τῆς παρασκευῆς, τὸ μὲν κατὰ γῆν ἀπαντᾶν ἀπεδοκίμασε· συμπληρώσας δὲ πέντε καὶ τριάκοντα ναῦς, καὶ λαβὼν ἐκ τοῦ πεζικοῦ στρατεύματος τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἄνδρας πρὸς τὴν ἐπιδακτικὴν χρεῖαν, ἀνήχθη, καὶ κατῆρε δευτεραίος ἐκ Ταρράκωνος εἰς τοὺς περὶ τὸν Ἰθρη ποταμὸν τόπους. (6) Καθορμισθεὶς δὲ τῶν πολεμίων ἐν ἀποστήματι περὶ τοὺς ὀδομήκοντα σταδίου, προαπέστειλε κατασκευασμένους δύο ναῦς ταχυπλοῦσας Μασσαλιωτικάς· καὶ γὰρ προκαθηγούτων καὶ προεκινδύνουν οὗτοι, καὶ πᾶσαν ἀποτόμως σφίσι παρέχοντο τὴν χρεῖαν. (7) Εὐγενῶς γὰρ, εἰ καὶ τινες ἕτεροι, κεκοινωνήκασιν Ῥωμαίοις πραγμάτων καὶ Μασσαλιώται, πολλάκις μὲν καὶ μετὰ ταῦτα, μάλιστα δὲ κατὰ τὸν Ἀννιβιακὸν πόλεμον. (8) Διασαφούντων δὲ τῶν ἐπὶ τὴν κατασκοπὴν ἐκπεμψέντων, ὅτι περὶ τὸ στόμα τοῦ ποταμοῦ συμβαίνει τὸν τῶν ὑπεναντίων ὁρμεῖν στόλον, ἀνήγετο κατὰ σπουδὴν, βουλόμενος ἄρῃα προσπεσεῖν τοῖς πολεμίοις.

XCVI. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν, σημηνάντων αὐτοῖς τῶν σκοπῶν ἐκ πολλοῦ τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων, ἅμα τὰς πεζικάς ἐξέταττον δυνάμεις παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ τοῖς πληρώμασι παρήγγελλον ἐμβαίνειν εἰς τὰς ναῦς. (1) Ἦδη δὲ καὶ τὸν Ῥωμαίων συνέγγυς δύναμις, σημηνάντες πολεμικὸν, ἀνῆγγοντο, κρίναντες ναυμαχεῖν. Συμβαλόντες δὲ τοῖς πολεμίοις, βραχὺν μὲν τινα χρόνον ἀντεποιήσαντο τῆς νίκης· μετ' οὐ πολὺ δὲ πρὸς τὸ κλίνειν ὥρμησαν. (2) Ἡ γὰρ ἐφεδρεία τῶν πεζῶν ἢ περὶ τὸν αἰγιαλὸν, οὐχ οὕτως αὐτοὺς ὥνησε, θάρσος παριστάνουσα πρὸς τὸν κίνδυνον, ὥς ἐβλαψε, τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἐτοιμὴν παρασκευάζουσα. (3) Ἰδὼν, δύο μὲν αὐτάνδρους νῆας ἀποβαλόντες, τεταρτῶν δὲ τοὺς ταρσοὺς καὶ τοὺς ἐπιβάτας, ἔφευγον ἐκ κλινόντες εἰς τὴν γῆν. (4) Ἐπικειμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐκθύμως, τὰς μὲν ναῦς ἐξέβαλον εἰς τὸν αἰγιαλὸν, αὐτοὶ δ' ἀποπηδῆσαντες ἐκ τῶν πλοίων, ἐσώζοντο πρὸς τοὺς παρατεταγμένους. (5) Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ταμηρῶς συνεγγίσαντες τῇ γῇ, καὶ τὰ δυνάμενα κινεῖσθαι τῶν πλοίων ἀναδυσάμενοι, μετὰ χαρᾶς ὑπερβαλλούσης ἀπέπλεον· νενικηκότες μὲν ἐξ ἐφόδου τοὺς ὑπεναντίους, κρατοῦντες δὲ τῆς θαλάττης, εἰκοσι δὲ καὶ πέντε ναῦς ἔχοντες τῶν πολεμίων. (6) Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἰθρηλίαν ἀπὸ τούτων κυδιστέρας εἰλόφειτο Ῥωμαῖοις τὰς ἐλπίδας, διὰ τὸ προειρημένον καὶ ἔκδημα. (7) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, προσπεσόντος αὐ-

quadraginta armatarum navium classe, cui Amilicarem præfecerat, Carthagine nova solvit. (3) Simul vero pedestres etiam copias ex hibernis accivit; atque ita profectus, naves prope terram, pedestrem exercitum secundum littus, ducebat: habens in animo, cum utroque exercitu ad Iberum amnem considere. (4) Cn. Scipio, consilio Carthaginensium intellecto, constituerat primo ex hibernis et pedestri itinere et maritimo obviam hosti procedere. (5) Sed ut multitudinem hostilium copiarum et apparatus magnitudinem fama acceperat, improbata priore sententia de pedestri occurso, quinque et triginta navium classem remigio instruit; et fortissimis quibusque ex omni copiarum pedestrium numero in usum classicæ militiæ selectis, obviam hosti profectus, altero ab Tarracone die ad proxima ostiis Iberi amnis loca pervenit. (6) Ibi statione capta ad decem millia passuum ab hoste, duas Massiliensium naves celerrimo remigio instructas speculatum præmisit: hi enim et viæ duces ei erant, et primi se periculis objectabant, et omnino ad omne officii genus præsto erant. (7) Generose namque Massilienses, si qui alii, cum postea sæpe, tum hoc maxime bello Hanniblico, consilia cum Romanis consociarunt. (8) Referentibus qui speculatum missi fuerant, classem Punicam stare ad ostium fluminis, sublatis protinus ancoris pergit, ex improvise hostem invasurus.

XCVI. Sed Asdrubali jam multo ante ab exploratoribus datum signum erat, quo de adventu classis hostilis monebatur. Itaque terrestres simul in littore copias in aciem instruxerat, et remigium naves jusserat conscendere. (2) Et quum jam haud procul Romana classis abesset, classicum canentes Pœni solvunt, configere cum hoste parati. Sed prælio commisso, breve tempus pro victoria certarunt, mox in fugam inclinarunt. (3) Subsidium enim peditum, in littore ob oculos illis positum, non tam illos juvit, ut forti animo prælium capesserent, quam eo nocuit, quod salutis spem paratam illis ostendebat. (4) Igitur, postquam cum ipsis viris naves duas amisissent, et quatuor aliarum remi detersti, milites occisi essent, re inclinata in terram fugerunt. (5) Pressi deinde ab instantibus acerrime Romanis, in littus passim naves agunt: ipsi in terram saltu se ejiciunt, et ad suorum aciem in littore stantem evadunt. (6) Romani intrepide ad littus accedunt, et omnes quæ moveri potuerunt naves, religatas puppibus, secum abducunt: gaudio incredibili exsultantes, quod primo impetu hostes vicissent, et toto illius oræ mari potirentur, navesque adversariorum quinque et viginti in potestate haberent. (7) Post hanc victoriam, meliore loco res Romanorum in Hispania esse cœperunt. (8) At Carthaginienses, nuntio hujus cladis



τοῖς τοῦ γεγονότος ἐλαττώματος, παραχρῆμα πληρώσαντες ἐβδόμηκοντα νῆας ἐξαπέστειλαν· κρίναντες, ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς πάσας τὰς ἐπιβολὰς, ἀντέχεσθαι τῆς θαλάττης. (9) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον, εἰς Σαρδόνα, ἐκείθεν δὲ πρὸς τοὺς περὶ Πίσας τόπους τῆς Ἰταλίας προσέβαλον, πεπεισμένων τῶν ἐπιπλεόντων, συμμίζειν ἐνθάδε τοῖς περὶ τὸν Ἀννίδαν. (10) Ταχὺ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀναχθέντων ἐπ' αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς τῆς Ῥώμης ἑκατὸν εἴκοσι σκάφesi πεντηρικοῖς, πυθόμενοι τὸν ἀνάπλου, οὗτοι μὲν αὖθις ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Σαρδόνα, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν εἰς Καρχηδόνα. (11) Γναίος δὲ Σερούλιος, ἔχων τὸν προειρημένον στόλον, ἕως μὲν τινος ἐπικολούθει τοῖς Καρχηδονίοις, συνάψειν πεπεισμένος· πολλὴ δὲ καθυστερῶν, ἀπέγνω. (12) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον τῆς Σικελίας Λιλυθαίῳ προσέσχε· μετὰ δὲ ταῦτα καταπλεύσας τῆς Λιβύης ὡς ἐπὶ τῶν Κερκινητῶν νῆσον, καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν χρήματα τοῦ μὴ πορθῆσαι τὴν χώραν, ἀπηλλάγη. (13) Κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλου γενόμενος κύριος νήσου Κοσσύρου, καὶ φρουρὰν εἰς τὸ πολισμάτιον εἰσαγαγὼν, αὖθις εἰς τὸ Λιλυθαῖον κατῆρε. (14) Καὶ τὸ λοιπὸν, οὗτος μὲν αὐτοῦ συνορμίσας τὸν στόλον, μετ' οὐ πολλὸν χρόνον αὐτὸς ἀνεκοιμήθη πρὸς τὰς πεζικὰς δυνάμεις.

XCVII. Οἱ δ' ἐκ τῆς συγκλήτου, πυθόμενοι τὸ γεγονὸς προτέρημα διὰ τοῦ Γναίου περὶ τὴν ναυμαχίαν, καὶ νομίσαντες, χρήσιμον εἶναι, μάλλον δ' ἀναγκαῖον, τὸ μὴ προΐεσθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἀλλ' ἐνίστασθαι τοῖς Καρχηδονίοις, καὶ τὸν πόλεμον αὔξειν· (2) προχειρισάμενοι αὖς εἴκοσι, καὶ στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Πόπλιον Σκιπίωνα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, ἐξαπέστειλον μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γναίον, κοινῇ πράζοντα μετ' ἐκείνου τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν. (3) Πάνυ γὰρ ἡγωνίων, μὴ κρατήσαντες Καρχηδόνιοι τῶν τόπων ἐκείνων, καὶ περιτοισάμενοι χορηγίας ἀφθόνους καὶ χεῖρας, ἀντιποιήσονται μὲν τῆς θαλάττης δλοσχερέστερον, συνεπιθῶνται δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν, στρατόπεδα πέμποντες καὶ χρήματα τοῖς περὶ τὸν Ἀννίδαν. (4) Διόπερ ἐν μεγάλῳ τίθμενοι καὶ τοῦτον τὸν πόλεμον, ἐξαπέστειλαν τὰς τε ναῦς καὶ τὸν Πόπλιον. Ὅς καὶ παραγενόμενος εἰς Ἰβηρίαν, καὶ συμμίκας τὰδελφῶ, μεγάλην παρεῖχε χρεῖαν τοῖς κοινοῖς πράγμασιν. (5) Οὐδέποτε γὰρ πρότερον θαρρήσαντες διαβῆναι τὸν Ἰβηρα ποταμὸν, ἀλλ' ἀσμενίζοντες τῇ τῶν ἐπὶ τὰδε φίλῃ καὶ συμμαχίᾳ, τότε διέβησαν, καὶ τότε πρῶτον ἐθάβρῃσαν ἀντιποιεῖσθαι τῶν πέραν πραγμάτων· μέγαλα καὶ τοῦ αὐτομάτου συνεργήσαντος σφίσι πρὸς τοὺς περισσώτας καιροὺς. (6) Ἐπειδὴ γὰρ καταπληξάμενοι τοὺς περὶ τὴν διάβασιν οἰκοῦντας τῶν Ἰβήρων, ἤκον πρὸς τὴν Ζακανθαίων πόλιν, ἀποσχόντες σταδίου ὡς τετταράκοντα περὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν κατεστρατοπέδευσαν. (7) λαβόντες τόπον εὐφῶς κείμενον πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀσφάλειαν, καὶ πρὸς τὴν ἐκ θαλάττης χορηγίαν· (8) ὁμοῦ δὲ αὐτοῖς συνέβαινε

accepto, aptas ex templo instructasque remigio naves septuaginta emiserunt : necessarium ad omnia sua incepta rati, ut mare capesserent. (9) Ea classis primo in Sardiniam, inde Pisas in Italia appulit, sperantibus qui vehebantur, se eo loci cum Hannibale sese conjungere posse. (10) Sed quum Romani ex ipsa urbe centum viginti navium longarum quinqueremium classe adversus eos essent profecti, audita eorum profectione, Carthaginenses in Sardiniam mox, atque inde Carthaginem sunt reversi. (11) Servilius, imperator classis Romanæ, assequi eos sperans, aliquamdiu est insecutus : sed quum jam longius essent profecti, incepto destitit. (12) Ac primo quidem ad Lilybæum in Sicilia appulit : deinde in Cercinam, Africæ insulam, navigavit ; ibique accepta pecunia ab incolis ne agrum popularetur, cursum repetiit. (13) In transitu vero Cossyrum insulam cepit, et in oppidulam illius præsidium imposuit ; atque Lilybæum rediit, navesque ibi in statione locavit. (14) Ceterum inde, haud ita multo post, idem Servilius ad pedestres copias est reversus.

XCVII. Senatus, cognita victoria quam Cnæus e navali prælio reportaverat, utile rebus suis, imo necessarium ratus, ne res Hispaniæ negligerentur, sed aucto in ea parte bello Carthaginenses premerentur : (2) classe viginti navium parata, cui P. Scipionem præfecerunt, quod jam ab initio factum fuerat, summo studio ad fratrem eum miserunt, ut communi cum eo consilio res Hispaniæ administraret. (3) Non enim mediocriter anxius et sollicitus erat senatus, ne Carthaginenses, si in potestatem ea loca semel redegressent, nacti copiam commeatuum rerumque omnium necessariorum, et majore conatu ad vindicandum sibi mare accingerentur, et simul Italiam quoque adorirentur, exercitus ac pecuniam Hannibali suppeditantes. (4) Idcirco Romani, hoc quoque bellum ad profectum rerum suarum maximum momentum esse allaturum arbitrati, et classem et Publium in Hispaniam miserunt. Qui ubi eo pervenit, et fratri est conjunctus, publicam rem plurimum adjuvit. (5) Nam qui transgredi Iberum numquam antea erant ausi, et bene agi secum putaverant, si populis cis amnem ac amicis sociis uerentur, tunc primum ultra Iberum belli gerendi causa procedere ausi sunt : in quo incepto non mediocriter etiam casus aliquis conatum eorum adjuvit. (6) Ut enim iis perterritis, qui ad Iberi transitum habitabant, Saguntinorum urbi appropinquarunt, quinque fere millia ab oppido circa Veneris sedem castra communiant ; (7) locum nacti et ab hostili incursione tutum, et ad commeatu mari subvehendos per commodum : (8) nam quantum ipsi terra, tantum et clas-

καὶ τὸν στόλον ποιέσθαι τὸν παράπλου. Ἐνθα δὲ γίγνεται τις πραγμάτων περιπέτεια τοιάδε.

XCVIII. Καθ' οὗς καιροὺς Ἀντίβας ἐποιοίτο τὴν πορείαν εἰς τὴν Ἰταλίαν, ὅσαι πόλεις ἥπισθησε τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, λαβεὶ παρὰ τούτων ἡμέρα τοὺς υἱοὺς τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν· οὗς πάντας εἰς τὴν Ζακάνθιον ἀπέθετο πόλιν, διὰ τε τὴν ὀχυρότητα, καὶ διὰ τὴν τῶν ἀπολειπομένων ἐπ' αὐτῆς ἀνδρῶν πίστιν. (2) Ἦν δὲ τις ἀνὴρ Ἰβηρ, Ἀβίλυξ ὄνομα, κατὰ μὲν τὴν δόξαν, καὶ τὴν τοῦ βίου περίστασιν, οὐδενὸς δεύτερος Ἰβήρων· κατὰ δὲ τὴν πρὸς Καρχηδονίους εὐνοίαν καὶ πίστιν, πολὺ τι διαφέρειν δοκῶν τῶν ἄλλων. (3) Οὗτος, θεωρῶν τὰ πράγματα, καὶ νομίσας ἐπικυδεστέρας εἶναι τὰς τῶν Ῥωμαίων ἐλπίδας, συνελογίσαστο παρ' ἑαυτοῦ περὶ τῆς τῶν ἡμέρων προδοσίας συλλογισμὸν Ἰβηρικὸν καὶ βαρβαρικόν. (4) Πεισθεὶς γάρ, διότι δύναται μέγας γενέσθαι παρὰ Ῥωμαίοις, προσενεγκάμενος ἐν καιρῷ πίστιν ἅμα καὶ χρεῖαν, ἐγγίγντο πρὸς τὸ, παρασπονδήσας τοὺς Καρχηδονίους, ἐγχειρίσαι τοὺς ἡμέρους τοῖς Ῥωμαίοις. (5) Θεωρῶν δὲ, τὸν Βώστορα, τὸν τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸν (ὃς ἀπεστάλη μὲν ἰκ' Ἀσδρούβου κωλύσων τοὺς Ῥωμαίους διαβαίνειν τὸν ποταμὸν, οὐ θαρρήσας δὲ τοῦτο ποιεῖν, ἀνακεχωρηκῶς ἐστρατοπέδουσε τῆς Ζακάνθης ἐν τοῖς πρὸς θάλατταν μέρεισι), τοῦτον μὲν ἄκακον ὄντα τὸν ἀνδρα καὶ πρῶτον τῇ φύσει, πιστῶς δὲ τὰ πρὸς αὐτὸν διακείμενον, (6) ποιεῖται λόγους ὑπὲρ τῶν ἡμέρων πρὸς τὸν Βώστορα φάσκων, ἐπειδὴ διαβεβήκασι Ῥωμαῖοι τὸν ποταμὸν, οὐκ ἔτι δύνασθαι Καρχηδονίους φόβῳ συνέχειν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, προσδεῖσθαι δὲ τοὺς καιροὺς τῆς τῶν ὑποτατομένων εὐνοίας. (7) νῦν οὖν ἡγγικόντων Ῥωμαίων, καὶ προσκαθεζομένων τῇ Ζακάνθῃ, καὶ κινδυνεύουσιν τῆς πόλεως, ἐὰν ἐξαγαγῶν τοὺς ἡμέρους ἀποκαταστήσῃ τοῖς γονεῦσι καὶ ταῖς πόλεσιν, ἐκλύσει μὲν αὐτὸν τῶν Ῥωμαίων τὴν φιλοτιμίαν· τοῦτο γὰρ αὐτὸ καὶ μάλιστα σκοπεύειν ἐκείνους πρᾶται, κυριεύοντας τῶν ἡμέρων. (8) ἐκκαλεῖσθαι δὲ τὴν τῶν Ἰβήρων πάντων πρὸς Καρχηδονίους εὐνοίαν, προδόμενον τὸ μέλλον, καὶ προνοηθέντα τῆς τῶν ἡμέρων ἀσφαλείας· τὴν δὲ χάριν εὐχέσθαι, ἔφη, πολλαπλασίαν, αὐτὸς γενόμενος χειριστῆς τοῦ πράγματος. (9) Ἀποκαθιστάμενος γὰρ εἰς τὰς πόλεις τοὺς παῖδας, οὐ μόνον τὴν παρ' αὐτῶν εὐνοίαν ἐπισπασέσθαι τῶν γεννησάντων, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν πολλῶν, ἐπὶ τὴν δψιν τιθεὶς διὰ τοῦ συμβαινόντος τὴν Καρχηδονίων πρὸς τοὺς συμμάχους αἵρεσιν καὶ μεγαλαυχίαν. (10) Προσδοχῶν δ' αὐτὸν ἐκέλευσε καὶ δώρων πλῆθος ἰδίᾳ παρὰ τῶν τὰ τέκνα κομιζομένων· παρὰ δὲ τῶν γὰρ ἐκείνου ἐγκρατεῖς γιγνομένους τῶν ἀναγκαιοτάτων, ἔμιλλαν ποιήσεσθαι τῆς εἰς τὸν κύριον τῶν πραγμάτων εὐεργεσίας. (11) Παραπλήσια δὲ τούτοις ἔτερα καὶ πλείω πρὸς τὸν αὐτὸν τρόπον διαλεχθεὶς, ἔπεισε τὸν Βώστορα, συγκαταθέσθαι τοῖς λεγομένοις.

XCIX. Καὶ τότε μὲν ἐπανῆλθε, ταξάμενος ἡμέραν, ἢ παρέσται μετὰ τῶν ἐπιτηδεῶν πρὸς τὴν ἀνακομιδὴν

sis oram legens, mari progrediebatur. Ibi tum rerum mutatio contigit ejuscemodi.

XCVIII. Quo tempore in Italiam Hannibal profectus est, quouot fere civitates erant, quarum fidem suspectam haberet, obsides ab his acceperat, clarissimorum virorum filios : quos omnes Sagunti custodiri jusserat, partim quia locus erat probe munitus, partim etiam fidem eorum secutus quos ad praesidium urbis ibi reliquit. (2) Erat autem Hispanus quidam, nomine Abilyx, celebritate nominis et conditione vitae nemini suorum popularium secundus, benevolentia vero et fide in Carthaginiensem populum longe alios omnes creditus superare. (3) Hic, praesentem rerum statum cernens, meliore loco spes Romanorum esse ratus, de obsidum proditione consilium apud se iniit, homine Hispano et barbaro dignum. (4) Persuasus enim, magnum se apud Romanos fieri posse, si opportuno et fidem suam illis probasset, et magnum simul aliquod emolumentum conciliasset; id agebat omni studio, ut, proditis Carthaginiensibus, obsides Romanis traderet. (5) Missus fuerat in haec loca ab Asdrubale Bostar, unus e Carthaginiensium ducibus, Romanos impediturus, ne flumen transgredirentur : quod quum ille tentare non esset ausus, ab Ibero recedens, ad Saguntum qua parte ejus agrum mare alluit, castra communiverat. Hunc virum norat Abilyx, minime callidum, natura mitem, et qui fidem ipsi haberet. (6) Itaque de obsidibus cum Bostare agit : et, quoniam Ibero jam transierint Romani, non posse amplius, ait, Carthaginienses metu Hispaniam obtinere : benevolentia subditorum in hoc periculo rerum statu illis opus esse. (7) Nunc igitur, quando Romani Sagunto appropinquerint, jamque adeo illam obsideant, et sit urbs in periculo : si eductos inde obsides parentibus restituat, et conatum Romanorum frustraturum, qui id vel maxime studeant, ut, obsidibus potiti, gratiam parentum demereantur; (8) et Hispanorum omnium animos in amorem Carthaginiensium pellecturum, quod, futuri providus, obsidum securitati consulisset. Se quoque beneficii gratiam multis partibus aucturum, si ejus negotii administratio sibi fuisset demandata. (9) Obsides enim in suam quemque patriam restituendo, non parentum modo benevolentiam Pœnis conciliaturum; sed et ipsorum quoque populorum, dum ob oculos cuique in tam memorabili exemplo positurus esset egregiam Carthaginiensium erga socios voluntatem et munificentiam. (10) Ipsi quoque Bostari magna privatim munera esse exspectanda, confirmabat, ab iis qui liberos receperant suos : scilicet omnes illos, carissimis sibi pignoribus praeter spem potitos, de remunerando tantæ rei auctore, cui aemulatione inter se certaturos. (11) Haec et plura in eadem sententiam locutus Abilyx, tenuit, ut, quae dixerat, Bostari probaret.

XCIX. Post hæc, die constituto, quo rediturus esset cum hominibus idoneis ad pueros reportandos, domum

τῶν παίδων. (2) Παραγενόμενος δὲ νυκτὸς ἐπὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον, καὶ συμμιξὰς τισὶ τῶν συστρατευομένων ἑκείνους Ἰθέρων, διὰ τούτων εἰσῆλθε πρὸς τοὺς στρατηγούς. (3) Ἐκλογιζόμενος δὲ διὰ πλειόνων τὴν ἐσομένην ὁρμὴν καὶ μετὰπτωσιν πρὸς αὐτοὺς τῶν Ἰθέρων, ἐὰν ἐγκρατεῖς γένωνται τῶν δηήρων, ἐπηγγέλματο παραδῶσιν αὐτοῖς τοὺς παῖδας. (4) Τῶν δὲ περὶ τὸν Πόπλιον ὑπερβολῇ προθυμίας δεξαμένων τὴν ἑλπίδα, καὶ μεγάλας ὑπισχνουμένων δωρεάς, τότε μὲν εἰς τὴν οἰκίαν ἀπηλλάγη, συνθέμενος ἡμέραν καὶ καιρὸν καὶ τόπον, ἐν ᾧ δεήσει τοὺς ἐκδεχομένους αὐτὸν ὑπομένειν. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα παραλαβὼν τοὺς ἐπιτηδείους τῶν φίλων, ἦκε πρὸς τὸν Βώστορα· καὶ, παραδοθέντων αὐτῷ τῶν παίδων ἐκ τῆς Ζακάνθης, νυκτὸς ποιησάμενος τὴν ἐξοδὸν, ὡς θέλων λαθεῖν, παραπορευθεὶς τὸν χάρακα τῶν πολεμίων, ἦκε πρὸς τὸν τεταγμένον καιρὸν καὶ τόπον, καὶ πάντας ἐνεχείρισε τοὺς δηήρους τοῖς ἡγεμόσι τῶν Ῥωμαίων. (6) Οἱ δὲ περὶ τὸν Πόπλιον ἐτίμησάν τε διαφερόντως τὸν Ἀβίλугα, καὶ πρὸς τὴν ἀποκατάστασιν τῶν δηήρων εἰς τὰς πατρίδας ἐχρήσαντο τούτῳ, συμπέμψαντες τοὺς ἐπιτηδείους. (7) Ὃς ἐπιπορευόμενος τὰς πόλεις, καὶ διὰ τῆς τῶν παίδων ἀποκαταστάσεως τιθεὶς ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν τῶν Ῥωμαίων πραότητα καὶ μεγαλοφυλίαν, παρὰ τὴν Καρχηδονίαν ἀπιστίαν καὶ βαρύτητα, καὶ προσπαρτιθεὶς τὴν αὐτοῦ μετάθεσιν, πολλοὺς Ἰθέρων παρώρμησε πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων φιλίαν. (8) Βώστωρ δὲ, παιδικιώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν ὄζας ἔρχε χειρικέναι τοὺς δηήρους τοῖς πολεμίοις, οὐκ εἰς τοὺς τυχόντας ἐπεπτώκει κινδύνους. (9) Καὶ τότε μὲν, ἤδη τῆς ὄρας κατεπειγούσης, διέλυον εἰς παραχειμασίαν ἀμφοτέροι τὰς δυνάμεις· ἱκανοῦ τινος ἐκ τῆς τύχης γεγονότος συνεργήματος τοῖς Ῥωμαίοις, τοῦ περὶ τοὺς παῖδας, πρὸς τὰς ἐπικειμένης ἐπιβολάς. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰθέρϊαν ἐν τούτοις ἦν.

C. Ὁ δὲ στρατηγὸς Ἀννίβας, ὅθεν ἀπελίπομεν, πυνθανόμενος παρὰ τῶν κατασκήπων, πλείστον ὑπάρχειν σίτον ἐν τῇ περὶ τὴν Λουκερίαν καὶ τὸ καλούμενον Γερούνιον χώρα, πρὸς δὲ τὴν συναγωγὴν εὐρυῶς ἔχειν τὸ Γερούνιον, (2) κρίνας ἐκεῖ ποιεῖσθαι τὴν παραχειμασίαν, προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν παρὰ τὸ Λίβυρνον ὄρος, ἐπὶ τοὺς προειρημένους τόπους. (3) Ἀφικόμενος δὲ πρὸς τὸ Γερούνιον, ὃ τῆς Λουκερίας ἀπέχει διακόσια στάδια, τὰς μὲν ἀρχὰς διὰ λόγων τοὺς ἐνοικοῦντας εἰς φιλίαν προῦκαλεῖτο, καὶ πίστει ἐδίδου τῶν ἐπαγγελιῶν. (4) Οὐδενὸς δὲ προσέχοντος, πολιορκεῖν ἐπέβαλετο. Ταχὺ δὲ γενόμενος κύριος, τοὺς μὲν οἰκήτορας κατέφθειρε, τὰς δὲ πλείστας οἰκίας ἀκεραίους διεφύλαξε καὶ τὰ τεῖχη, βουλόμενος σιτοβολοῖς χρῆσασθαι πρὸς τὴν παραχειμασίαν. (5) Τὴν δὲ δύναμιν πρὸ τῆς πόλεως παρεμβάλων, ὠχυρώσατο τάφρῳ καὶ χάρακι τὴν στρατοπεδείαν. (6) Γενόμενος δ' ἀπὸ τούτων, τὰ μὲν δύο μέρη τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν σιτολογίαν ἐξέπεμπε, προστάζας, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τακτὸν

revertitur. (2) Noctu clam deinde progressus ad Romana castra, conventis quibusdam auxiliaribus Hispanis, per hos ad Scipiones est productus. (3) Quibus postquam pluribus verbis demonstravit, si obsides in potestate sua haberent, fore omnino, ut ad eorum partes Hispani transitum faciant; pueros ipsis se traditurum, pollicetur. (4) Publio cum incredibili alacritate spem ostensam accipiente, magnaue ei præmia pollicente, die, tempore ac loco constituto, ubi præstolaturi ipsum essent, qui excepturi erant, domum redit. (5) Post hæc, assumtis secum amicis quos maxime idoneos putabat, ad Bostarem venit; traditisque sibi pueris, nocte Sagunto egreditur, ut hostium custodias falleret: quorum castra prætergressus, ad compositam horam locumque venit, et omnes obsides Romanis ducibus tradit. (6) Publius magno in honore Abilycem habuit: ejusque opera ad restituendos in suam quemque patriam obsides usus est, missis cum eo suorum nonnullis. (7) Abilyx, singulas urbes obiens, argumento istius puerorum restitutionis usus, hinc clementiam et magnanimitatem Romanorum, hinc diffidens et atrox Carthaginensium ingenium, ob oculos omnibus ponens; adhæc exemplum suum, qui socios mutasset, in medium afferens; ad Romanorum amicitiam amplectendam multos Hispanorum incitavit. (8) Bostar, qui Abilyci obsides tradiderat, judicatus pro puero se gessisse, non pro ea ætate qua erat, magnis postea implicitus est periculis. (9) Tunc vero, quia jam instabat hiems, utrique in hiberna suos exercitus dimiserunt: quum Romani ad ea, quæ deinceps parabant, beneficio fortunæ haudquaquam poenitendo, per illos pueros plurimum essent adjuti. Ac in Hispania quidem eo loco res erant.

C. Hannibal, inde enim excessit oratio, ab exploratoribus admonitus, Luceriæ ac Gerunii magnam frumenti esse copiam, et præterea Gerunium ad usum horreorum aptum esse locum, (2) in eo tractu hibernare statuit, et præter montem Liburnum [Taburnum?] ad prædictas urbes dedit. (3) Ut ventum ad Gerunium est, quod oppidum a Luceria millia passuum quinque et viginti abest, verbis primo ad suam amicitiam incolas conatus est pellicere, paratus fidem dare super eis quæ pollicitus fuisset. (4) Quam hac non succederet, obsidionem parat: et, capta mox urbe, incolas delevit, tecta vero pleraque servavit integra cum mœnibus, ut pro horreis illis uteretur ad hiberna. (5) Copias pro mœnibus locat, fossaque et vallo castra communit. (6) His perfectis, duas exercitus partes frumentatum emisit, dato mandato, ut quotidie quisque certam frumenti mensuram, tantam quidem, quanta singulis

ἀναφέρειν μέτρον ἕκαστον τοῖς ἰδίοις, ἐπιβολὴν τοῦ τάγματος, τοῖς προαχειρισμένοις ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν ταύτην. (7) Τῷ δὲ τρίτῳ μέρει, τὴν τε στρατοπεδεῖαν ἐτήρει, καὶ τοῖς σιτολογοῦσι παρεφάρευε κατὰ τόπους. (8) Οὕτως δὲ τῆς μὲν χώρας τῆς πλείστης εὐφόδου καὶ πεδιάδος, τῶν δὲ συναγόντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀναριθμήτων, ἔτι δὲ τῆς ὄρας ἀκμαζούσης πρὸς τὴν συγκομιδὴν, ἄπλετον συνέβαινε καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀθροίζεσθαι τοῦ σίτου τὸ πλῆθος.

CI. Μάρκος δὲ, παρειληφὼς τὰς δυνάμεις παρὰ Φαβίου, τὸ μὲν πρῶτον ἀντιπαρήγε ταῖς ἀκρωρείαις· πεπεισμένος δὲ, περὶ τὰς ὑπερβολὰς συμπεσεῖσθαι ποτε τοῖς Καρχηδονίοις. (2) Ἀκούσας δὲ, τὸ μὲν Γερούνιον τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν ἤδη κατέχειν, τὴν δὲ χώραν σιτολογεῖν, πρὸ δὲ τῆς πόλεως χάρακα προβεβλημένους στρατοπεδεύειν, ἐπιστρέψας ἐκ τῶν ἀκρωρείων, κατέβαινε κατὰ τὴν ἐπὶ τὰ πεδία κατατείνουσαν ῥέχιν. (3) Ἀφικόμενος δ' ἐπὶ τὴν ἀκρὰν, ἣ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς Λαρινάτιδος χώρας, προσαγορεύεται δὲ Καλὴλη, κατεστρατοπέδευσε περὶ ταύτην, πρόχειρος ὢν ἐκ παντὸς τρόπου συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις. (4) Ἀννίβας δὲ θεωρῶν ἐγγίζοντας τοὺς πολεμίους, τὸ μὲν τρίτον μέρος τῆς δυνάμεως εἶλεσε σιτολογεῖν· τὰ δὲ δύο μέρη λαβὼν, καὶ προελθὼν ἀπὸ τῆς πόλεως ἑκακταεὶκα σταδίους πρὸς τοὺς πολεμίους, ἐπὶ τινος βουνοῦ κτεστρατοπέδευσε· βουλόμενος ἅμα μὲν καταπλήξασθαι τοὺς ὑπεναντίους, ἅμα δὲ τοῖς σιτολογοῦσι τὴν ἀσφάλειαν παρασκευάζειν. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα, γελάφου τινὸς ὑπάρχοντος μεταξὺ τῶν στρατοπέδων, ἐκ εὐκαιρῆς καὶ σύγγεγυς ἐπέκειτο τῇ τῶν πολεμίων παρεμβολῇ, τοῦτον ἔτι νυκτὸς, ἐξαποστείλας περὶ διασχολίους τῶν λογχοφόρων, καταλάβετο. (6) Οὗς, ἐπιγενομένης τῆς ἡμέρας, συνιδὼν Μάρκος, ἐξῆγε τοὺς εὐζώνους, καὶ προσέβαλε τῷ λόφῳ. (7) Γενομένου δὲ ἀεροβολισμοῦ νεανικοῦ, τέλος ἐπεκράτησαν οἱ Ῥωμαῖοι· καὶ μετὰ ταῦτα τὴν διην στρατοπεδεῖαν μετεβίβασαν εἰς τοῦτον τὸν τόπον. (8) Ὁ δ' Ἀννίβας, ἕκ μὲν τινος, διὰ τὴν ἀντιστρατοπεδεῖαν, συνεῖχε τὸ πλείστον μέρος τῆς δυνάμεως ἐπ' αὐτόν. (9) Πλειόων δὲ γενομένων ἡμερῶν, ἠναγκάζετο τοὺς μὲν ἐπὶ τὴν νομὴν τῶν θρεμμάτων ἀπομερίζειν, τοὺς δ' ἐπὶ τὴν σιτολογίαν. (10) σπουδάζων, κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ πρόθεσιν, μήτε τὴν λείαν καταφθεῖραι, τὸν τε σίτον ὡς πλείστον συναγαγεῖν· ἵνα πάντων ἢ κατὰ τὴν παραχειμασίαν διαφύλῃται τοῖς ἀνδράσι, μὴ χεῖρον δὲ τοῖς ὑποζυγίοις καὶ τοῖς ἵπποις. (11) Ἐῖχε γὰρ τὰς πλείστας τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐν τῷ τῶν ἵππεων συντάγματι.

CII. Καθ' ὃν δὴ καιρὸν Μάρκος, συνειρωρήσας τὸ πάλι μέρος τῶν ὑπεναντίων ἐπὶ τὰς προεξημένους χρεῖας κατὰ τῆς χώρας σχεδαννύμενον, λαβὼν τὸν ἀκμαϊότατον καὶ τῆς ἡμέρας, ἐξῆγε τὴν δύναμιν. (2) Καὶ συνεγγίσας τῇ παρεμβολῇ τῶν Καρχηδονίων, τὰ μὲν βαρέα τῶν ὅπλων ἐξέταξε, τοὺς δ' ἵππεῖς καὶ τοὺς εὐζώνους κατὰ μέρη διελὼν, ἐπαφῆκε τοῖς προνομιέουσιν, παραγ-

ordinibus competeret in singulos dies, deferret ad suos; ad eos, inquam, qui administrandis annonis erant praepositi. (7) Ipse cum tertia parte simul castris praesidio erat, et dispositis passim stationibus, nec unde impetus in frumentatores fieret, circumspectabat. (8) Igitur, quum esset regio ferme omnis plana et campestris, et qui convehabant numero prope infiniti, anni praeterea tempus ad fruges comportandas opportunum, infinitus propemodum frumenti numerus quotidie convehabatur.

CI. Minucius, postquam a Fabio exercitum accepit, principio quidem per juga montium e regione hostis agmen ductabat: persuasus semper, fore tandem aliquam sibi in ipsae jugis potestatem dimicandi cum Carthaginiensibus. (2) Ubi vero audivit, Annibalem Gerunium jam occupasse, frumentum tota regione metere, et pro oppidi mœnibus castra vallo cinxisse: licet e montium cacuminibus flectit iter, et per proximum dorsum, quod sensim in planitiem protenditur, descendit. (3) Deinde ubi ad arcem venit, in Larinati agro sitam, cui Calela (sive Calena) nomen est, castra circa illam posuit, paratum habens, quacumque ratione cum hoste configere. (4) Hannibal, propinquare Romanos cernens, tertiam partem militum frumentari sinxit: ipse cum duabus partibus propius hostem castris motis, duo ferme a Gerunio millia tumulum quemdam obsidet; ut et adversariis terrori esset, et frumentatoribus suis praesidio. (5) Dein quum tumulus esset alius inter amborum munimenta, castris hostium ex propinquo imminebat, missis noctu jaculatorum duobus millibus, eum cepit. (6) Hos postera die ut vidit Minucius, expeditos et ipse educit, et tumulum adoritur. (7) Post acrem velitationem, obtinent tandem Romani, et mox omnibus copiis eum ipsum locum insident. (8) Hannibal, quia castra castris erant collata, aliquandiu secum maximam militum partem retinuit. (9) Sed crescente numero dierum, coactus est alios ad pascenda pecora, alios ad frumentandum dimittere; (10) quoniam, sicut ab initio proposuerat, neque praedam suis perire volebat, et frumenti quantum posset maximum modum convelere cupiebat, ut in hibernis commeatum tam homines quam jumenta atque equi largam copiam haberent. (11) Spem enim victoriae suae plurimam in equitatu positam habebat.

CII. Per id tempus Minucius, quum majorem Punici exercitus partem, ob eas quas commemoravimus causas, palari animadvertisset per agros, opportunissimam diei partem seligens, copias educit. (2) Tum, ubi breve spatium ab hostium vallo abest, gravem armaturam in aciem instruit, equitatum et leviter armatos in plures manus dividit, et in pabulatores immittit, ac vivum quemquam

γείλας μηδένα ζωγρεῖν. (3) Ἀννίβας δὲ, τούτου συμβάντος, εἰς ἀπορίαν ἐνεπεπτώκει μεγίστην· οὔτε γὰρ ἀντετάγειν τοῖς παρατεταγμένοις ἀξιόχρεως ἦν, οὔτε παραδοθῆναι τοῖς ἐπὶ τῆς χώρας διεσπαρμένοις. (4) Τῶν δὲ Ῥωμαίων, οἱ μὲν ἐπὶ τοὺς προνομυμένους ἐξαποσταλέντες, πολλοὺς τῶν ἐσκαδασμένων ἀπέκτειναν· οἱ δὲ παρατεταγμένοι, τέλος εἰς τοῦτ' ἦλθον καταφρονήσεως, ὥστε καὶ διασπᾶν τὸν χάρακα, καὶ μονονουχί πολιορκεῖν τοὺς Καρχηδονίους. (5) Ὁ δ' Ἀννίβας ἦν μὲν ἐν κακοῖς, ὁμῶς δὲ χεимаζόμενος ἔμενε, τοὺς πελάζοντας ἀποτρίβόμενος, καὶ μόλις διαφυλάττων τὴν παρεμβολήν· (6) ἕως Ἀσδρούβας ἀναλαβὼν τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας συμπεφυγότας εἰς τὸν χάρακα τὸν περὶ τὸ Γερούνιον, ὄντας εἰς τετρακισχιλίους, ἤκε παραδοθῶν. (7) Τότε δὲ μικρὸν ἀναθαρρήσας ἐπεξῆλθε· καὶ βραχὺ πρὸ τῆς στρατοπέδου παρεμβάτων, μόλις ἀπετρίβωτο τὸν ἐνεστώτα κίνδυνον. (8) Μάρκος δὲ πολλοὺς μὲν ἐν τῇ περὶ τὸν χάρακα συμπλοκῇ τῶν πολεμίων ἀποκτείνας, ἔτι δὲ πλείους ἐπὶ τῆς χώρας διαφθαρκώς, τότε μὲν ἐπανῆλθε, μεγάλας ἐλπίδας ἔχων ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος. (9) Τῇ δ' ἐπαύριον, ἐκλιπόντων τὸν χάρακα τῶν Καρχηδονίων, ἐπέβη καὶ καταλάβετο τὴν ἐκείνων παρεμβολήν. (10) Ὁ γὰρ Ἀννίβας διαγωνιάσας τοὺς Ῥωμαίους, μὴ καταλαβόμενοι νυκτὸς ἔρημον ὄντα τὸν ἐπὶ τῷ Γερουνίῳ χάρακα, κύριοι γένωνται τῆς ἀποσκευῆς καὶ τῶν παραθέσεων, ἔκρινεν αὐτοὺς ἀναχωρεῖν, καὶ πάλιν ἐκεῖ ποιεῖσθαι τὴν στρατοπέδον. (11) Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι ταῖς προνομαῖς εὐλαδέστερον ἐχρῶντο καὶ φυλακτικώτερον· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τάναντία, θαρβραλέωτερον καὶ προπετέστερον.

CHH. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, προσπεσόντος σφίσι τοῦ γεγονότος μειζώρους ἢ κατὰ τὴν ἀλήθειαν, περιχαρεῖς ἦσαν· διὰ τὸ, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς προὑπαρχούσης ὑπὲρ τῶν ὅλων δυσελπιστίας οἰοῦναι μεταβολὴν τινὰ πρὸς τὸ βελτίον αὐτοῖς προφανεῖσθαι· (2) δευτέρον δὲ, καὶ διὰ τὸ δοκεῖν, τὸν πρὸ τούτου χρόνον, τὴν ἀπραγίαν καὶ κατὰ πλῆξιν τῶν στρατοπέδων μὴ παρὰ τὴν τῶν δυνάμεων ἀποδεικνύναι, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ προσετώτος εὐλάβειαν, γεγονέναι. (3) Διδοικαὶ τὸν μὲν Φάβιον ἡτιῶντο καὶ κατεμέμφοτον πάντες, ὡς ἀτόλμως χρώμενον τοῖς καιροῖς· τὸν δὲ Μάρκον ἐπὶ τοσούτων ἡῤξον διὰ τὸ συμβεβηκός, ὥστε τότε γενέσθαι τὸ μὴδέποτε γεγονός. (4) Αὐτοκράτορα γὰρ κἀκεῖνον κατέστησαν, πεπεισμένοι ταχέως αὐτὸν τέλος ἐπιθήσειν τοῖς πράγμασι· καὶ διὰ τοῦτο Δικτάτορες ἐγεγονέισαν ἐπὶ τὰς αὐτάς πράξεις, ὁ πρότερον οὐδέποτε συνεθεσθῆκε παρὰ Ῥωμαίοις. (5) Τῷ δὲ Μάρκῳ διασαφηνέως τῆς τε τοῦ πλῆθους εὐνοίας, καὶ τῆς παρὰ τοῦ δήμου δεδομένης ἀρχῆς αὐτῷ, διπλάσιως παρωμήθη πρὸς τὸ παραβάλλεσθαι καὶ κατατολμᾶν τῶν πολεμίων. (6) Ἦκε δὲ καὶ Φάβιος ἐπὶ τὰς δυνάμεις, οὐδὲν ἡλλοιωμένους ὑπὸ τῶν συμβεβηκότων, ἔτι δὲ βεβαϊότερον μένων ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς διαλήψεως. (7) Θεωρῶν δὲ τὸν Μάρκον ἐκτεφυσμένον, καὶ πρὸς πάντα ἀντιφιλονεικοῦντα, καὶ καθόλου πολλὴν ὄντα πρὸς

velat capere. (3) Turbavit ea res Hannibalem non mediocriter : ut cui neque ad occurrendum adversæ aciei satis virium erat, neque ad opem suis passim toto agro dispersis ferendam. (4) Romani, qui in pabulatores ire jussi fuerant, multos huc illuc effusos trucidarunt : qui in acie dispositi stabant, usque eo Pœnum contemnere tandem cœperunt, ut et vallum proruere, et tantum non oppugnare Carthaginienses auderent. (5) Malo interim loco res Hannibalis erant : qui tamen, quantumvis hac quasi procella agitato, loco non cedebat, propius accedentes repellens, et castra ægre tutans : (6) donec Asdrubal, iis assumtis, qui ex agris in castra pro Gerunii moribus posita confugerant, quatuor fere millibus hominum, suppetias venit. (7) Tum vero nonnihil confirmatus Hannibal, in Romanos exiit : et, non longe a castris instructa acie, præsens periculum ægre quidem, sed tamen avertit. (8) Minucius, postquam multos hostium in pugna circa vallum occidisset, pluresque in agris absumsisset, magnæ spei in posterum plenus, se recepit. (9) Postero die, quum Carthaginienses vallo excessissent, secutus ipse, castra eorum cepit. (10) Hannibal enim, metuens sibi a Romanis, ne forte castra ad Gerunium præsidio nudata noctu occuparent, et supellectile atque omnibus quos congesserat commeatibus potirentur, signa eo movere, atque iterum ibi castra metari constituerat. (11) Ab eo tempore Carthaginienses parcius et cautius pabulari : Romani contra, audacius atque inconsultius.

CHH. Rei gestæ nuntio magnificentius, quam verius, Romam perlato, omnes gaudio exsultabant : primum quidem, quod, quum paulo ante de summa rerum pæne desperassent, nunc mutatio quasi quædam in melius ostendebatur ; (2) deinde, quod torpor pavorque, qui legiones ante id tempus tenuerat, non a timiditate militum, verum ab ingenio ducis omnia timentis, profectus videbatur. (3) Itaque Fabium omnes accusare, eique graviter succensere, ut qui parum audendo occasiones rei gerendæ prætermitteret. Magistri vero equitum, ob ea quæ fecerat, laudes adeo exaggerabant, ut novum exemplum numquam antea visum in remp. introducerent. (4) Nam et illi absolute potestatis jus detulerunt, persuasi, brevi finem bello ab eo impositum iri. Itaque duo dictatores idem bellum administrabant, quod ad eam diem apud Romanos nemo umquam viderat. (5) Quam multitudinis erga se benevolentiam ut cognovit Minucius, et delatum sibi a populo honorem, duplo factus est animosior ad pericula omnia spernenda, et adversus hostem quidvis audendum. (6) Redit vero et Fabius ad exercitum, propter illa quæ acciderant nihil quidquam immutatus : sed tanto confirmatior in eo, quod semel destinatum animo habuerat. (7) Et quoniam Marcum videbat secundis rebus inflatum, in omnibus sibi præ æmulatione repugnantem, et totum in id

τῷ διακινδυνεύειν, αἴρουν αὐτῷ προδτεῖναι τοιαύτην· ἢ κατὰ μέρος ἀρχεῖν, ἢ, διαιόμενοι τὰς δυνάμεις, χρῆσθαι τοῖς σφετέρους στρατοπέδοις κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν. (8) Τοῦ δὲ καὶ λίαν ἀσμένως δεξαμένου τὸν μαρισμὸν, διαιόμενοι τὸ πλῆθος, χωρὶς ἐστρατοπέδωσαν ἀλλήλων, ἀπέχοντες ὡς δώδεκα σταδίου.

CIV. Ἀννίβας δὲ, τὰ μὲν ἀκούων τῶν ἀλισκομένων αἰγυμάλων, τὰ δὲ θεωρῶν ἐκ τῶν πραττομένων ἤδη τὴν τε τῶν ἡγεμόνων πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμίαν, καὶ τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν φιλοδοξίαν τοῦ Μάρκου· (9) διόπερ οὐ καθ' αὐτοῦ, πρὸς αὐτοῦ δὲ νομίσας εἶναι τὰ συμβαίνοντα περὶ τοὺς ἐναντίους, ἐγίνετο περὶ τὸν Μάρκον, σπουδαῖαν τὴν τολμᾶν ἀφελέσθαι, καὶ προκαταλαβεῖν αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν. (3) Οὕσης δὲ τινος ὑπεροχῆς μεταξὺ τῆς αὐτοῦ καὶ τῆς τοῦ Μάρκου στρατοπεδείας, γυναμένης ἑκατέρους βλέπτειν, ἐπεβάλετο καταλαβεῖν αὐτήν. Σαφῶς δὲ γινώσκων ἐκ τοῦ προγεγονότος κατορθώματος, ὅτι παρέσται βοηθῶν ἐκ χειρὸς πρὸς αὐτήν τὴν ἐπιβολήν, ἐπινοεῖ τι τοιοῦτον. (4) Τῶν γὰρ τόπων, τῶν περὶ τὸν λόφον, ὑπαρχόντων ψιλῶν μὲν, πολλὰς δὲ καὶ παντοδαπὰς ἔχοντων περικλάσεις καὶ κοιλότητας, ἐξέπεμψε τῆς νυκτὸς εἰς τὰς ἐπιτηδειοτάτας ὑποδαλὰς, ἀνὰ διακοσίους καὶ τριακοσίους, πεντακοσίας μὲν ἵππεῖς, ψιλούς δὲ καὶ πεζοὺς τοὺς πάντας εἰς πεντακισχιλίους. (5) Ἰνα δὲ μὴ πρῶτ' κατοπτευθῶσιν ὑπὸ τῶν εἰς τὰς προνομὰς ἐκπορευομένων, ἅμα τῷ διαφυλάττειν κατελάμβανε τοὺς εὐζώνους τὸν λόφον. (6) Ὁ δὲ Μάρκος θεωρῶν τὸ γινόμενον, καὶ νομίσας ἔριακον εἶναι, παραυτίκα μὲν ἐξαπέστειλε τοὺς ψιλοὺς, κελύεσας ἐγκυλίεσθαι καὶ διαμάχεσθαι περὶ τοῦ τόπου, μετὰ δὲ εὐτα τοὺς ἱππεῖς· (7) ἐξῆς δὲ τούτοις, κατόπιν αὐτὸς ἦγε συνεχῇ τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, καθάπερ καὶ πρότερον, ἐκίστων ποιούμενος παραπλήσιον τὸν χειρισμὸν.

CV. Ἄρτι δὲ τῆς ἡμέρας διαφαινούσης, καὶ πάντων παῖς τε διανοίας καὶ τοῖς ὁμίμασι περιεσπασμένων περὶ τοὺς ἐν τῷ γεωλόφῳ κινδυνεύοντας, ἀνύποπτος ἦν ἡ τῶν ἐνεδρευόντων ὑποβολή. (2) Τοῦ δ' Ἀννίβου συνεχὲς μὲν ἐπαποστελλόντος τοῖς ἐν τῷ λόφῳ τοὺς βοηθόντας, ἐπομένον δὲ κατὰ πόδας μετὰ τῶν ἱππέων αὐτοῦ καὶ τῆς δυνάμεως, ταχέως συνέβη καὶ τοὺς ἱππεῖς συμπεσεῖν ἀλλήλοις. (3) Οὗ γενομένου, καὶ πιεζόμενων τῶν Ῥωμαίων εὐζώνων ὑπὸ τοῦ πλῆθους τῶν ἱππέων, ἅμα μὲν οὗτοι καταφεύγοντες εἰς τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, θύρουσον ἐποίουν· (4) ἅμα δὲ, τοῦ συνθήματος ἀποδοθέντος τοῖς ἐν ταῖς ἐνέδραις, πανταχόθεν ἐπιφαίνμενων καὶ προσπιπτόντων τούτων, οὐκ ἔτι περὶ τοὺς εὐζώνους μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ πᾶν τὸ στράτευμα, μέγας κίνδυνος συνεστῆκε τοῖς Ῥωμαίοις. (5) Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τούτον Φάβιος, θεωρῶν τὸ γινόμενον, καὶ διαγωνιάσας, μὴ σφαλῶσι τοῖς ὁλοῖς, ἐξῆγε τὰς δυνάμεις, καὶ κατὰ σπουδὴν ἐβόηθει τοῖς κινδυνεύουσι. (6) Ταχὺ δὲ συνεγγίσαντος αὐτοῦ, πάλιν ἀναβαρῆσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, καθάπερ λευκοτές ἤδη τὴν ὀλην τάξιν, αἰθρὴς ἀθροίζουμένοι περὶ τὰς σημαίας, ἀνεχώρουν,

incumbentem ut acie quamprimum decerneret, optionem ei dedit, ut vel partitis temporibus imperarent, vel, diviso exercitu, suis legionibus uterque, prout vellet, uteretur.

(8) Quum adprime sibi placere Minucius ostendisset, ut dividerentur legiones, facta divisione, castra separatim posuerunt, mille et quingentorum fere passuum intervallo.

CIV. Hannibal partim ex captivorum sermonibus, partim vero jam nunc ex iis, quæ agebantur, videns ducum Romanorum æmulationem, et Minucii temeritatem atque ambitionem, (2) præsentem igitur rerum apud hostes statum non damno sibi, verum commodo potius, ceasurum ratus, Marcum observabat, ut audaciam illius comprimeret, et conatus præveniret. (3) Quum igitur tumultus esset, inter Pœnorum et Marci castra, qui alterutris incommodare poterat, hunc occupare decrevit. Ac quoniam Minucium, ob rem paulo ante prospere gestam, e vestigio accursurum ad obsistendum huic conatui non dubitabat, talem fraudem excogitavit. (4) Nempe quum circa eum collem nuda quidem loca essent, sed quæ multos variosque anfractus et cavitates habebant, noctu de suis ducenos vel trecenos, ut quique locus ad tegendos milites aptissimus erat, in universum quingentos equites, levis armaturæ et aliorum peditum ad quinque millia, præmisit: (5) ac, ne mane ab iis, qui pabulatum exirent, conspicerentur, primo diluculo per expeditos suos collem occupat. (6) Id cernens Marcus, occasionem præsentis lucri sibi datam existimans, velites confestim emisit, et de illo tumultu certamen serere ac dimicare jubet; deinde etiam equites submittit: (7) tum ab equitum tergo mox sequitur ipse, conferto agmine legiones ducens; omnia simili modo, atque antea fecerat, administrans.

CV. Luce orta, quum essent mentes atque oculi omnium circa eos occupati, qui in tumultu pugnant; de eis, qui in insidiis latebant, nihil suspicabantur Romani. (2) Quum vero Hannibal confligentibus in colle alia atque alia continue submitteret auxilia, atque ipse horum a tergo cum equitibus ac reliquis copiis sequeretur, cito equites etiam inter se concurrerunt. (3) Quo facto, quum expediti Romanorum vim Punici equitatus non sustinerent, simul hi, dum ad gravem armaturam suam se recipiunt, aciem turbant: (4) simul, dato his signo qui in insidiis sedebant, quum omni ex parte se ostenderent isti atque irruerent, non jam circa expeditos solos, sed circa universam aciem Romanam, certamen atrox est accensum. (5) Hoc est tempus, quando Fabius, animadverso quid ageretur, veritus ne universæ Minucii copię delerentur, ipse suas educit, et periculose laborantibus propere suppetas venit. (6) Eoque mox appropinquante, Romani, quorum universa jam solutis ordinibus dissipata acies erat, ad signa quisque sua denuo coeunt, sensimque

καὶ κατέφευγον ὑπὸ τὴν τούτων ἀσφάλειαν· πολλοὺς μὲν ἱποβληκότες τῶν εὐζώνων, ἔτι δὲ πλείους ἐκ τῶν ταγμαμάτων, καὶ τοὺς ἀρίστους ἀνδρας. (7) Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀννίβαν, καταπλαγέντες τὴν ἀκεραιότητα καὶ σύνταξιν τὴν παραδεδοθηκότων στρατοπέδων, ἀπέστησαν τοῦ διωγμοῦ καὶ τῆς μάχης. (8) Τοῖς μὲν οὖν παρ' αὐτὸν γενομένοις τὸν κίνδυνον ἦν ἐναργές, ὅτι διὰ μὲν τὴν Μάρκου τόλμαν ἀπόλωλε τὰ θλα, διὰ δὲ τὴν εὐλάβειαν τοῦ Φαβίου, σέσωσται καὶ πρὸ τοῦ καὶ νῦν. (9) Τοῖς δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε ἐγένετο φανερόν δημολογουμένως, τί διαφέρει στρατιωτικῆς προπτείας καὶ κενοδοξίας στρατηγικῆς πρόνοια, καὶ λογισμὸς ἐστὼς καὶ νουεχής. (10) Οὐ μὴν ἄλλ' οἱ μὲν Ῥωμαῖοι, διδαχθέντες ὑπὸ τῶν πραγμάτων, καὶ βαλλόμενοι χάρακα πάλιν ἕνα πάντες, ἐστρατοπέδευσαν ὁμόσῃ· καὶ λοιπὸν ἤδη Φαβίῳ προσεῖχον τὸν νοῦν, καὶ τοῖς ὑπὸ τούτου παραγγελλομένοις. (11) Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὸν μὲν μεταξὺ τόπον τοῦ βουνοῦ καὶ τῆς σφετέρας παρεμβολῆς διατάφρυσαν· περὶ δὲ τὴν κορυφὴν τοῦ καταληφθέντος λόφου χάρακα περιβαλόντες, καὶ φυλακὴν ἐπιστήσαντες, λοιπὸν ἤδη πρὸς τὴν χειμασίαν ἀσφαλῶς ἡτοιμάζοντο.

CVI. Τῆς δὲ τῶν ἀρχαιρεσιῶν ὥρας συνεγγιζούσης, εἶλοντο στρατηγούς οἱ Ῥωμαῖοι, Λεύκιον Αἰμίλιον καὶ Γάϊον Τερέντιον. Ὃν κατασταθέντων, οἱ μὲν δικτάτορες ἀπέθνετο τὴν ἀρχήν. (2) Οἱ δὲ προϋπάρχοντες ὑπατοὶ, Γνάϊος Σερούλιος, καὶ Μάρκος Ῥηγοῦλος, ὁ μετὰ τὴν Φλαμινίου τελευτὴν ἐπικατασταθεὶς, τότε προχειρισθέντες ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Αἰμίλιον ἀντιστράτηγος, καὶ παραλαβόντες τὴν ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἐξουσίαν, ἐχειρίζον κατὰ τὴν ἑαυτῶν γνώμην τὰ κατὰ τὰς δυνάμεις. (3) Οἱ δὲ περὶ τὸν Αἰμίλιον, βουλευσάμενοι μετὰ τῆς συγκλήτου, τὸ μὲν ἔλλειπον πλῆθος ἔτι τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὴν ὀλὴν ἐπιβολὴν παραχρῆμα καταγράφαντες, ἐξαπέστειλαν. (4) Τοῖς δὲ περὶ τὸν Γνάϊον διεσάφησαν, ὁλοσχερῇ μὲν κίνδυνον κατὰ μηδὲνα τρόπον συνίστασθαι, τοὺς δὲ κατὰ μέρος ἀκροβολισμοὺς ὡς ἐνεργοτάτους ποιεῖσθαι καὶ συνεχεστάτους, χάριν τοῦ γυμνάζειν καὶ παρασκευάζειν εὐθαρσεῖς τοὺς νέους πρὸς τοὺς ὁλοσχερεῖς ἀγῶνας· (5) τῷ καὶ τὰ πρότερον αὐτοῖς συμπτώματα δοκεῖν οὐχ ἥκιστα γεγενῆσθαι διὰ τὸ νεοσυλλόγοις καὶ τελέως ἀνασκήτοις κεχρῆσθαι τοῖς στρατοπέδοις. (6) Αὐτοὶ δὲ Λεύκιον μὲν Ποστούμιον, ἐξαπέλεκον ὄντα στρατηγόν, στρατόπεδον δόντες, εἰς Γαλατίαν ἐξαπέστειλαν, βουλόμενοι ποιεῖν ἀντιπερίσπασμα τοῖς Κελτοῖς τοῖς μετ' Ἀννίβου στρατευομένοις. (7) Πρόνοιαν δ' ἐποίησαντο καὶ τῆς ἀνακομιδῆς τοῦ παραχειμαζόντος ἐν τῷ Αἰλυθαίῳ στόλου· διεπέμφαντο δὲ καὶ τοῖς ἐν Ἰβηρίᾳ στρατηγοῖς πάντα τὰ κατεπεύγοντα πρὸς τὴν χρεῖαν. (8) Οὗτοι μὲν οὖν περὶ ταῦτα καὶ περὶ τὰς λοιπὰς ἐγγίνοντο παρασκευὰς ἐπιμελῶς. (9) Οἱ δὲ περὶ τὸν Γνάϊον, κομισάμενοι παρὰ τῶν ὑπάτων ἐντολὰς, πάντα τὰ κατὰ μέρος ἐχειρίζον κατὰ τὴν ἐκείνων γνώμην. (10) Διὸ καὶ τὸ πλείω γράφειν ὑπὲρ αὐτῶν παρήσομεν. Ὅλοσχερές μὲν γὰρ ἦ

recedentes ad horum praesidium se recipiunt; multis expeditorum, sed pluribus etiam legionariorum amissis, iisque viris fortissimis. (7) Hannibal, adventu legionum auxiliantium, quae et recentes erant et ad praelium scite dispositae, perterritus, persequi hostem et pugnare destitit. (8) Igitur qui periculo interfuerant, iis liquido constabat, per Minucii audaciam profligatum penitus Romanorum exercitum fuisse; cauta vero cunctatione Fabii, et antea, et nunc, rem esse restitutam. (9) Sed et iis, qui Romae erant, manifesto tunc claruit, imperatoria prudentia et iudicium firmum ac sapiens quid praestet militari temeritati et inani jactationi. (10) Ceterum Romani, experimento meliora edocti, commune rursus vallum jecere, et iisdem omnes castris consedere: Fabiumque dehinc respicientes cuncti, imperiis illius parere. (11) Carthaginienses, fossa ducta inter illum tumultum et castra sua, summum collem occupatum vallo cinxerunt; ibique posito praesidio, nullo amplius periculo imminente, ad hiberna se comparabant.

tinuato itinere castra Tegae positurum, illos vero hortari, ut quamprimum idoneos viros ad se mittant, qui de instantibus negotiis secum possint consultare. (4) Quum regis mandato legati paruissem, principes Lacedaemoniorum viros decem ad Philippum miserunt. (5) Hi, Tegae profecti, et in concilium regis admissi, (Omius caput legationis erat) Adimantum, tamquam tumultus auctorem accusare instituerunt; (6) ipsi vero Philippo omnia se officia sociorum praestituros recipiunt; neque commissuros, ut de benivolentia erga ipsum ulli populo, ex iis quos sibi vere amicos esse confidat, videri possint concedere. (7) Haec similique hiis locuti Lacedaemonii, excesserunt. Qui concilio intererant, dissidere sententiis. (8) Nonnulli, malam Spartanorum mentem notam habentes, gnari praeterea Adimantum cum ceteris propter suarum partium amorem fuisse occisos ad haec, Lacedaemonios consiliorum societatem cum Elokis inire voluisse, Philippo auctores erant, ut severitatis exemplum in Lacedaemonios statueret; neque aliter eos tractaret, quam olim Thebanos Alexander statim post susceptum regnum. (9) Alii e senioribus dicere gravius id supplicium fore, quam pro commerita noxa: in auctores tamen seditionis animadvertendum, iisque de statione depulsis, reipubl. et omnes magistratus amicis regis esse tradendos.

XXIV. Post omnes rex infit; si modo regi tribui debent quae per ea tempora pronuntiatæ ab eo sunt sententiæ: neque enim simile est veri, id ætatis puerum, annorum vi septemdecim, statuere de tantis rebus posse. (2) Verum, quemadmodum nos, qui res gestas perscribimus, sententias illas, quæ in deliberationibus et consiliis sumendis ratæ fuerunt, adscribere iis par est, qui rerum sanarum praesunt: sic, qui hæc legunt, simul illud taciti cogitare debent, per esse verisimile, huiusmodi sententias a familiaribus principum, et iis maxime, qui deliberantibus assident, proficisci. (3) Ex omnibus autem Arato potissimum sententiam, quæ tunc a rege dicta, æquissimum quisque adscripserit. (4) Dixit igitur rex: inique facta, quæ a sociorum quibusque intra ipsorum civitatem admittantur, ad sese hactenus solum pertinere, ut verbis litterisque eos moneat et reprehendat: (5) at, quæ communem societatem attingant, ea vero sola esse, dixit, quæ ad totius concilii curam pertinerent, ut iis prospiciant, atque remedium afferant. (6) Quum igitur Lacedaemonii, nihil, quod quidem appareat, adversus communem societatem deliquerat; sed contra etiam polliceantur omnia se nobis, quæ iusta et æqua fuerint, praestituros; non convenire ut gravis quidquam adversus eos statuat. (7) Absurdum enim futurum, si, quos pater hostes a se victos nulla re læsisset, in eosdem propter levem adeo causam, durius aliquid ipse consuleret. (8) Postquam ea sententia obtinisset, quæ

γρονός· εὐθὺς δ βασιλεὺς Πετραῖον τῶν αὐτοῦ φίλων ἅμα τοῖς περὶ τὸν Ὀμίαν ἐξαπέστειλε, παρακαλέσασθαι τοὺς πολλοὺς, ἀντέχεσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν καὶ Μακεδόνας εὐνοίας, ἅμα δὲ δώσοντας καὶ ληψόμενον τοὺς ὅρκους περὶ συμμαχίας. (9) Αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ὀνίμειας ἀναζεύξας προῆγε πάλιν ὡς ἐπὶ Κορίνθου, καλὸν δείγμα τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως τοῖς συμμαχοῖς ἐπιθέμενος ἐν τῇ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀποφάσει.

XXV. Καταλαβὼν δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν συμμαχίδων παραγεγονότας εἰς τὴν Κόρινθον, συνήθρενε καὶ διελέμβανε μετὰ τούτων, τί δεῖ ποιεῖν, καὶ πῶς χρῆσασθαι τοῖς Αἰτωλοῖς. (2) Ἐγκαλούντων δὲ Βοιωτῶν μὲν, ὅτι σπύλασιν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰωνίας ἱερὸν, εἰρήνης ὑπαρχούσης· Φωκίων δὲ, διότι στρατεύσαντες ἐπ' Ἄμβρουσον καὶ Δαύλιον, ἐπιβάλοιντο καταλαβέσθαι τὰς πόλεις· (3) Ἡπειρωτῶν δὲ, καθότι πορθῆσαι αὐτῶν τὴν χώραν· Ἀχαρνῶν δὲ παραδεικνύοντων, τίνα τρόπον συστήσασμενοι πρᾶξιν ἐπὶ Θύριον, νυκτὸς ἔτι προσβαλεῖν τολμήσασιν τῇ πόλει· (4) πρὸς δὲ τούτοις Ἀχαιῶν ἀπολογιζομένων, ὡς καταλάβοιντο μὲν τῆς Μεγαλοπολίτιδος Κλάριον, πορθῆσαιεν δὲ διεχόντες τὴν Πατραίειν καὶ Φαραίειν χώραν, διαρπάσαιεν δὲ Κύναιθαν, συλήσαιεν δὲ τὸ τῆς ἐν Λούσοις Ἀρτέμιδος ἱερὸν, πολιορκήσαιεν δὲ Κλειτορίους, ἐπιβουλεύσαιεν δὲ κατὰ μὲν θάλατταν Πύλῳ, κατὰ δὲ γῆν ἄρτι συνοικιζομένη τῇ Μεγαλοπόλει, μετὰ τῶν Ἰλλυριῶν, ἀνάστατον αὐτὴν ποιῆσαι· (5) διακούσαντες τούτων οἱ τῶν συμμαχῶν σύνεδροι, πάντες ὁμοθυμαδὸν ἐκφέρειν ἐβουλεύσαντο τοῖς Αἰτωλοῖς τὸν πόλεμον. (6) Προθέμενοι δὲ τὰς προειρημένας αἰτίας ἐν τῷ δόγματι, παρακατεβάλοντο ψήφισμα· πρῶτιστάσασφοντες, ὅτι συνασώσουσι τοῖς συμμαχοῖς εἰ τίνα κατέχουσιν αὐτῶν Αἰτωλοὶ χώραν ἢ πόλιν, ἀφ' οὗ Δημήτριος ὁ Φιλίππου κατὰ φύσιν πατὴρ μετήλλαξε· (7) παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν καιρῶν ἠναγκασμένους ἀκούσιως μετέχιν τῆς Αἰτωλῶν συμπολιτείας, ὅτι πάντας τούτους ἀπακαταστήσουσιν εἰς τὰ πάτρια πολιτεύματα, χώραν ἔχοντας καὶ πόλεις τὰς αὐτῶν, ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, ἐλευθέρους ὄντας, πολιτείας καὶ νόμους ἰσχυμένους τοῖς πατρίοις· (8) συνανακομιεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς Ἀμφικτυόνειν ἐγράψαν τοὺς νόμους, καὶ τὴν περὶ τοῦ ἱερὸν ἐξουσίαν, ἣν Αἰτωλοὶ παρήρηγται νῦν, βουλόμενοι τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν ἐπικρατεῖν αὐτοί.

XXVI. Τούτου δὲ τοῦ δόγματος κυρωθέντος, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετραρακοστῆς Ὀλυμπιάδος ὁ μὲν Συμμαχικὸς προσαγορευόμενος πόλεμος ἀρχὴν εἰλφέρει δικαίαν, καὶ πρέπουσαν τοῖς γηγόνειν ἀδικήμασιν. (2) Οἱ δὲ σύνεδροι παραχρῆμα πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς τοὺς συμμαχοὺς, ἵνα, πρὶν ἑκάστοις διὰ τῶν πολλῶν ἐπικυρωθέντος τοῦ δόγματος, ἐκφέρωσι πάντες τοῖς Αἰτωλοῖς τὸν ἀπὸ τῆς χώρας πόλεμον. (3) Ἐπειμψε δὲ καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπιστολήν ὁ Φίλιππος, διασαφῶν, ἵν', εἰ τι λέγειν δι-

negligi quod acciderat volebat, extemplo rex Petræum, e cohorte amicorum, cum Omia misit, qui et populum hortaretur, ut in sua et Macedonum amicitia maneret, et simul societatem præstito exactoque jurejurando firmaret : (9) ipse cum exercitu Corinthum revertitur, postea quam egregium animi sui propositum luculenter sociis per ea probasset, quæ de Lacedæmoniiis statuerat.

XXV. Corinthi eos nactus, qui a sociis civitatibus, illuc missi fuerant, communiter cum illis de rebus præsentibus, et quonam modo erga Ætolos se gererent, consultabat. (2) Quum autem a Bœotis accusarentur Ætoli, quod Minervæ Itoniæ fanum pacis tempore spoliassent : a Phocensibus, quod, expeditione adversus Ambrysium et Daulium suscepta, oppugnare eas urbes essent conati : (3) ab Epirotis, quod agrum ipsorum vastassent : quum etiam demonstrarent Acarnanes, quomodo Ætoli, conflata urbis Thyru proditione, noctu illam invadere essent ausi : (4) ad hæc, quum exposuissent Achæi, quomodo Clarium in agro Megalopolitano cepissent, Patræensium et Pharæensium agros in transitu populati essent, Cynætham diripuissent, Dianæ templum Lusi expilassent, Clitoriis obsedissent ; denique quod una cum Illyriis, mari quidem, Pylum, terra vero Megalopolim tentassent, hancque, recens tunc frequentari rursus incolis creptam, funditus evertere voluissent : (5) hæc, inquam, omnia ubi in communi concilio fuissent exposita, bellum Ætolis esse inferendum, omnes uno ore consenserunt. (6) Igitur omnibus, quas dixi, belli causis in introitu decreti commemoratis, subjiciunt decretum, quo profitebantur : Mutuum sociis operam se laturos ad recipiendos sive agros illorum, sive urbes, si quas Ætoli occupassent ab illo inde tempore, quo Philippi pater Demetrius e vivis excessit. (7) Similiter, si qui temporibus coacti, præter voluntatem se Ætolis contribuissent, omnibus his pristinam reipubl. formam se reddituros, ut et agros suos et urbes sine præsidio tenerent, liberi, absque ulla tributii pensatione viverent, legibus atque institutis patriis civitatem administrarent. (8) Amphictyones etiam se adjuturos in legum instauratione, et in subjiciendo potestati ipsorum templo, quam eis Ætoli ademerant, cum omnium ad illud spectantium soli domini esse voluissent.

XXVI. Rato igitur habito hoc decreto, circa annum primum Olympiadis centesimæ quadragesimæ BELLUM SOCIALE principium habuit, justum et ex Ætolorum injuriis conflatum. (2) Et protinus concilium publicum legatos ad urbes socias misit, ut, firmato ubique populi etiam suffragiis decreto, omnes conscriptis ex tota regione copiis bellum Ætolis inferrent. (3) Ætolos vero etiam per litteras Philippus monuit, ut, si quæ justa haberent, quibus dilui objecta

καιον ἔχουσιν ὑπὲρ τῶν ἐγκαλουμένων, ἔτι καὶ νῦν συνελθόντες διὰ λόγου ποιῶνται τὴν διεξαγωγὴν. (4) Εἰ δ' ὑπειλήφασι, διότι χωρὶς κοινοῦ δόγματος λεηλατοῦσι καὶ πορβοῦσι πάντας, οὐκ ἀμυνεῖσθαι τοὺς ἀδικουμένους· ἐάν δ' ἀμύνωνται, νομισθήσεσθαι τούτους κατάρχειν τοῦ πολέμου· πάντων αὐτοὺς εὐθησετάτους εἶναι. (5) Κομισάμενοι δ' οἱ τῶν Αἰτωλῶν ἄρχοντες τὴν ἐπιστολὴν ταύτην, τὸ μὲν πρῶτον ἐλπίσαντες, οὐχ ἔξειν τὸν Φίλιππον, συνέθεντο ῥητὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ πρὸς τὸ Ῥίον ἀπαντήσουσι. (6) Γινόντες δὲ παραγινόμενον, ἀπέστειλαν γραμματοφόρον διασαφούντες, ὥς οὐ δύνανται πρὸ τῆς τῶν Αἰτωλῶν συνόδου δι' αὐτῶν οὐδὲν ὑπὲρ τῶν ὁδῶν οἰκονομεῖν. (7) Οἱ δ' Ἀχαιοί, συνελθόντες εἰς τὴν καθήκουσαν σύνοδον, τὸ τε δόγμα πάντες ἐπεκύρωσαν, καὶ τὸ λάφυρον ἐπεκήρυξαν κατὰ τῶν Αἰτωλῶν. (8) Προσελθόντες δὲ καὶ τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν βουλὴν ἐν Αἰγίῳ, καὶ διαλεχθέντος διὰ πλείονων, τὰ ῥηθέντα μετ' εὐνοίας ἀπεδέξαντο, καὶ τὰ προὔπαρχοντα φιλάνθρωπα τοῖς προγόνους ἀνενώσαντο πρὸς αὐτὸν τὸν Φίλιππον.

XXVII. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Αἰτωλοὶ, συνάψαντος τοῦ τῶν ἀρχαιρεσίων χρόνου, στρατηγὸν αὐτῶν εἶλοντο Σκόπαν, ὃς ἐγεγόνει πάντων τῶν προειρημένων ἀδικημάτων αἷτιος. (2) Ὑπὲρ ὧν οὐκ οἶδα, πῶς γρὴν λέγειν. Τὸ γὰρ κοινῷ μὲν δόγματι μὴ πολεμεῖν, πανδημὴ δὲ στρατεύοντας ἄγειν καὶ φέρειν τὰ τῶν πέλας, καὶ κολάζειν μὲν μηδὲνα τῶν αἰτίων, στρατηγούς δ' αἰρεῖσθαι καὶ τιμᾶν τοὺς προεστώτας τῶν τοιούτων ἔργων· ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τῆς πάσης γέμειν κακοπραγμοσύνης. (3) Τί γὰρ ἂν ἄλλο τις τὰς τοιαύτας κακίας ὀνομάσσει; ὅτλην δ' ἔσται τὸ λεγόμενον ἐκ τούτων. (4) Λακεδαιμόνιοι, τὴν Καδμείαν Φοιβίδου παρὰσπονδῆσαντες, τὸν μὲν αἷτιον ἐξημίωσαν, τὴν δὲ φρουρὰν οὐκ ἐξήγαγον· ὥσπερ λυομένης τῆς ἀδικίας διὰ τῆς τοῦ πράξαντος βλάβης· παρὸν τάναντία ποιεῖν τοῦτο γὰρ διέφερε τοῖς Θεβαίοις. (5) Ἰάλιν ἐκήρυττον ἀφίεσθαι τὰς πόλεις ἑλευθέρας καὶ αὐτονόμους, κατὰ τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην· τοὺς δ' ἄρμοστὰς οὐκ ἐξῆγον ἐκ τῶν πόλεων. (6) Μαντινεῖς, φίλους ὄντας καὶ συμμάχους, ἀναστάτους ποιήσαντες, οὐκ ἔφρασαν ἀδικεῖν, ἐκ μιᾶς πόλεως εἰς πλείους αὐτοὺς διοικίσαντες. (7) Ἄνοια μετὰ κακίας, τὸ δοκεῖν, ἐάν τις αὐτὸς ἐπιμύη, μηδὲ τοὺς πέλας ὀρᾶν. (8) Ἀμφοτέροις τοῖνυν ὁ ζῆλος οὗτος τῆς πολιτείας, αἷτιος κατέστη τῶν μεγίστων συμπτωμάτων. Ὅν οὐδαμῶς οὐδαμῇ ζηλωτέον, οὔτε κατ' ἰδίαν, οὔτε κοινῇ, τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους. (9) Ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος, χρηματίσας τοῖς Ἀχαιοῖς, ἀνέειξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ Μακεδονίας, σπεύδων ἐπὶ τὴν παρασκευὴν τῶν πρὸς τὸν πόλεμον. (10) οὐ μόνον τοῖς συμμάχοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς Ἑλλήσι διὰ τοῦ προειρημένου ψηφίσματος καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύων πρᾶξιμος καὶ μεγαλοφυχίας βασιλικῆς.

XXVIII. Ταῦτα δ' ἐπράττετο κατὰ τοὺς αὐτοὺς

crimina possent, vel nunc in publico illa conventu exponerent, et controversiam colloquio dirimerent. (4) Quod s' autem existimarent, quia absque publico decreto depopulenterque omnium agros, injuriam non esse ulturos quos lacerarent, aut, si vindictam laesi parent, primos belli auctores eos iri habitum; omnium stultissimos ipsos esse. (5) Hac epistola accepta Aetolorum principes, rati primo non venturum Philippum, diem certam constituerunt, qua Rhium congregarentur. (6) Deinde, Philippi adventu cognito, misso nuntio significarunt, ante legitimum Aetolorum cœtum de publicis rebus statuendi quidquam non habere se potestatem. (7) Achæi, postquam statum tempus conventus ipsorum appetiit, in unum coacti, et decretum universi confirmarunt, et, jus esse spolia capiendi ab Aetolis, voce præconis edixerunt. (8) Et quum rex quoque Aegium ad concilium venisset, multosque ibi sermones habuisset, benevole ejus oratio est excepta, et amicitiae jura, quæ fuerant genti Achæorum cum ejus majoribus, omnia cum Philippo sunt renovata.

XXVII. Circa idem tempus Aetoli, ad solennia sua cœcti comitia, prætorem creant Scopam, qui auctor fuerat omnium ante expositarum injuriarum. (2) Qua de re quid dicam, equidem nescio. Nam decreto quidem publico non gerere bellum, quum interea copioso exercitu feras cuncta passim aliorum agasque, et, nocentium neminem puniens, hos, qui ad scelera id genus patranda duces se præbuerunt, imperiis etiam et dignitatibus augeas; id meo quidem judicio, facinus est perditissimæ malitiæ plenum. (3) Quo enim alio nomine hoc genus pravitatis nomines? Quod sentio, manifestius ex his poterit intelligi. (4) Lacedæmonii, quum Cadmeam Phœbidas fraude et perfidia occupasset, a noxio quidem penas exegerunt, ceterum Cadmea præsidium non eduxerunt; tamquam expiatum esset admissum scelus damno auctoris: quum contrarium fuerit faciendum; id enim Thebanorum intererat. (5) Rursus iidem, tempore pacis ab Antalcida factæ, præconio significarunt, dimittere se liberas civitates ut suis legibus utantur: harmostas vero ex urbibus non revocarunt. (6) Quum Mantiniensium, sociorum atque amicorum suorum, statum atque urbem funditus evertissent; nihil se injuriæ commisisse diclitabant, qui ex uno oppido in plura eos distribuissent. (7) Enimvero amentia est cum malitia conjuncta, putare, si tu oculos claudas, ne alios quidem cernere. (8) His igitur institutis usus in suæ reip. administratione uterque ille populus, maximas sibi calamitates accivit. Quæ quidem instituta, nemo, neque privatim, neque publice, ullo modo unquam æmulari debet, qui quidem recte sibi consulere cupiat. (9) Philippus, postquam operam Achæi dedit, cum exercitu in Macedoniam est reversus; ad præparandum bellum ingenti studio contendens: (10) magna non sociis dumtaxat, verum omnibus in universum Græcis, clementiæ et regiæ magnanimitatis spe per decretum illud, de quo diximus, ostensa.

XXVIII. Hæc iisdem temporibus gesta sunt, quibus

καιρούς, καθ' οὓς Ἀννίβας, γεγωνὸς ἦδ' ὁ κύριος τῶν ἐντὸς Ἱβηρος ποταμοῦ πάντων, ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν. (3) Εἰ μὲν οὖν τὰς πρώτας ἐπιβολὰς τὰς Ἀννίβου ταῖς Ἑλληνικαῖς πράξειςιν ἀπ' ἀρχῆς εὐθὺς ἐπιπεπλέχθαι συνέβαινε, δῆλον ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ περὶ τούτων ἂν ἡμᾶς ἐναλλὰξ ἴδαι, καὶ κατὰ παράθεσιν τοῖς Ἱβηρικοῖς, πεποιθῆσθαι τὴν ἐξηγήσιν, ἀκολουθοῦντας τοῖς καιροῖς. (3) Ἐπεὶ δὲ τὰ τε κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν πολέμων τούτων ἰδίας εἰλήγει, τὰς δὲ συντελείας κοινὰς· καὶ τὴν ἐξηγήσιν περὶ αὐτῶν ἐκρίναμεν ποιήσασθαι κατ' ἰδίαν, ὥς ἂν ἐπὶ τὸν καιρὸν ἴσθωμεν τοῦτον, ἐν ᾧ συνεπλάκυσαν αἱ προειρημῆναι πράξεις ἀλλήλαις, καὶ πρὸς ἐν τέλος ἤρξαντο καὶ τὴν ἀναφορὰν ἔχειν. (4) (οὕτω γὰρ ἦ τε περὶ τὰς ἀρχὰς ἐκάστων ἔσται διήγησις σαφής, ἥ τε συμπλοκὴ καταφανής, περὶ ἧς ἐν ἀρχαῖς ἐνεδειξάμεθα, παραδείξαντες, πότε καὶ πῶς καὶ δι' ἃς αἰτίας γέγονε·) λοιπὸν ἴη κοινὴν ποιήσασθαι περὶ πάντων τὴν ἱστορίαν. (5) Ἐγένετο δὲ ἡ συμπλοκὴ τῶν πράξεων περὶ τὴν τοῦ πολέμου συντελείαν, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετραρακοστῆς Ὀλυμπιάδος. Διὸ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα κοινῇ, τοῖς καιροῖς ἀκολουθοῦντες, ἐξηγησόμεθα· τὰ δὲ πρὸ τοῦ κατ' ἰδίαν, ὡς εἶπον. (6) προσαναμνήσκοντες μόνον τῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ δεδηλωμένων, ἵνα μὴ μόνον εὐπαράκολούθητος, ἀλλὰ καὶ καταπληκτικὴ γίγηται τοῖς προσέουσιν ἡ διήγησις.

XXIX. Φιλίππος δὲ, παραχειμᾶζον ἐν Μακεδονίᾳ, κατέγραψε τὰς δυνάμεις πρὸς τὴν μέλλουσαν χρεῖαν ἐπιμελῶς. Ἄμα δὲ τούτοις ἡσφαλίζετο τὰ πρὸς τοὺς ὑπερχειμένους τῆς Μακεδονίας βαρβάρους. (2) Μετὰ δὲ ταῦτα συνελθὼν πρὸς Σκερδιλαιδαν, καὶ τοιμηρῶς ὡς αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας, διελέγετο περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας. (3) καὶ, τὰ μὲν ὑπισχυόμενος αὐτῷ συγκτασκευάζειν τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πραγμάτων, τὰ δὲ κατηγορῶν τῶν Αἰτωλῶν, ὄντων εὐκατηγορήτων, βράδως ἐπισσε συγγωρεῖν τοῖς παρακαλουμένοις. (4) Μήποτε γὰρ οὐδὲν διαφέρει τὰ κατ' ἰδίαν ἀδικήματα τῶν κοινῶν, ἀλλὰ πληθεῖ μόνον καὶ μεγίθει τῶν συμβαινόντων. Καὶ γὰρ κατ' ἰδίαν τὸ τῶν βραδιουργῶν καὶ κλεπτῶν πῶλον τούτῳ μάλιστα τῷ τρόπῳ σφάλλεται, τῷ μὴ ποιεῖν ἀλλήλοις τὰ δίκαια, καὶ συλλήδην ταῖς εἰς αὐτοὺς ἀθεσίαις. (5) Ὅ καὶ τότε συνέβη γενέσθαι περὶ τοὺς Αἰτωλοὺς. Συνθέμενοι γὰρ τῷ Σκερδιλαιδᾷ, ὡς ἐν μέρος τι τῆς λείας ἐὰν συνεισβάλῃ μετ' αὐτῶν εἰς τὴν Ἀχαΐαν. (6) πεισθέντος, καὶ ποιήσαντος τούτο, διαρκάσαντες τὴν τῶν Κυναιθίων πόλιν, καὶ πολλὰ περιλασάμενοι σώματα καὶ ὀρέγματα, τὸν Σκερδιλαιδαν οὐδένως μερίτην ἐποίησαντο τῶν ἀλόντων. (7) Διόπερ, ὑποκαθήμενης ἐκ τούτων αὐτῷ τῆς ὀργῆς, βραχέα προσαναμνήσαντος τοῦ Φιλίππου, ταχέως ὑπήκουσε, καὶ συνέθετο μεθέξιν τῆς κοινῆς συμμαχίας· ἐν ᾧ λαμβάνειν μὲν εἴκοσι τάλαντα κατ' ἑνὶ αὐτῷ,

Hannibal, devictis trans Itherum omnibus, adversus Saguntinorum urbem arma convertit. (2) Quod si igitur Hannibal prima incepta rebus gestis Græcorum statim a principio fuissent immista, nobis utique superiori libro de his verba per vices fuissent facienda; ut, temporis ratione habita, rebus Hispanicis Græcanicas velut e regione apponeremus. (3) Sed quoniam res Italiae, Græciae, et Asiae, causas quidem bellorum separatas habuerunt, exitus vero communes; nos quoque separatim de his agendum duximus, donec ad illud pervenerimus tempus, quo res jam dictae inter se mutuo implicite, et ad unum eundemque finem referri omnes sunt coeptae. (4) Hoc enim modo, et principia singularum rerum clarius explicabuntur, et illa commistio erit illustrior, de qua initio jam monui, obiter simul ostendens, quando, quomodo, quasve ob causas, ea contigerit. Deinde demum communem rerum oranium historiam contexemus. (5) Contigit autem ea commistio circa belli hujus finem, anno tertio Olympiadis cxi. Idcirco sequentia quidem, convenienter temporibus, conjunctim narrabimus; antecedentia vero, separatim, ut jam dixi; (6) obiter tantum in memoriam revocatis, quæ circa eadem tempora gesta superiore libro ostendimus: ut non perspicua tantum sit narratio, sed etiam admirationem apud attentos lectores inveniat.

XXIX. Philippus, dum hiberna ageret in Macedonia, ad futurum bellum exercitus summo studio conscribebat: simul Macedoniam adversus barbaros, illi superne imminentes, muniebat. (2) Deinde cum Scerdilaida congressus, temere atque audacter fidei illius se permittens, de amicitia et pace cum illo egit: (3) ac, partim auxilium illi pollicitans ad perficienda nonnulla quæ in Illyrico agitata, partim Ætolos incusans, quæ sane facilis materia erat, haud difficulter hominem perpulit, ut postulatis suis annueret: (4) Nihil enim admodum privatorum injuriæ a publicis differunt, nisi multitudine et magnitudine delictorum. Nam et qui privatim ad scelus et latrociniorum societatem coierunt, hoc potissimum modo perire solent, cum fidem inter se non servant, et, ut summatim dicam, pacta mutua violant. (5) Quod ipsum etiam Ætolis tunc usu venit. Pacti enim Ætoli cum Scerdilaida, partem aliquam prædæ se ei daturus, si ad expeditionem Achaicam una secum vellet proficisci, (6) quum is conditionem accepisset implevissetque, illi, urbe Cynæthensium direpta, et, qua mancipiorum, qua pecorum, magna præda abacta, nullius penitus eorum quæ capta fuerant Scerdilaidæ partem ullam dederant. (7) Magnam igitur ille ex ea re iram animo concipere: cujus ubi memoriam ei Philippus paucis revocasset, extemplo morem ei gessit, et ad communem societatem sese adjuncturum promisit his legibus: ut quo-

πλεῖν δὲ λέμβοις τριάκοντα, καὶ πολεμεῖν τοῖς Αἰτωλοῖς κατὰ θάλατταν.

XXX. Ὁ μὲν οὖν Φίλιππος περὶ ταῦτα διέτριβεν. Οἱ δ' ἐξαποσταλέντες πρέσβεις πρὸς τοὺς συμμάχους, ἀφικόμενοι πρῶτον εἰς Ἀκαρνανίαν, ἐνετύγχανον τούτοις. (2) Οἱ δ' Ἀκαρνανεὶς τό τε δόγμα γνησίως συνεπεκύρωσαν, καὶ τὸν ἀπὸ χώρας πόλεμον ἐξήνεγκαν τοῖς Αἰτωλοῖς· καίπερ τούτοις, εἰ καὶ τισιν ἐτέροις, δίκαιον ᾗν συγγνώμην ἔχειν, ὑπερτιθεμένοις καὶ καταμέλλουσι, καὶ καθόλου δεδιόσι τὸν ἀπὸ τῶν ἀστυγείτων πόλεμον. (3) καὶ διὰ τὸ παραχεῖσθαι μὲν συντερμονούντας τῇ τῶν Αἰτωλῶν χώρᾳ, πολὺ δὲ μᾶλλον διὰ τὸ κατ' ἰδίαν εὐχειρώτους ὑπάρχειν· τὸ δὲ μέγιστον, διὰ τὸν μικροῖς ἐμπροσθεν χρόνους πείραν εἰληφέναι τῶν δεινοτάτων, διὰ τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς ἀπέχθειαν. (4) Ἀλλὰ μοι δοκοῦσιν οἱ γνήσιοι τῶν ἀνδρῶν, καὶ κοινῇ, καὶ κατ' ἰδίαν, οὐδέ ποτε περὶ πλείονος οὐδὲν ποιεῖσθαι τοῦ καθήκοντος· ὅπερ Ἀκαρνανεὶς ἐν τοῖς πλείστοις καιροῖς, οὐδενὸς τῶν Ἑλλήνων ἤττον, εὐρίσκονται διατετηρηκότες, καίπερ ἀπὸ μικρᾶς ὁρμώμενοι δυνάμεως. (5) Οἷς οὐκ ὀκνητέον κατὰ τὰς περιστάσεις κοινωνεῖν πραγμάτων, σπευστέον δὲ μᾶλλον, εἰ καὶ τισιν ἐτέροις τῶν Ἑλλήνων· καὶ γὰρ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ στάσιμον ἔχουσι τι καὶ φιλελεύθερον. (6) Ἡπειρώται δὲ, ἐκ παραθέσεως, διακούςαντες τῶν πρέσβων, τὸ μὲν δόγμα παραπλησίως ἐπεκύρωσαν· τὸν δὲ πόλεμον ἐκφέρειν ἐξηφίσαντο τοῖς Αἰτωλοῖς, ἐπειδὴ καὶ Φίλιππος ὁ βασιλεὺς ἐξένεγκη. (7) Τοῖς δὲ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν πρεσβευταῖς ἀπεκρίθησαν, ὅτι δέδοται τοῖς Ἡπειρώταις, διατηρεῖν πρὸς αὐτοὺς τὴν εἰρήνην· ἀγενεῶς καὶ ποικίλως χρώμενοι τοῖς πράγμασιν. (8) Ἀπεστάλησαν δὲ καὶ πρὸς βασιλέα Πτολεμαῖον πρέσβεις, οἱ παρακαλέσοντας αὐτὸν, μήτε χρήματα πέμψαι τοῖς Αἰτωλοῖς, μήτ' ἄλλο μηδὲν χορηγεῖν κατὰ Φιλίππου καὶ τῶν συμμάχων.

XXXI. Μεσσήνιοι δὲ, δι' οὓς ὁ πόλεμος τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, τοῖς παραγενομένοις πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίθησαν· ὅτι, τῆς Φιγαλίας κειμένης ἐπὶ τοῖς ὄρεσι αὐτῶν, καὶ ταττομένης ὑπ' Αἰτωλοῦς, οὐκ ἂν ἐπιδέξαιτο τὸν πόλεμον, πρὶν ἢ ταύτην ἀπ' Αἰτωλῶν ἀποσπασθῆναι τὴν πόλιν. (2) Περὶ δὲ τῆς ἀποφάσεως ταύτης κατίσχυσαν, οὐδαμῶς εὐδοκούντων τῶν πολλῶν, οἱ ἐφορευόντες, Οἶνις καὶ Νίκιππος, καὶ τινες ἕτεροι τῶν ὀλιγαρχικῶν· ἀγνοοῦντες, καὶ πολὺ παραπαίοντες τοῦ δέοντος, κατὰ γὰρ τὴν ἐμὴν γνώμην. (3) Ἐγὼ γάρ, φοβερὸν μὲν εἶναι, φημί, τὸ πολεμεῖν, οὐ μὴν οὕτω γὰρ φοβερὸν, ὥστε πᾶν ὑπομένειν χάριν τοῦ μὴ προσδέεσθαι πόλεμον. (4) Ἐπεὶ τί καὶ θρασύνωμεν τὴν ἰσχυρίαν καὶ παρῆρσιαν καὶ τὸ τῆς ἐλευθερίας ὄνομα πάντες, εἰ μηδὲν ἔσται προυργαίτερον τῆς εἰρήνης; (5) Οὐδὲ γὰρ Θεβαῖους ἐπαινοῦμεν κατὰ τὰ Μηδικὰ, διότι, τῶν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποσπέντες κινδύνων, τὰ Περσῶν εἴλοντο διὰ τὸν φόβον· οὐδὲ Πίνδαρον, τὸν

tannis vicena talenta acciperet, et ut triginta lemborum classe bellum cum Ætolis mari gereret.

XXX. Dum in his occupatur Philippus, legati, ad socios missi, Acarnaniam primo adeunt, cum illisque agunt. (2) Acarnanes autem et decretum pro sua parte candido simplicique animo confirmarunt, et universis regionis suæ viribus bellum Ætolis intulerunt. Quamquam, si quis erat populus, cui par esset ignorare procrastinanti, cunctanti, atque adeo metuenti bellum cum finitimis suscipere, hic profecto erat: (3) quoniam et proximi sunt Ætolis, finibus eorum contermini; et, quod majus est, ipsi per se facile possunt debellari; tum autem, quod rei caput, non multis ante annis propter odium Ætolorum gravissima infortunia invenerant. (4) Sed mihi videntur qui ingenio sua liberali atque ingenuo, neque privatim, neque publice, pluris facere quidquam honestate: cujus in maximis quibusque fere periculis rationem habuisse Acarnanes (etsi virum non magna ipsis fiducia aderat), non minus quam ullos alios e Græcis, invenias. (5) Ut in adversis dubitare nemo debeat, societatem cum his inire, si quacum ulla alia Græcorum gente: nam et privatim et publice constantes et amantes libertatis reperiuntur. (6) Epirotæ, e contrario, legatione audita, decretum illi quidem pariter confirmarunt: at bellum Ætolis tunc demum inferre decreverant, quando et Philippus intulisset. (7) Ætolorum vero legatis responderunt, statuisse se pacem cum ipsis servare: neque generose neque constanter in eo se gerentes. (8) Missi vero sunt etiam ad Ptolemæum regem legati, qui peterent ab ipso, ne Ætolos aut pecunia aut ulla alia ope contra Philipum et socios adjuvaret.

XXXI. Messenii, propter quos initium cepit bellum, legatis, qui ad se venerant, responderunt: quum finibus suis Phigalea immineat, urbs ditionis Ætolorum, non ante suscepturos se bellum, quam oppidum illud ab Ætolorum concilio fuisset divulgum. (2) Hoc autem decretum ab invita multitudine expresserunt Cenis et Nicippus, illius temporis ephori, et alii nonnulli qui paucorum potentie favabant: perperam illi quidem, ut judicium meum est, a recta via consiliorum procul aberrantes. (3) Nam metuendum esse bellum, equidem non abnuo: sed non usque adeo metuendum, ut ejus vitandi gratia omnia velis suscipere. (4) Quid enim juris æquabilitatem jactamus omnes, et facultatem ex æquo dicendi quæ sentias, ipsum denique libertatis nomen, si nihil est omnium, quod potius ducamus pace? (5) Neque enim Thebanos laudamus, quod, belli Medici tempore, pericula refugientes pro communi Græciæ salute ob-eunda, præ formidine Persis se adjunxerunt; neque item Pin-

συναποφνεγμένον αὐτοῖς ἄγειν τὴν ἡσυχίαν, διὰ τῶνδε τῶν ποιημάτων·

(6) Τὸ κοινόν τις δαῖτων ἐν εὐδία τιθεῖς  
ἱερυνασάτω μεγαλόνορος ἡσυχίας  
τὸ φαῖδρον φάος·

(7) δόξας γὰρ παραυτίκα πιθανῶς εἰρηκέναι, μετ' οὐ πολὺ πάντων αἰσχιστόν τε εὐρέθη καὶ βλαβερωτάτην πεποιημένους ἀπόφασιν. (8) Εἰρήνην γὰρ μετὰ μὲν τοῦ δικαίου, καὶ πρόποντος, κάλλιστόν ἐστι κτῆμα καὶ λυσιτελέστατον· μετὰ δὲ κακίας ἢ δειλίας ἔπνοιεῖδιστου, πάντων αἰσχιστόν καὶ βλαβερώτατον.

XXXII. Οἱ δὲ τῶν Μεσσηνίων προεστώτες, ὀλιγαρχικοὶ, καὶ στοχαζόμενοι τοῦ παραυτίκα κατ' ἰδίαν λυσιτελοῦς, φιλοτιμώτερον τοῦ δέοντος αἰεὶ διέκρινον πρὸς τὴν εἰρήνην. (2) Διὸ πολλὰς μὲν περιστάσεις καὶ καιροὺς ἔχοντες, ἐνίστε δὲ καὶ φόβους καὶ κινδύνους διωλίσθων· ἡβροῦζοτο δὲ κατὰ τὴν πρόθεσιν ταύτην αἰεὶ τὸ κεφάλαιον αὐτοῖς, καὶ μεγίσταις ἐποιοῦν καλαίειν τὴν πατρίδα συμφοραῖς. (3) Δοκῶ δ' ἔγωγε, τὴν αἰτίαν εἶναι ταύτην· ὅτι δυσὶ γειννιῶντες ἔθνεσι τοῖς μεγίστοις τῶν κατὰ Πελοπόννησον, μᾶλλον δὲ Ἀρχέδον καὶ τῶν Ἑλληνικῶν, λέγω δὲ τῶν τε τῶν Ἀρχαδῶν καὶ τῶν Λακωνῶν. (4) καὶ τοῦ μὲν ἐχθρῶς καὶ ἀκαταλλάκτως αἰεὶ ποτε πρὸς αὐτοὺς ἔχοντος, ἐξ οὗ καὶ κατέσχον τὴν χώραν, τοῦ δὲ φιλικῶς καὶ κηδεμονικῶς· οὗτε τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους ἔχθραν εὐγενεῖς ἀνελάμβανον, οὗτε τὴν πρὸς Ἀρχαδὰς φιλίαν. (5) Λοιπὸν, ὅταν μὲν οὗτοι πρὸς ἀλλήλους ἢ πρὸς ἑτέρους πολεμοῦντες, ἐν περισπασμοῖς ᾤσαν, ἐγένετο τὸ δέον αὐτοῖς. Ἦγον γὰρ τὴν εἰρήνην αἰεὶ παρευδιάζόμενοι, διὰ τὴν τοῦ τόπου παράπτωσιν. (6) Ὅταν δ' εὐσχοιοὶ καὶ ἀπερίσπαστοι Λακεδαιμόνιοι γεννηθέντες, ἐτράπησαν πρὸς τὸ βλάπτειν αὐτούς. (7) οὗτ' αὐτοὶ δι' αὐτῶν ἀντορθαλμῶν ἠδύναντο πρὸς τὸ βάρος τὸ Λακεδαιμονίων, οὗτε προκατεσκευασμένοι φίλους τοῖς ἀληθινῶς αὐτοῖς πάντα συνυποστηρομένους, ἢ δουλεύειν ἡναγχάζοντο τούτοις ἀχθοφοροῦντες, ἢ φεύγοντες τὴν δουλείαν, ἀνάστατοι γίγνεσθαι, λείποντες τὴν χώραν μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν. (8) Ὅπερ ἤδη κλειονάκις αὐτοῖς συνέβη παθεῖν, οὐ πάνυ πολλοῖς χρόνοις. (9) Εἴη μὲν οὖν οἷονεὶ συμφῦναι τὴν νῦν ὑπάρχουσαν κατάστασιν Πελοποννησίου, ἵνα μηδενὸς δέη τῶν λέγεσθαι μελλόντων. (10) Ἐὰν δὲ ποτε κίνησιν καὶ μεταστάσιν σχῇ ταῦτα, μίαν ὁρῶ Μεσσηνίοις καὶ Μεγαλοπολίταις ἐπιπλεῖν τοῦ δύνασθαι νέμεσθαι τὴν αὐτῶν χώραν τὸν πλείων χρόνον· ἐὰν, συμφορῆσαντες, κατὰ τὴν Ἐπαμινωνίδου γνώμην, παντὸς καιροῦ καὶ πράγματος ἔλυνται κοινωνεῖν ἀλλήλοις ἀληθινῶς.

XXXIII. Ὁ δὲ λόγος οὗτος ἔχει μὲν ἴσως καὶ διὰ τῶν πάλαι γεγονότων πίστιν. (2) Οἱ γὰρ Μεσσηνιοὶ, πρὸς ἄλλοις πολλοῖς, καὶ παρὰ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου βωμὸν ἀνέβησαν στηλὴν ἐν τοῖς κατ' Ἀριστομένην

POLYBIUS. — I.

darum, qui sententiæ illorum et ipse assentiens de conservanda quiete, in suis poematis sic ait : (6) Pro se quisque civium publicæ tranquillitati consulens, quietis magnanimæ lætum jubar requirit. (7) Pindarus enim vero, quum visus statim esset dixisse aliquid quod merito omnes probarent, non multo post et turpissimæ et damnosissimæ sententiæ auctor fuisse est compertus. (8) Ut enim pace justa et honesta nihil pulchrius, nihil utilius : sic ea, quam vel ignavia vel pravitas infamant, nihil neque turpius est, neque magis noxium.

XXXII. Verum qui rebus præerant ex optimatum factione apud Messenios, dum præsentis suæ privatim utilitatis rationem habent, majore semper studio, quam par erat, pacem amplectebantur. (2) Itaque multas temporum difficultates experti, imminentes nonnunquam metus et pericula declinanda evaserunt; sed semper, dum istud institutum secuti sunt, cumula eis mali summa est, et cum maximis calamitatibus luctari patriam coegerunt. (3) Cujus rei causam arbitror istam esse : quod, vicini quum essent duobus maximis totius Peloponnesi, imo vero omnium Græciæ, populis, Arcadibus nempe et Lacedæmoniis, (4) quorum alteri jam inde a principio, quo eum agrum occuparunt, inimici eorum sic erant, ut conciliari invicem potuerint nunquam, alteri vero eos amabant, et salutem ipsorum curæ habebant : neque inimicitias cum Lacedæmonii generoso animo exercuerunt; neque cum Arcadibus amicitiam recte coluerunt. (5) Proinde, si quando hi populi vel inter se vel cum aliis bellum gerendo occuparentur, bene cum Messeniis agebatur : pace enim et tranquillitate fruebantur semper, quod extra viam illorum erant siti. (6) Quoties vero Lacedæmoniis, postquam ab omni alia occupatione se expediissent, otium fuit convertendi animos ad perniciem Messeniorum; (7) quum neque ipsi per se oculos contra possent attollere, ob gravem potentiam nominis Laconici, neque amicos ante sibi comparassent, qui fortunæ cujuscumque aleam ex animo subire cum ipsis vellent; aut servire Spartanis, bajulorum munia obeuntes, cogebantur, aut, si jugum servitutis pati recusarent, extorres in exilium, patria relicta cum liberis atque uxoribus abire. (8) Quam quidem fortunam jam illis experiri contigit, idque intra non admodum multos annos sæpius. (9) Jam opto equidem, ut, qui nunc est rerum status in Peloponneso, ita coalescat, ut iis quæ dicam nihil sit opus. (10) Sed si quis aliquando motus aut mutatio status contigerit, unicam spem superesse video Messeniis et Megalopolitanis, in agri sui possessione posthac manendi; si concordēs inter sese, ex Epaminondæ consilio, omnium temporum omniumque rerum sinceram colant societatem.

XXXIII. Ac facit quidem fortasse et vetus historia his, quæ diximus, fidem. (2) Messenii enim, ut alia omittam, etiam ad Jovis Lycæi aram, temporibus Aristomenis, co-



καίροις, καθάπερ καὶ Καλλισθένης φησί, γράψαντες τὸ γράμμα τοῦτο·

- (3) Πάντως ὁ χρόνος εὖρε δίκην ἀδίκῃ βασιλῇ,  
εὖρε δὲ Μεσσήνῃ σὺν Διὶ τὸν προδοτὴν  
βηιδίως. Χαλεπὸν δὲ λαβεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίοικον.  
Χαίρε Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ σάω Ἀρκαδίην.

(4) Ἐπεὶ γὰρ τῆς αὐτῶν ἐστερήθησαν, οἰοεὶ περὶ δευτέρας πατρίδος, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, τοῖς θεοῖς εὐχόμενοι σῶζειν τὴν Ἀρκαδίαν, τοῦτ' ἀνέθεσαν τὸ γράμμα· καὶ τοῦτ' εἰκότως ἐποίουν. (5) Οὐ γὰρ μόνον αὐτοὺς Ἀρχάδες υποδεξάμενοι κατὰ τὴν ἐκπτώσιν τὴν ἐκ τῆς ἰδίας ὑπὸ τὸν Ἀριστομένειον πόλεμον, ὁμεστίους ἐποίησαντο καὶ πολίτας, ἀλλὰ καὶ τὰς θυγατέρας ἐψηφίσαντο τοῖς ἐν ἡλικίᾳ δίδόναι τῶν Μεσσηνίων. (6) Πρὸς δὲ τούτοις, ἀναζητήσαντες τὴν Ἀριστοκράτους τοῦ βασιλέως προδοσίαν ἐν τῇ μάχῃ τῇ καλουμένῃ περὶ Τάφρον, αὐτὸν τ' ἀνείλον, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ πᾶν ἠφάνισαν. (7) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χωρὶς τῶν πάλαι τὰ τελευταῖα γεγονότα μετὰ τὸν Μεγάλῃς πόλεως καὶ Μεσσηνίας συνοικισμὸν, ἱκανὴν ἂν παράσχοι πίστιν τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις. (8) Καθ' οὓς γὰρ καιροὺς, τῆς περὶ Μαντίνειαν μάχης τῶν Ἑλλήνων ἀμφιδήριον ἐξούσης τὴν νίκην διὰ τὸν Ἑπαμινώνδου θάνατον, ἐκώλων Λακεδαιμόνιοι μετέχριν τῶν σπονδῶν Μεσσηνίους, ἀκμὴν σφετεριζόμενοι ταῖς ἐλπίσι τὴν Μεσσηνίαν. (9) ἐπὶ τοσοῦτον δίσπευσαν Μεγαλοπολίται, καὶ πάντες οἱ κοινωνοῦντες Ἀρχάδων τῆς αὐτῶν συμμαχίας, ὥστε Μεσσηνίους μὲν ὑπὸ τῶν συμάχων προσδεχθῆναι, καὶ μετασχεῖν τῶν ὅρκων καὶ διαλύσεων, Λακεδαιμονίους δὲ μόνους ἐκσπόνδους γενέσθαι τῶν Ἑλλήνων. (10) Ἄ τίς οὐκ ἂν τῶν ἐπιγιγνομένων ἐν νῶ τιθέμενος νομίσει καλῶς εἰρῆσθαι τὰ μικρῶν πρότερον ὑφ' ἡμῶν δεδηλωμένα; (11) Ταῦτα μὲν οὖν εἰρῆσθαι μοι χάριν Ἀρχάδων καὶ Μεσσηνίων· ἵνα, μνημονεύοντες τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς περὶ τὰς πατρίδας ἀτυχημάτων ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ἀληθινῶς ἀντέχωνται τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐνοίας καὶ πίστεως. (12) καὶ μήτε φόβον ὑφορώμενοι, μήτ' εἰρήνης ἐπιθυμοῦντες, ἐγκαταλίπωσιν ἀλλήλους ἐν ταῖς δλοσχερεσί περιστάσει.

XXXIV. Λακεδαιμόνιοι δὲ τῶν εἰθισμένων ἐποίησαν τι (τοῦτο γὰρ συνεχές ἦν τοῖς προειρημένοις)· τέλος γὰρ τοὺς παρὰ τῶν συμάχων πρέσβεις ἀναποκρίτους ἀπέστειλαν· οὕτως ἐξηπόρησαν, ὑπὸ τῆς ἀλογίας καὶ κακίας τῆς αὐτῶν. (2) Καὶ μοι δοκεῖ τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι, διότι Πολλάκις τὸ τολμᾶν περιττὸν εἰς ἀνοίαν καὶ εἰς τὸ μηδὲν καταντᾶν εἴσθην. (3) Οὐ μὴν ἀλλὰ μετὰ ταῦτα, κατασταθέντων Ἐφόρων ἄλλων, οἱ κινήσαντες ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα, καὶ γινόμενοι τῆς προειρημένης σφαγῆς αἴτιοι, διεπέμποντο πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς, ἐπισπῶμενοι πρσβευτήν. (4) Τῶν δὲ καὶ μάλα ἀσμένως ὑπακουσάντων, ἤκε μετ' ὀλίγον πρσβεύων εἰς τὴν Λακεδαίμονα Μαχατᾶς. (5) Καὶ παραυτίκα προσήσαν τοῖς Ἐφόροις, οἰόμενοι θεῖν τῷ τε

lumnam dedicarunt, in qua, teste Callisthene, hujusmodi epigramma fuit insculptum :

- Injustum regem tempus non sivit inultum :  
Messenæ inventus cum Jove proditor est  
perfacile : haud poterat perjurus fallere numen.  
Jupiter, o salve : protege et Arcadiam.

(4) Amissa enim propria patria, deos orantes, credo, ut Arcadiam, velut alteram suam patriam, servarent, hanc inscriptionem Messenii posuerunt. (5) Et merito illi quidem : nam belli Aristomenici tempore, Arcades non solum patria sua extorres eos in suam ditionem acceperunt ac civitate donarunt, sed etiam filias suas puberibus ipsorum elocandas decreverunt. (6) Ad hæc, facta inquisitione super Aristocratis regis proditione in pugna, quæ dicitur ad Fosam, et ipsum necaverunt, et genus universum illius extinxerunt. (7) Sed, ut taceamus hæc antiqua, quæ postremo acciderunt post Megalopoleos et Messenæ instaurationem, satis id, quod dicebamus, confirmant. (8) Etenim postquam ad Mantineam pugnatum est a Græcis victoria accipite ob mortem Epaminondæ; Lacedæmonii Messenios fœderi adscribi vetantibus, quod Messeniam certa spe sibi jam vindicarent; (9) Megalopolitani contra, et quicumque societate juncti cum Arcadibus erant, usque pertenderunt, donec, Messenii in societatem receptis, et pacis atque jurisjurandi formula comprehensis, soli Lacedæmonii legibus fœderis excluderentur. (10) Quæ si diligenter consideraverit insequens ætas, non dubitabit profecto, rectum esse consilium, quod paulo ante exponebamus. (11) Atque hæc in gratiam Arcadum et Messeniorum dicta mihi sunt : ut calamitatum memores, quas ditionibus ipsorum Lacedæmonii intulerunt, mutux fidei atque benevolentix constanter dent operam; (12) neve aut propter terrores belli, aut cupiditate pacis, quando agetur de salute patriæ alterutrum, se mutuo deserant.

XXXIV. Lacedæmonii vero etiam hic pro more fecerunt (ad ordinem enim institutæ narrationis regredior); et legatos a sociis missos prorsus sine responso dimiserunt : adeo sua stultitia et improbitas omnem illis consilii copiam adimebat. (2) Ut recte mihi videatur dictum, *persæpe nimiam audaciam in amentiam et in nihilum abire*. (3) At postea, Ephoris aliis creatis, iidem qui a principio rempublicam turbaverant, et cædis, quam supra commemoravi, actores fuerant, ad Ætolos miserunt, quo legationem eorum accirent. (4) Quibus petitioni illorum promptissime adstantibus, venit paulo post publico Ætolorum nomine Machatas. (5) Tum vero protinus iidem illi Ephoros adveni-

Μαχατᾶ δίδοσθαι τὴν ἔροδον ἐπὶ τοὺς πολλοὺς, καὶ βασιλέας καθιστάναι κατὰ τὰ πάτρια, καὶ μὴ περιορᾶν τὸν πλεῖον χρόνον παρὰ τοὺς νόμους καταλειμμένην τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν ἀρχήν. (6) Οἱ δ' Ἐφοροί, δυσ-αρστούμενοι μὲν τοῖς θλοῖς πράγμασιν, οὐ δυνάμενοι δὲ πρὸς τὴν ὁρμὴν ἀντοφθαλμεῖν, ἀλλὰ δεδιότες τὴν τῶν νέων συτροπὴν, περὶ μὲν τῶν βασιλέων ἔφρασαν μετὰ ταῦτα βουλευσέσθαι, τῷ δὲ Μαχατᾷ συνεχώρησαν δώσειν τὴν ἐκκλησίαν. (7) Συναχθέντος δὲ τοῦ πλῆ-θους, παρελθὼν ὁ Μαχατᾶς, παρεκάλει διὰ πλειόνων αὐτοὺς, αἰρεῖσθαι τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς συμμαχίαν, εἰκῇ μὲν καὶ θρασέως κατηγορῶν Μακεδόνας, ἀλόγως δὲ καὶ ψευδῶς ἐγκωμιάζων τοὺς Αἰτωλοὺς. (8) Μετα-στάντος δὲ τούτου, πολλῆς ἀμφισβήτησεως ἐτύγγανε τὸ πρᾶγμα. Τινὲς μὲν γὰρ συνηγόρουν τοῖς Αἰτω-λοῖς, καὶ συντίθεσθαι πρὸς αὐτοὺς παρήνουν τὴν συμ-μαχίαν· ἔνιοι δὲ τούτοις ἀντέλεγον. (9) Οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν πρεσβυτέρων τινὲς, ἐπιστήσαντες τὸ πλῆθος ἐπὶ τε τὰς Ἀντιγόνου καὶ Μακεδόνων εὐεργεσίας, ἐπὶ τε τὰς διὰ Χαρικλέου καὶ Τιμαίου βλάβας, ὅτε στρατεύ-σαντες Αἰτωλοὶ πανδημίᾳ, κατέφθειραν μὲν αὐτῶν τὴν χώραν, ἐξηνδραποδίσαντο δὲ τοὺς Περιόικους, ἐπεδούλευσαν δὲ τῇ Σπάρτῃ, μετὰ δόλου καὶ βίας τοὺς ρυγάδας ἐπανάγοντες· (10) ἐπ' ἄλλης ἐγένοντο γνώ-μης, καὶ τέλος ἐπέσθησαν τηρεῖν τὴν πρὸς Φίλιππον καὶ Μακεδόνας συμμαχίαν. (11) Γενομένων δὲ τού-των, ὁ μὲν Μαχατᾶς ἀπρακτος ἐπανήει ἀπὸ τὴν οἰκίαν.

XXXV. Οἱ δ' ἐξ ἀρχῆς αἰτιοὶ γεγονότες τῆς κινή-σεως, οὐδαμῶς εἴξει δυνάμενοι τοῖς παροῦσιν, αὖθις ἐπεβάλλοντο πρᾶγμα ποιεῖν πάντων ἀσεβέστατον, φθεί-ραντές τινες τῶν νέων. (2) Κατὰ γὰρ τινὰ θυσίαν πάτριον ἔδει τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἡλικίαις μετὰ τῶν ὅπλων κομπεύειν ἐπὶ τὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοῦκου νεῶν, τοὺς δ' Ἐφόρους συντελεῖν τὰ περὶ τὴν θυσίαν, αὐτοῦ περὶ τὸ τέμενος διατρίβοντας. (3) Ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ τῶν κομπευόντων ἐν τοῖς ὅπλοις τινὲς τῶν νεανίσκων ἀφ' ἑνὸς προσπεσόντες θύουσι τοῖς Ἐφόροις, ἀπέσφαξαν αὐτοὺς καὶ τοὶ πᾶσι τοῖς καταφυγοῦσι τὴν ἀσφάλειαν παρεσχεύαζε τὸ ἱερὸν, κὰν θανάτου τις ἢ κατακρυ-ψόμενος. (4) Τότε δὲ διὰ τὴν ὀμότητα τῶν τολμῶντων εἰς ταῦτ' ἦλθε καταφρονήσεως, ὥστε περὶ τὸν βωμὸν καὶ τὴν τράπεζαν τῆς θεοῦ κατασπαργῆναι τοὺς Ἐφόρους ἅπαντας. (5) Ἐξῆς δὲ τούτου, τάχολουθον τῇ προθέσει ποιούντες, ἀνείλουν μὲν τοὺς περὶ Γυρίδαν τῶν γερόν-των ἐρυγάδων δὲ τοὺς ἀναιπόντας τοὺς Αἰτωλοὺς· εἰδόντο δ' ἐξ αὐτῶν Ἐφόρους· συνθέντο δὲ πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς τὴν συμμαχίαν. (6) Ἐποιοῦν δὲ ταῦτα, καὶ τὴν τε πρὸς Ἀχαιοὺς ἀπέχθειαν, καὶ τὴν πρὸς Μακε-δόνας ἄριστιαν, καὶ καθόλου τὴν πρὸς πάντας ἄλο-γίαν ὑπέμεινον, οὐχ ἥκιστα διὰ Κλεομένην, καὶ τὴν πρὸς ἐκείνους εὐνοίαν, ἀπίζοντες αἶ, καὶ προσδοκίαν ἔχοντες τῆς ἐκείνου παρουσίας ἅμα καὶ σωτηρίας. (7) Ὅθεν οἱ δυνάμενοι τῶν ἀνθρώπων ἐπιδεδίως ὁμιλεῖν

petunt que, ut Machatæ potestas fiat populum pro concione appellandi; utque more patrio reges creentur, nec sinatur Heraclidarum principatus, contra quam per leges liceat, diutius jacere, dissolutus. (6) Displcebant omnia, quæ gerantur, Ephoris: sed, qui impetum istorum reprimere non possent, et juniorum coitionem metuerent, de regibus quidem postea se deliberaturos dixerunt; Machatæ vero concionem daturus. (7) Cogitur concio: prodit Machatas in medium, hortaturque multis Lacedæmonios, ut cum Ætolis consilia consociare velint: Macedones tenere et audacter incusat: Ætoli inapte et falso dilaudat. (8) Qui postquam concione excessit, de proposita re altercatio magna est co-orta: aliis partem Ætolorum tuentibus, et populum hortan- tibus ad sociatam cum illis inuendam; aliis horum sen- tentiæ contradicentibus. (9) Verumtamen e senioribus nonnulli, revocatis populo in memoriam hinc Antigoni et Macedonum beneficiis, inde Charixeni et Timæi maleficiis, quo tempore Ætoli, omnibus viribus expeditione suscepta, agrum ipsorum essent populati, finitimos ditioni Spartanorum subjectos in servitutem abduxissent, ipsique etiam Spartæ insidias struxissent, dolo ac vi exulsus in eam redu- centes, (10) ut multitudo sententiam mutaret, obtinue- runt: persuasumque illi ad extremum est, ut in Philippi et Macedonum societate maneretur. (11) Atque ita Machatas infecta re ad suos est reversus.

XXXV. Tum vero seditionis nuperæ auctores, quum præ- senti statui acquiescere nullo possent modo, nonnullis e juventute corruptis, rursus facinus ausi sunt scelestissi- mum. (2) Erat moris, per solenne quoddam a maioribus traditum, ut universa pubes cum armis ad Minervæ Chal- ciocæe fanum pompam duceret, Ephoris ad peragenda sacra circa delubrum manentibus. (3) Eo igitur tempore adole- scentes quidam, ex iis qui pompam armati comitabantur, Ephoros rei divinæ operantes repente invadunt, et contru- cidant; idque eo ipso in templo, quod omnibus ad illud confugientibus securitatem præstabat, etiam si mortis dam- natus aliquis esset: (3) tum vero, præ immanitate illorum, qui tantum scelus patrare sustinuerunt, ita contemtu ha- bita loci religio est, ut circa aram ipsam et mensam deæ omnes Ephori jugularentur. (5) Idem, reliqua deinceps consilii sui peragentes, Gyridam et alios e senioribus sustu- lerunt: eos, qui Ætolis fuerant contrarii, exilio multarunt: Ephoros ex suo numero crearunt: postremo, societatem cum Ætolorum gente junxerunt. (6) Fecerunt autem ista, et tantum adversus Achæos odium, tantam adversus Ma- cedones ingratitudinem exercuerunt, tamque adversus omnes in universum temerarios atque vesanos se præbue- runt, potissimum propter Cleomenem et singularem in eum benevolentiam, quum sperarent semper spectarentque, salvum eum et incolorem Spartam rediturum. (7) Usque adeo, qui dextre solerterque erga eos, quorum consuetu-

τοῖς συμπεριφερομένοις, οὐ μόνον παρόντες, ἀλλὰ καὶ μακρὰν ἀφαστώτες, ἐγκαταλείπουσι τινα καὶ λίαν ἰσχυρὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐνοίας αἰθύγματα. (8) Οἷ γε, χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ τότε, πολιτευόμενοι κατὰ τὰ πατρία σχεδὸν ἤδη, τρεῖς ἑνιαυτοὺς μετὰ τὴν Κλεομένους ἔκπτωσιν, οὐδ' ἐπενόησαν οὐδέποτε βασιλεῖς καταστήσαι τῆς Σπάρτης. (9) Ἄμα δὲ τῷ τὴν φήμην ἀφικέσθαι περὶ τῆς Κλεομένου τελευτῆς, [εὐθὺς] ὥρμησαν ἐπὶ τὸ βασιλεῖς καθιστάναι τὰ τε πλήθη καὶ τὸ τῶν Ἐφόρων ἄρχεον. (10) Καὶ κατέστησαν οἱ κοινονοῦντες Ἐφοροὶ τῆς αἰρέσεως τοῖς στασιώταις, οἱ καὶ τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς συνθέμενοι συμμαχίαν, ὑπὲρ ὧν τὸν ἀρτι λόγον ἐποίησάμην, τὸν μὲν ἕνα νομίμως καὶ καθηκόντως, Ἀγισίπολιν, ὄντα μὲν παῖδα τὴν ἡλικίαν, υἱὸν δὲ Ἀγισιπόλιδος τοῦ Κλεομβρότου. (11) Τὸν δὲ συνέβαινε βεβασιλευκέναι, καθ' οὗς καιροὺς ἐξέπεσε Λεωνίδης ἐκ τῆς ἀρχῆς, οἷα τὸ κατὰ γένος ὑπάρχειν ἐγγιστὰ τῆς οἰκίας ταύτης. (12) Ἐπίτροπον δὲ τοῦ παιδὸς εἶλοντο Κλεομένην, Κλεομβρότου μὲν υἱὸν, Ἀγισιπόλιδος δ' ἀδελφόν. (13) Ἀπὸ δὲ τῆς ἐτέρας οἰκίας, ὄντων ἐκ τῆς Ἰππομέδοντος θυγατρὸς Ἀρχιδάμῃ δυοῖν παιδῶν, ὃς ἦν υἱὸς Εὐδαμίδου· ζῶντος δὲ καὶ Ἰππομέδοντος ἀκμῆν, ὃς ἦν υἱὸς Ἀγισιλάου τοῦ Εὐδαμίδου, καὶ ἐτέρων δὲ πλείωνων ἀπὸ τῆς οἰκίας ὑπαρχόντων, ἀπωτέρω μὲν τῶν προειρημένων, προσηκόντων δὲ κατὰ γένος. (14) Τούτους μὲν ἅπαντας ὑπερεῖδον, Λυκοῦργον δὲ βασιλέα κατέστησαν, οὗ τῶν προγόνων οὐδεὶς ἐτετεύχει τῆς προσηγορίας· ὃς δούς ἐκάστω τῶν Ἐφόρων τάλαντον, Ἡρακλέους ἀπόγονος καὶ βασιλεὺς ἐγεγονεί τῆς Σπάρτης. (15) Οὕτως εὖωνα πανταχῇ τὰ κακὰ γέγονε. Τοιγαροῦν οὐ παῖδες παίδων, ἀλλ' αὐτοὶ πρῶτοι τῆς ἀνοίας ἀπέτισαν τοὺς μισθοὺς οἱ καταστήσαντες.

XXXVI. Ὁ δὲ Μαχατᾶς, πυθόμενος τὰ γεγονότα περὶ τῶν Λακεδαιμονίων, ἤκε πάλιν ὑποστρέψας εἰς τὴν Σπάρτην, καὶ παρεκάλει τοὺς Ἐφόρους καὶ τοὺς βασιλεῖς, ἐξενεγκεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν πόλεμον. (2) Μόνως γὰρ οὕτως, ἔφη, λῆξαι τὴν τῶν Λακεδαιμονίων φιλονεικίαν τῶν ἐκ παντὸς τρόπου διακοπτόντων τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς συμμαχίαν, τὴν τε τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ τὰ πρᾶπλήσια τούτοις πραττόντων. (3) Πεισθέντων δὲ τῶν Ἐφόρων καὶ τῶν βασιλέων, ὁ μὲν Μαχατᾶς ἐπὶ νῆλοις συντεταλεσμένος τὴν πρόθεσιν διὰ τὴν ἀγνοίαν τῶν συμπραττόντων. (4) ὁ δὲ Λυκοῦργος, ἀναλαβὼν τοὺς στρατιώτας καὶ τινὰς τῶν πολιτικῶν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἀργεῖαν, ἀφυλάκτους διακειμένων εἰς τέλος τῶν Ἀργείων διὰ τὴν προϋπάρχουσαν κατάστασιν. (5) Καὶ Πολίχχαν μὲν καὶ Πρασίας καὶ Λεύκας καὶ Κύφαντα, προσπεσὼν ἄφνω, κατέσχε· Γλύμπεσι δὲ καὶ Ζάραξι προσπεσὼν, ἀπέπεσε. (6) Τούτου δὲ ταῦτα πράξαντας, ἱεκκήρυσαν τὸ λάφυρον οἱ Λακεδαιμόνιοι κατὰ τῶν Ἀχαιῶν· ἐπεισαν δὲ καὶ τοὺς Ἰλλεῖους οἱ περὶ τὸν Μαχατᾶν, παραπλήσια λέγοντες ἅπερ καὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἐξενεγκεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν πόλεμον. (7) Παραδόξως δὲ καὶ κατὰ τῶν Αἰτωλῶν τῶν πρα-

dine utuntur, gerere se norunt, non solum praesentes, sed etiam longe locati, suae benevolentiae fomitem quemdam vehementem atque validum relinquunt. (8) Hi sane, ut alia taceam, quum ipsorum respublica tertium jam fere annum a Cleomenis fuga patriis legibus administraretur, de eligendis Spartae regibus, ne cogitarent quidem unquam. (9) qui tamen, simul atque audita est Cleomenis mors, ad reges creandos statim se accinxerunt, tam populus, quam Ephorum curia. (10) Et constituerunt quidem illi ex Ephoris, qui factionis ejusdem erant cum auctoribus seditionis (qui etiam societatem cum Aetolis sunt pacti, de qua modo diximus) alterum regem rite et legitime, Agesipolim, aetate quidem puerum, sed filium Agesipolidis, cui pater fuerat Cleombrotus ille, (11) qui olim, postquam Leonidas regno excidisset, regnaverat, quod hanc regiam domum cognatione proxime contingebat. (12) Tutor puero datus Cleomenes, Cleombroti filius, Agesipolidis frater. (13) Quod ad regem ex altera familia attinet, quum essent Archidami, qui Eudamidæ filius erat, duo filii ex Hippomedontis filia; et Hippomedon etiam ipse adhuc in vivis esset, Agesilai filius, Eudamidæ nepos; essentque praeterea alii plures ex eadem stirpe, qui longius quidem quam priores, sed tamen contingebant genere eam familiam regum; (14) aspernati hosce omnes, Lycurgo regnum detulerunt, et cujus majoribus nemo eo honore fuerat usus. Verum hic talentum cuique Ephorum largitus, Hercules propago et rex Spartæ est factus. (15) Adeo ubique venalia sunt maleficia. Itaque etiam non nati natorum, sed illi ipsi ante omnes, qui regem hunc creaverant, stultitiae suae penas luerunt.

XXXVI. Machatas, auditis quæ Lacedæmone facta erant, Spartam denuo pergit ire, hortaturque Ephoros et reges, ut Achæis bellum inferant. (2) Nunquam enim aliter finem, ait, habituras eorum contentiones, vel qui Lacedæmone societatem cum Aetolis divellere omnibus modis conarentur, vel qui in Aetolia idem istis facerent. (3) Perductis in suam sententiam ephoris ac regibus, redit Machatas, confectis ex animi sententia quæ destinaverat, per stultitiam eorum qui ab illius partibus erant. (4) Lycurgus, assumpto milite, et parte etiam copiarum urbanarum, Argivorum fines incursat, quos Argivi nullo prius modo custodiebant, praesenti rerum statu freti. (5) Polichnam igitur, Prasias, Leucas et Cyphantem repentino impetu capit. Glympe quoque et Zaracem invadit; sed hoc quidem conatu excidit. (6) Quæ postquam fecit Lycurgus, Lacedæmonii spolia capiendi de Achæis jus fasque esse præconis voce significant. Eleis item persuasit Machatas, iisdem verbis usus, quibus Lacedæmonios impulerat, ut bellum Achæis inferrent. (7) Hoc modo rebus Aetolis ex animi sententia mirabiliter succedentibus,

ημάτων προκεχωρηκότων, οἱ μὲν εὐθαρσῶς ἐνέβαι-  
ον εἰς τὸν πόλεμον· οἱ δ' Ἀχαιοὶ τάναντία. (8) Φί-  
λιππος μὲν γὰρ, ἐφ' ᾧ τὰς ἐλπίδας εἶχον, ἀκμὴν  
ἐγίνετο περὶ παρασκευὴν· Ἑπειρῶται δ' ἐμελλόν  
πολεμεῖν, Μεσσήνιοι δ' ἡσύχιαν εἶχον. (4) Αἰτωλοὶ  
δὲ, προσειληφότες τὴν Ἡλείων καὶ Λακεδαιμονίων  
ἐγνοίαν, πανταχόθεν περιεῖχον αὐτοὺς τῷ πολέμῳ.

XXXVII. Ἀράτῳ μὲν οὖν συνέβαινε κατὰ τὸν και-  
ρὸν τοῦτον ἤδη λήγειν τὴν ἀρχὴν, Ἀράτον δὲ τὸν υἱὸν  
αὐτοῦ, καθεσταμένον ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, παραλαμβάνειν  
τὴν στρατηγίαν. (2) Αἰτωλῶν δ' ἐστρατήγει Σκόπας  
ὃ δὲ χρόνος αὐτῷ τῆς ἀρχῆς μάλιστα τότε πως διήρητο.  
Τὰς γὰρ ἀρχαιρεσίας Αἰτωλοὶ μὲν ἐποιοῦν μετὰ τὴν  
φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν εὐθέως· Ἀχαιοὶ δὲ τότε περὶ  
τὴν τῆς Πλειάδος ἐπιτολήν. (3) Ἦδη δὲ τῆς θερείας  
ἐνισταμένης, καὶ μετεληφότες Ἀράτου τοῦ νεωτέρου  
τὴν στρατηγίαν, ἔμα πάντα τὰ πράγματα τὰς ἐπιβο-  
λὰς ἐλάμβανε καὶ τὰς ἀρχάς. (4) Ἀντίβας μὲν γὰρ  
ἐνεχείρει κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους Ζάκανθαν πολιορ-  
κεῖν· Ῥωμαῖοι δὲ Λεύκιον Αἰμιλίον εἰς τὴν Ἰλλυρίδα  
μετὰ δυνάμειος ἐξαπέστειλλον ἐπὶ Δημήτριον τὸν Φά-  
ριον. Ὑπὲρ ὧν ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ δεδηλώκαμεν. (5)  
Ἀντίοχος δὲ, Πτολεμαῖδα καὶ Τύρον παραδόντος αὐτῷ  
Θεοδότου, τοῖς κατὰ Κολήν Συρίαν ἐγχειρεῖν ἐπεβά-  
λετο· Πτολεμαῖος δὲ περὶ παρασκευὴν ἐγίνετο τοῦ πρὸς  
Ἀντίοχον πολέμου. (6) Λυκούργος δ', ἀπὸ τῶν ὁμοίων  
βουλόμενος ἀρχεσθαι Κλεομένει, τὸ τῶν Μεγαλο-  
πολιτῶν Ἀθήναιον ἐπολιόρχει προσεστρατοπεδευκώς.  
Ἀχαιοὶ δὲ μεσοφόρους ἵππεις καὶ πεζοὺς ἡθροῖον εἰς  
τὸν περισσώτατον πόλεμον. (7) Φίλιππος δ' ἐκ Μακε-  
δονίας ἐκίνει μετὰ τῆς δυνάμειος, ἔχων Μακεδόνων  
φάλαγγτας μὲν μυρίους, πελταστας δὲ πεντακισχι-  
λίους· ἅμα δὲ τούτους ἵππεις ὀκτακισίους. (8) Ταῦτα  
μὲν οὖν ἄπαντ' ἦν ἐν τοιαύταις ἐπιβολαῖς καὶ παρα-  
σκευαῖς. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἐξήνεγκαν  
Ῥώμιοι Βυζαντίους πόλεμον, διὰ τινὰς τοιαύτας αἰτίας.

XXXVIII. Βυζάντιοι, κατὰ μὲν θάλατταν, εὐκαι-  
ρότατον οἰκοῦσι τόπον, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν, καὶ πρὸς  
εὐδαιμονίαν, πάντων τῶν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ·  
κατὰ δὲ γῆν πρὸς ἀμφοτέρω πάντων ἀφύεστατον. (2)  
Κατὰ μὲν γὰρ θάλατταν οὕτως ἐπικείμεναι τῷ στόματι  
τοῦ Πόντου κυρίως, ὥστε μήτ' εἰσπλεῦσαι μήτ' ἐκπλεῦ-  
σαι δυνατόν εἶναι τῶν ἐμπορῶν τινὰ, χωρὶς τῆς ἐκεί-  
νων βουλῆσεως. (3) Ἐχόντος δὲ τοῦ Πόντου πολλὰ  
τῶν πρὸς τὸν βίον εὐχρηστών τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις,  
πάντων εἰςὶ τούτων κύριοι Βυζάντιοι. (4) Πρὸς μὲν  
γὰρ τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρείας, τὰ τε θρέμματα  
καὶ τὸ τῶν εἰς τὰς δουλείας ἀγομένων σωμάτων πλῆθος,  
οἱ κατὰ τὸν Πόντον ἡμῖν τόποι παρασκευάζουσι δαφι-  
λίστατον καὶ χρησιμώτατον ὁμολογουμένως πρὸς δὲ  
περιουσίαν, μέλι, κηρὸν, τάρικος, ἀφθόνως ἡμῖν χορη-  
γῶσι. (5) Δέχονται γε μὴν τῶν ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν  
τόποις περιττευόντων, ἔλαιον καὶ πᾶν οἴνου γένος· σίτω  
δ' ἀμείβονται, ποτὶ μὲν εὐκαίρως διδόντες, ποτὶ δὲ

ipsi quidem ingenti cum spe bellum capescebant : apud  
Achæos vero contrario modo res se habebant. (8) Nam  
Philippus in quo spes suas reposuerant, in apparatu belli  
adhuc erat occupatus : Epirotæ vero suscipere bellum  
cunctabantur : Messenii manebant quieti. (9) Ætoli au-  
tem, adjuvante ipsos Eleorum et Lacedæmoniorum  
stultitia, omnibus ex partibus bello eos cingebant.

XXXVII. Circa id tempus magistratu exierat Aratus,  
in cujus locum suffragiis Achæorum succedens Aratus,  
Arati filius, præturam inierat. (2) Ætolorum prætor Sco-  
pas erat : qui eo maxime tempore dimidium legitimi spatii  
in magistratu confecerat. Ætoli namque statim ab æqui-  
noctio autumnali comitia prætorum suorum celebrabant :  
Achæi vero, illis quidem temporibus, circa Pleiadum  
ortum. (3) Ineunte itaque jam æstate, quum junior Aratus  
imperium suscepisset, simul omnium ubique bellorum  
principia inchoabantur. (4) Quippe eo tempore Hannibal  
Sagunti obsidionem moliebatur. Romani L. Æmiliū  
cum legionibus in Illyricum adversus Demetrium Pharium  
mittebant : de quibus rebus superiore libro est actum. (5)  
Antiochus, tradente sibi Theodoto Poletmaidem et Tyrum,  
occupare Syriam Cœlen aggrediebatur. Ptolemæus ad-  
versus Antiochum se comparabat. (6) Lycurgus autem,  
initio statim regiminis vestigiis Cleomenis studens insistere,  
positis ante Athenæum Megalopolitanorum castris, obsi-  
dione illud premebat. Achæi ad bellum, quod undique  
cooriebatur, equites peditesque mercede conducebant. (7)  
Philippus e Macedonia movebat, habens in exercitu gravis  
armaturæ millia decem, cetratorum quinque millia, et  
cum his equites octingentos. (8) Hæc igitur omnia illo  
tempore ita destinabantur parabanturque. Eodem vero  
tempore Rhodii etiam adversus Byzantios bellum suscepe-  
rant, ob causas hujusmodi.

XXXVIII. Byzantii locum tenent, omnium in nostro  
orbe, mari quidem, commodissimum aptissimumque ad  
vitam cum secure, tum beate, degendam : terra vero, ad  
utrumque horum minime omnium accommodatum. (2)  
Nam quod ad mare, ita prorsus ori Ponti imminet, ut,  
absque eorum voluntate, nulla cujusquam mercatoris  
navis neque intrare neque exire queat. (3) Quum igitur  
multa Pontus ferat ceteris mortalibus ad vitam expedita,  
omnia illa Byzantii in sua potestate habent. (4) Ad ne-  
cessarios quippe vitæ usus, pecorum ingentem copiam,  
et servilium corporum maximum numerum, et quidem  
optimorum sine controversia, Ponticæ regiones nobis  
subministrant : ad lautitiam vero, mel, ceram, salsa-  
menta, abunde præbent. (5) Recipiunt vero e nostrorum  
locorum copiis, oleum, et quæcumque sunt vini genera :  
in frumento mutuum faciunt, alias opportune dando.

λαμβάνοντες. (6) Πάντων δὴ τούτων ἡ κολύεσθαι δέον ἦν δλοσχερῶς τοὺς Ἑλληνας, ἡ τελείως ἀλυσιτελῆ γίνεσθαι σφίσι τὴν ἀλλαγὴν αὐτῶν, Βυζαντιῶν ἤτοι βουλομένων ἐθελοκαχεῖν, καὶ συνδυάζειν, ποτὲ μὲν Ἰαλάταις, τότε δὲ πλείονα Θραξίν, ἡ τὸ παράπαν μὴ κατοικούντων τοὺς τόπους. (7) Διό τε γὰρ τὴν στενότητα τοῦ πόρου, καὶ τὸ παρακείμενον πλῆθος τῶν βαρβάρων, ἀπλους ἂν ἡμῖν ἦν ὁμολογουμένως ὁ Πόντος. (8) Μέγιστα μὲν οὖν ἴσως αὐτοῖς ἐκείνοις περιγίγνεται λυσιτελῆ πρὸς τοὺς βίους διὰ τὰς τῶν τόπων ιδιότητας. (9) Ἄπαν γὰρ τὸ μὲν περιττεῦσιν παρ' αὐτοῖς, ἐξαγωγῆς τὸ δὲ λείπον, εισαγωγῆς ἐτοίμου τυγχάνει καὶ λυσιτελοῦς, ἀνευ πάσης κακοπαθείας καὶ κινδύνου. (10) Πολλὰ γε μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις εὐρήσθαι δι' ἐκείνους, ὥς εἰρήκαμεν, ἀπαντᾷ. Διὸ καὶ κοινοὶ τινες ὥς εὐεργέται πάντων ὑπάρχοντες, εἰκότως ἂν οὐ μόνον χάριτος, ἀλλὰ καὶ ἐπικουρίας κοινῆς τυγχάνοιεν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὰς ὑπὸ τῶν βαρβάρων περιστάσεις. (11) Ἐπεὶ δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις ἀγνωοῖσθαι συνέβαινε τὴν ιδιότητα καὶ τὴν εὐφύιαν τοῦ τόπου, διὰ τὸ μικρὸν ἔξω κεῖσθαι τῶν ἐπισκοπούμενων μερῶν τῆς οἰκουμένης· (12) βουλόμεθα δὲ πάντας εἰδέναι τὰ τοιαῦτα, καὶ μάλικα μὲν αὐτόπτας γίνεσθαι τῶν ἔχοντων παρηλλαγμένον τὴν καὶ διαφέρον τόπων· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνατόν, ἐννοίας γε καὶ τύπους ἔχειν ἐν αὐτοῖς ὥς ἔγγιστα τῆς ἀληθείας· (13) ῥητέον ἂν εἴη, τί τὸ συμβαῖνόν ἐστι, καὶ τί τὸ ποιοῦν τὴν τηλικαύτην καὶ τοιαύτην εὐπορίαν τῆς προειρημένης πόλεως.

XXXIX. Ὁ δὲ καλούμενος Πόντος ἔχει τὴν μὲν περιμέτρον, ἔγγιστα τῶν διαμυρίων καὶ διςχιλίων σταδίων· στόματα δὲ διττὰ, κατὰ διάμετρον ἀλλήλοις κεῖμενα· τὸ μὲν ἐκ τῆς Προποντιδος, τὸ δ' ἐκ τῆς Μαίωτιδος λίμνης· ἥτις αὐτὴ καθ' αὐτὴν ὀκτακισχιλίων ἔχει σταδίων τὴν περιγραφὴν. (2) Εἰς δὲ τὰ προειρημένα κοιῶματα πολλῶν μὲν καὶ μεγάλων ποταμῶν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐκβαλλόντων, ἔτι δὲ μειζύων καὶ πλείονων ἐκ τῆς Εὐρώπης, συμβαίνει, τὴν μὲν Μαίωτιν ἀναπληρουμένην ὑπὸ τούτων, ρεῖν εἰς τὸν Πόντον διὰ τοῦ στόματος, τὸν δὲ Πόντον εἰς τὴν Προποντίδα. (3) Καλεῖται δὲ τὸ μὲν τῆς Μαίωτιδος στόμα, Κιμμερικὸς βόσπορος, ὃ τὸ μὲν πλάτος ἔχει περὶ τριάκοντα στάδια, τὸ δὲ μήκος ἐξήκοντα στάδια· πᾶν δ' ἐστὶν ἀλιτενές. (4) Τὸ δὲ τοῦ Πόντου, παραπλησίως ὀνομάζεται μὲν Βόσπορος Θράκιος· ἐστὶ δὲ τὸ μὲν μήκος ἐφ' ἑκατὸν καὶ εἰκοσι στάδια, τὸ δὲ πλάτος οὐ πάντη ταῦτόν. (5) Ἀρχεὶ δὲ τοῦ στόματος, ἀπὸ μὲν τῆς Προποντιδος, τὸ κατὰ Καλχηδόνα διάστημα καὶ Βυζάντιον, ὃ δεκατεττάρων ἐστὶ σταδίων· (6) ἀπὸ δὲ τοῦ Πόντου, τὸ καλούμενον Ἰερὸν (ἐφ' οὗ τόπου φασι κατὰ τὴν ἐκ Κόλχων ἀνακομιδὴν, Ἰάσονα θῦσαι πρῶτον τοῖς δώδεκα θεοῖς), ὃ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς Ἀσίας, ἀπέχει δὲ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ δώδεκα στάδια πρὸς, τὸ καταντικρὺ κείμενον Σαραπείον τῆς Θράκης. (7) Τοῦ δὲ ρεῖν ἔξω κατὰ τὸ συνεχές τὴν τε Μαίωτιν καὶ τὸν Πόντον, εἰσὶν αἰτίαι

alias accipiendo. (6) Harum igitur omnium rerum commercio aut carendum omnino fuerat Græcis, aut nulla penitus cum utilitate id fuerat exercendum, si Byzantii deteriora consilia sequi, et olim cum Galatis, tunc vero cum Thracibus magis, societate jungi voluissent, aut si illa loca penitus non inhabitarent. (7) Nam partim ob freti angustias, partim ob adjacentium barbarorum multitudinem, erepta nobis esset in Pontum navigandi facultas. (8) Puto igitur, ad ipsos quidem primo Byzantios ex natura locorum maxima redire vitæ commoda; (9) quum et ea, quibus superfluant, exportari, et, quibus deficiunt, importari facile et cum lucro et sine ulla molestia aut periculo possint. (10) Sed et ad alios multa commoda propter ipsos, ut diximus, perveniunt. Quare, velut communes omnium benefactores, non gratiam dumtaxat jure merito a Græcis referant; sed etiam commune Græcorum omnium auxilium, quando a barbaris periculum eis imminet. (11) Quoniam autem proprietatem et naturam hujus loci plerique hominum idcirco ignorant, quia aliquanto longius abest ab iis orbis nostri partibus, ad quas visendas iri solet: (12) nos, qui res hujusmodi notas esse omnibus cupimus, et maxime quidem, si fieri possit, ex inspectione omnia cognosci loca, in quibus peculiare aliquid aut excellens inest, aut, si hoc non potest, unumquemque in animo habere notiones saltem eorum et expressas formas, ad veritatem quam proxime accedentes; (13) dicendum existimamus, quid id rei sit, et quæ causa dictæ urbi talem tantamque felicitatem conciliet.

XXXIX. Pontus igitur, quem vocant, ambitum habet stadiorum circiter xxii millium: ora duo, sibi ex adverso opposita; alterum e Propontide, alterum e lacu Mæotio; qui et ipse per se in circuitum patet stadia octies mille. (2) Quum autem in descriptos alveos multi magnique amnes ex Asia influant, majores vero etiam et plures ex Europa, evenit, ut Mæotius quidem lacus, ubi ab illis fluminibus est repletus, in Pontum per os suum effundatur; Pontus vero, in Propontidem. (3) Nominatur autem os Mæotidis, Cimmerius Bosphorus; cujus latitudo est stadiorum plus minus triginta; longitudo, sexaginta; est autem totum illud ostium humile et vadosum. (4) Ipsius Ponti os similiter vocatur Bosphorus, et quidem Thracius, porrectum in longitudinem ad centum viginti stadia: latitudo non ubique semper eadem. (5) Oris principium est, e Propontide venienti, illud intervallum, quod est inter Calchedonem et Byzantium, stadiorum quatuordecim: (6) exeunti vero e Ponto, locus ille quem Hieron vocat; ubi fama est Jasonem, quando e Colchis revertebatur, duodecim diis primum sacrificasse. Est autem ille locus in Asia situs, abestque ab Europa et fano Sarapidis, quod in opposita est Thracia, duodecim fere stadia. (7) Quod autem Mæotis et Pontus continenter effluent, ejus rei

διτταί. Μία μὲν αὐτόθεν καὶ πᾶσι προφανής καθ' ἡν, πολλῶν εἰσπιπτόντων ρευμάτων εἰς περιγραφὴν ἀγγείων ὠρισμένων, πλεῖον δαὶ καὶ πλεον γίγνεται τὸ ὑγρὸν. (8) Ὁ, μηδεμιᾶς μὲν ὑπαρχούσης ἐκρύσεως, δὸν ἂν ἦν, προσαναβαῖνον, ἀεὶ μεῖζω καὶ πλείω τοῦ κοιλώματος περιλαμβάνειν τόπον· ὑπαρχουσὼν δ' ἐκρύσεων, ἀνάγκη, τὸ προσγιγνόμενον καὶ πλεονάζον, ὑπερπίπτει ἀπορρῆν καὶ φέρεσθαι συνεχῶς διὰ τῶν ὑπαρχόντων στομάτων. (9) Δευτέρα δέ· καθ' ἡν, πολλὴν καὶ παντοδαπὸν χοῦν εἰσφερόντων εἰς τὰ προειρημένα κοιλώματα τῶν ποταμῶν κατὰ τὰς τῶν ὁμβρῶν ἐπιτάσεις, ἐκπιεζόμενον τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τῶν συνισταμένων ἐγχωμάτων, ἀεὶ προσαναβαίνει, καὶ φέρεται κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον διὰ τῶν ὑπαρχουσῶν ἐκρύσεων. (10) Τῆς δ' ἐγγύσεως καὶ τῆς ἐπιρρύσεως ἀδιαπύστου καὶ συνεχοῦς γιγνομένης ἐκ τῶν ποταμῶν, καὶ τὴν ἀπορρῆσιν ἀδιάπυστον καὶ συνεχῇ γίγνεσθαι διὰ τῶν στομάτων ἀναγκαῖον. (11) Αἱ μὲν οὖν ἀληθεῖς αἰτίαι τοῦ ῥεῖν ἔξω τὸν Πόντον, αἰδ' εἰσίν· οὐκ ἔξ ἐμπορικῶν ἔχουσαι διηγημάτων τὴν πίστιν, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ φύσιν θεωρίας, ἥς ἀκριβοτέραν εὐρεῖν οὐ ῥᾶδιον.

XL. Ἐπεὶ δ' ἐπὶ τὸν τόπον ἐπέστημεν, οὐδὲν ἀφετόν ἀργόν, οὐδ' ἐν αὐτῇ τῇ φύσει κείμενον, ὅπερ οἱ πλείστοι ποιεῖν εἰώθασι τῶν συγγραφέντων ἀποδεικτικῇ δὲ μᾶλλον τῇ διηγήσει χρηστέον, ἵνα μὴδὲν ἄπορον ἀπολείπωμεν τῶν ζητούμενων τοῖς φιληκόοις. (2) Τοῦτο γὰρ ἰδίον ἐστὶ τῶν νῦν καιρῶν, ἐν οἷς, πάντων πλωτῶν καὶ πορευτῶν γεγονότων, οὐκ ἂν ἔτι πρόπον εἴη, ποιηταῖς καὶ μυθογράφοις χρῆσθαι μάρτυσι περὶ τῶν ἀγνοουμένων. (3) ὅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν πεποιτήκασι περὶ τῶν πλείστων, ἀπίστους ἀμφισβητούμενων παρεχόμενοι βεβαιωτάς, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον. Πειρατέον δέ, δι' αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἱκανὴν παριστάνει πίστις τοῖς ἀκούουσι. (4) Φαμέν δὴ, χώνυσθαι μὲν καὶ πάλαι καὶ νῦν τὸν Πόντον, χρόνῳ γε μὴν ὀλοσχερῶς ἐγχωσθήσεσθαι τὴν τε Μαιώτιν καὶ τοῦτον μενούσης γε δὴ τῆς αὐτῆς τάξεως περὶ τοὺς τόπους, καὶ τῶν αἰτίων τῆς ἐγχύσεως ἐνεργούντων κατὰ τὸ συνεχές. (5) Ὅταν γὰρ ὁ μὲν χρόνος ἀπείρος ᾗ, τὰ δὲ κοιλώματα πάντη πάντως ὠρισμένα· ὁ δὲ, ὡς, καὶ τὸ τυχὸν εἰσφέρειται, πληρωθήσονται τῷ χρόνῳ. (6) Κατὰ φύσιν γὰρ, τὸ πεπερασμένον, ἐν ἀπείρῳ χρόνῳ συνεχῶς γιγνόμενον, ἢ φθειρόμενον, καὶ κατ' ἐλάχιστον γίγνεται (τοῦτο γὰρ νοεῖσθαι νῦν), ἀνάγκη τελειωθῆναι κατὰ τὴν πρόθεσιν. (7) Ὅταν δὲ μὴ τὸ τυχόν, ἀλλὰ καὶ λαὸν πολὺς τις εἰσφέρειται χροῖς, φανερόν, ὡς οὐ ποτε, ταχέως δέ, συμψήσεται γενέσθαι τὸ νῦν δὴ λεγόμενον ὅφ' ἡμῶν. (8) Ὁ δὲ καὶ φαίνεται γιγνόμενον. Τὴν μὲν οὖν Μαιώτιν ἦδη κεχῶσθαι συμβαίνει· τὸ γὰρ τοι πλείστον αὐτῆς μέρος, ἐν ἐπὶ καὶ πέντε ὀργυαῖς ἐστὶ. Διὸ καὶ πλεῖν αὐτὴν οὐκ ἔτι δύναται ναυσι μεγάλαις, χωρὶς καθηγμένους. (9) Οὐδ' αὖτ' ἐξ ἀρχῆς θάλαττα σύβρους τῷ Πόντῳ, καθὰ οἱ παλαιοὶ συμφωνοῦσι, νῦν ἐστὶ λίμνη γλυκεία· τῆς μὲν θαλάττης ἐκπεπισμένης ὑπὸ τῶν ἐγ-

causa duplex est : una in promptu, et nemini non manifestata : quatenus enim multi amnes vasa ingrediuntur, quorum est circumscripta definitaque mensura, accedit major in dies aquarum copia ; (8) quæ, si nullus pateret exitus, assurgere magis magisque in altum deberet, et majorem amplioremque alvei locum semper occupare. Nunc quum pateant exitus, necesse est, ut, quod nova accessione redundat, id excedens oram effluat, ac per ea quæ adsunt ora continenter labatur. (9) Altera causa est hujusmodi. Quum per magnos et vehementes imbres flumina multum atque omnis generis linum in prædictos alveos inferant, elisa aqua ab aggesta terra, altius semper attollitur, et ratione ea, quam diximus, per alveorum exitus manat. (10) Et quoniam indesinenter atque continuo ab omnibus et humus aggeritur, et aquæ infunduntur, etiam emanantes per ora aquas nunquam desinere, sed semper fluere est necesse. (11) Ac veræ quidem causæ, cui extra alveum feratur Pontus, istæ sunt : quarum fides non ex mercatorum narrationibus pendet, verum e rerum naturalium contemplatione, quam maxime fieri potest, accurata.

XL. Quoniam autem ad istum locum devenimus ; nihil nobis, ne eorum quidem quæ in rerum natura sunt posita, inexplicatum prætermittendum est ; quod plerique historiarum scriptores facere solent : imo vero eo genere narrationis utendum est, quo rerum commemoratarum rationes etiam exponuntur ; ne dubium ullum de eis rebus, de quibus quaeritur, studiosis relinquamus. (2) Eam siquidem diligentiam hodierna tempora requirunt. Nam quia hodie terra marique sunt omnia pervia, turpe jam sit, de iis, quæ vulgo ignorantur, poetas et fabularum scriptores testes afferre : (3) quod in plerisque superiores scriptores fecerunt, infidos rerum de quibus disceptatur fidejussores, ut ait Heraclitus, afferentes. Quin potius conandum est nobis, ut ipsa per se nostra narratio fidem audientibus faciat. (4) Dicimus igitur, et olim et nunc Pontum humo obrui atque adimpleri : tandem vero etiam penitus et Mæotidem et ipsum Pontum iri oppletum, si modo eadem maneat conditio illorum locorum, et causæ aggestus illius continenter operentur. (5) Quando enim tempus quidem infinitum est, alvei vero certis plane finibus circumscripti, perspicuum est, etsi vel minimum sit quod invehitur, futurum tamen aliquando tandem, ut impleantur. (6) Ita enim natura comparatum est : si finitum aliquid tempore infinito nascatur, aut denascatur, etsi minimum est quod sit quotidie (ponamus enim id nunc quidem), necesse est, ut illud ad destinatum finem perveniat. (7) Jam vero, si non parum nescio quid, sed longe plurimum limi aggeratur ; perspicuum est, non dico aliquando, sed brevi eventurum id quod modo dicebamus. (8) Quin, fieri jam id ipsum, apparet. Mæotius siquidem lacus jam nunc est oppletus : nam in plerisque illius partibus non ultra septem aut quinque ulnarum est ejus altitudo ; ut sine itineris duce navigari magnis navibus non amplius possit. (9) Et quum olim mare illud fuerit, Ponto conjunctum, ut consentiant veteres ; nunc lacus est

χωμάτων, τῆς δὲ τῶν ποταμῶν εἰσβολῆς ἐπικρατοῦσης. (10) Ἔσται δὲ καὶ περὶ τὸν Πόντον παραπλήσιον, καὶ γίγνεται νῦν· ἀλλ' οὐ λίαν τοῖς πολλοῖς ἐστὶ καταφανές, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κοιλώματος. Τοῖς μέντοι γε βραχέα συνεπιστήσασι, καὶ νῦν ἐστὶ δῆλον τὸ γινόμενον.

XLII. Τοῦ γὰρ Ἰστροῦ πλείοσι στόμασιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης εἰς τὸν Πόντον εἰσβάλλοντος, συμβαίνει πρὸς τοῦτον σχεδὸν ἐπὶ χίλια στάδια συνιστάναι ταινίαν, ἡμέρας δρόμον ἀπέχουσιν τῆς γῆς· ἥτις νῦν συνέστηκεν ἐκ τῆς τοῖς στόμασιν εἰσφερομένης ἰλῦος. (2) ἐφ' ἣν, ἔτι πελάγιοι, τρέχοντες οἱ πλείοντες τὸν Πόντον, λανθάνουσι ἐποκείμενους νυκτὸς ἐπὶ τοὺς τόπους. Καλοῦσι δ' αὐτοὺς οἱ ναυτικοὶ Στήθη. (3) Τοῦ δὲ μὴ παρ' αὐτὴν συνίστασθαι τὴν γῆν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ προωθεῖσθαι τὸν χοῦν, ταύτην νομιστέον εἶναι τὴν αἰτίαν. (4) Ἐφ' ὅσον μὲν γὰρ αἱ ῥύσεις τῶν ποταμῶν διὰ τὴν βίαν τῆς φορᾶς ἐπικρατοῦσι καὶ διωθοῦνται τὴν θάλατταν, ἐπὶ τοσοῦτο καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ φερόμενα τοῖς βέυσμασιν ἀνάγκη προωθεῖσθαι, καὶ μὴ λαμβάνειν μονὴν μηδὲ στάσιν ἀπλούς. (5) Ὅταν δὲ διὰ τὸ βάθος ἤδη καὶ πληθος τῆς θαλάττης ἐκλύηται τὰ βέύματα, τότε εἰκὸς ἤδη, κατὰ φύσιν φερόμενον κάτω, μονὴν καὶ στάσιν λαμβάνειν τὸν χοῦν. (6) Δι' αὐτὴν δὲ τῶν μὲν λάρων καὶ μεγάλων ποταμῶν, τὰ μὲν χώματα μακρὰν συνίσταται, τὰ δὲ παρὰ τὴν γέρσον ἐστὶν ἀγχιβαθῇ· τῶν δ' ἐλαττόνων καὶ πρῶως βρόντων, παρ' αὐτὰς τὰς εἰσβολὰς οἱ ὕινες συνίστανται. (7) Μάλιστα δ' ἐκδοχὸν γίγνεται τοῦτο κατὰ τὰς τῶν ὀμβρῶν ἐπιφορὰς. Καὶ γὰρ τὰ τυχόντα τότε τῶν βρείθρων, ἐπειδὴν ἐπικρατήσῃσι τοῦ κύματος κατὰ τὴν εἰσβολὴν, προωθοῦσι τὸν χοῦν εἰς θάλατταν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε πρὸς λόγον ἐκάστου γίγνεσθαι τὴν ἀπόστασιν τῇ βίᾳ τῶν ὑπιπτόντων βρεμάτων. (8) Τῶν δὲ μεγέθει τῆς προειρημένης ταινίας, καὶ καθόλου τῷ πλήθει τῶν εἰσφερομένων λίθων καὶ ξύλων καὶ γῆς ὑπὸ τῶν ποταμῶν, οὐδαμῶς ἀπιστητέον (εὐθεὶς γάρ), (9) θεωροῦντας ὑπὸ τὴν ὄψιν τὸν τυχόντα χειμάρρουν, ἐν βραχεὶ χρόνῳ πολλὰ καὶ ἐκχαραδρῶντα μὲν καὶ διακλόντα τόπους ἡλιβάτους, φέροντα δὲ πᾶν γένος ὕλης καὶ γῆς καὶ λίθων, ἐπιγώσταις δὲ ποιούμενον τηλικαύτας, ὥστ' ἄλλοιοῦν ἐνίοτε, καὶ μηδὲ γινώσκειν ἐν βραχεὶ χρόνῳ τοὺς αὐτοὺς τόπους.

XLIII. Ἐξ ὧν οὐκ εἰκὸς θαυμάζειν, πῶς οἱ τηλικούτοι καὶ τοιοῦτοι ποταμοὶ, συνεχῶς βρόντες, ἀπεργάζονται τι τῶν προειρημένων, καὶ τέλος ἐκπληροῦσι τὸν Πόντον. (2) Οὐ γὰρ εἰκὸς, ἀλλ' ἀναγκαῖον γενέσθαι τοῦτό γε, προφαίνεται κατὰ τὸν ὁρθὸν λόγον. (3) Σημεῖον δὲ τοῦ μέλλοντος· ὅσην γὰρ ἐστὶ νῦν ἡ Μαῖωτις γλυκυτέρα τῆς Ποντικῆς θαλάττης, τοσοῦτω θεωρεῖται διαφέρουσα προφανῶς ἡ Ποντικὴ τῆς καθ' ἡμέας. (4) Ἐξ ὧν δῆλον, ὡς, ὅταν ὁ χρόνος, ἐν ᾧ πεπληρῶσθαι συμβαίνει τὴν Μαῖωτιν, τοῦτον λάβῃ τὸν λόγον πρὸς τὸν χρόνον, ὃν ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ κοιλώματος πρὸς τὸ κοίλωμα, τότε συμβήσεται καὶ τὸν Πόντον τεναγῶδη

aquæ dulcis, postquam maris aqua elisa est ab aggesta terra, et ingredientium amnium inluxus pervicit. (10) Idem vero fiet etiam Ponto, et jam nunc fit : sed præ alvei magnitudine parum id vulgus observat ; verum qui vel mediocriter attendunt, jam nunc super eo nihil dubitant.

XLII. Nam quum pluribus ostiis ex Europa in Pontum Ister præcipitet, efficitur in Ponto et nunc obtinet tenia quædam, sive moles, per mille circiter stadia in longum porrecta, diei unius cursu distans a terra, ex limo concreta quem ostia fluviorum deferunt. (2) In quam si hi, qui Pontum navigant, dum adhuc in alto esse putant, incurrunt, accidit illis noctu, ut imprudentes navem in hæc loca impingant. Stethæ, id est dorsa, nautæ vocant. (3) Quod autem agger ille non propius terram consistit, sed procul submovetur, causam existimare hanc oportet. (4) Scilicet in quantum influentia flumina impetum ob eam, qua feruntur, violentiam servant, et mare protrudunt, in tantum et limum, et quæcumque cursu aquarum devehuntur, protrudi necesse est, neque moram ullam accipere ad subsistendum potest. (5) Ubi vero, propter profunditatem et immensitatem maris, fluentorum vis minuit, ibi demum rationi naturæque consentaneum est, ut materia illa quæ aggeritur subsidat, et quieti firmaque maneat. (6) Propterea rapidorum magnorumque amnium moles procul excitantur, et prope terram mare altum est : minorum vero fluminum et leviter fluentium, prope ipsa ostia aggeres consistunt. (7) Maxime autem manifestum hoc sit, ubi magni imbres cadunt : nam tunc vel minimi amnes, superata vi fluctuum circa ostium, limum adeo longe protrudunt in altum, ut, pro violentia cujusque amnis in mare se exonerantis, brevior aut longior distantia intercedat. (8) De magnitudine autem illius teniæ, quam diximus Istro prætendi, aut omnino de copia saxorum, lignorum, et terræ, quam invehunt amnes, non est quod fidem superare cuicumque ea res videatur : stultum enim hoc fuerit : (9) quum cernere sæpe sit oculis, quamvis parvum torrentem brevi tempore per loca præcelsa præruptaque meatus sibi confragosos aperire, et vi perrumpere, materiam omne genus, terramque, et saxa devehentem ; loca vero, per quæ transit, usque adeo aggere complere, faciemque locorum interdum penitus adeo immutare, ut modico temporis intervallo eadem loca non agnoscantur.

XLIII. Quare mirari nemo debet, si tanti amnes, tamque rapidi, continuo influxu, eorum quæ diximus aliquid efficiunt, ac tandem Pontum sunt impleturi. (2) Nam recta ratione rem putantibus, non simile veri, sed necessarium videbitur, ut id ita fiat. (3) Futuri porro argumentum est : quod, in quantum dulcior Mæotis Pontico mari, id tantum differre palam est Ponticum a nostro. (4) Ex quo apparet, ubi tempus, quo compleri Mæotim contigit, pervenerit ad eam proportionem, quam inter se habent magnitudines avoorum : futurum tunc, ut Pontus dulcescat, fiatque ad

καὶ γλακὶν καὶ λιμνώδη γενέσθαι, παραπλησίως τῇ Μαϊώτιδι λίμνῃ. (6) Καὶ ὅαττον δὲ τούτων ὑποληπτόν, ὅση μείζους καὶ πλείους εἰσὶν αἱ ῥύσεις τῶν εἰς τούτων ἐκπιπτόντων ποταμῶν. (6) Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰρησθὲν πρὸς τοὺς ἀπίστως διακειμένους, εἰ δὴ χώννυται καὶ νῦν, καὶ χωσθήσεσθαι ποτε συμβήσεται τὸν Πόντον, καὶ λίμνη καὶ τέναγος ἔσται τὸ τηλικούτων πέλαγος. (7) Ἐτι δὲ μᾶλλον εἰρησθὲν καὶ τῆς τῶν πλοῖζομένων ψευδολογίας καὶ τερατείας χάριν· ἵνα μὴ παντὶ τῷ λεγομένῳ προσκεχηνέαι παιδιῶς ἀναγκάζωμεθα διὰ τὴν ἀπειρίαν· ἔχοντες δ' ἔχνη τῆς ἀληθείας ἐπὶ τοῦτον, ἐξ αὐτῶν ἐπικρίνειν δυνάμεθα τὸ λεγόμενον ὑπὸ πικρῶν ἀληθείας ἢ τούναντίον. (8) Ἐπὶ δὲ τὸ συνεχές τῆς εὐκαιρίας τῶν Βυζαντιῶν ἐπ' ἀνέναντον.

XLIII. Τοῦ δὲ στόματος, τοῦ τὸν Πόντον καὶ τὴν Προποντίδα συνάπτοντος, ὄντος ἑκατὸν εἰκοσι σταδίων τὸ μήκος, καθάπερ ἀρτίως εἴπομεν, (καὶ) τοῦ μὲν Ἱεροῦ τὸ πρὸς τὸν Πόντον πέρας ὀρίζοντος, τοῦ δὲ κατὰ Βυζάντιον διαστήματος, τὸ πρὸς τὴν Προποντίδα· (2) μεταξὺ τούτων ἔστιν Ἑρμαῖον, τῆς Εὐρώπης ἐπὶ προσηλῆς πικρῶς ἀκρωτηριαζούσης ἐν τῷ στόματι κείμενον, ὃ τῆς μὲν Ἀσίας ἀπέχει περὶ πέντε στάδια, κατὰ τὸν σινηώτατον δὲ τόπον ὑπάρχει τοῦ παντὸς στόματος· ἥ καὶ Δαρεῖον ζεῦξαι φασὶ τὸν πόρον, καθ' ὃν χρόνον ἐπικέτο τὴν ἐπὶ Σκυθίας διάβασιν. (3) Κατὰ μὲν δὲ τὸν ἄλλον τόπον ἀπὸ τοῦ Πόντου, παραπλησίως ἔστιν ἡ ῥορὰ τοῦ βρέματος, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς παρ' ἑκάτερον τὸ μέρος τῷ στόματι παρηκόντων τόπων. (4) Ἐπ' ἀνὰ δὲ εἰς τὸ τῆς Εὐρώπης Ἑρμαῖον, ἥ στενωτάτων ἔραμεν εἶναι, φερόμενος ἐκ τοῦ Πόντου καὶ συγχειόμενος ὁ ῥοὺς βίᾳ προσπέσῃ· τότε δὲ τραπεῖς, ὥσπερ ἀπὸ πλεῖστης ἐμπέπτει τοῖς ἀντιπέρας τῆς Ἀσίας τόποις. (6) Ἐκείθεν δὲ κάλειν, οἷον ἐξ ὑποστροφῆς, τὴν ἀναπρόδοσιν ποιεῖται πρὸς τὰ περὶ τὰς Ἑστίας ἀκρα καλούμενα τῆς Εὐρώπης. (6) Ὅθεν αὖθις ὁρμήσας, προσπίπτει πρὸς τὴν Βοῦν καλούμενην· ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας τόπος, ἐφ' ὃν ἐπιστῆναι φασὶ πρῶτον αἱ μῦθοι τὴν Ἰῶν περαιωθεῖσαν. (7) Πλὴν ὃ γε ῥοὺς, τὸ τελευταῖον ὁρμήσας ἐπὶ τῆς Βοὸς, ἐπ' αὐτὸ φέρεται τὸ Βυζάντιον· περισχισθεὶς δὲ περὶ τὴν πόλιν, βραχὺ μὲν εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ διορίζει, τὸ καλούμενον Κέρας, τὸ δὲ πλεῖον πάλιν ἀπὸνέει. (8) Διευτονεῖν μὲν οὖν οὐκ ἔτι δύναται πρὸς τὴν ἀντιπέρας χώραν, ἐφ' ἣς ἔστι Καλχηδών. (9) Πλεονάκει γὰρ τὴν ἀναπρόδοσιν πεποιημένος, καὶ τὸ πόρου πλάτος ἔχοντας, ἥδη περὶ τούτων τὸν τόπον ἐκλινόμενος ὁ ῥοὺς, οὐκ ἔτι βραχείας πρὸς ὀξείαν γωνίαν ποιεῖται τὰς ἀνακλάσεις ἐπὶ τὴν περαιάν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς ἀμβλείαν. (10) Διόπερ ἀπολιπὼν τὴν τῶν Καλχηδονίων πόλιν, φέρεται διὰ πόρου.

XLIV. Καὶ τὸ ποιοῦν τὴν μὲν τῶν Βυζαντιῶν πόλιν εὐκαιροτάτην, τὴν δὲ τῶν Καλχηδονίων, τάναντία, ταῦτ' ἔστι τὸ νῦν ὑπ' ἡμῶν εἰρημένον· καίπερ ἀπὸ τῆς θύρας ὁμοίας ἀμφοτέραις δοκούσης εἶναι τῆς θέσεως πρὸς τὴν εὐκαιρίαν. (2) Ἀλλ' ὁμῶς εἰς τὴν μὲν βου-

instar paludis et lacus, haud secus ac Mæotis palus. (5) Imo vero tanto citius hoc eventurum existimare debemus, quo majora et plura fluminis sunt, quæ in hunc præcipient. (6) Hæc igitur dicta sint adversus eos, quibus incredibile videtur, Pontum et adimpleri jam nunc, et oppletum iri quandoque, et tantum pelagus lacum paludemque aliquando futurum. (7) Atque magis etiam adversus navigantium mendacia miraculosaque figmenta sunt hæc dicta: ne, propter imperitiam, more puerorum cogamur quidquid dictum fuerit ore hiantie excipere; sed ut, vestigia atque indicia quædam veritatis habentes, per nos ipsos, verum sit, nec ne, quod quisque dixerit, dijudicare valeamus. (8) Nunc redeamus ad reliquam opportunitatem situs Byzantiorum.

XLIII. Quum igitur fretum illud, quod Pontum et Propontidem jungit, longitudinem habeat stadiorum, ut paulè ante dicebamus, centum et viginti: quumque ejus extremum, Ponto proximum, terminetur Hiero (sive Fano), alterum vero, Propontidem versus, eo intervallo quod est inter Byzantium et oram oppositam: (2) est in medio spatio isto ab Europæ latere Hermæum, id est, Mercurii sanum, rupi cuidam, instar promontorii in fretum prominenti, superstructum; stadiis quinque distans ab Asia, qua parte angustissimum est fretum. Ubi etiam dicitur Darius, quando infesto exercitu Scythas petiit, ponte fretum junxisse. (3) In cetero igitur tractu inde a Ponto, quia similis est utraque ora hinc inde juxta fretum porrecta, etiam cursus aquæ ubique æqualis est. (4) Postquam vero de lapsæ e Ponto aquæ fluxus, in angustias jam coarctatus, magna cum violentia in oram Europæam, ad Hermæum, qua angustissimum esse trajectum diximus, impulsus est; tunc, quasi accepto ictu, conversus, oppositis in Asia locis vehementer ingruit. (5) Tum inde rursus, velut nova conversione facta, ad illa Europæ loca redit, quæ dicuntur ad Hestias promontoria. (6) Hinc iterum magno impetu Asiæ locum petit, quem Bovem vocant; in quo, ut narrant fabulæ, trajecto freto, Io pedem primo posuit. (7) Quo ex loco repercussus fluxus, ad Byzantium ipsum postremo fertur. Ubi, circa urbem divisus, parvam sui partem sinui immittit, quem Cornu vocant; pars vero major aquæ cursum inde avertit. (8) Sed jam quidem languidior factus fluxus, ad Calchedonem eregione sitam pervenire porro non potest. (9) Sæpius enim ultro citroque repercussus, nunc jam hoc loco, quia latius ibi fretum est, resolutio impetu cursus aquæ nequaquam amplius breves reciprocaiones ad rectos angulos versus oppositam continentem facit, sed potius ad obtusos. (10) Itaque, omitta urbem Calchedoniorum, per medium fretum fertur.

XLIV. Quamobrem, cur Byzantinæ urbis situs tantas commoditates habeat, Calchedoniorum tantas incommoditates, causa ea est, quam jam ostendimus; quamquam loca intuentibus parem utriusque urbis situs commoditatem habere videtur. (2) Verum enimvero ad alteram cupienti ap-



ληθέντα καταπλεῦσαι οὐ βράδιον· πρὸς τὴν δὲ, καὶ μὴ βούλῃ, φέρει κατ' ἀνάγκην ὁ ῥοῦς, καθάπερ ἀρτίως εἴπομεν. (3) Σημεῖον δὲ τούτου· ἐκ Καλχηδόνας γὰρ οἱ βουλόμενοι διαίρειν εἰς Βυζάντιον, οὐ δύνανται πλεῖν κατ' εὐθείαν διὰ τὸν μεταξὺ ῥοῦν· ἀλλὰ παράγουσιν ἐπὶ τε τὴν Βοῦν, καὶ τὴν καλουμένην Χρυσόπολιν· (4) (ἣν Ἀθηναῖοι ποτε κατασχόντες, Ἀλκιβιάδου γνώμῃ παραγωγάζειν ἐπεβάλλοντο πρῶτον τοὺς εἰς Πόντον πλέοντας·) τὸ δ' ἐμπροσθεν ἀφίαισι κατὰ ῥοῦν, ὃ φέρονται κατ' ἀνάγκην πρὸς τὸ Βυζάντιον. (5) Ὅμοια δὲ τούτοις καὶ τὰ κατὰ τὸν ἐπὶ θάτερα πλοῦν ἐστὶ τῆς Βυζαντιῶν πόλεως. (6) Ἄν τε γὰρ ἀπ' Ἑλλησπόντου τρέχῃ τις τοῖς νότοις, ἂν τ' ἐπὶ τὸν Ἑλλησπόντον ἐκ τοῦ Πόντου τοῖς ἐπὶ τῆς, παρὰ μὲν τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Βυζαντιῶν πόλεως ὁρθὸς, ἅμα δ' εὐπαρακόμιστος, ἐστὶν ὁ πλοῦς ἐπὶ τὰ τῆς Προποντιδὸς στενὰ κατ' Ἀβυδὸν καὶ Σηστόν, κακῆθεν ὡσαύτως πάλιν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον. (7) Ἀπὸ δὲ Καλχηδόνας παρὰ γῆν Ἀσίαν ταναντία τούτοις, διὰ τὸ κολπώδην τὸν παράπλου ὑπάρχειν, καὶ προτείνειν πολὺ τὴν τῶν Κυζικηνῶν χώραν. (8) Ἀπ' Ἑλλησπόντου γὰρ φερόμενον εἰς Καλχηδόνα, χρήσασθαι τῷ παρὰ τὴν Εὐρώπην πλῆθι, κάππειτα συνεγγίζοντα τοῖς κατὰ Βυζάντιον τόποις, κάμπτειν καὶ προστρέχειν πρὸς τὴν Καλχηδόνα, διὰ τὸν ῥοῦν καὶ τὰ προειρημένα, δυσχερές. (9) Ὅμοιως δὲ πάλιν ἐκπλέοντα προστρέχειν εὐθὺς τῇ Θράκῃ, τελέως ἀδύνατον, διὰ τε τὸν μεταξὺ ῥοῦν καὶ διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους ἐκατέρους ἀντιτίπτειν πρὸς ἀποτρέψας τὰς ἐπιβολὰς. (10) Ἐπειδὴ περ εἰσάγει μὲν εἰς τὸν Πόντον Νότος, ἐξάγει δὲ Βορέας· καὶ τούτοις ἀνάγκην χρῆσθαι πρὸς ἐκάτερον τὸν δρόμον τοῖς ἀνέμοις. (11) Τὰ μὲν οὖν τὴν κατὰ θάλατταν εὐκαιρίαν ποιῶντα Βυζαντίοις, ταῦτα ἐστὶ· τὰ δὲ τὴν κατὰ γῆν ἀκαιρίαν, τὰ μέλλοντα ῥηθῆσθαι.

XLV. Τῆς γὰρ Θράκης κύκλῳ περιεχούσης αὐτῶν τὴν χώραν οὕτως, ὥστ' ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν καθήκειν, αἰδισὶν ἔχουσι πόλεμον καὶ δυσχερῇ πρὸς τούτους. (2) Οὕτε γὰρ, παρασκευασάμενοι, καὶ κρατήσαντες αὐτῶν εἰσάπαξ, ἀποτρίψασθαι τὸν πόλεμον οἷοι τε εἰσὶ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄγλων καὶ τῶν δυναστῶν. (3) Ἐάν τε γὰρ ἐνὸς περιγίνωνται, τρεῖς ἐπιβαίνουσιν ἐπὶ τὴν τούτων χώραν ἄλλοι βαρύτεροι δυνάσται. (4) Καὶ μὴν οὐδ', εἰξαντες καὶ συγκαταβάντες εἰς φόρους καὶ συνθήκας, οὐδὲν ποιῶσι πλέον. Ἄν γὰρ ἐνὶ πρόωνται τι, πενταπλασίους δι' αὐτὸ τοῦτο πολεμῶντες εὐρίσκουσι. (5) Διόπερ αἰδῶν συνέχονται καὶ δυσχερεῖ πόλεμῳ. Τί γὰρ ἐπιπαράλτερον ἀστυγεῖτονος παύλου; καὶ βαρβαροῦ πολέμου τί δεινότερον; (6) Οὐ μὴν ἄλλα τούτοις τὸ παράπαν κακοῖς παλαιόντες κατὰ γῆν, χωρὶς τῶν ἄλλων τῶν παρεπομένων τῷ πολέμῳ κακῶν, ὑπομένουσι τινα καὶ τιμωρίαν Ταντάλειον κατὰ τὸν ποιητὴν. (7) Ἐχόντες γὰρ χώραν γενναϊοτάτην, ὅταν διαπονήσωσι ταύτην, καὶ γένηται τὸ τῶν καρπῶν πλῆθος τῷ κάλλει διαφέρον, κάππειτα παραγενθέντες οἱ βάρβαροι

pellere, multum erit negotii : ad alteram, velis nolis, cursum aquæ te feret, sicuti modo dicebamus. (3) Quod hoc etiam documento constat. Qui Calchedone Byzantium trajicere volunt, propter aquæ cursum qui in medio spatio est, rectarum conficere navigationem non possunt, sed navæ deflectant Bovem versus, et Chrysopolim quam vocant : (4) (quam urbem quum olim occupassent Athenienses, ex Alcibiadis consilio portorium exigere primi instituerunt ab eis, qui in Pontum navigabant :) deinde paululum ulterius provecti, descendens aquæ cursum : : : : permittunt, atque ita necessario Byzantium devehuntur. (5) Similis vero ratio est navigationis ab altera parte urbis Byzantii. (6) Sive enim flatibus Austriæ ab Hellesponto, sive ad Hellespontum etesiis spirantibus e Ponto tendat aliquis, recta facilisque navigatio est secundum oram Europæ ab oppido Byzantium ad Propontidis fauces, ubi Sestus et Abydis, et inde rursus pariter versus Byzantium. (7) A Calchedone vero, secundum Asiaticam oram, contraria ratio est; quoniam et flexuosa inter sinus navigatio est, et admodum prominet in mare ager Cyzicenorum. (8) Petentibus autem Calchedonem ab Hellesponto, Europæ litus legere, et deinde, ubi ad loca ventum fuerit Byzantio vicina, cursum flectere et accedere ad Calchedonem, propter aquæ cursum et ea quæ diximus, difficile est. (9) Similiterque rursus, si Calchedone exieris, Thraciam statim appellere, nulla promissa ratione queas; cum propter aquæ cursum, qui medius intervenit; tum quod uterque ventus utrique navigationi contrarius est. (10) Nam in Pontum deducit Auster, educit vero Boreas : quibus ventis ad utrumque cursum utilis necesse est. (11) Quæ igitur Byzantii tantam mari commoditatem præbent, hæc sunt : incommodorum vero quæ tam accipiunt, causam aperient quæ jam dicemus.

XLV. Quia enim Thracia fines eorum cingit undique, a mari ad mare pertinens; perpetuum ac difficile cum Thracibus bellum gerunt. (2) Ut enim, magnis belli apparatusibus usi, eos semel debellant; tamen in posterum gerendi cum iis belli molestia se liberare non possunt, propter barbarorum et dynastarum multitudinem. (3) Nam si unum populum superaverint, tres alii dynastæ potentiores in priorem locum succedunt. (4) Sed nec, si hostibus concesserint, et ad pensationem tributorum et pacta ineunda descenderint, quidquam tamen proficiunt. Ubi enim aliquid uni indulerint, quinque mox pro uno hostes eo ipso illectos, nanciscuntur. (5) Propterea perpetuo difficilique bello premuntur. Nam quid mala gente vicina periculosius? aut quid bello terribilius cum hoste barbaro? (6) At hi, cum hisce malis assidue in terra luctantes, præter reliquas belli calamitates, supplicium etiam quoddam Tantaleum, ut vocat poeta, sustinent. (7) Quum enim agrum habeant uberimum, postquam magno labore eum excoluerunt, et fructuum optimorum ingens copia provenit; ecce deum barbaros

τοὺς μὲν καταφθείρουσι, τοὺς δὲ συναθροίσαντες ἀπο-  
ρίουσι. (8) Τότε δὴ, χωρὶς τῶν ἔργων καὶ τῆς δα-  
πάνης, καὶ τὴν καταφορὰν θεώμενοι, διὰ τὸ κάλλος  
τῶν καρπῶν σχετλιάζουσι, καὶ βαρέως φέρουσι τὸ συμ-  
βαίνειν. (9) Ἄλλ' ὅμως τὸν μὲν ἀπὸ τῶν Θρακῶν πό-  
λεμον κατὰ τὴν συνθήκην ἀναφέροντες, ἔμενον ἐπὶ τῶν  
ἐξ ἔργῃς δικαίων πρὸς τοὺς Ἑλλήνας. (10) Προσεπι-  
πομένων δὲ Γαλατῶν αὐτοῖς τῶν περὶ Κομοντόριον,  
εἰς πᾶν ἦλθον περιστάσεως.

XLVI. Οὗτοι δ' ἐκίνησαν μὲν ἅμα τοῖς περὶ Βρέν-  
ων ἐκ τῆς οἰκείας διαρπυγόντες δὲ τὸν περὶ Δελφῶν  
κίνδυνον, καὶ παραγεγόμενοι πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, εἰς  
μὴν τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐπεραιώθησαν, αὐτοῦ δὲ κατέμει-  
ναν, διὰ τὸ φιλοχωρῆσαι τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον τόποις.  
(2) Οἱ καὶ κρατήσαντες τῶν Θρακῶν, καὶ κατασκευ-  
ασάμενοι βασιλῆιον τὴν Τύλην, εἰς ὁλοσχερῇ κίνδυ-  
νον ἦγον τοὺς Βυζαντίους. (3) Κατὰ μὲν οὖν τὰς  
ἐρχῆς ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν, ταῖς κατὰ Κομοντόριον,  
τὴν πρῶτον βασιλεύσαντα, δῶρα διετέλουν οἱ Βυζάντιοι  
ἰόντες, ἀνὰ τρισχιλίου, καὶ πεντακισχιλίου, ποτὲ  
ἂν καὶ μυρίου χρυσοῦς, ἐφ' ᾧ μὴ καταφθείρειν τὴν  
χώραν αὐτῶν. (4) Τέλος δ' ἠναγκάσθησαν ὀδοήκοντα  
μίλινα συγχωρῆσαι φόρον τελεῖν κατ' ἑνιαυτὸν, ἕως  
εἰς Κάυαρον· ἐφ' οὗ κατελύθη μὲν ἡ βασιλεία, τὸ δὲ  
γένος αὐτῶν ἐξεφάρη πᾶν, ὑπὸ Θρακῶν ἐκ μεταβολῆς  
ἱκαρατηθέν. (5) Ἐν οἷς καιροῖς ὑπὸ τῶν φόρων πιε-  
ζόμενοι, τὸ μὲν πρῶτον ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς Ἑλλη-  
νας, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν καὶ συγχωρηγεῖν εἰς τοὺς  
πρωστῆτας καιρούς. (6) Τῶν δὲ πλείστων παρολιγω-  
ρούντων, ἐνεχείρησαν ἐπαναγκασθέντες παραγωγιάζειν  
τοὺς εἰς τὸν Πόντον πλέοντας.

XLVII. Μεγάλης δὲ γενομένης τῆς ἀλυσιτελείας  
καὶ δυσχρηστίας πᾶσιν ἐκ τοῦ τέλος πράττειν τοὺς Βυ-  
ζαντίους τῶν ἐξαγομένων ἐκ τοῦ Πόντου, δεινὸν ἡγούντο·  
καὶ πάντες ἐνεκάλουν οἱ πλοῖζόμενοι τοῖς Ῥόδιοις, διὰ  
τὸ δοκεῖν τούτους προστάναι τῶν κατὰ θάλατταν.  
(2) Ἐξ οὗ συνέβη φῦναι τὸν πόλεμον, ὑπὲρ οὗ νῦν ἡμεῖς  
ἱσταρεῖν μέλλομεν. (3) Οἱ γὰρ Ῥόδιοι, συνεξεγερ-  
θέντες ἅμα μὲν διὰ τὴν σφετέραν βλάβην, ἅμα δὲ καὶ  
διὰ τὴν τῶν πέλας ἐλάττωσιν τὸ μὲν πρῶτον παραλα-  
βόντες τοὺς συμμάχους, ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς Βυζαν-  
τίους, ἀξιοῦντες καταλύσειν αὐτοὺς τὸ παραγῶγιον.  
(4) Οἳ ἐντραπομένων δὲ τοῖς ἑλοῖς, ἀλλὰ πεπεισμέ-  
νων δικαία λέγειν ἐκ τῆς ἀντικαταστάσεως τῆς γενο-  
μένης παρ' αὐτοῖς τοῖς τῶν περὶ τὸν Ἐκατοντόδωρον  
καὶ Ὀλυμπιόδωρον πρὸς τοὺς τῶν Ῥοδίων πρεσβευ-  
τάς· (5) οὗτοι γὰρ τότε προέστησαν τοῦ τῶν Βυζαντίων  
παιτεύματος· τότε μὲν ἀπῆλλάγησαν οἱ Ῥόδιοι, πε-  
ράσαντες οὐδέν. (6) Ἐπανελθόντες δὲ, τὸν πόλεμον  
ἐξηρίσαντο τοῖς Βυζαντίοις, διὰ τὰς προειρημένας αἰ-  
τίας. (7) Καὶ παραυτίκα πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλλον  
πρὸς Προυσίαν, παρακαλοῦντες καὶ τούτον εἰς τὸν πό-  
λεμον ἔλθεσαν γὰρ τὸν Προυσίαν παρατριβόμενον ἐκ  
τῶν πρὸς τοὺς Βυζαντίους.

qui partim illos perdunt, partim collectos auferunt. (8) Tum  
vero Byzantii, cum præter operam impensam, et sumtus  
in eam rem factos, oculis suis perdi fruges vident, præstan-  
tiam fructuum deplorant, et fortunam suam ferunt indignis-  
sime. (9) Sed hoc tamen cum Thracibus bellum longa mali  
assuetudine tolerantes, antiqua jura cum Græcis populis  
servaverunt. (10) Postea vero quam ad priora mala ac-  
cessere Galli, duce Comontorio, afflicta modis omnibus  
conditio eorum fuit.

XLVI. Hi Galli pars eorum erant, qui cum Brenno pa-  
tria excesserunt : verum isti, quum periculum ad Delphos  
effugissent, ubi ad Hellespontum venerunt, nequaquam in  
Asiam trajecerunt : sed bonitate agrorum circa Byzantium  
capti, sedes ibidem posuerunt. (2) Deinde Thracibus de-  
victis, ac regni sui sede Tulæ instituta, ultimum Byzantiis  
periculum creaverunt. (3) Et initio quidem, quoties pri-  
mus illorum rex Comontorius incursavit fines eorum, mu-  
neris specie pendere solebant Byzantii terna aut quina au-  
reorum millia ; interdum et denum millium numeratione  
vastationem agrorum suorum redimebant. (4) Tandem vero  
lxxx annua talenta stipendii nomine pendere coacti sunt,  
usque ad tempora Cavarī ; quo imperante regnum est ever-  
sum, et universa gens, a Thracibus versa vice debellata,  
funditus interiit. (5) Illis igitur temporibus Byzantii, tri-  
butorum magnitudine oppressi, principio legationes ad  
Græcos mittere, opem atque auxilium petentes, et in ad-  
versis subsidium aliquod. (6) Eam petitionem cum pluri-  
que omnes Græci insuper habuissent, portorium ab iis,  
qui in Pontum navigabant, exigere instituerunt, necessi-  
tate eo adacti.

XLVII. Ubi vero Byzantiis Ponticæ merces vectigal pen-  
dere cœperunt, mox omnes ex ea re damnum ingens atque  
incommodum sentire, facinusque indignum dicere : Rho-  
dios denique, qui maris imperium tenere videbantur, in-  
cusare cuncti qui maria exercebant. (2) Atque ex istis  
causis bellum illud conflatum est, de quo nunc dicturi  
sumus. (3) Rhodii enim, tum propriis detrimentis exci-  
tati, tum aliorum quoque damnis moti, principio legatio-  
nem, sociis etiam assumtis, ad Byzantios mittunt ; postu-  
lantes, ut impositum portorium tollerent. (4) Cui postula-  
tioni quum morem nullo modo gererent Byzantii ; quippe  
quibus, re ab Hecatonodoro et Olympiodoro, (5) qui sum-  
mum tunc magistratum apud eos obtinebant, publice cum  
legatis disceptata, persuasum esset justam suam esse cau-  
sam ; infecta re discesserunt Rhodii. (6) Domumque reversi,  
bellum adversus Byzantios, propter prædictas causas, de-  
creverunt. (7) Itaque missis illico ad Prusiam legatis, ad  
societatem belli ipsum hortantur : norant enim, Prusiam  
certis de causis esse Byzantiis infensum.

XLVIII. Τὸ δὲ παραπλήσιον ἐποιοῦν καὶ Βυζάντιοι. Πρὸς τε γὰρ Ἀτταλον καὶ πρὸς Ἀχαιοὺς ἐπεμπον πρέσβεις, δέσμενοι σφίσι βοηθεῖν. (2) Ὁ μὲν οὖν Ἀτταλος ἦν πρόθυμος εἶχε δὲ βραχέϊαν τότε ῥοπήν, ὥς ἂν ἔπ' Ἀχαιοῦ συνεληλαμένος εἰς τὴν πατρίαν ἀρχήν. (3) Ὁ δὲ Ἀχαιὸς, κρατῶν μὲν τῆς ἐπὶ τὰδε τοῦ Ταύρου, βασιλέα δὲ προσφάτως αὐτὸν ἀναδεδεικώς, ἐπηγγέλλετο βοηθήσειν. (4) Ὑπάρχων δ' ἐπὶ ταύτης τῆς προαιρέσεως, τοῖς μὲν Βυζαντίοις μεγάλην ἐλπίδα παρεσκεύαζε, τοῖς δὲ Ῥοδίοις καὶ Προυσίᾳ τάναντία κατὰπληξιν. (5) Ἀχαιὸς γὰρ ἦν μὲν Ἀντιόχου συγγενής, τοῦ παρεληφτότος τὴν ἐν Συρίᾳ βασιλείαν· ἐγκρατὴς δ' ἐγένετο τῆς προεირμημένης δυναστείας, διὰ τινος τοιαύτης αἰτίας. (6) Σελεύκου μεταλλάξαντος τὸν βίον, δὲ ἦν Ἀντιόχου τοῦ προειρημένου πατὴρ, διαδεξαμένου δὲ τὴν βασιλείαν Σελεύκου, πρεσβυτάτου τῶν υἱῶν· ἅμα τούτῳ διὰ τὴν οἰκειότητα συνυπερέβαλε τὸν Ταῦρον, δυσὶ μάλιστα πῶς ἔτεσι πρότερον τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν. (7) Σελευκος γὰρ ὁ νέος, ὥς θῆκτον παρέλαβε τὴν βασιλείαν, πυνθανόμενος Ἀτταλον πᾶσαν ἔδῃ τὴν ἐπὶ τὰδε τοῦ Ταύρου δυναστείαν ὅφ' αὐτὸν πεποιτῆσθαι, παρωρμήθη βοηθεῖν τοῖς σφετέροις πράγμασιν. (8) Ὑπερβαλὼν δὲ μεγάλην δυνάμει τὸν Ταῦρον, καὶ δολοφονηθεὶς ὑπὸ τὴν Ἀπατουρίου τοῦ Γαλάτου καὶ Νικάνορος, μετέλλαξε τὸν βίον. (9) Ἀχαιὸς δὲ κατὰ τὴν ἀναγκαιότητα τὸν φόνον αὐτοῦ μετέλλε παραχρῆμα, τοὺς περὶ τὸν Νικάνορα καὶ τὸν Ἀπατούριον ἀποκτείνας· τῶν δὲ δυνάμεων καὶ τῶν δλων πραγμάτων φρονίμως καὶ μεγαλοφύχως προσέστη. (10) Τῶν γὰρ καιρῶν παρόντων αὐτῷ, καὶ τῆς τῶν ὄχλων ὁρμῆς συνεργούσης εἰς τὸ διάδημα περιθέσθαι, τοῦτο μὲν οὐ προεβλετο ποιῆσαι· τῆρῶν δὲ τὴν βασιλείαν Ἀντιόχῳ τῶν νεωτέρῳ τῶν υἱῶν, ἐνεργῶς ἐπιπορευόμενος, ἀνεκτίετο τὴν ἐπὶ τὰδε τοῦ Ταύρου πᾶσαν. (11) Τῶν δὲ πραγμάτων αὐτῷ παραδόχως εὐροούντων, ἐπεὶ τὸν μὲν Ἀτταλον εἰς αὐτὸ τὸ Πέργαμον συνέλεισε, τῶν δὲ λοιπῶν πάντων ἦν ἐγκρατὴς, ἐπαρθεὶς τοῖς εὐτυχήμασι, παρὰ πόδας ἐξώκειλε. (12) Καὶ, διάδημα περιθέμενος, καὶ βασιλέα προσαγορεύσας αὐτὸν, βαρύτατος ἦν τότε καὶ φοβερώτατος τῶν ἐπὶ τὰδε τοῦ Ταύρου βασιλέων καὶ δυναστῶν. (13) Ὁ καὶ μάλιστα τότε Βυζάντιοι πιστεύσαντες, ἀνεδέξαντο τὸν πρὸς τοὺς Ῥοδίους καὶ Προυσίαν πόλεμον.

XLIX. Ὁ δὲ Προυσίας ἐνεχάλει μὲν πρότερον τοῖς Βυζαντίοις, ὅτι ψηφισαμένων τινὰς εἰκόνας αὐτοῦ, ταύτας οὐκ ἀνέτιθεσαν, ἀλλ' εἰς ἐπισυρμὸν καὶ λήθην ἄγοιεν. (2) Δυσηρέστει δ' αὐτοῖς καὶ ἐπὶ τῷ πᾶσαν προσενέγκασθαι φιλονεικίαν, εἰς τὸ διαλύσαι τὴν Ἀχαιοῦ πρὸς Ἀτταλον ἔχθραν καὶ τὸν πόλεμον νομίζων, κατὰ πολλοὺς τρόπους ἀλυσιστελῇ τοῖς αὐτοῦ πράγμασιν ὑπάρχειν τὴν ἐκείνων φιλίαν. (3) Ἡρέθιζε δ' αὐτὸν καὶ τὸ δοκεῖν, Βυζαντίους πρὸς μὲν Ἀτταλον εἰς τοὺς τῆς Ἀθηνᾶς ἀγῶνας τοὺς συνθύσσοντας ἐξαπεσταλκέναι· πρὸς αὐτὸν δ' εἰς τὰ Σωτήρια, μηδὲνα πεπομ-

XLVIII. Rhodiorum exemplum secuti sunt et Byzantii; qui et ab Attalo, et ab Achæo per legatos auxilium petierunt. (2) Et erat quidem Attalo voluntas pronta : sed, qui ab Achæo intra paterni regni fines erat compulsus, momentum ad victoriam afferre poterat non sane magnam. (3) Achæus vero, qui in regionibus Asiæ cis Taurum latus dominabatur, et Regis nomen paulo ante assumerat, auxilia Byzantiis promissit. (4) Atque is, has partes amplexus, Byzantiis spem magnam, Rhodiis contra, et Prusiæ, ingentem terrorem injecit. (5) Hic siquidem Achæus cognatione Antiochum illum contingebat, qui in regnum Syriæ successerat : dominatum vero, quem diximus, ob hujuscemodi causas erat consecutus. (6) Postquam Seleucus, pater Antiochi modo nominati, fatis concessisset, regnumque illius Seleucus filius natu maximus acceperat ; cum hoc Achæus, propter familiaritatem cognationemque, Taurum superavit, duobus circiter annis, priusquam agerentur, de quibus hic agimus. (7) Junior enim Seleucus, statim a suscepto regno certior factus, Attalum omnia jam cis Taurum Asiam suo imperio subjecisse, rebus suis consulendi impetum cepit. (8) Sed ubi Taurum magno cum exercitu esset transgressus, dolo appetitus ab Apaturio Gallo et Nicanore, vitam cum morte commutavit. (9) Hujus cædem Achæus e vestigio ulciscens, tamquam occisi cognatus, Apaturium et Nicanorem trucidavit : copias vero et res universas, cum prudentia, tum magnitudine animi singulari, administravit. (10) Nam quum diadematis capiti imponendi occasionem esset nactus, accederetque etiam populorum voluntas, regnum illi certum deferentium, ipse inclinare animum in eam partem noluit : sed Antiocho, juniore ex filiis, imperium conservans, per omnes regiones bellum circumferens, quidquid cis Taurum fuerat amissum recepit. (11) Verum idem, postquam Attalum in ipsam urbem Pergami conclusisset, omniaque alia in potestatem suam redegisset, inopinato rerum successu elatus, e vestigio ab honestis consiliis deflexit : (12) et quum diadema summisset, nomenque regum adscivisset, omnium cis Taurum regum ac dynastarum potentissimus erat, maximeque formidabilis. (13) Quo et Byzantii potissimum tunc freti, bellare cum Rhodiis et Prusia sunt ausi.

XLIX. Jampridem Prusias eo nomine Byzantiis successabat, quod imagines, quas sibi decreverant, non dedicassent ; sed in moram atque oblivionem rem istam traherent. (2) Idem præterea infensus eisdem erat, quod ad dirimendas inimicitias inter Achæum et Attalum tantum studi adhibuerant, ut nihil supra : multis enim modis damnosam rebus suis esse illorum mutuam amicitiam existimabat. (3) Accedebat etiam hoc iræ incentive, quod Byzantii ad Attalum quidem, Minervæ ludicrum celebrantem, legatos, qui solennibus interessent, misissent ; quum ad ipsum,

φάναι. (1) Διόπερ, ἐκ πάντων τούτων ὑποικουρούμε-  
νης παρ' αὐτῷ τῆς ὀργῆς, ἄσμενος ἐπελάβετο τῆς τῶν  
Ῥοδίων προράσεως· καί, συγκαταθέμενος τοῖς πρε-  
σβευταῖς, ἐκείνους μὲν φέτο δεῖν κατὰ θάλατταν πολε-  
μῖν, αὐτὰς δὲ κατὰ γῆν οὐκ ἐλάττω βλάψειν ἔδοξε τοὺς  
ἱπταντίους. (2) Ὁ μὲν οὖν Ῥοδίων πρὸς Βυζαντίους  
πολεμος, διὰ ταῦτα καὶ τοιαύτην ἔλαβε τὴν ἀρχήν.

L. Οἱ δὲ Βυζάντιοι τὸ μὲν πρῶτον ἐρρωμένως ἐπο-  
λέμουν· πεπεισμένοι, τὸν μὲν Ἀχαιὸν σφίσι βοηθεῖν,  
ἐπὶ δὲ, τὸν Τιβοίτην ἐκ τῆς Μακεδονίας ἐπαγαγόν-  
τας, ἀντιπεριστήσιν τῷ Προυσίᾳ φόβους καὶ κινδύ-  
νας· (3) ὅς, κατὰ τὴν προσηρμημένην δρμὴν πολεμῶν,  
περιλειτο μὲν αὐτῶν τὸ καλούμενον ἐπὶ τοῦ στόματος  
Ἰερόν· (4) (5) Βυζάντιοι μικροῖς ἀνώτερον χρόνους με-  
γάλων ὠνησάμενοι χρημάτων ἐσφετερίσαντο, διὰ τὴν  
ἐκαιρίαν τοῦ τόπου· βουλόμενοι μηδεμίαν ἀφορμὴν μη-  
δὲ καταλιπεῖν, μήτε κατὰ τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόν-  
των ἐμπορέων, μήτε περὶ τοὺς δούλους, καὶ τὰς ἐξ αὐ-  
τῆς τῆς θαλάττης ἐργασίας· (6) (7) παρελειτο δὲ καὶ τὴν  
ἐκ τῆς Ἀσίας χώραν, ἣν κατείχον Βυζάντιοι τῆς Μυ-  
τίας πολλοὺς ἤδη χρόνους. (8) Οἱ δὲ Ῥόδιοι, πλη-  
ρώσαντες ναῦς ἐξ, ἅμα δὲ ταύταις παρὰ τῶν συμμά-  
χων προσλαβόντες τέτταρας, καὶ ναύαρχον προχειρι-  
σάμενοι Ξενοφάντον, ἐπλεον ἐφ' Ἑλλησπόντου δέκα  
κυσί. (9) Καὶ ταῖς μὲν λοιπαῖς ὁμοῦντες περὶ Ση-  
πτον, ἐκώλυον τοὺς πλεόντας εἰς τὸν Πόντον· μίᾳ δ'  
ἐπλεύσας ὁ ναύαρχος, κατεπείραζε τῶν Βυζαντιῶν,  
ἵπως ἤδη μεταμέλουντο, καταπεπληγμένοι τὸν πόλε-  
μον. (10) Τῶν δ' οὐ προσεχόντων, ἀπέπλευσε· καί,  
ἐκλαβὼν τὰς λοιπὰς ναῦς, ἀπῆρε πάσαις εἰς τὴν  
Ῥόδον. (11) Οἱ δὲ Βυζάντιοι πρὸς τε Ἀχαιὸν ἐπεμπον,  
ῥηόντες βοηθεῖν· ἐπὶ τε τὸν Τιβοίτην ἐξαπέστελλον  
ὡς ἔχοντας αὐτὸν ἐκ τῆς Μακεδονίας. (12) Ἐδόκει  
αὐτοῖς οὐκ ἔσσαν ἢ Βιθυνῶν ἀρχὴ Τιβοίτη καθήκειν ἢ  
Ἰρυσίᾳ, διὰ τὸ πατρὸς ἀδελφὸν αὐτὸν ὑπάρχειν τῷ  
Ἰρυσίᾳ. (13) Οἱ δὲ Ῥόδιοι, θεωροῦντες τὴν τῶν Βυ-  
ζαντιῶν ὑπόστασιν, πραγματικῶς διανοήθησαν πρὸς τὸ  
ἐκασίᾳ τῆς προθέσεως.

LI. Ὁρῶντες γὰρ, τὸ συνέχον τοῖς Βυζαντίοις τῆς  
κοινῆς τοῦ πολέμου, κείμενον ἐν ταῖς κατὰ τὸν  
Ἀχαιὸν ἐλπίσι· θεωροῦντες δὲ, τὸν πατέρα τοῦ Ἀχαιοῦ  
περχόμενον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τὸν δ' Ἀχαιὸν περὶ πλεί-  
του κοιούμενον τὴν τοῦ πατρὸς σωτηρίαν, ἐπεβάλλοντο  
ρεβθεῖν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, καὶ παραιτεῖσθαι τὸν  
ἐνδομάχον· (2) καὶ πρότερον μὲν ἐκ παρέργου τοῦτο  
ἐπειχάσας, τότε δὲ ἀληθινῶς σπεύδοντες ὑπὲρ τοῦ  
ῥήματος, ἵνα προσενηγιάμενοι πρὸς τὸν Ἀχαιὸν τὴν  
ἄρην ταύτην, ὑπόχρεον αὐτὸν ποιήσωνται πρὸς πᾶν  
ἐπακαλούμενον. (3) Ὁ δὲ Πτολεμαῖος, παραγε-  
μένους τῶν πρέσβων, ἐβουλεύετο μὲν παρακατεῆχειν  
τὸν Ἀνδρόμαχον, ἐλπίζων αὐτῷ χρησέσθαι πρὸς καιρὸν  
ἐν τῷ τὰ τε πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἄκριτα μένειν αὐτῷ,  
καὶ τὸ τὰ τε πρὸς τὸν Ἀχαιὸν, ἀναδεδειχτά προσφάτως αὐτὸν βα-  
λεῖν, πραγμάτων εἶναι κύριον ἱκανῶν τινων. (4) Ἦν

Soteriorum solemnne agitantem, nemo ab eisdem fuisse  
missus. (4) Qui igitur ex omnibus hisce causis latentem  
in praecordiorum penetralibus iram foveret, oblatam a Rhodii  
occasione avide arripuit; et cum legatis ita constituit,  
ut rem mari gerere illis suaderet; ipse, non minora hosti-  
bus detrimenta se terra illaturum, polliceretur. (5) Hæ  
sunt causæ, hoc principium belli, quod Rhodii cum By-  
zantiis gesserunt.

L. Jam Byzantii per initia quidem strenue bellum facie-  
bant: dum et a partibus suis Achæum stare confidunt, et,  
accito e Macedonia Tibœte, quem metuebant, belli metum  
ac periculum vicissim se allaturum sperant. (2) Nam Pru-  
sias, animi sui impetum illum secutus de quo diximus,  
Byzantios bello aggressus, Hieron ad introitum freti situm  
illis ademit: (3) quod quidem ipsi paucis ante annis,  
magna pecunie vi emtum, propter opportunitatem loci,  
acquisiverant; nemini subsidium ullum aut refugium reli-  
cturi, nec eis qui mercandi causa in Pontum navigarent,  
nec qui mancipia inde peterent, denique ne eis quidem qui  
piscatoriam in illo mari exercerent. (4) Ademit præterea  
iisdem Prusias eam Mysiæ partem, quam in Asiæ ora a longo  
jam tempore Byzantii tenuerant. (5) Rhodii, sex navibus  
instructis, quatuor item aliis sociorum accedentibus, de-  
cem navium classe, cui Xenophantum præfecerunt, Hel-  
lespontum petunt. (6) Ibi reliquæ, in ancoris stantes  
circa Sestum, navigationem Pontum versus impediabant:  
unam navarchus abducit ad tentandos Byzantium animos,  
ecquid, tanto belli apparatu territi, consilium mu-  
tarent. (7) Qui quum rationem ejus nullam haberent,  
abiit Xenophantus; ceterisque assumtis navibus, Rhodum  
cum universa classe est profectus. (8) Byzantii interea et  
ad Achæum miserunt, qui auxilia poscerent; et ad Tibœ-  
tem, qui ipsum e Macedonia adducerent. (9) Existimaba-  
tur enim, Bithynorum regnum pari jure ad Tibœtem perti-  
nere, atque ad Prusiam, cujus ipse patruus erat. (10) At  
Rhodii, ubi constantem hanc fiduciam Byzantium cer-  
nunt, sollertem rationem excogitarunt perficiendi quod  
optabant.

LI. Animadvertentes enim, Byzantium constantiam  
circa belli negotium eo præcipue niti, quod in Achæo spes  
locatas habebant: quum non ignorarent, Achæi patrem  
captivum Alexandriæ detineri, cujus libertatem atque salu-  
tem maximi ipse æstimaret; consilium inierunt legationis  
ad Ptolemæum mittendæ, quæ Andromachum condonari  
sibi peterent. (2) Atque id ipsum quidem jam et antea,  
nec tamen tam professo studio, fecerant; nunc vero in  
eam curam serio incubuerunt: ut hoc beneficio Achæum  
demeriti, obnoxium sibi illum redderent ad omnia quæ  
postularent. (3) Ptolemæus, ubi venerunt legati, delibe-  
ravit quidem secum, annon retinendus esset Andromachus;  
sperans, magno illum sibi tempore suo fore usui, quoniam  
nec dum ei controversiæ, quam habuerat cum Antiocho,  
finis erat impositus; et Achæus, qui nuper regem se de-  
claraverat, magnum in utramque partem momentum at-

γὰρ Ἀνδρόμαχος, Ἀχαιοῦ μὲν πατήρ, ἀδελφὸς δὲ Λαοδίκης, τῆς Σελεύκου γυναικός. (6) Οὐ μὴν ἀλλὰ προσκλίνων τοῖς Ῥοδίοις ὁ Πτολεμαῖος κατὰ τὴν ἄλῃν ἀφρεσιν, καὶ πάντα σπεύδων χαρίζεσθαι, συνεχώρησε καὶ παρέδωκε τὸν Ἀνδρόμαχον αὐτοῖς ἀποκομίζειν ὡς τὸν υἱόν. (9) Οἱ δ' ἐπιτελεσάμενοι τοῦτο, καὶ προσεπιμετρήσαντες τοῖς περὶ τὸν Ἀχαιὸν τιμὰς τινὰς, παρεῖλοντο τὴν ὁλοσχερεστέτην ἐλπίδα τῶν Βυζαντίων. (7) Συνεκύρησε δὲ τι καὶ ἕτερον τοῖς Βυζαντίοις ἀποπον. Ὁ γὰρ Τιβότις, καταγόμενος ἐκ τῆς Μακεδονίας, ἔσφηλε τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν, μεταλλάξας τὸν βίον. (8) οὐ συμβάντος, οἱ μὲν Βυζάντιοι ταῖς ὁρμαῖς ἀνέπεσον· ὁ δὲ Προυσίας, ἐπιβρώσθεις ταῖς πρὸς τὸν πόλεμον ἐλπίσιν, ἅμα μὲν αὐτὸς ἀπὸ τῶν κατ' Ἀσίαν μερῶν ἐπολέμει, καὶ προσέκειτο τοῖς πράγμασιν ἐνεργῶς· ἅμα δὲ τοὺς Θρᾶκας μισθοσάμενος, οὐκ εἰς τὰς πύλας ἐξιέναι τοὺς Βυζαντίους ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπῃν μερῶν. (9) Οἱ δὲ Βυζάντιοι, τῶν σφετέρων ἐλπίδων ἐψευσμένοι, τῷ πολέμῳ πονοῦντες πανταχόθεν, ἐξαγωγὴν περιέβλεπον εὐσχήμονα τῶν πραγμάτων.

LII. Καυάρου δὲ, τοῦ τῶν Γαλατῶν βασιλέως, παραγενομένου πρὸς τὸ Βυζάντιον, καὶ σπουδάζοντος διαλύσαι τὸν πόλεμον, καὶ διέχοντος τὰς χεῖρας φιλοτίμως, συνεχώρησαν τοῖς παρακαλουμένοις, ὅ τε Προυσίας, ὅ τε Βυζάντιοι. (2) Πυθόμενοι δὲ Ῥόδιοι τὴν τε τοῦ Καυάρου σπουδὴν, καὶ τὴν ἐντροπὴν τοῦ Προυσίου· σπουδάζοντες δὲ καὶ τὴν αὐτῶν πρόθεσιν ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν· πρεσβευτὴν μὲν Ἀριδίκην προεχειρίσαντο πρὸς τοὺς Βυζαντίους, Πολεμοκλῆν δὲ τρεῖς ἔχοντα τριήρεις ὁμοῦ συναπέστειλαν. (3) βουλόμενοι, τὸ δὴ λεγόμενον, καὶ τὸ δόρυ καὶ τὸ κηρύκειον ἅμα πέμπειν πρὸς τοὺς Βυζαντίους. (4) Ἐπιφανέντων δὲ τούτων, ἐγένοντο διαλύσεις, ἐπὶ Κώθωνος, τοῦ Καλλιγιέτονος, Ἱερομνημονοῦντος ἐν τῷ Βυζαντίῳ. (5) πρὸς μὲν Ῥοδίου ἀπλάτ· « Βυζαντίους μὲν, μηδένα πράττειν τὸ « διαγῶγιον τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόντων· Ῥοδίου δὲ « καὶ τοὺς συμμάχους, τούτου γενομένου, τὴν εἰρήνην « ἄγειν πρὸς Βυζαντίους. » (6) Πρὸς δὲ Προυσίαν τοιαῖδε τινές· « εἶναι Προυσίαν καὶ Βυζαντίους εἰρήνην « καὶ φίλαν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. Μὴ στρατεύειν « δὲ μήτε Βυζαντίους ἐπὶ Προυσίαν τρόπῳ μηδενί, « μήτε Προυσίαν ἐπὶ Βυζαντίους. (7) ἀποδοῦναι δὲ « Προυσίαν Βυζαντίους τὰς τε χώρας, καὶ τὰ φρούρια, « καὶ τοὺς λαοὺς, καὶ τὰ πολεμικὰ σώματα χωρὶς λύ- « τρων· πρὸς δὲ τούτοις τὰ πλοῖα τὰ κατ' ἀρχὰς ληφθέντα « τοῦ πολέμου, καὶ τὰ βέλη τὰ καταληφθέντα ἐν τοῖς « ἐρύμασιν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ξύλα, καὶ τὴν λιθειάν, « καὶ τὸν κέραμον τὸν ἐκ τοῦ Ἱεροῦ χωρίου. » (8) Ὁ γὰρ Προυσίας, ἀγωνιῶν τὴν τοῦ Τιβότου κάθodon, πάντα καθέλει τὰ δοκοῦντα τῶν φρουρίων εὐκαίρως πρὸς τι κεῖσθαι. (9) « Ἐπαναγκάσαι δὲ Προυσίαν καὶ, « ὅσα τινὲς τῶν Βιθυνῶν εἶχον ἐκ τῆς Μυσίας χώρας, « τῆς ὑπὸ Βυζαντίους ταττομένης, ἀποδοῦναι τοῖς γε- « ωργοῖς. » (10) Ὁ μὲν οὖν Ῥοδίοις καὶ Προυσίᾳ πρὸς

ferre poterat. (4) Erat enim Andromachus Achæi quidem pater, Laodice vero frater, conjugis Seleuci. (5) Verumtamen, tota voluntate in Rhodios inclinans Ptolemæus, atque omnibus rebus gratum facere illis cupiens, petitioni Rhodiorum adnuit, Andromachumque ipsis tradidit, et illum filio restituerent. (6) Qua re impetrata, nonnullis insuper honoribus Achæo decretis, Rhodii spern Byzantiis, qua plurimum illi nisi erant, ademerunt. (7) Sol et alia quoque res tunc incidit, parum opportuna Byzantiis. Tibœtes enim, dum in patriam ex Macedonia redierat, fato functus, morte sua consilia ipsorum vehementer conturbavit. (8) Quo casu icti Byzantii, animos desperaverunt: Prusias vero, nova spe ad bellum accensus, simul ipse ab Asiæ partibus bellum intendere, et rem acriter gerere: simul per Thracæ, mercede conductis, Byzantios impedire, quo minus ab Europæ partibus pedem porta possent efferre. (9) Quare Byzantii, quos omnes suas spes defecerant, undique vexati bello, honestum aliquem rerum exitum circumspiciebant.

LXXXI. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Φίλιππος ἔκραττε τὰ κατὰ τὴν Τριφυλίαν, καὶ Χίλων ὁ Λακεδαιμόνιος, ὑπολαμβάνων αὐτῷ καθέκειν κατὰ γένος τὴν βασιλείαν, καὶ βαρέως φέρων τὴν γεγενημένην ὑπεροψίαν περὶ αὐτὸν ἐκ τῶν Ἐφόρων ἐν τῇ κατὰ τὸν Λυκούργον κρίσει περὶ τῆς βασιλείας, κινεῖν ἐπεβάλετο τὰ καθεστῶτα. (1) Νομίσας δὲ, εἰ τὴν ὁδὸν τὴν αὐτὴν ὀδοὶ Κλεομένει, καὶ τοῖς πολλοῖς ὑποδείξει τὴν ἐλπίδα τῆς κληρονομίας καὶ τῶν ἀναδασμῶν, ταχέως ἐπακολουθήσειν αὐτῷ τὸ πλῆθος, ὤρμησε πρὸς τὴν πρᾶξιν. (2) Συμπρονήσας δὲ περὶ τούτων πρὸς τοὺς φίλους, καὶ λαβὼν κοινωνοὺς τῆς τολμῆς εἰς διακοσίους τὸ πλῆθος, ἐτίγνετο πρὸς τὸ συντελεῖν τὴν ἐπίνοιαν. (3) Θεωρῶν δὲ μέγιστον ἐμπόδιον ὑπάρχον αὐτῷ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τὸν Λυκούργον καὶ τοὺς Ἐφόρους τοὺς περιθέντας ἐκεῖνῳ τὴν βασιλείαν, ὤρμησε πρῶτον ἐπὶ τούτους. (4) Τοὺς μὲν οὖν Ἐφόρους δειπνοῦντας καταλαβὼν, πάντας αὐτοῦ κατέσφαξε· τῆς τύχης τὴν ἐμφαύουσαν αὐτοῖς ἐπιθείσης δίκην. Καὶ γὰρ ὅτ' οὐ καὶ ὑπὲρ οὗ ταῦτ' ἐπαθον, δικαίως αὐτοὺς ἂν τις φήσειε πεποθέναι. (5) Ὁ δὲ Χίλων, τὰ κατὰ τούτους συν-

(6) Ac Cretenses quidem, quos Spartiatæ miserant, per Messeniam in patriam redierunt, Philidas vero Samicum se recepit. (7) Tum Lepreatæ, recuperata patria, decreta ad Macedonem legatione, urbem suam Philippo in potestatem tradunt. (8) Rex, nuntio ejus rei accepto, reliquas copias Lepreum proficisci jubet: ipse cum cetratis et expeditis ire pergit, Philidam persequi properans. (9) Quem consecutus, impedimentis quidem omnibus et præda potitur; at Philidas, summa celeritate usus, Samicum prius quam caperetur irruit. (10) Rex, ante Samicum positis castris, et reliquo exercitu, qui Leprei erat, accito, speciem oppidanis præbebat, quasi urbem obsidere vellet. (11) Itaque Ætoli et Elei, quibus ad tolerandam obsidionem præter manus suas nihil provisum usquam erat, inopinato malo perterriti, de impunitate sua mentionem fecerunt apud Philippum: (12) quo concedente ut cum armis exirent, in Eleam sese receperunt; et rex sine mora Samico est potitus. (13) Deinde, aliis quoque civitatibus fidem ejus implorantibus, Phrixam, Stylangium, Æpium, Bolacem, Pyrgum, Epitalium, in deditionem accepit. (14) Quibus rebus gosis, Lepreum repetit, sex dierum spatio universa Triphylia in potestatem redacta. (15) Deinde, ubi apud Lepreatas ea disseruisset quæ res et tempus monebant, inducto in arcem præsidio, vasis conclamatis Heræam castra movet; relicto, qui Triphylia rebus præesset, Ladico Acarnane. (16) Heræam ut ventum est, prædam omnem militibus divisit, et, receptis ibidem impedimentis, media inde hieme Megalopolin venit.

LXXXI. Dum in Triphylia hæc a Philippo geruntur, Chilo Lacedæmonius, existimans regnum ad se prærogativa generis pertinere, indigneque ferens spretum se ab Ephoris, quando regnum Lycurgo potius quam sibi detulerant, ad res novandas animum appulit. (2) Et qui persuasum haberet, si Cleomenes exemplo spem plebi ostenderet novæ divisionis agrorum et sortitionis instaurandæ, extemplo secuturam esse multitudinem; ad id consilium exsequendum se accinxit. (3) Igitur, re cum amicis communicata, nactus circiter ducentos qui secum conspirarent, id agebat, ut rem quam primum ad finem perduceret. (4) Sed quia non ignorabat, præcipuo sibi impedimento in iis quæ parabat Lycurgum ipsum fore, et Ephoros, qui regem illum creaverant, in hos primum fecit impetum. (5) Et Ephoros quidem, quum cœnantes invenisset, in ipsa cœnatione omnes trucidavit: fortuna ab iis penas exigente quas erant commeriti. Nam, sive illum species a quo occisus sunt, sive illum cojus gratia, dices, hoc illos fuisse dignos exitio. (6) Chilo, pa-



τελεσάμενος, παρῆν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Λυκούργου καὶ κατέλαβε μὲν ἔνδον, οὐ μὴν ἡδυνήθη γ' ἐγκρατὴς αὐτοῦ γενέσθαι. (7) Διὰ γάρ τινων οἰκετῶν καὶ γειτόνων ἐκκλαπεῖς καὶ διαδράς ἔλαθεν αὐτόν. Οὗτος μὲν οὖν ἀνεχώρησε ταῖς ἀνοδίαις εἰς τὴν ἐν τῇ Τριπόλει προσ-αγορευομένην Πελλήνην. (8) Ὁ δὲ Χίλων, ἀπεσφαλμένος τοῦ κυριωτάτου πρὸς τὴν ἐπιβολὴν, ἀθύμως διέκειτο· πράττειν δ' ὅμως ἠναγκάζετο τὸ συνεχές. (9) Διόπερ εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσβαλὼν, τοῖς μὲν ἐχθροῖς προσέφερε τὰς χεῖρας, τοὺς δ' οἰκείους καὶ φίλους παρεκάλει, τοῖς δὲ λοιποῖς ὑπεδείκνυε τὰς ἄρτι ῥηθείας ἐλπίδας. (10) Οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτῷ, τάναντία δὲ συστρεφομένων ἐπ' αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων, συννοήσας τὸ γινόμενον, ἀπεχώρει λαθραῖως, καὶ διελθὼν τὴν χώραν, ἦκε μόνος εἰς τὴν Ἀχαΐαν ἐκπεπτωκώς. (11) Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, δεισάντες τὴν τοῦ Φιλίππου παρουσίαν, τὰ ἀπὸ τῆς χώρας ἀπεσκευάζοντο, καὶ τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον κατασκάψαντες ἐξέλιπον. (12) Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν, ἀπὸ τῆς Λυκούργου νομοθεσίας καλλίστῃ χρησάμενοι πολιτείᾳ, καὶ μεγίστην ἔχοντες δύναμιν, ἕως τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης· αὐθὶς ἐπὶ τάναντία τραπέσις αὐτοῖς τῆς τύχης, καὶ τοῦμπαλιν ἐπὶ τὸ χεῖρον αἰεὶ καὶ μᾶλλον τῆς πολιτείας αὐτῶν προδαινοῦσης. (13) τέλος πλείστον μὲν πόνων καὶ στάσεων ἐμφυλίων πείραν εἶχον, πλείστοις δ' ἐπάλαιον ἀναδασμοῖς καὶ φυγαῖς, πικροτάτης δὲ δουλείας πείραν ἔλαβον, ἕως τῆς Νάβιδος τυραννίδος· οἱ τὸ πρὶν οὐδὲ τοῦνομα δυνηθέντες ἀνασχέσθαι βραδίως αὐτῆς. (14) Τὰ μὲν οὖν πάλαι καὶ τὰ πλείω περὶ Λακεδαιμονίων εἰς ἑκάτερον μέρος ὑπὸ πολλῶν εἰρηγται· τὰ δ' ἐναργέστατα ἔστιν, ἅπ' οὗ Κλεομένης δλοσχερῶς κατέλυσε τὸ πάτριον πολίτευμα· ἃ νῦν δὴ ὑφ' ἡμῶν ῥηθήσεται κατὰ τοὺς ἀρμόζοντας αἰεὶ καιροὺς.

LXXXII. Ὁ δὲ Φίλιππος, ἀναζεύξας ἐκ τῆς Μεγάλης πόλεως, καὶ πορευθεὶς διὰ τῆς Τεγέας, παρῆν εἰς Ἄργος, ἡκαῖε τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ χειμῶνος διέτριβε· κατὰ τε τὴν λοιπὴν ἀναστροφὴν καὶ κατὰ τὰς πράξεις τεθραυμασμένος ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν ἐν ταῖς προειρημέναις στρατείαις. (2) Ὁ δ' Ἀπελλῆς οὐδ' ὡς ἔλθε τῆς ἐπιβολῆς, ἀλλ' οἷός τ' ἦν ἄγειν ὑπὸ τῶν ζυγῶν τῷ κατὰ βραχὺ τοὺς Ἀχαιοούς. (3) Ὅρῶν δὲ τῇ τοιαύτῃ προθέσει τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον ἐμποδῶν ἰσταμένους, καὶ τὸν Φίλιππον αὐτοῖς προσέχοντα, καὶ μᾶλλον τῷ πρεσβυτέρῳ, διὰ τε τὴν πρὸς Ἀντίγονον σύστασιν, καὶ διὰ τὸ πλείστον ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς ἰσχύειν, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐπιδεξιότητα καὶ νουνόχειαν τάνδρος· περὶ τούτους ἐπεβάλετο γίνεσθαι, καὶ κακοπραγμαίνειν τοῖσδε τινὶ τρόπῳ. (4) Ἐξετάζων τοὺς ἀντιπολιτευομένους τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον, τίνες εἰσιν, ἐκάστους ἐκ τῶν πόλεων ἐπεσπάσατο, καὶ λαμβάνων εἰς τὰς χεῖρας ἐψυχαγώγει, καὶ παρεκάλει πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φιλίαν. (5) Συνίστανε δὲ καὶ τῷ Φιλίππῳ, προσεπιδεικνύων αὐτῷ παρ' ἑαστον· ὡς, ἐὰν μὲν Ἄρατῳ προσέχη, χρήσεται τοῖς Ἀχαιοῖς κατὰ τὴν

trata horum cæde, recta ad Lycurgum pergit : et invenit quidem illum domi, sed, ut ipso potiretur, efficere non potuit. (7) Servorum enim nonnullorum et vicinorum opera furtim abreptus, inscio Chilone aufugit evasitque : deinde per vias invias Pellenen in Tripoli, quam vocant, se contulit. (8) At Chilo quod in ea re frustra fuerat quæ ad destinata perficienda erat præcipua, nihil boni ille quidem de exitu ominabatur : pergere tamen de cetero, ut inceptor, cogebatur. (9) Itaque in forum magna vi irrumperе, inimicis manus afferre ; necessarios et amicos exhortari ; ceteris spes illas, de quibus supra diximus, ostentare. (10) Quam vero nemo rationem illius haberet, sed e contrario adversus illum coitiones a civibus fierent ; re animadversa, clam se subducit, Laconicamque emensus universam, extorris a patria in Achaïam solus concessit. (11) Lacedæmonii autem, præsentia Philippi conterriti, omnes ruris copias convenerunt, et Athenæum Megalopolitarum evertunt atque deserunt. (12) Ita ergo Lacedæmonii, qui post latus a Lycurgo leges pulcherrima reip. forma usi fuerant, maximamque potentiam ad prælium usque Leuctricum obtinuerant : postquam fortuna ipsis in contrarium vertit, cepitque eorum resp. magis magisque in dies retro sublabi, ac ferri in pejus : (13) ad extremum ærumnas plurimas, seditionesque intestinas sunt experti ; repetitis subinde agrorum divisionibus atque exiliis sunt agitati ; acerbissimam denique servitutem servierunt, ad Nabidis usque tyrannidem : qui tamen olim ne nomen quidem ipsum tyrannidis ferre poterant. (14) Sed Lacedæmoniorum res antiquitus gestas, atque adeo pleraque omnia illorum, in utramque partem multi edisseruerunt : verum maxime insignia omnium illa sunt, quæ post eversam a Cleomene funditus antiquam reipublicam sunt consecuta, de quibus, prout cuiusque rei tempus venerit, sumus dicturi.

LXXXII. Philippus, Megalopoli profectus, per Tegen ducto agmine, Argos venit, ibique reliquam hiemis partem egit : cum propter ceteram vitam, tum ob rerum gestarum magnitudinem, maiorem quam pro ætate admirationem hominum ex narratis hactenus expeditionibus consecutus. (2) Apelles vero ille, de quo diximus, ne sic quidem a proposito discedebat ; quin id agere ipsum apparebat, ut paulatim progrediendo Achæos iugo subderet. (3) Ac quoniam inceptum suum ab Arato utroque videbat impediri (magnum enim Philippus eos faciebat, maiorem natu præsertim Aratum ; cum propter notitiam quæ illi cum Antigono interesset, tum quod auctoritate in Achæorum gente plurimum valebat ; maxime vero propter singularem hominis dextertatem et prudentiam) : hos alibi adoriendos esse statuit, et astu quodam tali circumveniendos. (4) Cura adhibita, ut, quinam essent qui ab Arato in rep. dissiderent, notet, singulos, ex suis urbibus ad se vocatos, admissosque in familiaritatem, blanditiis demulcebat, et, ut jungere secum amicitiam vellent, hortabatur. (5) Eosdem deus et Philippo commendans, subinde ei conabatur demonstrare : si Arato adhereret, ex formula societatis agendam ipsi

ἔγγραπτον συμμαχίαν ἔαν δ' αὐτῷ πείθεται, καὶ τοιούτους προλαβόντων φίλους, χρήσεται πᾶσι Πελοποννησίοις κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν. (6) Περὶ τε τῶν ἄρχαιρασιῶν εὐθὺς ἐσπούδαζε, βουλόμενος τούτων τινὶ περιποιῆσαι τὴν στρατηγίαν, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄρατον ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς ὑποδέσεως. (7) Δι' ἃ δὲ καὶ πείθει Φίλιππον, παραγενέσθαι πρὸς τὰς τῶν Ἀχαιῶν ἀρχαιρασίας εἰς Αἴγιον, ὡς εἰς τὴν Ἥλειαν ἅμα ποιούμενον τὴν πορείαν. (8) Πεισθέντος δ' αὐτῷ τοῦ βασιλέως, παρὼν αὐτὸς ἐπὶ τοῦ καιροῦ, καὶ τοὺς μὲν παρακαλῶν, οἷς δ' ἀνατεινόμενος, μόλις μὲν ἤνυσε, κατεκράτησε δ' ὅν δμως τοῦ γενέσθαι στρατηγὸν Ἐπήρατον Φαραίᾳ· τὸν δὲ Τιμόξενον ἐκπεσεῖν, τὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἄρατον εἰσαγόμενον.

LXXXIII. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀναζεύξας ὁ βασιλεὺς, καὶ ποιησάμενος τὴν πορείαν διὰ Πατρῶν καὶ Δύμης, ἦκε πρὸς τὸ φρούριον, ὃ καλεῖται μὲν Τεῖχος, πρόκειται δὲ τῆς Δυμαίων χώρας κατέσχον δ' αὐτὸ μικροῖς ἐμπροσθεν χρόνοις, καθάπερ ἀνώτερον εἶπον, οἱ περὶ τὸν Εὐριπίδαν. (2) Σπεύδων δὲ τοῦτο κατὰ πάντα τρόπον ἀνακομισάσθαι τοῖς Δυμαίοις, προσεστρατοπέδευσε μετὰ πάσης δυνάμεως. (3) Καταπλάγντας δ' οἱ φυλάττοντες τῶν Ἥλειων, παρέδωκαν τὸ φρούριον τῷ Φιλίππῳ χωρὶς οὐ μέγα μὲν, ἡσφαλισμένον δὲ διαφερόντως. (4) Τὴν μὲν γὰρ περιμέτρον ἔχει οὐ πλείω τριῶν ἡμισταδίων· τὸ δ' ὕψος τοῦ τεύχους, οὐδαμῇ τριάκοντα πήχεων ἕλκτον. (5) Παραδούς δὲ τοῦτο τοῖς Δυμαίοις, ἐπῆρει πορθῶν τὴν τῶν Ἥλειων χώραν φθείρας δὲ ταύτην, καὶ πολλὴν περιβαλόμενος λείαν, ἐπ' ἀνῆλθε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Δύμην.

LXXXIV. Ὁ δ' Ἀπαλλῆς, δοκῶν ἡνυκῆναι τι τῆς προδέσεως, τῷ δὲ αὐτοῦ καθεστᾶσθαι τὸν τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸν, αὐτοῖς ἐνεχείρει τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον, βουλόμενος εἰς τέλος ἀποσπᾶσαι τὸν Φίλιππον ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτοὺς φιλίας. Ἐπεβάλετο δὲ τὴν διαβολὴν κλάττειν διὰ τοιαύτης τινὸς ἐπινοίας. (2) Ἀμφίδαμος, ὁ τῶν Ἥλειων στρατηγός, ἐν ταῖς Θαλάμαις ἀλόους ἔμα τοῖς συμπεφυγῶσι, καθάπερ ἀνώτερον ἡμῖν ἐβλήθη περὶ τούτων, ὡς ἦκε μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλῶτων ἀγόμενος εἰς Ὀλυμπίαν, ἐσπευσε διὰ τινων εἰς λόγους ἔλθειν τῷ βασιλεῖ. (3) Τυχὼν δὲ τούτου, θαλέγετο, φάσκων εἶναι δυνατός ἐπαγαγέσθαι τοὺς Ἥλειους εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. Ὁ δὲ Φίλιππος, πεισθεὶς, ἐξαπέστειλε τὸν Ἀμφίδαμον χωρὶς λύτρων. (4) κελεύσας ἐπαγγέλλεσθαι τοῖς Ἥλειοις, ἔαν θῶνται τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν, ὅτι τὰ μὲν αἰχμαλῶτα πάντα χωρὶς λύτρων ἀποδώσει, τῇ δὲ χώρᾳ τὴν ἀσφάλειαν αὐτὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτὸς παρασκευάσει. (5) πρὸς δὲ τούτοις, αὐτὸς ἐλευθέρους, ἀφροσμήτους, ἀφορολογήτους, χρωμένους τοῖς ἰδίοις πολιτεύμασι, διατηρήσει. (6) Οἱ μὲν ὅν Ἥλειοι, διακούσαντες, οὐδὲν προσέσχον, καίπερ ἐπισπαστικῶν καὶ μεγάλων εἶναι δοκούντων τῶν προτεινομένων. (7) Ὁ

fore cum Achæis : sin autem sibi morem gereret, atque hosce potius atque tales amicos sibi adjungeret, cum universis Peloponnesiis pro lubitu ipsum acturum. (6) Mox et ad comitia curam Apelles convertit, id studens, ut aliquis istorum, opera sua, præturam consequeretur, et ut Aratos de statu deiceret. (7) Propterea auctor est Philippo, ut, per speciem itineris in Eleam, ad comitalem conventum Achæorum Ægium ipse veniat. (8) Paret consilio rex : et in temporis articulo ipse quoque adest Apelles ; aliosque rogando, alios minis terrendo, ægre ille quidem, sed tamen obtinet tandem, ut prætor crearetur Eperatus, Pharmensis ; et ut repulsam Timoxenus pateret, quem Aratus commendaverat.

LXXXIII. Post hæc castra rex movet, ac per Patras et Dymam transiens, ad castellum accedit, Tichos dictum ; quod in aditu situm est terræ Dymæorum, non multo ante, sicut supra diximus, ab Euripida occupatum. (2) Id castellum Philippus quum vehementissime optaret Dymæis recuperare, ante ipsum cum universo exercitu consedit. (3) Ac statim præsidium Eleorum, quod intus erat, præ metu castellum regi tradidit ; locum non magnum illum quidem, sed excellenter munitum : cujus ambitus, major non est stadio uno cum dimidio ; (4) altitudo vero muri, nusquam minor cubitis triginta. (5) Rex Dymæis Tichos tradit ; deinde per omnem Eleorum agrum populabundus infestum agmen ducit : tum, ea vastata, onustum præda ingenti exercitum Dymam reducit.

LXXXIV. Apelles autem, qui se existimabat promovisse nonnihil in suo incepto, quod ex animi sui sententia prætor Achæorum fuerat creatus, Aratos iterum est aggressus, quo penitus ab eorum amicitia Philippum abduceret. Igitur calumniam fingere hoc fere modo instituit. (2) Amohidamus, Eleorum dux, qui Thalamis, una cum ceteris qui eo confugerant, sicut antea exposuimus, fuerat captus, postquam inter reliquos ductus captivos Olympiam venerat, per certos homines operam dederat, ut cum rege colloqueretur. (3) Qua re impetrata, ejusmodi sermonem apud eum habuit, ut in sua potestate esse diceret, Eleos regi amicos et socios reddere. Cui fidem habens Philippus, sine pretio ipsum dimisit : (4) jussum promittere Eleis, si amicitiam eecum velint jungere, omnes se captivos gratis restituturum ; agro securitatem ab omni externo hoste præstiturum ; (5) ad hæc libertatem ipsis suam conservaturum, ita ut sine ullo præsidio, sine ullius stipendii pensitatione, legibus suis uterentur. (6) Quæ conditiones oblatæ, quamvis amplæ essent et ad pellicendum efficaces, Eleos tamen, cum illas audissent, nihil quidquam moverant. (7) Hinc

δὲ Ἀπελλῆς, ἐκ τούτου τοῦ πράγματος πλάσας τὴν διαβολὴν, προσήνεγκε τῷ Φιλίππῳ φάσκων, τοὺς περὶ τὸν Ἀρατον οὐκ εἰλικρινῆ τὴν φιλίαν ἄγειν πρὸς Μακεδόνας, οὐδ' ἀληθῶς εὐνοεῖν αὐτῷ. Καὶ γὰρ νῦν, τῆς Ἡλείων ἀλλοτριότητος τούτους αἰτίους γεγονέναι. (8) Καθ' ὃν γὰρ καιρὸν Ἀμφίδαμον ἐξ Ὀλυμπίας εἰς Ἥλιν ἀπέστειλε, τούτους, ἔφη, κατ' ἰδίαν λαβόντας, ἐπιτρέψαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ λέγειν, ὅτι κατ' οὐδένα τρόπον συμφέρει τοῖς Πελοποννησίοις τὸ γενέσθαι Φιλίππον Ἡλείων κύριον. (9) καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, πάνθ' ὑπεριδόντας τὰ προτεινόμενα τοὺς Ἡλείους, διατρεῖν μὲν τὴν πρὸς Αἰτωλοῦς φιλίαν, ὑπομένειν δὲ τὸν πρὸς Μακεδόνας πόλεμον.

LXXXV. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον Φιλίππος δεξάμενος τοὺς λόγους, καλεῖν ἐκέλευε τοὺς περὶ τὸν Ἀρατον, καὶ λέγειν ἐναντίον ἐκείνων ταῦτα τὸν Ἀπελλῆν. (2) Τῶν δὲ παραγενομένων, ἔλεγε τὰ προειρημένα τολμῶς καὶ καταπληκτικῶς ὁ Ἀπελλῆς· καί τι προσεπιῖπε τοιοῦτον, ἔτι σιωπῶντος τοῦ βασιλέως. (3) Ἐπειπερ οὕτως ἀχαρίστους ὅμᾳς ὁ βασιλεὺς, Ἀρατε, καὶ λίαν ἀγνώμονας εὐρίσκει, κρίνει, συναγαγὼν τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ περὶ τούτων ἀπολογισμοὺς ποιησάμενος, ἀπαλλάττεσθαι πάλιν εἰς Μακεδονίαν. (4) Ὁ δὲ πρεσβύτερος Ἀρατος, ὑπολαβὼν, καθόλου μὲν ἡξίου τὸν Φιλίππον, μηδενὶ τῶν λεγομένων δεξιῶς μὴδ' ἀκρίτως μηδέποτε πιστεύειν, (5) ὅταν δὲ κατὰ τινος τῶν φίλων καὶ συμμέγλων προσπέσῃ τις αὐτῷ λόγος, τὸν ἀκριβέστερον ἔλεγχον ποιέσθαι, πρὶν ἢ δεῖσθαι τὴν διαβολήν. Καὶ γὰρ βασιλικὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο, καὶ πρὸς πᾶν συμφέρον. (6) Διὸ καὶ νῦν, ἡξίου, περὶ τῶν ὑπ' Ἀπελλοῦ λεγομένων καλεῖν τοὺς ἀκηκοότας, ἄγειν εἰς τὸ μέσον τὸν εἰρηκτότα πρὸς αὐτὸν, μηδὲν παραλιπεῖν τῶν δυνατῶν εἰς τὸ γινῶναι τὴν ἀλήθειαν, πρὶν ἢ πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς ἀνακαλύπτειν τι τούτων.

LXXXVI. Τοῦ δὲ βασιλέως εὐαρεστήσαντος τοῖς λεγομένοις, καὶ φήσαντος, οὐκ ὀλιγορήσειν, ἀλλ' ἐξετάσειν, τότε μὲν διελύθησαν. (2) Ἐν δὲ ταῖς ἐξῆς ἡμέραις ὁ μὲν Ἀπελλῆς οὐδεμίαν ἀποδείξειν προσῆγε τοῖς εἰρημένοις· τοῖς δὲ περὶ τὸν Ἀρατον ἐγένετό τι συγκύρημα τοιοῦτον. (3) Οἱ γὰρ Ἡλείοι, καθ' ὃν καιρὸν ὁ Φιλίππος αὐτῶν ἐπύρθει τὴν χώραν, ὑποπτεύσαντες τὸν Ἀμφίδαμον, ἐπεβάλοντο συλλαβεῖν, καὶ δῆσαντες εἰς τὴν Αἰτωλίαν ἐκπέμπειν. (4) Ὁ δὲ, προαισθόμενος αὐτῶν τὴν ἐπίνοιαν, ἀπεχώρησε τὰς μὲν ἀρχὰς εἰς Ὀλυμπίαν μετὰ δὲ ταῦτα, πυνθανόμενος τὸν Φιλίππον ἐν τῇ Δύμῃ περὶ τὴν τῶν λαφύρων οἰκονομίαν διατρίβειν, ἔσπευσε πρὸς τοῦτον διακεσεῖν. (5) Ὅθεν οἱ περὶ τὸν Ἀρατον, ἀκούσαντες τὸν Ἀμφίδαμον ἐκ τῆς Ἡλίδος ἐκπεπωκότα παρῆναι, γενόμενοι περιχαρεῖς, διὰ τὸ μηδὲν αὐτοῖς συνειδέναι, προσελθόντες ὥντο δεῖν τὸν βασιλέα καλεῖν τὸν Ἀμφίδαμον. (6) καὶ εἰδέναι περὶ τῶν κατηγορουμένων ἐκείνων βέλτιστα πρὸς ὃν ἐβρόθή, καὶ δηλώσειν τὴν ἀλήθειαν· πεφευγότα μὲν ἐξ οἴκου διὰ τὸν Φιλίππον,

data occasio Apelli fingendæ calumniæ, quam ad Philippum detulit, Aratos accusans, quasi parum sincere amicitiam cum Macedonibus colerent, parumque sincero affectu regis studerent commodis. Nam et nunc, quod alieno ab rege animo sint Elei, in causa hos esse. (8) Quo enim tempore Amphidamus Elidem ab Olympia est dimissus, Aratos seduxisse hominem instigasseque, dicentes, nullo modo expedire Peloponnesiis, ut Eleos Philippus in potestate habeat : (9) atque hanc esse causam, cur Elei, spretis omnibus quæ a Philippo oblata sint, in Ætolorum amicitia manentes, bellum adversus Macedones tolerent.

LXXXV. Primum igitur Philippus non negligendum putans illum sermonem, vocari Aratos jubet, ut coram ipsis eadem Apelles diceret. (2) Qui ubi veniunt, Apelles, quæ dixerat, repetit audacter et minaci vultu; regeque adhuc silente, nonnihil etiam adjicit in hanc sententiam : (3) Quandoquidem, inquit, usque adeo ingratos rex vos expulit, Arate, et beneficiis suis tam insigniter indignos, sedet illi animo, Achæorum concilium convocare, et, ubi de his rebus verba apud illos fecerit, in Macedoniam reverti. (4) Excipit sermonem Aratus pater, et cum in universum monet Philippum, ne temere quidquam aut inconsiderate eorum quæ audiverit credat, (5) tum vero quoties aut amici aut socii accusatio aliqua ad ipsum delata fuerit, diligentissime ut omnia prius inquirat, quam accusationi fidem habeat. Nam et regium hoc esse, et ad omnia conducibile. (6) Itaque et nunc æquum esse, ut ad illa dijudicanda, quæ dixerat Apelles, vocaret rex eos qui audivissent; produceret illum in medium, qui hæc Apelli dixisset; nihil denique prætermitteret eorum, per quæ ad veri cognitionem posset perveniri, priusquam Achæis quidquam horum aperiret.

LXXXVI. Approbante rege Arati sententiam, dicenteque, non neglecturum se eam rem, sed diligenter inquiraturum, tunc quidem ita discessum est. (2) Proximis vero ab hoc colloquio diebus, Apelle dictorum a se nullam probationem afferente, causam Aratorum huiusmodi fortuitus casus adjuvit. (3) Elei, quo tempore ipsorum agrum Philippus devastabat, suspectam Amphidami fidem habentes, manus in illum injiciendi et vinctum in Ætoliam mittendi consilium inierant. (4) Ille, præsentiens aliquid de eorum voluntate, Olympiam primo concessit : cognito deinde, Philippum in curandis iis quæ ad prædam pertinebant occupatum Dymæ hæere, festinato ad illum se proripuit. (5) Aratus, ut accepit Amphidamum fuga elapsam ex Elide advenisse, alacer gaudioque exsultans, ut qui nullius rei sibi esset conscius, ad regem adire, orare, ut Amphidamum ad se vocet : (6) nam et scire hunc optime delati criminis veritatem, quicum res fuerit communicata; eundemque utique, quod res est, declaraturum, qui in Philippi

τὰς δ' ἐλπίδας ἔχοντα τῆς σωτηρίας κατὰ τὸ παρὸν ἐν ἐκείνῳ. (7) Πεισθεὶς δὲ τοῖς λεγομένοις ὁ βασιλεὺς, καὶ μεταπεμφάμενος τὸν Ἀμφίδαμον, εὗρε τὴν διαβολὴν οὖσαν ψευδῇ. (8) Διὸ καὶ τὸν μὲν Ἄρατον ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας, αἶε καὶ μᾶλλον ἀπεδέχετο καὶ κατηΐου· πρὸς δὲ τὸν Ἀπελλῆν, λοξότερον εἶχε· τῇ γε μὴν ὁλοσχερεῖ προκατεχόμενος ἀποδοχῇ, πολλὰ παρορῆν ἠναγκάζετο τῶν ὑπ' αὐτοῦ γιγνομένων.

LXXXVII. Ὁ δ' Ἀπελλῆς οὐδαμῶς ἀφίστατο τῆς προθέσεως· ἀλλ' ἅμα μὲν τὸν Ταυρίωνα, τὸν ἐπὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τεταγμένον, διέβαλλεν· οὐ ψέγων, ἀλλ' ἐπαινῶν. (2) καὶ φάσκων, ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς ὑπαίθροις συνδιατρίβειν· βουλόμενος ἕτερον ἐπισταθῆναι δι' αὐτοῦ τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πράγμασι. (3) Καινὸς γάρ δή τις οὗτος εὐρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ, μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλαις. (4) Εὐρήται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. (5) Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τῆς θεραπείας τεταγμένον Ἀλέξανδρον, ὅτε λάβοι καιρὸν, διέδρακεν, βουλόμενος καὶ τὴν περὶ τὸ σῶμα φυλακὴν τοῦ βασιλέως δι' αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ καθόλου κινήσαι τὴν ὑπ' Ἀντιγόνου καταλειφθεῖσαν διάταξιν. (6) Ἀντίγονος γὰρ καὶ ὡς μὲν, ζῶν, προέστη τῆς τε βασιλείας καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ· καλῶς δὲ, τὸν βίον μεταλλάττων, προενοήθη πρὸς τὸ μέλλον περὶ πάντων τῶν πραγμάτων. (7) Ἀπολιπὼν γὰρ διαθήκην, ἔγραψε Μακεδόσιν ὑπὲρ τῶν δωκημένων· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος διέταξε, πῶς καὶ διὰ τίνων ἕκαστα δεήσει χειρίζεσθαι· βουλόμενος μηδεμίαν ἀφορμὴν καταλιπεῖν τοῖς περὶ τὴν αὐλήν πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμίαις καὶ στάσεως. (8) Ἐν οἷς, τὸν τότε συστρατευομένων, αὐτὸς μὲν Ἀπελλῆς ἐν τοῖς ἐπιτρόποις ἀπελείπετο, Λεόντιος δ' ἐπὶ τῶν πελταστῶν, Μεγαλέας δ' ἐπὶ τοῦ γραμματείου, Ταυρίων δ' ἐπὶ τῶν κατὰ Πελοπόννησον, Ἀλέξανδρος δ' ἐπὶ τῆς θεραπείας. (9) Τὸν μὲν οὖν Λεόντιον καὶ Μεγαλέαν ὑφ' αὐτὸν εἶχεν ὁλοσχερῶς· τὸν δ' Ἀλέξανδρον καὶ Ταυρίωνα μεταστησάμενος ἀπὸ τῆς χρείας, ἔσπευδε καὶ ταῦτα καὶ τὰλλα πάντα δι' αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν ἰδίων φίλων χειρίζειν. (10) Ὁ δὲ καὶ ῥαδίως ἂν ἐπετέλεσε, μὴ παρασκευάσας ἀνταγωνιστὴν Ἄρατον αὐτῷ· νῦν δὲ ταχέως πείραν ἔλαβε τῆς σφετέρως ἀφροσύνης καὶ πλεονεξίας. (11) Ὁ γὰρ αὐτὸς ἐπεβάλετο πράξαι κατὰ τῶν πέλαις, τοῦτ' ἐπαθε, καὶ λίαν ἐν πάνυ βραχεὶ χρόνῳ. (12) Πῶς δὲ καὶ τίνι τρόπῳ τοῦτο συνέβη γενέσθαι, κατὰ μὲν τὸ παρὸν ὑπερφησόμεθα, καὶ κατασρέψομεν τὴν βίβλον ταύτην· ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς, πειρασόμεθα σαφέως ὑπὲρ ἐκάστων ἐξαγγέλλειν. (13) Φίλιππος δὲ, τὰ προειρημένα διαταξάμενος, ἐπανῆλθεν εἰς Ἄργος· κἀνταῦθα τὴν παραχειμασίαν ἐπολεῖ μετὰ τοῖς φίλων, τὰς δὲ δυνάμεις ἀπέλυσεν εἰς Μακεδονίαν.

gratiam extorris ab solo patrio exsulet, omnesque suas spes in praesentia sitas in ipso habeat. (7) Aequa Arati postulatio regi est visa : qui mox accito Amphidamo, criminationem falsam fuisse comperit. (8) Quapropter ab illo die magis magisque Aratum est complexus, et in pretio habuit ; Apellem vero suspectum habere cepit : quamquam, praecupato animo auctoritate illa qua in universum pollebat Apelles, connivere in multis, quae ab eo fiebant, cogebatur.

LXXXVII. Sed Apelles interim nihilo segnius propositum urgere : qui etiam Taurionem, Peloponnesi praefectum, traducebat : non vituperans ille quidem, sed laudans potius ; (2) et dignum esse dictitans, qui regem in expeditionibus sub dio versantem comitetur : id studens, ut opera sua Peloponnesi rebus alius praeficeretur. (3) Novus enimvero calumniandi modus hic est inventus ; cum non obtreectando, sed laudando, alteri nocetur. (4) Quae malignitas, et invidia atque fraus ab illis primo fuit excogitata, qui in aulis principum vitam degunt : ea est illorum hominum invidentia inter ipsos, ea cupiditas. (5) Similiter vero etiam Alexandrum, satellitum praefectum, quoties dabatur occasio, maligno dente appebatur : in animo habens etiam satellitium regis ex sua sententia constituere, et, ut summatim dicam, universam ordinationem quae ab Antigono fuerat relicta, immutare. (6) Antigonus namque, et dum viveret, qua regnum, qua puerum ipsum praecclare rexerat : et, cum moreretur, rebus omnibus in posterum sapienter providerat. (7) Testamentum enim reliquit, quo et administrationis, qua usus erat, rationes Macedonibus exposuit, et in futurum tempus pari cura ordinavit, quomodo et per quos singula essent administranda : eo maxime spectans, ut omnem ministris aulicis mutuae discordiae et seditionis occasionem eriperet. (8) Atque inter ceteros, qui tempore illo in regio comitatu erant, Apelles ipse unus e tutoribus fuerat relictus ; Leontius cetratis praefectus ; Megaleas regionum scribarum collegio ; Taurio, rebus Peloponnesi ; Alexander satellitio fuerat praepositus. (9) Sed Apelles, cum Leontium et Megaleam in sua penitus potestate haberet, id jam conabatur efficere, ut, submotis Alexandro et Taurione a cura rerum, et haec et alia omnia aut per se aut per amicos suos ipse administraret. (10) Quod quidem facillimum illi futurum erat, nisi Aratum adversarium sibi parasset : nunc stultitiae suae periculum brevi ipse fecit, et avaritiae fructum cepit. (11) Quod enim mali in alios cogitaverat, id ipse est expertus, et quidem brevi admodum interjecto tempore. (12) Id vero quomodo et qua ratione contigerit, in praesentia dicere omitemus, et huic libro finem imponemus : in sequentibus vero perspicue singula et diligenter edisseremus. (13) Philippus igitur post illas res gestas, quae hactenus sunt expositae, Argos est reversus, atque ibi una cum amicis, exercitu in Macedoniam dimisso, hibernavit.

# ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

## ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΕΜΠΤΗ.

Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀράτου τοῦ νεωτέρου στρατηγίαν ἔτος ἐτύγχανε διεληλυθὸς περὶ τὴν τῆς Πλειάδος ἐπιτολήν· οὕτω γὰρ ἦγε τοὺς χρόνους τότε τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος. (2) Διόπερ οὗτος μὲν ἀπειτίθετο τὴν ἀρχὴν, Ἐπῆρατος δὲ παρελάμβανε τὴν τῶν Ἀχαιῶν ἡγεμονίαν· Αἰτωλῶν δὲ Δορίμαχος ἐστρατῆγει. (3) Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, ἀρχομένης τῆς θερείας, Ἀντίβας μὲν, ἐκφανῶς ἤδη τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἀνελιπῶς, ὁρμήσας ἐκ Καινῆς πόλεως, καὶ διαβάς τὸν Ἰσθρὰ ποταμὸν, ἐνήρχετο τῆς ἐπιβολῆς καὶ πορείας τῆς εἰς Ἰταλίαν. (4) Ῥωμαῖοι δὲ Τιβέριον μὲν Σεμπρόνιον εἰς Λιβύην μετὰ δυνάμει, Πόπλιον δὲ Κορνήλιον εἰς Ἰσθρίαν, ἐξαπέστελλον. (5) Ἀντίοχος δὲ καὶ Πτολεμαῖος, ἀπεγνωκότες τὰς πρεσβείας, καὶ τὸ λόγῳ διεξάγειν τὴν ὑπὲρ κολῆς Συρίας ἀμφισβήτησιν, ἐνήρχοντο πολεμεῖν ἀλλήλοις. (6) Ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος, ἐνδεὴς ὢν σίτου καὶ χρημάτων εἰς τὰς δυνάμεις, συνῆγε τοὺς Ἀχαιοὺς διὰ τῶν ἀρχόντων εἰς ἐκκλησίαν. (7) Ἀθροισθέντες δὲ τοῦ πλήθους εἰς Αἴγιον κατὰ τοὺς νόμους, ὁρῶν τοὺς μὲν περὶ Ἀράτον ἔβελονακχοῦντας, διὰ τὴν περὶ τὰς ἀρχαιρείας γεγεννημένην εἰς αὐτοὺς τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν κακοπραγμοσύνην· τὸν δ' Ἐπῆρατον ἀπρακτον ὄντα τῇ φύσει, καὶ καταγινωσκόμενον ὑπὸ πάντων· (8) συλλογισάμενος ἐκ τῶν προειρημένων τὴν ἀγνοίαν τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν καὶ Λεόντιον, ἐκρινεν αὐτοὺς ἀντέχεσθαι τῶν περὶ τὸν Ἀράτον. (9) Πείσας οὖν τοὺς ἀρχοντας μεταγαγεῖν τὴν ἐκκλησίαν εἰς Σικυῶνα, λαβὼν τὸν τε πρεσβύτερον καὶ τὸν νεώτερον Ἀράτον εἰς τὰς χεῖρας, καὶ πάντων τῶν γεγονότων ἀναθεὶς τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν Ἀπελλῆν, παρεκάλει μένειν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς αἰρέσεως. (10) Τῶν δὲ συγκαταθεμένων ἐτοίμως, εἰσελθὼν εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ χρησάμενος συνεργοῖς τοῖς προειρημένοις, πάντα κατέπραξε τὰ πρὸς τὴν ἐπιβολήν. (11) Πεντήχοντα μὲν γὰρ ἔδοξε τάλαντα τοῖς Ἀχαιοῖς εἰς τὴν πρώτην ἀναζυγὴν αὐτῷ δοῦσι παραχρῆμα, τριμήνου μισθοδοτήσαι τὴν δυνάμιν καὶ σίτου προσθεῖναι μυριάδα· (12) τὸ δὲ λοιπὸν, ὥς ἂν παρὼν ἐν Πελοποννήσῳ συμπολεμῇ, τάλαντα λαμβάνειν ἐκάστου μηνὸς παρὰ τῶν Ἀχαιῶν ἐπτακαίδεκα.

II. Δοξάντων δὲ τούτων, οἱ μὲν Ἀχαιοὶ διελύθησαν ἐπὶ τὰς πόλεις· τῷ δὲ βασιλεῖ, βουλευομένῳ μετὰ τῶν φίλων, ἐπειδὴ συνῆλθον αἱ δυνάμεις ἐκ τῆς παραχειμασίας, ἔδοξε χρῆσθαι κατὰ θάλατταν τῷ πολέμῳ. (3) Οὕτω γὰρ ἐπέπεστο μόνως, αὐτὸς μὲν δυνήσεσθαι

# POLYBII

MEGALOPOLITANI

## HISTORIARUM LIBER V.

Jam ille annus, quo junior Aratus praetura est functus, in Vergiliarum exortu circumagebatur : ita enim tunc gens Achaeorum tempora putabat. (2) Arato igitur exeunte magistratu, Eperatus summum apud Achaeos imperium suscepit : eratque tum praetor Aetolorum Dorimachus. (3) Quo tempore Hannibal, manifeste jam suscepto adversus Romanos bello, ineunte aestate Carthagine Nova profectus, Iberumque amnem transgressus, consilium simul suum et protectionem in Italiam exsequi coepit. (4) Romani Tiberium Sempronium cum exercitu in Africam, Publium Cornelium in Hispaniam miserunt. (5) Antiochus quoque et Ptolemæus, postquam sperare desiderant exortam inter ipsos de Coele-Syria controversiam legationibus ac colloquiis componi posse, bellare invicem aggrediebantur. (6) At rex Philippus, et frumento et pecunia ad alendum militem destitutus, per magistratus concilium Achaeorum convocavit. (7) Coacta autem Aegii ut leges jubebant, multitudine ; animadvertens rex, Aratum quidem propter fraudem et malas artes Apellis, quibus adversus ipsum usus in comitiis erat, auctoritatem qua pollebat apud suam gentem ultro remittere ; Eperatum vero natura inhabilem ad res agendas esse, eundemque ab omnibus prorsus contemni : (8) cognito per hæc Apellis et Leontii errore, præcipuum deinde Aratorum rursus habere rationem statuit. (9) Itaque magistralibus persuasit, ut concilium Sicyonem transferrent : ibique assumtis et seniore et juniore Arato ad familiare colloquium, præteritorum omnium culpa in Apellem translata, petit ab illis, ut, quo prius erga se fuisset animo, eodem etiam in posterum esse vellent. (10) Quod quum ab ipsis prompta voluntate esset ei promissum, rex in Achaeorum concilium ingressus est : atque ibi, dictorum virorum ope nixus, omnia facile impetravit ad ea quæ moliebatur necessaria. (11) Decretum est ab Achaëis, extemplo talenta quinquaginta regi pro prima expeditione numerare ; trimestreque stipendium militi dividere, et decem millia modium frumenti adjicere : (12) in posterum vero, quamdiu in Peloponneso præsens ipse bellum gesturus esset, ut menstrua talenta ab Achaëis septena dena acciperet.

II. Hoc decreto facto, solutum est Achaeorum concilium, et ad suas quique urbes sunt reversi. Consultanti autem regi cum amicis, ubi jam ex hibernis in castra copiae redierant, visum est faciendum, ut bellum mari gereretur. (2) Quippe persuasus erat, hanc rationem esse unicam, opprimendi

ταχέως πανταχόθεν ἐπιφαίνεσθαι τοῖς πολεμοῖς· τοὺς δ' ὑπεναντίους ἥκιστ' ἂν δύνασθαι παραβῶνθαι ἀλλή-  
λους· (3) ἅτε διεσπασμένοις μὲν ταῖς χώραις, δεδιό-  
τας δ' ἐκάστους περὶ σφῶν διὰ τὴν ἀδηλότητα καὶ τὸ  
τάχος τῆς κατὰ θάλατταν παρουσίας τῶν πολεμίων.  
Πρὸς γὰρ Αἰτωλοὺς καὶ Λακεδαιμονίους, ἔτι δ' Ἡλείους  
ὁ πόλεμος ἦν αὐτῶν. (4) Κριθέντων δὲ τούτων,  
ἤθροιζε τὰς τε τῶν Ἀχαιῶν νῆας καὶ τὰς σφετέρας εἰς  
τὸ Λέγαιον· καὶ συνεχεῖς ποιοῦμενος ἀναπείρας, ἐγύ-  
μναζε τοὺς φαλαγγίτας, καὶ συνεθίζε ταῖς εἰρεσίαις,  
προθύμως αὐτῶν πρὸς τὸ παραγγελλόμενον συνυπα-  
κούστων τῶν Μακεδόνων. (5) Πρὸς τε γὰρ τοὺς ἐν  
γῇ κινδύνους ἐκ παρατάξεως δοκιμώματοί τε καὶ γεν-  
ναϊότατοι, πρὸς τε τὰς κατὰ θάλατταν ἐκ τοῦ καιροῦ  
χρείας ἐτοιμώτατοι, λειτουργοὶ γε μὴν περὶ τὰς τα-  
φρεῖας καὶ χαρακοποιίας καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην τα-  
λαιπωρίαν φιλοπονώτατοί τινες· (6) οὓους Ἡσίοδος  
παρεισάγει τοὺς

Διακίδας, πολέμῳ καχαρήτας, ἥτε δαιτί.

(7) Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ τὸ τῶν Μακεδόνων πλῆθος  
ἐν τῷ Κορίνθῳ διέτριβε, περὶ τὴν κατὰ θάλατταν  
ἀσκησιν καὶ παρασκευὴν γιγνόμενος. (8) Ὁ δ' Ἀπελ-  
λῆς, οὗτ' ἐπικρατεῖν τοῦ Φιλίππου δυνάμενος, οὔτε  
φέρειν τὴν ἑλάττωσιν, παρορώμενος, ποιεῖται συνω-  
μοσίαν πρὸς τοὺς περὶ Λεόντιον καὶ Μεγαλέαν· ὥστ'  
ἐκείνους μὲν, συμπαρόντας ἐπ' αὐτῶν τῶν καιρῶν,  
ἐθέλοισκεῖν καὶ λυμαίνεσθαι τὰς τοῦ βασιλέως χρείας·  
αὐτὸς δὲ, χωρισθεὶς εἰς Χαλκίδα, φροντίζειν, ἵνα μη-  
δαμῶθεν αὐτῶν χορηγία παραγίγνηται πρὸς τὰς ἐπιβο-  
λάς. (9) Οὗτος μὲν οὖν, τοιαῦτα συνθέμενος καὶ κα-  
κοτροπευσάμενος πρὸς τοὺς προειρημένους, ἀπῆρεν εἰς  
τὴν Χαλκίδα, σκήψεις τινὰς εὐλόγους πρὸς τὸν βασιλέα  
πορισάμενος. (10) κάκει διατρίβων, οὕτω βεβαίως  
ἐτήρει τὰ κατὰ τοὺς ὅρκους, πάντων αὐτῶν πειθαρ-  
χούντων κατὰ τὴν προγεγενημένην πίστιν, ὥστε τὸ  
τελευταῖον ἀναγκασθῆναι τὸν βασιλέα, δι' ἀπορίαν  
ἐνέχυρα τιθέντα τῶν πρὸς αὐτὴν τὴν χρεῖαν ἀργυρω-  
μάτων, ἀπὸ τούτων ποιῆσθαι τὴν διαγωγὴν. (11)  
Ἡθροισμένων δὲ τῶν πλοίων, καὶ τῶν Μακεδόνων  
ἤδη ταῖς εἰρεσίαις κατηρτισμένων, σιτομετρήσας καὶ  
μισθοδοτήσας ὁ βασιλεὺς τὴν δύναμιν, ἀνήχθη, καὶ  
κατῆρε δευτεραῖος εἰς Πάτρας, ἔχων Μακεδόνας μὲν  
ἑξακισχίλους, μισθοφόρους δὲ χιλίους καὶ διακοσίους.

III. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Δοριμάχος, ὁ  
τῶν Αἰτωλῶν στρατηγός, Ἀγέλαον καὶ Σκόπαν ἐξα-  
πέστειλε τοῖς Ἡλείοις μετὰ Νεοκρήτων πεντακοσίων·  
οἱ δ' Ἡλείοι δεδιότες, μὴ τὴν Κυλλήνην ὁ Φίλιππος  
ἐπιβάληται πολιορκεῖν, στρατιώτας τε μισθοφόρους  
συνήθροζον, καὶ τοὺς πολιτικοὺς ἡτοίμαζον· ὡχυροῦντο  
δὲ καὶ τὴν Κυλλήνην ἐπιμελῶς. (2) Εἰς ἃ βλέπων ὁ  
Φίλιππος, τοὺς τε τῶν Ἀχαιῶν μισθοφόρους, καὶ τῶν  
παρ' οὐτῷ Κρητῶν καὶ τῶν Γαλατικῶν ἱππέων τινὰς,  
ἐν δὲ τούτοις τῶν ἐξ Ἀχαΐας ἐπιλέκτων εἰς διαχι-

undique hostes imparatos, qui subvenire sibi invicem ne-  
quaquam sint valituri; (3) utpote et regionibus divisi, et  
sibi quisque metuentes, quod mari hostis, quocunque vel-  
let, subito adesse, et imprudentes invadere posset: cum  
Ætolis enim, et Lacedæmoniiis, et Eleis, res illi erat. (4)  
Quæ ubi statuit rex, et suas et Achæorum naves Lechæum  
convenire jubet. Ibi continuis experimentis milites Mace-  
donicæ phalangis exercens, remis tractandis eos assuefacie-  
bat: Macedonibus, quidquid esset imperatum, prompto ala-  
crique animo exsequentibus. (5) Etenim Macedones et in  
acie probatissimi fortissimique milites sunt, et, si forte ita  
postulet usus atque occasio, ad maritimæ rei ministeria  
promptissimi; ad hæc, in fossis ducendis, castris munien-  
dis, et toto illo durorum operum genere, laboris patientis-  
simi; (6) quales Hesiodus facit Æacidas, bello gaudentes  
veluti epulis. (7) Dum Philippus et Macedones Corinthi  
in exercitatione et apparatu rei navalis occupantur: (8)  
Apelles, qui neque expugnare regis propositum poterat,  
neque honoris sui imminutionem ex regis contemptu tolerare,  
cum Leontio et Megalea conjurationem facit; ut illi quidem,  
omnibus quæ gererentur intervenientes, de industria rem male  
gerendo conatus regis impedirent: ipse vero, profectus Chal-  
cidem ex aula, id operam daret, quo ne commeatus neces-  
sarii ad ea quæ parabat ulla ex parte ad regem subveheren-  
tur. (9) Quæ ubi cum prædictis viris constituit improbus  
hic veterator, speciosa quædam commentus apud Philippum  
prætexenda, Chalcidem se confert: (10) ibique moram  
trahens, ita exacte jusjurandum servavit, omnibus illi ob-  
temperantibus pro ea auctoritate quam hactenus obtinuerat,  
ut ad extremum rei nummariæ inopia cogeretur rex, vasa  
argentea ad quotidianum usum comparata, sustentandi sui  
causa, pignori opponere. (11) Ubi classis convenit, et Ma-  
cedones satismagnum jam usum remigandi visi sunt habere;  
rex, frumentum exercitui mensus, et stipendio quoque nu-  
merato, habens secum Macedonum sex millia, mercenarios  
mille ducentos, portu solvit, et postridie Patras appulit.

III. Per idem tempus Ætolorum prætor, Dorimachus,  
Agelaum et Scopam cum Neocretibus quingentis suppetias  
Eleis misit: qui, veriti ne Cyllenen obsidere in animo Phi-  
lippus haberet, et mercede peregrinum militem conduce-  
bant, et civiles copias ex Elea conscribebant; ipsam  
quoque Cyllenam summo studio munientes. (2) Propter  
ea Philippus, coactos in unum Achæorum mercenarios,  
nonnullosque ex Cretensibus, quos habebat sub signis, et  
ex Gallicis equitibus, tum bis mille pedites qui ex Achaia

λίους πεζοὺς ἀθροίσας, ἐν τῇ τῶν Δυμαίων πόλει κατέλιπεν· ἅμα μὲν ἐφεδρείας ἔχοντας, ἅμα δὲ προφυλακῆς τάξιν πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς Ἡλείας φόβον. (3) Αὐτὸς δ', ἐτι πρότερον γεγραφὸς τοῖς Μεσσηνίοις, καὶ τοῖς Ἠπειρώταις, ἐτι δὲ τοῖς Ἀκαρναῖσι, καὶ Σκερδिलाῖδαι, πληροὺν ἐκάστοις τὰ παρ' αὐτοῖς πλοῖα, καὶ συναντᾶν εἰς Κεφαλληνίαν, ἀναχθεὶς ἐκ τῶν Πατρῶν κατὰ τὴν σύνταξιν ἔπλει, καὶ προσέσχε τῆς Κεφαλληνίας κατὰ Πρόνονος. (4) Ὅρων δὲ τό τε πολισμάτιον τοὺς Πρόνονους δυσπολιόρκητον ὄν, καὶ τὴν χώραν στενὴν, παρέπλει τῷ στόλῳ, καὶ καθωρμίσθη πρὸς τὴν τῶν Παλαιῶν πόλιν. (5) Συνιδὼν δὲ ταύτην τὴν χώραν γέμουσαν σίτου, καὶ δυναμένην τρέφειν στρατόπεδον, τὴν μὲν δύναμιν ἐκδιβάσας προσεστρατοπέδευσε τῇ πόλει· τὰς δὲ ναῦς συνορμίσας, τάφρῳ καὶ χάρακι περιέβαλε, τοὺς δὲ Μακεδόνας ἐφῆκε σιτολογεῖν. (6) Αὐτὸς δὲ περιήει τὴν πόλιν, ἐπισκοπῶν πῶς δυνατόν εἴη προσάγειν ἔργα τῷ τείχει καὶ μηχανάς· βουλόμενος ἅμα μὲν προσδέξασθαι τοὺς συμμαχοὺς, ἅμα δὲ τὴν πόλιν ἐξελεῖν. (7) Ἵνα, πρῶτον μὲν, Αἰτωλῶν παρέλθεται τὴν ἀναγκασιότατην ὑπηρεσίαν· ταῖς γὰρ τῶν Κεφαλλήνων ναυσὶ χρώμενοι, τὰς τ' εἰς Πελοπόννησον ἐποιούοντα διαβάσεις, καὶ τὰς Ἠπειρωτῶν, ἐτι δ' Ἀκαρνανῶν ἐπόρθουν παραλίᾳς. (8) δεύτερον δ', ἵνα παρασκευάσῃ μὲν αὐτῷ, παρασκευάσῃ δὲ καὶ τοῖς συμμαχοῖς, ὀρμητήριον εὐφύες κατὰ τῆς τῶν πολεμίων χώρας. (9) Ἡ γὰρ Κεφαλληνία κεῖται μὲν κατὰ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, ὥς εἰς τὸ Σικελικὸν ἀνατείνουσα πέλαγος· (10) ἐπικεῖται δὲ τῆς μὲν Πελοποννήσου τοῖς πρὸς ἄρκτον καὶ πρὸς ἐσπέραν μέρεσι κεκλιμένης, καὶ μάλιστα τῇ τῶν Ἡλείων χώρᾳ· τῆς δ' Ἠπειροῦ καὶ τῆς Αἰτωλίας, ἐτι δὲ τῆς Ἀκαρνανίας, τοῖς πρὸς μεσημβρίαν καὶ πρὸς τὰς δύσεις μέρεσιν ἐστραμμένους.

IV. Διὸ καὶ πρὸς τε τὴν συναγωγὴν τῶν συμμαχῶν εὐφύως ἐχούσης, καὶ κατὰ τῆς τῶν πολεμίων καὶ πρὸ τῆς τῶν φίλων χώρας εὐκαίρως κειμένης, ἔσπευδε χειρωσάμενος ὑφ' αὐτὸν ποιήσασθαι τὴν νῆσον. (2) Συνθεωρῶν δὲ τὰ μὲν ἄλλα πάντα μέρη τῆς πόλεως, τὰ μὲν θαλάττῃ, τὰ δὲ κρημνοῖς περιεχόμενα, βραχὺν δὲ τινα τόπον ἐπίπεδον αὐτῆς ὑπάρχοντα, τὸν πρὸς τὴν Ζάκυνθον ἐστραμμένον, τῇδε διανοεῖτο προσάγειν ἔργα, καὶ τῇδε τὴν ὀλὴν συνίστασθαι πολιορκίαν. (3) Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς περὶ ταῦτα καὶ πρὸς τούτοις ἦν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τούτου, πεντεκαίδεκα μὲν ἔχον λέμβοι παρὰ Σκερδिलाῖδου· τοὺς γὰρ πλείστους ἐκώλυθη πέμψαι, διὰ τὰς γενομένας ἐπιβολὰς καὶ ταραχὰς περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα δυνάστας. (4) Ἦχον δὲ καὶ παρ' Ἠπειρωτῶν, καὶ παρ' Ἀκαρνανῶν, ἐτι δὲ Μεσσηνίων, οἱ διαταχθέντες σύμμαχοι. (5) Τῆς γὰρ τῶν Φιαλείων πόλεως ἐξαίρεθείσης, ἀπροφασίστως τὸ λοιπὸν ἤδη μετεῖχον οἱ Μεσσήνιοι τοῦ πολέμου. (6) Τῶν δὲ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἡτοιμασμένων, διαθεῖς τὰ βέλη καὶ τοὺς πετροβόλους κατὰ τοὺς ἀρμόζοντας

erant conscripti, in Dymæorum urbe collocavit, simul in subsidium sibi, simul ut, si quis ab Eleis metus ingrueret, præsidio essent. (3) Ipse, litteris prius datis ad Messenios, Epirotas, Acarnanes, atque Scerdilaidam, ut suas quique naves instruerent, et ad Cephalleniam sibi occurrerent, Patris ad diem constitutam classe profectus, ad Pronnos. qui locus est in Cephallenia, portum tenuit. (4) Animadvertens autem, neque oppidulum Pronnos sine magna difficultate obsideri posse, et regionem illam esse angustam, provectus ulterius, ad Palænsium urbem naves appellit. (5) Ubi copiam segetum uberrimam in agris nactus, quibus ali commode exercitus poterat, expositis in terram copiis, ad ipsum oppidum castra communit. Et quum in siccam naves subduxisset, fossa valloque eas sepsit, ac Macedonas frumentatum misit. (6) Ipse urbem circumcirca lustrare et circumspicere, qui possent opera tormenta que mœnibus admoveri: habens in animo et socios eo loci excipere, et simul urbem illam expugnare. (7) In quo illud primum spectabat, ut Ætolis necessarium adprime subsidium admeret: quippe illi, quoties aut in Peloponnesum vellent trajicere, aut Epirotarum Acarnanumve oram depredari, Cephalleniorum navibus uti consueverant. (8) Deinde ut et sibi et sociis receptaculum pararet opportunum ad impressiones in hostilem agrum faciendas. (9) Cephallenia enim ad sinum Corinthiacum sita, Siculumque spectans mare, (10) Peloponnesi partibus quæ ad septentrionem et occasum vergunt, præcipue autem regioni Eleorum, imminet; Epiri vero et Ætolie atque Acarnanie partibus illis quæ meridiei et occidenti soli sunt obversæ.

IV. Quoniam igitur et ad congregandas sociorum copias locus erat peropportunos, et ad lædendum hostes, protegendumque amicos pares commoditates habebat, occupare insulam suique juris facere vehementer cupiebat. (2) Considerans autem, ceteras urbis partes aut mari aut præruptis cotibus cingi, brevem vero quemdam locum, qui Zacynthum spectabat, per planum adiri posse, ab hac parte machinas admovere, et eo molem totam obsidionis conferre statuit. (3) Dum hæc curat, inque his occupatur Philippus, lembi quindecim a Scerdilaida missi veniunt: plures enim ne posset mittere, impediverunt molitiones atque turbæ a variis per Illyriam dynastis excitatæ. (4) Venerunt autem et a sociis milites, qui fuerant imperati, Epirotis, Acarnanibus et Messeniis. (5) Post captam namque Phialensium urbem, de cetero nihil jam recusabant Messenii, quo minus participes belli essent. (6) Ubi fuerunt omnia ad obsidionem parata, et locis opportunis adversus

εὖ πρὸς τὸ καλύειν τοὺς ἀμυνομένους, παρακαλέ-  
σας τοὺς Μακεδόνας ὁ βασιλεὺς, προσῆγε τὰς μηχανὰς  
ταῖς τείχεσι, καὶ διὰ τούτων τοῖς δρύγμασιν ἐνεχεί-  
ρει. (7) Ταχὺ δὲ τοῦ τείχους ἐπὶ δύο πλέθρα κρεμα-  
σθέντος, διὰ τὴν ἐν τοῖς ἔργοις προθυμίαν τῶν Μακεδό-  
νων, ἐγγίσας τοῖς τείχεσιν ὁ βασιλεὺς, παρήγει τοῖς ἐν  
τῇ πόλει, τίθεσθαι πρὸς αὐτὸν τὴν εἰρήνην. (8) Τῶν  
δὲ παρακούντων, ἐμβαλὼν πῦρ τοῖς ἐρείσμασιν, ὁμοῦ  
πᾶν τὸ διεστυλωμένον κατέβαλε τείχος. (9) Οὐ γνο-  
μένου, πρῶτους ἐφῆκε τοὺς πελταστάς, τοὺς ὑπὸ Λεόν-  
τιον ταττομένους, σπειρηδὸν τάξας, καὶ παραγγεῖλας  
βιάζεσθαι διὰ τοῦ πτώματος. (10) Οἱ δὲ περὶ τὸν  
Λεόντιον, τηροῦντες τὰ πρὸς τὸν Ἀπελλῆν συγκαίμενα,  
τρεῖς ἐξῆς τοὺς νεανίσκους, ὑπερβάντας τὸ πτώμα, διέ-  
τρεψαν τοῦ μὴ τελεσιουργῆσαι τὴν κατάληψιν τῆς πό-  
λεως. (11) προδιεφθαρκότες μὲν τοὺς ἐπιρανεστάτους  
τῶν κατὰ μέρος ἡγεμόνων, θελοκακούντες δὲ, καὶ παρ'  
ἑαυστον ἀποδειλιώντες αὐτοί. (12) Τέλος ἐξέπεσον ἐκ  
τῆς πόλεως, πολλὰς πληγὰς λαβόντες, καίπερ εὐχερῶς  
δυνάμενοι κρατῆσαι τῶν πολεμίων. (12) Ὁ δὲ βασι-  
λεὺς, ὁρῶν ἀποδειλιούντας μὲν τοὺς ἡγεμόνας, τραυ-  
ματίας δὲ καὶ πλείους γεγονότας τῶν Μακεδόνων, τῆς  
μὲν πολιορκίας ἀπέστη, περὶ δὲ τῶν ἐξῆς ἐβουλεύετο  
μετὰ τῶν φίλων.

V. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Λυκοῦργος μὲν  
εἰς τὴν Μεσσηνίαν ἐξεστρατεύκει, Δορίμαχος δὲ, τοὺς  
ἡμίσεις ἔχων Αἰτωλῶν, εἰς Θετταλίαν ἐπείποιτο τὴν  
ὁρμὴν ἀμφοτέροι πεπεισμένοι, τὸν Φίλιππον ἀπο-  
στάσειν τῆς τῶν Ἑλλαιέων πολιορκίας. (2) Ὑπὲρ ὧν  
ἦσαν πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα, παρὰ τὴν Ἀκαρνανίαν  
καὶ παρὰ Μεσσηνίων· οἱ μὲν παρὰ τῶν Ἀκαρνανίων,  
παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν τῶν Αἰτωλῶν  
χώραν, καὶ τὸν τε Δορίμαχον ἀποστῆσαι τῆς εἰς τὴν  
Μακεδονίαν ὁρμῆς, καὶ τὴν χώραν τῶν Αἰτωλῶν ἐπελ-  
θεῖν καὶ πορθῆσαι πᾶσαν ἀδεῶς. (3) οἱ δὲ παρὰ  
τῶν Μεσσηνίων, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν, καὶ διδά-  
σκοντας, ὅτι, τῶν ἐτησίων ἤδη στάσις ἐχόντων, δυνατόν  
ἔστι τὴν παρακομιδὴν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας εἰς τὴν  
Μεσσηνίαν ἐν ἡμέρᾳ ποιήσασθαι μίαν. (4) Διὸ οἱ περὶ  
Γόργον τὸν Μεσσηνίου, αἰφνίδιον καὶ πραγματικὴν  
ἐσκαμένην συνήστασαν τὴν ἐπὶ τὸν Λυκοῦργον ἐπίθεσιν.  
(5) Οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόντιον, τηροῦντες τὴν αὐτῶν  
ὑπόθεσιν, συνήρουν τοῖς περὶ τὸν Γόργιον ἑκτενῶς,  
θεωροῦντες, ὅτι συμβήσεται τὴν θερσίαν εἰς τέλος  
ἄπρακτον γενέσθαι τῷ Φιλίππῳ. (6) Πλεῦσαι μὲν  
γὰρ εἰς τὴν Μεσσηνίαν, ῥάδιον ἦν ἀναπλεῦσαι δ' ἐκεί-  
θαι, τῶν ἐτησίων ἐπεχόντων, ἀδύνατον. (7) Ἐξ οὗ  
ὄμλον ἦν, ὥς ὁ μὲν Φίλιππος, ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ μετὰ  
τῆς δυνάμεως συγκλεισθεὶς, ἀναγκασθήσεται τὸ λοιπὸν  
μέρος τοῦ θέρους ἄπρακτος μένειν, οἱ δ' Αἰτωλοὶ, τὴν  
Θετταλίαν καὶ τὴν Ἠπειρὸν ἐπιπορευόμενοι, κατασύ-  
ρουν καὶ πορθοῦσι πᾶσαν ἀδεῶς. (8) Οὗτοι μὲν  
γὰρ, λυμαίνόμενοι, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα συνεβούλευον.  
Ἀλλὰ δὲ περὶ τὸν Ἀρατον, συμπαρόντες, τῆς ἐναντίας

mœnium propugnatores catapultæ balistæque dispositæ;  
rex, hortatus Macedonas, muris machinas admovet, ea-  
rumque præsidio tutus, cuniculos incipit agere. (7) Quum-  
que brevi tempore, propter singularem Macedonum alacritate-  
m in opere faciendo, ad duo jugera suffossi suspensique  
muri essent, succedit rex ad muros, et oppidanos ad pa-  
cem secum ineundam invitat. (8) Quibus negligenter au-  
dientibus, immisso igne futuras corrumpit; ac simul,  
quantum erat muri spatium sublicis suspensum, dejicit.  
(9) Quod ubi factum est, cetratos cum duce suo Leontio  
per cohortes divisos, omnium primos immittit, jussos per  
ruinam irumpere. (10) At Leontius, memor conjuratio-  
nis cum Apelle factæ, ter deinceps juvenes, postquam ruinam  
jam superaverant, terrore injecto avertit, quo minus  
institutum perficerent urbemque caperent; (11) quum et  
polissimos quosque ductores ordinum antea corrupisset, et  
ipse, de industria ignaviam affectans, metuere subinde se  
ostenderet. (12) Itaque urbe tandem, magno detrimento  
accepto, ejecti sunt; quum facile superare hostem potuis-  
sent. (13) Rex, ubi duces ignave se gerere, Macedonum  
autem plurimos videt esse sauciatos, soluta obsidione, quid  
deinceps facto sit opus, concilio amicorum habito, deli-  
berat.

V. Eodem vero tempore et Lycurgus in Messeniam ex-  
peditionem fecerat, et Dorimachus cum dimidia parte  
Ætolorum in Thessaliam irruerat: persuasi ambo, se hoc  
pacto Philippum ab obsidione Palænsium esse revocatur-  
os. (2) Nec defuerunt eo nomine missæ ad regem legatio-  
nes cum ab Acarnanibus, tum a Messeniis. Qui ex Acar-  
nania veniebant, hortabantur, ut, in Ætolorum agrum im-  
pressionem facta, et Dorimachum ab invadenda Macedonia  
retraheret, et universam Ætolorum regionem sine ullo pe-  
riculo depopularetur. (3) Messeniorum vero legati, opem  
sibi ferri orantes, addebant, nunc, cum Etesiarum flatus  
vigerent, posse uno die a Cephallenia in Messeniam trajici.  
(4) Ex quo efficiebat Gorgus Messenius, inopinato invadi  
Lycurgum posse et bene rem geri. (5) Et Leontius, pro-  
positum sibi consilium spectans, Gorgum studio summo  
adjuvat; ut qui futurum provideret, totam ut æstatem  
plane inutiliter eo pacto Philippus consumeret. (6) Etenim  
navigare quidem in Messeniam, perfacile erat; rediri vero  
inde Etesiarum diebus nullo poterat modo. (7) Ex quo appa-  
rebat, Philippum, cum exercitu in Messenia inclusum, reli-  
quam æstatem necessario per otium traducturum; Ætolis  
vero Thessaliam et Epirum omnem impune incursandi,  
vastandi, urendi, esse potestatem. (8) Ita ergo isti hæc et  
similia his pernicioxa consilia regi suggerebant. Aratus  
vero, qui consilio intererat, plane contrarium suadere,



προέστασαν γνώμης. (9) Δεῖν γὰρ ἔφασαν, εἰς τὴν Αἰτωλῶν ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, καὶ τούτων ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων· ἐξεστρατεύκων γὰρ τῶν Αἰτωλῶν μετὰ Δοριμάχου, κάλλιστον εἶναι καιρὸν ἐπελθεῖν καὶ πορθῆσαι τὴν Αἰτωλίαν. (10) Ὁ δὲ βασιλεὺς, τὰ μὲν ἀπιστῶν ἤδη τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον ἐκ τῆς περὶ τὴν πολιορκίαν ἐβελοκαχέσας, συναισθανόμενος δὲ καὶ ἐκ τοῦ περὶ τὸν Παλούντα διαβουλίῳ αὐτῶν τὴν κακοπραγμοσύνην, ἔκρινε χρῆσθαι τοῖς πράγμασι κατὰ τὴν Ἀράτου γνώμην. (11) Διόπερ Ἐπιδράτῳ μὲν ἔγραψε, τῷ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγῷ, βοηθεῖν τοῖς Μεσσηνίοις, ἀναλαβόντι τοὺς Ἀχαιοὺς· αὐτὸς δ' ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Κεφαλληνίας, παρῆν δευτεραίῳ εἰς Αεὐκάδα μετὰ τοῦ στόλου νυκτός. (12) Εὐτρεπισάμενος δὲ τὰ περὶ τὸν Διόρυκτον, καὶ ταύτῃ διακομίσας τὰς ναῦς, ἐποιεῖτο τὸν ἀπόπλου κατὰ τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον. (13) Ὁ δὲ προειρημένος κόλπος, ἐπὶ πολλὴν προτεινὼν ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους, εἰς τοὺς μεσογαίους ἀνίκει τόπους τῆς Αἰτωλίας, καθάπερ καὶ πρότερον ἡμῖν εἴρηται. (14) Διανύσας δὲ, καὶ καθορισθεὶς βραχὺ πρὸ ἡμέρας πρὸς τῇ καλουμένῃ Λιμναίᾳ, τοῖς μὲν στρατιώταις ἀριστοποιεῖσθαι παρήγγειλε, καὶ τὸ πολλὴν τῆς ἀποσκευῆς ἀποθεμένους, εὐζώνους σφᾶς παρασκευάζειν πρὸς ἀναζυγήν. (15) Αὐτὸς δὲ, τοὺς δὲδηγούς ἀθροίσας, τὰ τε περὶ τοὺς τόπους καὶ τὰς παρακειμένας πόλεις ἐπυνθάνετο καὶ διηρῆνα.

VI. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, ἦκεν ἔχων Ἀριστόφαντος ὁ στρατηγὸς πανδημεῖ τοὺς Ἀχαρνᾶς· πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ πεπονθότες ἐν τοῖς ἀνωτέροις χρόνοις ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν, ἐκθύμως εἶχον πρὸς τὸ κατὰ πάντα τρόπον ἀμύνασθαι καὶ βλάψαι τοὺς Αἰτωλοὺς. (2) Διόπερ ἀσμένως ἐπιλαδόμενοι τότε τῆς Μακεδόνων ἐπαρκείας, ἦκον ἐν τοῖς ὅπλοις, οὐ μόνον ὅσοις ὁ νόμος ἐπέταττε στρατεύειν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τινές. (3) Οὐκ ἐλάττω δὲ τούτων ὁρμὴν εἶχον Ἠπειρώται, διὰ τὰς παραπλησίους αἰτίας· διὰ δὲ τὸ μέγεθος τῆς χώρας, καὶ διὰ τὸ τῆς παρουσίας αἰφνιδίον τῆς τοῦ Φιλίππου, καθυστεροῦν τῇ συναγωγῇ τῶν καιρῶν. (4) Τῶν δ' Αἰτωλῶν τοὺς μὲν ἡμίσεις ἔχων [ἀπὴν] Δορίμαχος, καθάπερ εἶπον, τοὺς δ' ἡμίσεις ἀπολελοίπει νομίζων ἀξίόχρεων πρὸς τὰ παράδοξα ταύτην τὴν ἐφεδρεῖαν δάπρχειν τῶν τε πόλεων, καὶ τῆς χώρας. (5) Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀπολιπὼν φυλακὴν ἱκανὴν τῆς ἀποσκευῆς, τότε μὲν ἀναζεύξας ἐκ τῆς Λιμναίας δειλῆς, καὶ προελθὼν ὡς ἐξήκοντα στάδια κατεστρατοπέδευσε. (6) Δειπνοποιησάμενος δὲ, καὶ βραχὺ διαναπαύσας τὴν δύναμιν, αὖθις ὥρμα· καὶ συνεχῶς νυκτοπορήσας ἦκε πρὸς τὸν Ἀγελῶν ποταμὸν, ἄρτι τῆς ἡμέρας ἐπιραινούσης, μεταξὺ Κωνόπης καὶ Στράτου· σπεύδων ἄφνω καὶ παραδόξως ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς Θέρμοις τόπον ἐπιβαλεῖν.

VII. Οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόντιον, κατὰ δύο τρόπους δρῶντες τὸν μὲν Φίλιππον καθιζόμενον τῆς προθέσεως, τοὺς δὲ Αἰτωλοὺς ἀδυνατήσοντας τοῖς παροῦσι· καθ' ἓνα μὲν, ἥ ταχέϊα καὶ παράδοξος ἡ τῶν Μακεδόνων ἐγγεγό-

(9) et, *Ætoliam classe petendam esse, dicere, eoque bel-  
lum esse transferendum* : quippe nunc, *Ætolis cum Dori-  
macho in expeditionem profectis, opportunissimum esse  
tempus illius regionis incursandæ atque diripiendæ.* (10) Rex, *Leontio partim jam diffidens, ex quo affectatam ejus  
ignaviam in oppugnatione viderat, partim ex consultatione  
circa Paluntem instituta intelligens prava hominis consilia,  
Arati sententiam sibi sequendam esse duxit.* (11) Itaque  
litteris ad Eperatum prætorem Achæorum datis, imperat  
ei, ut collecto ex Achæis exercitu Messeniis opem ferret :  
ipse Leucadem ex Cephallenia cum classe altero post die  
noctis silentio appellit. (12) Ubi rebus omnibus præparatis  
in freto manu effosso, quem Dioryctum vocant, trans-  
latisque illac navibus, Ambracium sinum est invecus :  
(13) qui, ut jam ante diximus, et Siculo mari longe pro-  
currens, ad mediterranea *Ætolia* pertinet. (14) Confecto  
autem cursu prius aliquanto quam illucesceret, ad Limnæam  
(oppidi id nomen est) portum cepit. Moxque prander  
milites, et, posita impedimentorum majori parte, concin-  
nare se ad iter expeditos, jubet. (15) Ipse, ducibus vir  
pluribus coactis, de natura locorum, et de adjacentium  
πεπεισμένος νικήσας, διὰ δὲ τὴν τῶν ἄλλων ἀγεννίαν  
καὶ δειλίαν ἐσφάλλεται νομίζων τοῖς ἑλοῖς.

LXXXVI. Πτολεμαῖος δὲ, διὰ μὲν τῆς φάλαγγος  
τὰ διακρίνας, διὰ δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος  
ἐκείνων καὶ μισθοφόρων πολλοὺς ἀποκτείνας κατὰ τὸ  
δίωγμα τῶν ὑπεναντίων· τότε μὲν ἀναχωρήσας, ἐπὶ  
τῇ ὑπαρχούσῃ ἡλίσσῃ παρεμβολῆς. (2) Τῇ δ' ἐπαύ-  
ρῃ, τοὺς μὲν ἰδίους νεκροὺς ἀνελόμενος καὶ θάψας,

phantorum latus, Græcorum mercenarii, qui circa phalan-  
gem erant constituti, Ptolemæi cetratos impellunt, quorum  
jam ante ordines bestię turbaverant. (10) Itaque lævum  
quidem Ptolemæi cornu, hoc pacto pressum, omni ex parte  
in fugam inclinavit.

LXXXV. Echecrates vero, qui dextro præerat, principio  
quidem illorum de quibus diximus cornuum concursum  
observabat; postea vero quam pulverem ingentem ferri  
in suos vidit, bestias autem, quæ a suis partibus stabant,  
ne accedere quidem ullo modo ad hostem velle; (2) Phoxi-  
dæ Græcorum mercenariorum ductori mandat, ut oppositos  
sibi hostes invadat: (3) ipse vero, equitibus et eis, qui  
pone elephantos stabant, a latere eductis, et extra pericu-  
lum ab impulsu bestiarum positiss, hostilem equitatum,  
aliorum terga petens, alios a latere adoriens, in fugam cito  
avertit. (4) Idem et Phoxidas et omnes qui circa illum  
erant fecerunt; in Arabes namque et Medos facta impres-  
sione, terga dare et fugam effusam capessere omnes coege-  
runt. (5) Igitur dextrum quidem Antiochi cornu vincere,  
at sinistrum vinci. (6) Et quum hoc pacto phalanges am-  
borum nudatæ suis cornibus essent, ipsæ interim medio  
campo integræ manebant, inter spem metumque de futuro  
pariter fluctuantes. (7) Quæ dum agebantur, Antiochus in  
dextro cornu cum maxime prosperam pugnam faciebat.  
(8) Ptolemæus vero, qui ad phalangem se receperat, in  
mediam progressus aciem, ubi in utriusque exercitus con-  
spectum venit, pavorem hostibus, at suis alacritatem ingen-  
tem et pugnæ ardorem ingeneravit. (9) Igitur Androma-  
chus et Sosibius, inclinatis propere prætentisque sarissis,  
in hostem ducere. (10) Quo facto, delecti ex Syriacis  
vix aliquantisper restiterunt in acie; et qui cum Nicarcho  
erant, protinus inclinati cesserunt. (11) Antiochus vero,  
ut rerum imperitus ac juvenis, quia ipse ex adverso stan-  
tes hostes vicerat, ceteras quoque sui exercitus partes vin-  
cere omnes ratus, fugientibus incumberebat. (12) Tandem  
vero ab aliquo e senioribus, quid ageretur, monitus atten-  
dere, quum ille pulverem ei indicaret, qui a phalange ad  
castra ipsius ferebatur; tum demum, re cognita, in eum  
locum, ubi steterat acies, accurrere cum prætorianis cona-  
tus est. (13) Sed ubi omnes suos fugæ se mandasse vidit,  
etiam ipse Raphiam concessit: persuasus, quod in se  
fuisset, vincere se, sed propter aliorum degeneres animos  
et ignaviam universa dimicatione victum se ratus.

LXXXVI. Ptolemæus, prosperum summæ rerum even-  
tum per phalangem consecutus, per equites vero et merce-  
narios dextri sui cornu multis fugientium hostium occisis,  
e pugna se recipiens, in castris, unde militem eduxerat,  
nocte illa mansit. (2) Postridie vero ejus diei, sublatiss



τοὺς δὲ τῶν ἐναντίων σκυλεύσας, ἀνέζευξε, καὶ προῆγε πρὸς τὴν Ῥαφίαν. (3) Ὁ δ' Ἀντίοχος ἐκ τῆς φυγῆς ἐβούλετο μὲν εὐθέως ἔξω στρατοπεδεύειν, συναθροίσας τοὺς ἐν τοῖς συστήμασι πεφευγότας· τῶν δὲ πλείστων εἰς τὴν πόλιν πεποιημένων τὴν ἀποχώρησιν, ἡναγκάσθη καὶ αὐτὸς εἰσελθεῖν. (4) Οὗτος μὲν οὖν ὑπὸ τὴν ἐωθινήν ἐξαγαγὼν τὸ σωζόμενον μέρος τῆς δυνάμεως, διέτεινε πρὸς Γάζαν· καὶ κατὰ στρατοπεδεύσας, καὶ διαπεμψάμενος περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως, ἐκέλευσε τοὺς τεθνεῶτας ὑποσπόνδους. (5) Ἦσαν δ' οἱ τετελευτηκότες τῶν παρ' Ἀντίοχου, πεζοὶ μὲν οὐ πολὺ λείποντες μυρίων, ἵππεις δὲ πλείους τριακοσίων· ζωγρεῖα δ' ἔαλωσαν ὑπὲρ τοὺς τετρακισχιλίους. (6) Ἐλέφαντες δὲ τρεῖς μὲν παραχρῆμα, δύο δ' ἐκ τῶν τραυμάτων ἀπέθανον. Τῶν δὲ παρὰ Πτολεμαίου, πεζοὶ μὲν εἰς χιλίους καὶ πεντακοσίους ἐτελεύτησαν, ἵππεις δὲ εἰς ἑπτακοσίους· τῶν δὲ ἐλεφάντων ἑκατάδεκα μὲν ἀπέθανον, ἡρέθησαν δ' αὐτῶν οἱ πλείους. (7) Ἡ μὲν οὖν πρὸς Ῥαφίαν μάχη γενομένη τοῖς βασιλεῦσι περὶ Κοίλης Συρίας, τοῦτον ἀποτετέλεσθη τὸν τρόπον. (8) Μετὰ δὲ τὴν τῶν νεκρῶν ἀναιρέσιν, Ἀντίοχος μὲν ἐποίητο τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν οἰκίαν μετὰ τῆς δυνάμεως· Πτολεμαῖος δὲ τὴν τε Ῥαφίαν καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἐξ ἐφύδου παρελάβανε· πάντων τῶν πολιτευμάτων ἀμιλλωμένων ὑπὲρ τοῦ φθάσαι τοὺς πέλας περὶ τὴν ἀποκατάστασιν καὶ μετὰθεσιν τὴν πρὸς αὐτόν. (9) Ἰσως μὲν οὖν εἰῶθαι πάντες περὶ τοὺς τοιοῦτους καιροὺς ἀρμόζεσθαι πῶς αἰεὶ πρὸς τὸ παρόν· μάλιστα δὲ τὸ κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους γένος τῶν ἀνθρώπων εὐφυές καὶ πρόχειρον πρὸς τὰς ἐκ τοῦ καιροῦ χάριτας. (10) Τότε δὲ καὶ τῆς εὐνοίας προκαθηγουμένης πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας βασιλεῖς, εἰκότως τοῦτο συνέβαινε γίνεσθαι. Τῇ γὰρ οἰκίᾳ ταύτῃ μᾶλλον αἰεὶ πῶς οἱ κατὰ Κοίλην Συρίαν ὄχλοι προσκλίνουσι. (11) Διόπερ οὐκ ἀπέλιπον ὑπερβολὴν ἀρεσκείας, στεφάνους καὶ θυρίαις καὶ βωμοῖς καὶ παντὶ τοιούτῳ τρόπῳ τιμῶντες τὸν Πτολεμαῖον.

LXXXVII. Ἀντίοχος δὲ, παραγεγόμενος εἰς τὴν ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν, εὐθέως ἐξέπεμψε τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον τὸν ἀδελφίδου, καὶ Θεόδοτον τὸν Ἡμιόλιον, πρεσβευτάς πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, ὑπὲρ εἰρήνης καὶ διαλύσεως, ἀγωνιῶν τὴν τῶν ὑπεναντίων ἔφοδον. (2) Ἡπίσται μὲν γὰρ τοῖς ὄχλοις, διὰ τὸ γεγονὸς ἑλάττωμα περὶ αὐτόν· ἐφοβεῖτο δὲ τὸν Ἀχαιοὶν, μὴ συνεπίθῃται τοῖς καιροῖς. (3) Πτολεμαῖος δὲ, τούτων οὐδὲν συλλογισόμενος, ἀλλ' ἀσμενίζων ἐπὶ τῷ γεγονότι προτερήματι διὰ τὸ παράδοξον, καὶ συλλήβδην ἐπὶ τῷ Κοίλην Συρίαν κεκτῆσθαι παραδόξως, οὐκ ἀλλότριος ἦν τῆς ἡσυχίας, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ δέον οἰκείος, ἐλκόμενος ὑπὸ τῆς συνήθους ἐν τῷ βίῳ βαθυμίας καὶ καχεξίας. (4) Πλὴν, παραγεγομένων τῶν περὶ τὸν Ἀντίπατρον, βραχεία προσαναταθείς καὶ καταμεμψάμενος ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις τὸν Ἀντίοχον, συνεχώρησε σπονδὰς ἐνιαυσίους. (5) Καὶ ἅμα τούτοις μὲν ἐπικυρώσονται τὰς

suorum corporibus humatisque, hostium autem spoliis, movet signa et Raphiam ducit. (3) Antiochus statim a fuga, iis suorum in unum collectis, qui catervatim conglobati fugerant, extra urbem munire castra voluerat: sed quia plerique illorum intra moenia se receperant, ipse quoque ingredi fuit coactus. (4) Inde vero ante lucem reliquis exercitus eductis, Gazam contendit: ubi positis castris, ad Ptolemæum de tollendis cadaveribus mittit; impetrataque ab eo venia, mortuis iusta facit. (5) Ceciderant autem ex Antiochi copiis non multo pauciores decem millibus peditum; equites amplius trecenti. Capti sunt vivi supra quatuor millia. (6) Elephanti in conflictu periere tres, et vnumque postea duo. De Ptolemæi exercitu occisi sunt pedes ad mille quingenti; equites fere septingenti. Ex elephantis sedecim sunt trucidati; reliquorum pars major capta. (7) Hic fuit ejus pugnae exitus, quam de Cœlæ-Syriæ imperio ad Raphiam reges pugnarunt. (8) Sepultis suorum cadaveribus, Antiochus cum reliquis copiis domum est reversus. Ptolemæus et Raphiam et reliquas urbes et vestigio a civibus sibi traditas recepit: quum omnes civitates, in dominatu ipsius instaurando et ad illum deficiendo, de celeritate inter se certarent. (9) Et est sane quidem mos hic cunctis mortalibus in ejusmodi temporibus, ut presenti fortunæ semper se accommodent: eximie tamen ejus regionis populi præ ceteris accommodato ingenio sunt promptique ad id genus obsequia, si qua forte occasio ea postulaverit. (10) Tunc vero, quum jam ante quoque animos hominum benevolentia erga Ægypti reges occupasset, non mirum est id accidisse. Fit enim, nescio quomodo, ut Cœlæ-Syriæ populi ad venerationem hujus regis familie magis inclinent. (11) Itaque ad demerendam ejus gratiam, nullum blandimenti genus prætermittentes, coronis, sacrificiis, altaribus, ceteroque ejus generis cultu, Ptolemæum honorarunt.

LXXXVII. Antiochus simul ac cognominem sibi urbem est ingressus, Antipatrum fratris filium, et Theodolum Hemiolium legatos de pace ad Ptolemæum mittit; metu anxius, ne ab hostibus bello peteretur. (2) Nam et copiis suis diffidebat, propter acceptam cladem; et ab Achæo. ne hac occasione adversus se uteretur, sibi metuebatur. (3) Quorum omnium nihil reputans animo Ptolemæus, victoria tam inopinata contentus, et omnino Cœlæ-Syriæ imperium recuperasse præter spem satis habens, adeo non erat alienus a quiete, ut plus etiam, quam par esset, ejus desiderio tangeretur; impellente ignavia et ceteris animi morbis, qui per universam vitam fuerunt illi familiares. (4) Itaque, ubi Antipater cum reliquis legatis ad eum venit, minaciter paululum eos allocutus, et de Antiochi questus injuriis, inducias in annum eis concessit. (5) Simulque cum illis

διαλύσει εξαπέστειλε Σωσίβιον. (6) Αὐτὸς δὲ, δια-  
τρίψας ἐπὶ τρεῖς μῆνας ἐν τοῖς κατὰ Συρίαν καὶ Φοι-  
νίκην τόποις, καὶ καταστησάμενος τὰς πόλεις μετὰ  
ταῦτα, καταλιπὼν τὸν Ἀνδρόμαχον τὸν Ἀσπένδιον  
στρατηγὸν ἐπὶ πάντων τῶν προειρημένων τόπων, ἀνέ-  
λειψε μετὰ τῆς ἀδελφῆς καὶ τῶν φίλων ἐπ' Ἀλεξαν-  
δρείας. (7) παράδοξον τοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ πρὸς τὴν  
τοῦ λοιποῦ βίου προαίρεσιν τέλος ἐπιτεθεικὺς τῷ πο-  
λέμῳ. (8) Ἀντίοχος δὲ, τὰ περὶ τὰς σπονδὰς ἀσφα-  
λισάμενος πρὸς τὸν Σωσίβιον, ἐγίγνετο κατὰ τὴν ἐξ  
ἀρχῆς πρόθεσιν περὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ἀχαιὸν παρασκευήν.  
(9) Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν.

LXXXVIII. Ῥόδιοι δὲ, κατὰ τοὺς προειρημένους  
καιροὺς, ἐπειλημμένοι τῆς ἀφορμῆς τῆς κατὰ τὸν σει-  
σμὸν τὸν γεγόμενον παρ' αὐτοῖς βραχεὶ χρόνῳ πρότερον,  
ἐν ᾧ συνέβη τὸν τε Κολοσσὸν τὸν μέγαν πεσεῖν καὶ τὰ  
πλείστα τῶν τευχῶν καὶ τῶν νεωρίων. (2) οὕτως ἐχρί-  
νον νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς τὸ γεγονός, ὥς μὴ  
βλάβης, διορθώσεως δὲ μᾶλλον, αὐτοῖς αἴτιον γενέσθαι  
τὸ σύμπτωμα. (3) Τοσοῦτον ἀγνοία καὶ βραθυμία  
διαφέρει παρ' ἀνθρώποις ἐπιμελείας καὶ φρονήσεως,  
περὶ τε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους καὶ τὰς κοινὰς πολιτείας,  
ὥστε τοῖς μὲν καὶ τὰς ἐπιτυχίας βλάβῃν ἐπιφέρειν, τοῖς  
δὲ καὶ τὰς περιπετείας ἐπανορθώσεως γίγνεσθαι πα-  
ραίτιας. (4) Οἱ γοῦν Ῥόδιοι τότε, παρὰ τὸν χειρι-  
σμὸν, τὸ μὲν σύμπτωμα ποιοῦντες μέγα καὶ δεινὸν,  
αὐτοὶ δὲ σεμνῶς καὶ προστατικῶς κατὰ τὰς πρεσβείας  
χρόμενοι ταῖς ἐντεῦξιν καὶ ταῖς κατὰ μέρος διυλίαις,  
εἰς τοῦτ' ἤγαγον τὰς πόλεις, καὶ μάλιστα τοὺς βασι-  
λεῖς, ὥστε μὴ μόνον λαμβάνειν δωρεὰς ὑπερβαλλού-  
σας, ἀλλὰ καὶ χάριν προσοφείλιν αὐτοὺς τοὺς διδόντας.  
(5) Ἰέρων γὰρ καὶ Γέλων, οὐ μόνον ἔδωκαν ἐβδομήκοντα  
καὶ πέντε ἀργυρίου τάλαντα, πρὸς τὴν εἰς τὸ ἔλαιον  
τοῖς ἐν τῷ γυμνασίῳ χορηγίαν, τὰ μὲν παραχρῆμα, τὰ  
δὲ ἐν χρόνῳ βραχεὶ παντελῶς· ἀλλὰ καὶ λιβήντας ἀργυ-  
ροὺς, καὶ βάσεις τούτων, καὶ τινας ὑδρίας ἀνέθεσαν.  
(6) Πρὸς δὲ τούτοις, εἰς τὰς θυσίας δέκα τάλαντα, καὶ  
εἰς τὴν ἐπαύξεισιν τῶν πολιτῶν ἄλλα δέκα· χάριν τοῦ  
τὴν πᾶσαν εἰς ἑκατὸν τάλαντα γενέσθαι δωρεάν. (7)  
Καὶ μὴν ἀτέλειαν τοῖς πρὸς αὐτοὺς πλοῖζομένοις ἔδο-  
σαν, καὶ πεντήκοντα καταπέλτας τριτήρεις. (8) Καὶ  
πλευταῖον, τοσαῦτα δόντες, ὥς προσοφείλοντες χάριν,  
ἔστησαν ἀνδριάντας ἐν τῇ τῶν Ῥοδίων Δείγματι, στα-  
φανοῦμενον τὸν Δῆμον τῶν Ῥοδίων ὑπὸ τοῦ Δήμου τῶν  
Συρακουσίων.

LXXXIX. Ἐπηγγεῖλιτο δὲ καὶ Πτολεμαῖος αὐτοῖς  
ἀργυρίου τάλαντα τριαχίδια, καὶ σίτου μυριάδας  
ἑξατῶν ἑκατὸν· ἑξήλια δὲ ναυπηγήσιμα ἐξ πεντήκων,  
καὶ δέκα τριήρων· πευκίνων τετραγώνων πήχεις ἐμμέ-  
τρος τετρακισμυρίους. (2) καὶ χαλκοῦ νομίσματος  
ἑξήκοντα χίλια· στυππίου τρισχιλία· ὀθονίων ἱστούς  
ἑξήκοντα χίλιους. (3) εἰς τὴν τοῦ Κολοσσοῦ κατασκευήν,  
ἑξήκοντα τρισχιλία, οἰκοδόμους ἑκατὸν, ὑπουργοὺς  
ἑξακισχιλίους καὶ πεντήκοντα, καὶ τούτοις καθ' ἑκάστον

Sosibium. firmando foederi, ad Antiochum dimisit. (6)  
Ipse vero, tres in Syria ac Phoenicia menses moratus, com-  
posito civitatum statu, praetorem deinde omnibus praedi-  
ctis locis relinquens Andromachum Aspendium, cum so-  
rore et amicis Alexandriam repetiit; (7) imposito eo fine  
huic bello, quem subditi, reliquae ejus vitae atque institu-  
torum gnari, satis mirari non poterant. (8) Antiochus,  
firmato cum Sosibio foedere, ad bellum contra Achæum,  
sicut antea proposuerat, se comparabat. (9) Et Asiae qui-  
dem res in hoc statu erant.

LXXXVIII. Per ea tempora, quæ hactenus persecuti  
sumus, Rhodii, occasione terræ motus usi, quo paulo ante  
fuerant conquassati, quo et magnus Colossus corruerat,  
et murorum ac navalium magna pars fuerat dejecta; (2)  
in ea calamitate tam prudenter ac sollerter se gesserunt,  
ut emolumento potius, quam damno, is casus illis cederet.  
(3) Adeo enim cum in privata tum in publica re multum  
inter homines differunt imprudentia ignaviaque ab diligen-  
tia et prudentia, ut, qui illas sequitur, ei etiam res bene  
gesta male vertat; has qui adhibet, etiam gravissimus casus  
utilitatem ipsi conciliat. (4) Rhodii igitur, ea tempestate  
hoc modo res suas administrantes, dum cladem acceptam  
mirifice exaggerant, dumque in legationibus, quas propter  
ea obibant, cum in publicis congressibus, tum in privatis  
colloquiis, gravitate quadam et dignitate uterentur, eo ad-  
duxerunt civitates, et reges maxime, ut non solum dona  
ingentia ab iis acciperent, verum ut illi etiam ipsi, qui ea  
dabant, gratiam accipientibus haberent. (5) Nam Hiero  
quidem et Gelo non solum argenti talenta septuaginta \*\*  
quinque ad præbendum iis oleum, qui in gymnasio exerce-  
rentur, largiti sunt; eamque summam partim in præsentī  
pecunia, partim minimo spatio interjecto, numerarunt:  
sed etiam lebetes argenteos suis cum basibus, et hydrias  
aliquot in ipsorum urbe dedicarunt. (6) Præterea ad sacra  
facienda decem talenta iis dederunt, ad sublevandos cives,  
alia decem; ut efficeret datæ pecuniæ summa in unum  
collecta, talenta centum. (7) Præterea navigantibus Syra-  
cusas immunitatem a vectigalibus concesserunt. Catapul-  
tas etiam trium cubitorum eis dederunt quinquaginta. (8)  
Ac postremo, quum tam multa essent largiti, quasi benefi-  
cium ab illis acceperant, statuas in Digmate Rhodiorum  
geminas posuerunt; populum videlicet Rhodiorum a populo  
Syracusano coronatum.

LXXXIX. Promisit et Ptolemæus iisdem argenti trecenta  
talenta: frumenti artabarium decies centena millia: mate-  
riam ad fabricandas sex quinqueres, triremes decem:  
trabium pinearum justæ mensuræ ulnas quadraginta mil-  
lia: (2) ænææ pecuniæ mille talenta: stuppæ tria millia:  
linteorum telas ter mille. (3) Ad Colossum reficiendum,  
tria millia talentum; architectos centum; operas ministran-  
tes, trecentos quinquaginta; et ad horum stipendium, ta-

ἔτος εἰς θύωνιον τάλαντα δεκατέτταρα. (4) Πρὸς δὲ τούτοις, εἰς τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς θυσίας, ἀρτάβας σίτου μυριάς δισχιλίας· καὶ μὴν εἰς σιτομετρίαν δέκα τριήρων, ἀρτάβας δισμυριάς. (5) Καὶ τούτων ἔδωκε τὰ μὲν πλείστα παραχρῆμα, τοῦ δ' ἀργυρίου παντὸς τὸ τρίτον μέρος. (6) Παραπλησίως Ἀντίγονος, ξύλα ἀπὸ ἑκκαίδεκαπῆχους ἕως ὀκταπῆχους, εἰς σφηκίσκων λόγον, μύρια· στρωτῆρας ἑπταπῆχεις πεντακισχιλίους, σιδήρου τάλαντα τρισχίλια, πίττης τάλαντα χίλια, ἄλλης ὥμῃς μετρητὰς χιλίους· ἀργυρίου, πρὸς τούτοις, ἑκατὸν ἑτηγγεῖλατο τάλαντα. (7) Χρυσῆς δ', ἡ γυνή, δέκα μὲν σίτου μυριάδας, τρισχίλια δὲ μολίβδου τάλαντα. (8) Σέλευκος δ', ὁ πατὴρ Ἀντιόχου, χωρὶς μὲν, ἀτέλειαν τοῖς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν πλοῖζομένοις, χωρὶς δὲ, πεντήρεις μὲν δέκα κατηρτισμένας, σίτου δ' εἴκοσι μυριάδας, (9) καὶ μὴν ξύλων, καὶ ῥητίνης, καὶ τριχὸς, μυριάδα πηχῶν, καὶ ταλάντων χιλιάδας.

XC. Παραπλήσια δὲ τούτοις Προυσίας καὶ Μιθριδάτης ἔτι δ' οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ὄντες δυνάσται τότε, λέγω δὲ Λυσανίαν, Ὀλύμπιον, Λιμναῖον. (1) Τὰς γε μὴν πόλεις τὰς συνεπιλαμβανομένας αὐτοῖς κατὰ δύναμιν, οὐδ' ἂν ἐξαριθμῆσαιτο ῥηδῶς οὐδεὶς. (2) Ὡς δ', ὅταν μὲν τις εἰς τὸν χρόνον ἐμβλέψῃ καὶ τὴν ἀρχὴν, ἀφ' οὗ συμβαίνει τὴν πόλιν αὐτῶν συνωκίσθαι, καὶ λίαν θαυμάζειν, ὡς βραχεῖ χρόνῳ μεγάλην ἐπίδοσιν εἴληψε, περὶ τε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως. (3) ὅταν δ' εἰς τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου καὶ τὴν ἐξωθεν ἐπιφορὰν καὶ συμπλήρωσιν τῆς εὐδαιμονίας, μηκέτι θαυμάζειν, μικροῦ δ' ἑλλείπειν δοκεῖν τοῦ καθήκοντος. (4) Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι, χάριν πρῶτον μὲν τῆς Ῥωδίων περὶ τὰ κοινὰ προστασίας· ἐπαίνου γὰρ εἰσὶν ἄξιοι, καὶ ζήλου· δεύτερον δὲ, τῆς τῶν νῦν βασιλέων μικροδοσίας, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων μικροληψίας. (5) Ἐὰν μὲν οἱ βασιλεῖς τέτταρα καὶ πέντε προῖεμένοι τάλαντα δοκῶσι τι ποιεῖν μέγα, καὶ ζητῶσι τὴν αὐτὴν ὑπάρχειν αὐτοῖς εὐνοίαν καὶ τιμὴν παρὰ τῶν Ἑλλήνων, ἣν οἱ πρὸ τοῦ βασιλεῖς εἶχον· (7) αἶ τε πόλεις, λαμβάνουσαι πρὸ ὀφθαλμῶν τὸ μέγεθος τῶν πρότερον δωρεῶν, μὴ λανθάνωσιν ἐπὶ μικροῖς καὶ τοῖς τυχοῦσι νῦν τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας προῖεμεναι τιμὰς. (8) Ἄλλα πειρῶνται τὸ κατ' ἄξιν ἐκάστοις τηρεῖν, ὅσῳ πλείστον διαφέρουσιν Ἑλληνες τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.

XCI. Ἄρτι δὲ τῆς θερινῆς ὥρας ἐνισταμένης, καὶ στρατηγούντος Ἀγῆτα μὲν τῶν Αἰτωλῶν, Ἀράτου δὲ παρεληφτός· τὴν τῶν Ἀχαιῶν στρατηγίαν (ἀπὸ γὰρ τούτων ἐποιήσαμεθα τοῦ Συμμαχικοῦ πολέμου τὴν ἐκτροπὴν), Λυκούργος μὲν δὲ Σπαρτιάτης ἐπανῆκε πάλιν ἐξ Αἰτωλίας. (2) Οἱ γὰρ Ἐφοροί, ψευδῆ τὴν διαβολὴν εὐρόντες, δι' ἣν ἔφυγε, μετεπέμποντο καὶ μετεκάλουν αὐθὺς τὸν Λυκούργον. (3) Οὗτος μὲν οὖν ἐτάττετο πρὸς Πυρρίαν τὸν Αἰτωλῶν, δὲ ἐτύγγανε τότε παρὰ τοῖς Ἥλείοις στρατηγὸς ὢν, περὶ τῆς εἰς τὴν Μεσσηνίαν

lenta quatuordecim per annos singulos. (4) Ad hæc, in sumtus ludorum et sacrorum, frumenti artabum millia duodecim : item ad annonam decem trirremium, vicies mille artabas. (5) Quorum omnium pleraque statim dedit : pecuniæ vero totius partem tertiam. (6) Similiter Antigonus, trabes cubitorum seniorum denorum et deinceps, ad octonos usque cubitos, quæ palorum vel publicarum usum præstarent, decies mille : trabes transversarias septenorum cubitorum, quinquies mille : ferri, tria millia talenta : picis, mille talenta : crudæ picis, metretas mille : argenti insuper pollicitus est talenta centum. (7) Chryseis, uxor ejus, mensuras frumenti centies mille : plumbi tria millia pondo. (8) Seleucus, pater Antiochi, præter immunitatem Rhodiis concessam, qui in ditionem ipsius navibus appellerent; præter quinqueremes instructas decem, et mensurarum frumenti ducenta millia; (9) hoc amplius, materiæ, resinæ, et crinis, decem millia cubitorum, et talenta millena.

XC. Similia his Prusias et Mithridates, et qui tempestate illa per Asiam rerum potiebantur dynastæ; Lysaniam dico, Olympichum, Limnæum. (2) Civitatem vero, quæ Rhodiorum casum pro suis quæque viribus sublevarunt, viri numerum facile aliquis ineat. (3) Ut si tempus species, a quo cœpit urbs illorum instaurari, ingens subeat admiratio, qui tam brevi spatio sive privatæ sive publicæ illorum operis eo creverint : (4) sin autem loci opportunitatem cogites, et rerum copiam ab exteris collatarum, ne quid ei deesset quo minus beata foret civitas, desinas mirari : ac propemodum censeas, minus, quam par erat, res ipsorum florere. (5) Atque hæc dicta nobis sunt, cum ut Rhodiorum in publicis institutis magnificentiam declarem : digni enim sunt, quos laudent atque æmulentur omnes : tum etiam ut reges intelligant, quam sint hodie tennes ipsorum largitiones ; et populi ac civitates, quam exigua sint, quæ ab illis accipiunt ; (6) quo neque reges, ubi quatuor aut quinque talenta profuderint, magnum aliquid se præstitisse putent, paremque sibi benevolentiam atque honorem a Græcis haberi postulent, atque antiquis regibus haberi solitas est : (7) et civitates, veterum largitionum magnitudinem ob oculos sibi ponentes, pro parvis et vilibus beneficiis maximos honores per imprudentiam ne rependant, (8) sed memores, longe præstare ceteris mortalibus Græcos, pro meritis suis unumquemque honorare studeant.

XCI. Ineuntejam æstate, prætoræ Ætolorum Agata, quam Aratus senior Achæorum præturam inisset (in eo enim eramus, cum a sociali bello deflexit oratio), Lycurgus Spartanus ex Ætolia patriam repetiit. (2) Ephori enim, comperto falsam esse criminationem, cujus causa exilio fuerat affectus, miserant qui illum accirent ac revocarent. (3) Hic igitur cum Pyrrhia Ætolo, qui apud Eleos prætor tunc erat, de faciendi in fines Messeniorum impressione, tractabat.

εἰσβολῆς. (4) Ἄρατος δὲ παρειλήφει τό τε ξενικὸν τὸ τῶν Ἀχαιῶν κατεφθαρμένον, τὰς τε πόλεις ὀλιγώρως διακειμένας πρὸς τὰς εἰς τοῦτο τὸ μέρος εἰσφοράς διὰ τὸ τὸν πρὸ αὐτοῦ στρατηγὸν Ἐπέρητον, ὡς ἐπάνω προείπον, κακῶς καὶ βραθύμως κεχρησθαι τοῖς κοινοῖς πράγμασιν. (5) Οὐ μὲν ἀλλὰ παρακαλέσας τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ λαβὼν δόγμα περὶ τούτων, ἐνεργὸς ἐγένετο περὶ τὴν τοῦ πολέμου παρασκευήν. (6) Ἦν δὲ τὰ δεξάντα τοῖς Ἀχαιοῖς ταῦτα· Πεζοὺς μὲν τρέφειν μισθοφόρους ὀκτακισχιλίους, ἵππεις δὲ πεντακισίους τῶν δ' Ἀχαιῶν ἐπιλέκτους, πεζοὺς μὲν τρισχιλίους, ἵππεις δὲ τριακισίους. (7) Εἶναι δὲ τούτων Μεγαλοπολίτας μὲν χαλκᾶσπιδας, πεζοὺς μὲν πεντακισίους, ἵππεις δὲ πεντήκοντα· καὶ τοὺς ἴσους Ἀργεῖων. (8) Ἔδοξε δὲ καὶ ναῦς πλεῖν, τρεῖς μὲν περὶ τὴν Ἀκτὴν καὶ τὸν Ἀργολικὸν κόλπον, τρεῖς δὲ κατὰ Πάτρας καὶ Δύμην καὶ τὴν ταύτη θάλατταν.

XCII. Ἄρατος μὲν οὖν ταῦτ' ἐπραττε, καὶ ταύτας ἐξήρτυε τὰς παρασκευάς. (1) Ὁ δὲ Λυκούργος καὶ Πυρρίδας, διαπεμφάμενοι πρὸς ἀλλήλους, ἵνα ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ποιήσωνται τὴν ἐξοδὸν, προῆγον εἰς τὴν Μεσσηνίαν. (2) Ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ἀχαιῶν, συνελθὼν τὴν ἐπιβολὴν αὐτῶν, ἦκεν ἔχων τοὺς μισθοφόρους καὶ τινας τῶν ἐπιλέκτων, εἰς τὴν Μεγάλην πόλιν, παραβοηθήσων τοῖς Μεσσηνίοις. (3) Λυκούργος δ', ἐξορμήσας, τὰς μὲν Καλάμας, χωρίον αἱ τῶν Μεσσηνίων, προδοσίᾳ κατέσχε· μετὰ δὲ ταῦτα προῆγε, σπεύδων συμμαχεῖν τοῖς Αἰτωλοῖς. (4) Ὁ δὲ Πυρρίδας, παντελῶς ἐλαφρὸς ἐξελθὼν ἐκ τῆς Ἡλίδος, καὶ κατὰ τὴν εἰσβολὴν τὴν εἰς Μεσσηνίαν εὐθὺς καλυθεὶς ὑπὸ τῶν Κυπαρισσέων, ἀνέστρεψε. (5) Διόπερ ὁ Λυκούργος, οὕτε συμμαχεῖν δυνάμενος τοῖς περὶ τὸν Πυρρίαν, οὕτ' αὐτὸς ἐξόχρως ἐπάρχων, ἐπὶ βραχὺ προσβολὰς ποιησάμενος πρὸς τὴν ἐνδεῖαν, ἐπρακτο αὐθὺς εἰς τὴν Σπάρτην ἀπηλλάγη. (6) Ἄρατος δὲ, διαπισύσας τοῖς πολεμίοις τῆς ἐπιβολῆς, τὸ κατὰ λόγον ποιῶν, καὶ προνοούμενος τοῦ μέλλοντος, συνετάξατο πρὸς τὰ Ταυρίωνα, παρασκευάζειν ἵππεις πεντήκοντα καὶ πεζοὺς πεντακισίους, καὶ πρὸς Μεσσηνίους, ἵνα τοὺς ἴσους τούτοις ἵππεις ἐξαποστείλωσι καὶ πεζοὺς. (7) βουλόμενος τούτους μὲν τοῖς ἀνδράσι παραφυλάττεσθαι τὴν τε τῶν Μεσσηνίων χώραν, καὶ Μεγαλοπολιτῶν, καὶ Τεγεατῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἀργεῶν. (8) (αὐταὶ γὰρ αἱ χώραι, συντερμονοῦσαι τῇ Λακωνικῇ, πρόκεινται τῶν ἄλλων Πελοποννησίων πρὸς τὸν ἐπὶ Λακεδαιμονίων πόλεμον.) (9) τοῖς δ' Ἀχαιοῖς ἐπιλέκτοις καὶ μισθοφόροις, τὰ πρὸς τὴν Ἡλείαν καὶ τὴν Αἰτωλίαν ἐστραμμένα μέρη τῆς Ἀχαΐας τηρεῖν.

XCIII. Ταῦτα δὲ ἀρμολύμενος, διέλυε τοὺς Μεγαλοπολίτας πρὸς αὐτοὺς, κατὰ τὸ τῶν Ἀχαιῶν δόγμα. (1) Συνέβαινε γὰρ τούτους, προσφάτως ὑπὸ Κλεομένους ἐπτακισίας τῇ πατρίδι, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἐκ θεμελίων ἐσφαλμένους, πολλῶν μὲν ἐπιδείσθαι, πάντων δὲ σπανίζειν. (2) Τοῖς μὲν γὰρ φρονήμασιν ἔμμενον, ταῖς

(4) Aratus vero et peregrinum militem licentia corruptum acceperat, et urbes invenerat conferendæ in eam rem pecunias parum studiosas; quoniam qui ante eum præturam gesserat Eperatus, de quo supra dictum, rempublicam male atque ignave gesserat. (5) Verumtamen, ubi Achæos fuisset cohortatus, et super ea re decretum ab iis abstulisset, in curam apparandi belli strenue cepit incumbere. (6) Erant autem Achæis decreta hæc: Peditum mercede conductorum octo millia esse alenda, equites quingentos: ex Achæica pube delectum esse habendum, peditum ter mille, equitum trecentorum. (7) Ad quem numerum conficiendum Megalopolitanos chalcaspidas (hi a clypeo æneo quem gestabant sic dicti), pedites quidem quingentos, equites vero quinquaginta, conscribere jubebant: Argivos totidem. (8) Decretum etiam est, ut naves in mare mitterentur: tres, quæ circa Actam et Argolicum sinum versarentur; tres aliæ, circa Patras, Dymen, et ejus tractus mare.

XCII. Dum in his erat Aratus, et hæc ad bellum præsidia comparabat, (2) Lycurgus et Pyrrhias, per internuntios tempore, quo simul uterque exiret, constituto, in Messeniam ducunt. (3) Quo de consilio factus certior Achæorum prætor, cum mercenariis et delectorum manu, ad ferendam Messeniam opem ad Megalopolim accurrit. (4) Jam Lycurgus quidem, Sparta profectus cum copiis, Calamas castellum Messeniorum proditione cepit: deinde jungi cum Ætolis cupiens, iter continuat. (5) At Pyrrhias, quum numerum oppido exiguum ex Elide eduxisset, aditu primo in Messeniorum fines a Cyparissensibus prohibitus, domum rediit. (6) Idcirco Lycurgus, qui conjungere se Pyrrhiae nequibat, neque porro solus par erat incepto, [Andaniam] aliquantisper oppugnare conatus, re infecta Spartam est reversus. (7) Postea vero quam depulsi a conatis suis hostes fuissent, Aratus de futuro, uti par erat, sollicitus, cum Taurione egit, ut equites quinquaginta, pedites quingentos pararet, et cum Messeniis, ut totidem et equites et pedites submitterent; (8) habens in animo, istis quidem copiis fines Messeniorum, Megalopolitanorum, Tegeatarum et Argivorum propugnare. (9) Horum enim populorum agri, quum sint Laconicæ finitimi, quoties reliquis Peloponnesiis bellum inferitur a Lacedæmonis, primi omnium impetum illorum excipiunt. (10) Delectis vero Achæorum et mercenariis, partes illas Achæas, quæ in Eleam et Ætoliam vergunt, protegere constituit.

XCIII. Quibus ita dispositis, ex Achæorum decreto Megalopolitanorum mutuas inter se dissensiones composuit. (2) Megalopolitani enim, recens a Cleomene patria privati, et, quod aiunt, funditus eversi, multis rebus carebant, omnium rerum penuria laborabant. (3) Et animis quidem ac spiritibus fidem manebant; ad faciendos vero sumtus, et

δὲ χορηγίαις καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν πρὸς πᾶν ἀδυνάτως εἶχον. (4) Διόπερ ἦν ἀμφισθητήσεως, φιλοτιμίας, ὀργῆς τῆς ἐν ἀλλήλοις, πάντα πλήρη. Τούτο γὰρ δὴ φιλεῖ γίνεσθαι, καὶ περὶ τὰ κοινὰ πράγματα, καὶ περὶ τοὺς κατ' ἰδίαν βίους, ὅταν ἐλλίπωσιν αἱ χορηγίαι τὰς ἐκάστων ἐπιβολάς. (5) Πρῶτον μὲν οὖν ἡμφισθήτουν ὑπὲρ τοῦ τειγισμοῦ τῆς πόλεως, φάσκοντες, οἱ μὲν, συνάγειν αὐτὴν δεῖν, καὶ ποιεῖν τηλικαύτην, ἡλικὴν καὶ τειγίζειν ἐπιβαλλόμενοι καθίζονται, καὶ φυλάττειν κείρου περιστάντος δυνήσονται· καὶ γὰρ οὖν παρὰ τὸ μέγεθος αὐτῆς καὶ τὴν ἐρημίαν ἐσφάλλαι. (6) Πρὸς δὲ τούτοις, εἰσφέρειν ὄνον δεῖν τοὺς κτηματικούς τὸ τρίτον μέρος τῆς γῆς εἰς τὴν τῶν προλαμβανόμενων οἰκητόρων ἀναπλήρωσιν. (7) Οἱ δ' οὔτε τὴν πόλιν ἐλάττω ποιεῖν ὑπέμενον, οὔτε τὸ τρίτον τῶν κτήσεων εὐδοκοῦν εἰσφέρειν μέρος. (8) Μάλιστα [δὲ περὶ] τῶν νόμων ὑπὸ Πρυτανίδος γεγραμμένων πρὸς ἀλλήλους ἐφιλονεῖκου, ὃν ἔδωκε μὲν αὐτοῖς νομοθέτην Ἀντίγονος· ἦν δὲ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου καὶ ταύτης τῆς αἰρέσεως. (9) Τοιαύτης δ' οὐσης τῆς ἀμφισθητήσεως, ποιησάμενος Ἄρατος τὴν ἐνδεχομένην ἐπιστροφὴν, κατέπαυσε τὴν φιλοτιμίαν αὐτῶν. (10) Ἐφ' οἷς δ' ἔληξαν τῆς πρὸς ἀλλήλους διαφορᾶς, γράψαντες εἰς στήλην, παρὰ τὸν τῆς Ἑστίας ἀνέθησαν βωμὸν ἐν Ὀμαρίῳ.

XCIV. Μετὰ δὲ τὰς διαλύσεις ταύτας ἀναζεύξας, αὐτὸς μὲν ἦκε πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον, τοὺς δὲ μισθοφόρους συνέστησε Λύκῳ τῷ Φαραίῃ, διὰ τὸ τοῦτον ὑποστράτηγον εἶναι τότε τῆς συντελείας τῆς πατρικῆς. (2) Οἱ δ' Ἥλειοι, δυσαρεστούμενοι τῷ Πυρρίᾳ, πάλιν ἐπεσπάσαντο στρατηγὸν παρὰ τῶν Αἰτωλῶν Εὐριπίδαν. (3) Ὃς, τηρήσας τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον, καὶ παραλαβὼν ἱπτεῖς μὲν ἐξήκοντα, πεζοὺς δὲ δισχιλίους, ἐξώδευσε, καὶ διελθὼν διὰ τῆς Φαραϊκῆς, κατέδραμε τὴν χώραν, ἕως τῆς Αἰγιάδος. (4) Περιελασάμενος δὲ λείαν ἱκανὴν, ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν ὡς ἐπὶ Λεόντιον. (5) Οἱ δὲ περὶ τὸν Λύκον, συνέντες τὸ γεγονός, ἐβόηθον κατὰ σπουδὴν. Συνάψαντες δὲ τοῖς πολεμίοις, καὶ συμμίζαντες ἐξ ἐφόδου, κατέβαλον μὲν αὐτῶν εἰς τετρακοσίους, ζωγρεῖα δ' ἔλαβον εἰς διακοσίους. (6) ἐν οἷς ἦσαν ἐπιφανεῖς ἄνδρες, Φυσσίας, Ἀνάνωρ, Κλέαρχος, Ἀνδρόλοχος, Εὐανορίδας, Ἀριστογείτων, Νικάσιππος, Ἀσπασίος. Τῶν δ' ἐπ' αὐτῶν καὶ τῆς ἀποσκευῆς ἐκυρίευσαν πάσης. (7) Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ὁ τῶν Ἀχαιῶν ναύαρχος, ἐξοδεύσας εἰς Μολυκρίαν, ἦκεν ἔξω οὐ πολλὴν λείποντα τῶν ἐκατὸν σωματίων. (8) Αὐτὸς δ' ὑποστρέψας, ἐπλευσε πρὸς Χάλκειαν· τῶν δ' ἐκδοθησάντων, ἐκυρίευσεν δύο μακρῶν πλοίων αὐτάνδρων· ἔλαβε δὲ καὶ κέλητα περὶ τὸ Πῖον Αἰτωλικόν, ὁμοῦ τῷ πληρώματι. (9) Συνδραμόντων δὲ τῶν τε κατὰ γῆν καὶ τῶν κατὰ θάλατταν λαφύρων περὶ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, καὶ συναχθείσης ἀπὸ τούτων προσόδου καὶ χορηγίας ἱκανῆς, ἐγένετο τοῖς τε στρατιώταις θάσρος ὑπὲρ τῆς τῶν ὀφωνίων κο-

publice, et privatim, facultatibus omnibus erant nudati. (4) Propterea jurgio, contentione, ira inter ipsos plena erant omnia : sicut fieri fere solet cum in republica, tum in privatorem vita, quoties desunt opes atque subsidia ad destinata. (5) Jam primum de moenium structura inter se dissidebant : dicentibus aliis, contrahendam urbem esse, ejusque magnitudinis efficiendam, ut, si moenibus eam cingere aggredierentur, perficere quod instituissent valerent, et, si quis incidisset casus, tueri illam possent : nam et, quod urbe nunc careant, ab hoste diruta, ejus rei causam existisse manium vastum ambitum, et coletium infrequentiam. (6) Ad hæc postulabant, ut divites, qui fundos possiderent, tertiam fundorum suorum partem conferrent in supplementum novorum civium. (7) Alii contra neque pomeria urbis minui sustinebant, neque de collatione tertie partis possessionum suarum consentiebant. (8) Maxime vero inter se de legibus contendebant a Prytanide scriptis, quem legistatorem eis dederat Antigonus ; virum illustrem inter Peripateticos, quorum disciplinæ deditus erat. (9) Quum igitur ita inter se Megalopolitani dissiderent, Aratus, sanatis quantæ maxima cura potuit civium animis, omnem ex civitate contentiorem sustulit. (10) Condiciones autem, quibus pax convenit, columnæ inscriptas, ad Vestæ aram Homarii [in Jovis Homagyrii templo?] posuerunt.

XCIV. Hac conciliata concordia, castra movet Aratus, et ipse quidem ad conventum Achæorum se confert : mercenarios vero Lyco Pharæensi tradit, qui pro prætore tunc ditioni præerat, patrie ipsius contributæ. (2) Elei vero, quum displiceret ipsis Pyrrhiæ, alium denuo ducem ab Ætolis acciverunt, Euripidam. (3) Qui observato conventus Achæici tempore, assumtis equitibus sexaginta, peditibus bis mille, copias eduxit : e Pharæensium agros transgressus, populabundus quoquo versum duxit agmen usque ad fines Ægiensium : (4) deinde magnam abigens prædā, Leontium se recepit. (5) Lycus, re cognita, ad resistendum accurrit : ac mox hostem consecutus, repenteque cum eo congressus, quadringentos eorum occidit, ducentos in potestatem vivos redegit ; (6) in quibus præcipuæ dignationis erant Physias, Antanor, Clearchus, Evanoridas, Aristogiton, Nicasippus, Aspasius : armis item atque omnibus impedimentis sunt potiti. (7) Eodem quoque tempore, qui Achæorum navibus præerat, Molycriam profectus, captivos inde paulo minus centum abduxit. Inde reversus, Chalceam infestus petit : (8) et quum prodiiissent contra eum Chalcienses, duas naves longas cum viris ipsis cepit ; cepitque et celocem circa Rhium Ætolium, una cum defensoribus remigibusque. (9) Ita quum circa idem tempus terra marique partæ manibus concurrerent, essetque ex iis pecunia et commeatus non mediocris redactus, inceptum milites de præstando sibi stipendio jam confidere, et civitates quoque in spem sunt

μῆτς, ταῖς τε πόλεσιν ἐλπίς ὑπὲρ τοῦ μὴ βαρυνθῆσθαι ταῖς εἰσφοραῖς.

XCV. Ἄμα δὲ τοῖς προειρημένοις, Σκερδिलाΐδας, νομίζων ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀδικεῖσθαι, διὰ τό τινα τῶν χρημάτων ἐλλείπειν αὐτῷ τῶν κατὰ τὰς συντάξεις ὁμολογηθέντων, ἃς ἐποίησας πρὸς Φίλιππον, ἐξαπέστειλε λέμβους πεντεκαίδεκα, μετὰ δόλου ποιούμενος τὴν ἐπιβολὴν τῆς κομιδῆς τῶν χρημάτων. (2) Οἱ καὶ κατέπλευσαν εἰς Λευκάδα, πάντων αὐτοῦς ὡς φίλους προσδεχομένων, διὰ τὴν γεγενημένην κοινοπραγίαν. (3) Ἄλλο μὲν οὖν οὐκ ἐφθασαν οὐδὲν ἐργάσασθαι κακόν, οὐδ' ἐδυνήθησαν Ἀγαθύνῳ δὲ καὶ Κασσάνδρῳ, τοῖς Κορινθίοις, ἐπιπλέουσι ταῖς Ταυρίωνος ναυσί, καὶ συγκαθορμισθεῖσιν ὡς φίλοις μετὰ τεττάρων πλοίων, παρασπονδήσαντες ἐπέθεντο, καὶ συλλαβόντες αὐτούς τε καὶ τὰ πλοῖα, πρὸς Σκερδिलाΐδαν ἀπέπεμψαν. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα ποιησάμενοι τὴν ἀναγωγὴν ἐκ τῆς Λευκάδος, καὶ πλεύσαντες ὡς ἐπὶ Μαλέας, ἐλίζοντο καὶ κατῆγον τοὺς ἐμπορούς. (5) Ἦδη δὲ τοῦ θεριμοῦ συνάπτοντος, καὶ τῶν περὶ τὸν Ταυρίωνα κατολιγυρόντων τῆς τῶν ἄρτι βηθαισῶν πόλεων προφυλαχῆς, Ἄρατος μὲν ἔχων τοὺς ἐπιλέκτους, ἐφῆδρευε τῇ τοῦ σίτου κομιδῇ περὶ τὴν Ἀργεῖαν· (6) Εὐριπίδας δὲ, τοὺς Αἰτωλοὺς ἔχων, ἐξώδευσε, βουλόμενος κατασῦραι τὴν τῶν Τριταίων γῶραν. (7) Οἱ δὲ περὶ Λύκον, καὶ Δημόδοκον, τὸν τῶν Ἀχαιῶν ἱπάρχη, συνέντες τὴν ἐκ τῆς Ἥλιδος τῶν Αἰτωλῶν ἔξοδον, ἐπισυναγαγόντες τοὺς Δυμαίους καὶ τοὺς Πατραίεις καὶ Φαραίεις, σὺν δὲ τούτοις ἔχοντες τοὺς μισθοφόρους, ἐνέβαλον εἰς τὴν Ἥλειαν. (8) Παραγενόμενοι δ' ἐπὶ τὸ Φύζιον καλούμενον, τοὺς μὲν εὐζώνους καὶ τοὺς ἱππεῖς ἀφῆκαν εἰς τὴν καταδρομὴν· τὰ δὲ βαρέα τῶν ὅπλων ἔκρυψαν περὶ τὸν προειρημένον τόπον. (9) Ἐκδοθησάντων δὲ πανδημεί τῶν Ἥλειων ἐπὶ τοὺς κατατρέχοντας, καὶ προσκαίμενων τοῖς ἀποχωροῦσιν ἐξαναστάντες οἱ περὶ τὸν Λύκον, ἐπέθεντο τοῖς προπεπτωκόσι. (10) Τῶν δ' Ἥλειων οὐ δεξαμένων τὴν ὁρμὴν, ἀλλ' ἐξ ἐπιφανείας τραπέντων, ἀπέκτειναν μὲν αὐτῶν εἰς διακοσίους, ζωγρεῖα δ' ἔλαβον ὀγδοήκοντα· συνεκόμισαν δὲ καὶ τὴν περιελαθεῖσαν λεῖαν ἀσφαλῶς. (11) Ἄμα δὲ τούτοις, ὁ ναύαρχος τῶν Ἀχαιῶν, ποιησάμενος ἀποβάσεις πλεονάκεις εἰς τε τὴν Καλυδωνίαν καὶ Ναυπακτίαν, τῇ τε γῶραν κατέσυρε καὶ τὴν βοήθειαν αὐτῶν συνέτριψε δῖς. (12) Ἐλαβε δὲ καὶ Κλεόνικον, τὸν Ναυπάκτιον· ἔς, διὰ τὸ πρόξενος ὑπάρχειν τῶν Ἀχαιῶν, παραυτὰ μὲν οὐκ ἐπράθη, μετὰ δὲ τινα χρόνον ἀφείθη χωρὶς λύτρων.

XCVI. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, Ἀγήτας, ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγός, συναγαγὼν πανδημεί τοὺς Αἰτωλοὺς, ἐληλάτησε μὲν τὴν τῶν Ἀκαρνάνων γῶραν, ἐπεπορεύθη δὲ πορθῶν πᾶσαν ἀδελῶς τὴν Ἠπειρον. (2) Οὗτος μὲν οὖν, ταῦτα πράξας, ἐπανελθὼν εἰσαφῆκε τοὺς Αἰτωλοὺς ἐπὶ τὰς πόλεις. (3) Οἱ δ' Ἀκαρνᾶνες, ἀντεμβαλόντες εἰς τὴν Στρατικὴν, καὶ

adductæ, non amplius gravatum se iri conferendarum pecuniarum onere.

XCV. Dum ista agebantur, Scerdilaidas, injuriam sibi a Philippo factam ratus, quod reliqua nonnulla pecuniæ, quæ ex pacto cum rege inito sibi debebatur, non accepisset, lembos quindecim emisit, debitum sibi stipendium dolo recipere molliens. (2) Il lembi Leucadem primum appulsi, quum propter prioris temporis societatem tamquam amici ab omnibus essent admissi, (3) nihil illi quidem mali aliud cuiquam fecerunt (neque enim per tempus potuerunt); tantum Agathyno et Cassandro Corinthiis, qui Taurionis navibus eodem venerant, jamque navigia sua quatuor haud procul ab Illyricis, tamquam amicis in portu collocaverant, violato fœdere insidias struunt; captosque ipsos cum navigiis ad Scerdilaidam mittunt. (4) Deinde, relicta Leucade, versus Maleam navigant, prædas undique agentes, et mercatores captivos abducentes. (5) Appetente autem messis tempore, quum civitatibus illis, de quibus ante dictum est, nihil quidquam præsidii afferre curaret Taurio, Aratus quidem cum Achæorum delectis securitatem metentibus Argivis præstabat. (6) Euripidas vero suos Ætolos ad vastandos Tritæensium agros educit. (7) At Lycus, et Demodocus equitum Achæorum præfectus, cognito Ætolos ex Elide in expeditionem esse eductos, coactis præter mercenarios, quos habebant, Dymæis, Patræensibus, et Pharæensibus, in Eleam impressionem fecerunt. (8) Ut ad Phyxium est ventum (id loci nomen), expeditis et equitibus ad incurandam regionem dimissis, gravis armaturæ militem eo quem diximus loco occultant. (9) Deinde quum universus Eleorum populus in eos exhiberet qui fines depopulabantur, et ipsos pedem referentes insequerentur, Lycus, ex insidiis coorians, Eleos longius progressos invadit. (10) Quibus illorum impetum non sustinentibus, sed ad primum conspectum fugientibus, Achæi ducentos admodum eorum occiderunt, vivos ceperunt octoginta, prædamque ex omni agro abactam tuto converrunt. (11) Simul qui navibus Achæorum præerat, excensione sæpius facta in oras Calydoniorum et Naupactiorum, quum ferret cuncta passim atque ageret, auxilia ipsorum bis fudit. (12) Cepit et Cleonicum Naupactium: qui, quod publicus Achæorum hospes erat, neque statim captus fuit venundatus, et aliquanto post sine pretio est dimissus.

XCVI. Per idem tempus Agetas, prætor Ætolorum, ex universo populo exercitum conscripsit, et, ubi ex Acarnania prædas egisset, Epirum totam populabundus incurravit. (2) Quo facto, domum reversus, Ætolos in suam quemque urbem dimisit. (3) Acarnanes, vice versa, in Strati fines irrumpere: ubi panico terrore correpti, turpiter

πανικῶ περιπεσόντες, αἰσχυρῶς μὲν, ἀδολαῶς γε μὴν ἐπανήλθον· οὐ τολμησάντων αὐτοὺς ἐπιδιώξαι τῶν ἐκ τοῦ Στράτου, διὰ τὸ νομίζειν ἐνέδρας ἔνεκα ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν. (4) Ἐγένετο δὲ καὶ περὶ Φανοτεῖς παλιμυροδοσία, τοιόνδε τινὰ τρόπον. Ἀλέξανδρος, ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς Φωκίδος ὑπὸ Φιλίππου, συνεστήσατο πρᾶξιν ἐπὶ τοὺς Αἰτωλοὺς διὰ τινος Ἰάσονος, ὃς ἐτύγγανεν ὑπ' αὐτοῦ τεταγμένος ἐπὶ τῆς τῶν Φανωτῶν πόλεως. (5) Ὅς, διαπεμφάμενος πρὸς Ἀγήταν, τὸν τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸν, ὠμολόγησε τὴν ἄκραν αὐτοῖς παραδῶσειν τὴν ἐν τοῖς Φανοτεῦσι· καὶ περὶ τούτων ὅρκους ἐποιήσατο καὶ συνθήκας. (6) Παραγενομένης δὲ τῆς ταχθείσης ἡμέρας, ὁ μὲν Ἀγήτας ἦκεν ἔχων τοὺς Αἰτωλοὺς νυκτὸς πρὸς τοὺς Φανοτεῖς. Καὶ τοὺς μὲν λοιποὺς ἐν ἀποστήματι κρύψας, ἔμεινε· τοὺς δ' ἐπιτηδειοτάτους ἑκατὸν ἐπιλέξας, ἀπέστειλε πρὸς τὴν ἄκραν. (7) Ὁ δ' Ἰάσων τὸν μὲν Ἀλέξανδρον ἔτοιμον εἶχε μετὰ στρατιωτῶν ἐν τῇ πόλει· τοὺς δὲ νεανίσκους παραλαβὼν κατὰ τοὺς ὅρκους, εἰσήγαγε πάντας εἰς τὴν ἀκρόπολιν. (8) Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον εὐθέως ἐπισπευσάντων, οἱ μὲν ἐπιλαττοὶ τῶν Αἰτωλῶν ἐάλωσαν· ὁ δ' Ἀγήτας, ἐπιγενομένης τῆς ἡμέρας, συνελθὼν τὸ γεγονός, αὐθις ἐπανῆγε τὴν δύναμιν, οὐκ ἀνοικέτω πρᾶγματι περὶπεπτωκόσι τοῖς πολλᾶκις ὑφ' αὐτοῦ πραττομένοις.

XCVII. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Φιλίππος ὁ βασιλεὺς κατελάβετο Βυλάζωρα, μεγίστην οὖσαν πόλιν τῆς Παιονίας, καὶ λίαν εὐκαιρῶς κειμένην πρὸς τὰς εἰσβολὰς τὰς ἀπὸ τῆς Δαρδανικῆς εἰς Μακεδονίαν· ὥστε διὰ τῆς πράξεως ταύτης σχεδὸν ἀπολελυθῆναι τοῦ φόβου τοῦ κατὰ Δαρδανίους. (2) Οὐ γὰρ ἔτι ῥᾶδιον ἦν αὐτοῖς ἐμβαλεῖν εἰς Μακεδονίαν, κρατοῦντος Φιλίππου τῶν εἰσόδων διὰ τῆς προειρημένης πόλεως. (3) Ἀσφαλισάμενος δὲ ταύτην, Χρυσόγονον μὲν ἐξαπέστειλε κατὰ σπουδὴν, ἐπισυναζόντα τοὺς ἀνὰ Μακεδόνας. (4) Αὐτὸς δὲ, παραλαβὼν τοὺς ἐκ τῆς Βοττίας καὶ τῆς Ἀμφαξιτίδος, ἦκεν ἔχων εἰς Ἑδεσσαν· προσδεξάμενος δ' ἐνταῦθα τοὺς μετὰ Χρυσογόνου Μακεδόνας, ἐξώρμησε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, καὶ παρῆν ἑκταῖος εἰς Λάρισσαν. (5) Κατὰ δὲ τὸ συνεχές ἐνεργῶν νυκτοπορίᾳ χρησάμενος, ὑπὸ τὴν ἐωθινὴν ἦκε πρὸς Μελιταιάν· καὶ προσθεὶς τὰς κλιμακίδας τοῖς τεύχεσι, κατεπείραζε τῆς πόλεως. (6) Τῷ μὲν οὖν αἰφνιδίῳ καὶ παραδόξῳ κατεπλήξατο τοὺς Μελιταιεῖς, ὥστε ῥαδίως ἀν' κρατῆσαι τῆς πόλεως· τῷ δὲ παρὰ πολὺ γενέσθαι τὰς κλιμακὰς ἐλάττους τῆς χρείας, διαφύσθη τῆς πράξεως.

XCVIII. Ἐν ᾧ δὲ γένει μάλιστα ἂν τις ἐπιτιμήσειε τοῖς ἡγουμένοις. (2) Εἰ τε γὰρ τινες, μηδεμίαν πρόνοιαν ποιησάμενοι, μὴδ' ἐκμετρησάμενοι τεύχεα, χρημύνας, ἕτερα τῶν τοιούτων, δι' ὧν ἐπιβάλλονται ποιεῖσθαι τὴν εἰσόδον, αὐτόθεν ἀσκέπτως παραγίγνονται, πόλιν καταληφόμενοι· τίς οὐκ ἂν τοῖς τοιούτοις ἐπιτιμήσειεν; (3) εἰ τ' ἐκμετρησάμενοι τὸ καθ' αὐτοὺς, κάπειτα τὴν

quidem, sed sine damno redierunt : non audentibus oppidanis eos persequi, quum insidiandi animo fugere illos suspicarentur. (4) Fuit etiam in Phanotensium urbe falsa quædam et simulata proditio instituta, hoc fere modo. Alexander, quem Philippus Phocidi præfecerat, dolum molitus est in Ætolos, opera Iasonis cujusdam utens, qui jussu ipsius Phanotensium oppido præerat. (5) Hic, missis ad Agetam Ætolorum prætorem internuntiis, arcem Phanotensium se ei traditurum pollicetur : eamque pactiōnem jurejurando firmat. (6) Ubi constitutus dies advenit, adest noctu Agetas cum Ætolis ad urbem Phanotensium : deinde ex omni numero centum deligit incepto maxime idoneos, et ad arcem mittit : ipse reliquos modico spatio interjecto occultat, ibique manet. (7) Iaso, cui præsto erat in urbe Alexander cum militibus, ex pacto Ætolos juvenes in arcem introducit. (8) Eodem vero irruente mox Alexandro cum suis, delecti Ætolorum capti sunt. Agetas, die orto ut rem cognovit, domum reducit exercitum : casu ictus non dissimili iis dolis, quibus ipse persæpe utebatur.

XCVII. Atque hæc dum in Græcia aguntur, Philippus rex Bylazora, totius Pæoniæ urbem maximam, occupat : quæ ita opportune imminet illis locis per quos e Dardania aditur Macedonia, ut ea capta, omni propemodum metu de Dardaniis liberaretur. (2) Non enim facile jam illis erat Macedoniam invadere, postquam Philippus, id oppidum tenens, cunctos aditus in potestate habebat. (3) In hanc urbem presidio inducto, Chrysogonum rex celeriter misit ad novas copias e superiore Macedonia adducendas. (4) Ipse cum ea manu quam e Bottia [Bottia?] et Amphaxitide coegerat, Edessam venit : ubi assumptis Macedonibus quos Chrysogonus adduxerat, cum universo profectus exercitu, sextis castris venit Larissam. (5) Continuo inde itinere, ac ne noctibus quidem intermisso, sub lucem Melitæam pervenit, admotisque ad moenia scalulis urbem tentavit. (6) Melitæenses repentinum et inopinatum malum adeo percussit, ut facile capi urbs potuerit : sed quia breviores multo, quam oportebat, scalæ sunt repertæ, conatus frustra fuit.

XCVIII. Quo in genere, si ulla in re, culpandum est ducum peccatum. (2) Qui sive, parum provisais rebus, neque muros et prærupta loca, et id genus alia, per quæ irruptionem parant facere, dimensi, temere atque inconsiderate ad capiendam urbem accesserint ; quis hanc eorundem illorum non damnet ? (3) sive mensuram quidem ipsi ceperunt, sed confectionem scalarum, et similitum

κατασκευὴν τῶν κλιμάκων καὶ καθόλου τῶν τοιούτων ὀργάνων, ἃ, μικρὰν ἔχοντα τὴν ἀσχολίαν, ἐν μεγάλῳ δίδωσι τὴν αὐτῶν πείραν, εἰκὴ καὶ τοῖς τυχοῦσιν ἀνθρώποις ἐγγειρίζουσι πῶς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν; (4) Οὐ γάρ ἐστιν ἐπὶ τῶν τοιούτων πράξεων, ἥ μὴ ποιῆσαι τι τῶν δεόντων, ἥ μὴδὲν παθεῖν δεινόν. (5) Ἄλλ' ἅμα ταῖς ἀποτυχλαῖς ἔπεται βλάβη, κατὰ πολλοὺς τρόπους· κατ' αὐτὸν μὲν τὸν τοῦ πράττειν καιρὸν, κίνδυνος περὶ τοὺς ἀρίστους τῶν ἀνδρῶν· ἐτι δὲ μάλλον κατὰ τὰς ἀπολύσεις, ὅταν ἀπαξ καταρρονηθῶσι. (6) Πολλὰ δὲ καὶ λίαν τῶν τοιούτων ἐστὶ παραδείγματα. Πλείους γὰρ ἂν εὖροι τις τῶν ἀποτυχανόντων ἐν ταῖς τοιαύταις ἐπιβολαῖς, τοὺς μὲν ἀπολωλότας, τοὺς δ' εἰς τὸν ἔσχατον παραγεγόντας κίνδυνον, τῶν ἀβλαβῶς ἀπολευμένων. (7) Πρὸς γε μὴν τὸ μέλλον ὁμολογουμένως ἀπιστίας καὶ μίσος ἐξεργάζονται καθ' αὐτῶν. (8) Ἐτι δὲ φυλακὴν παραγγέλλουσι πᾶσιν. Οὐ γὰρ μόνον τοῖς παθοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς συνεῖσι τὸ γεγονός, τρόπον τινὰ παράγγελμα δίδοται, προσέχειν αὐτοῖς καὶ φυλάττεσθαι. (9) Διόπερ οὐδέποτε ταῖς τοιαύταις ἐπινοαῖς εἰκὴ χρηστέον τοὺς ἐπὶ πραγμάτων ταττομένους. (10) Ὁ δὲ τρόπος τῆς ἐκμετρήσεως καὶ κατασκευῆς τῶν τοιούτων, εὐχερὴς καὶ ἀδιόπτωτος, ἐὰν λαμβάνηται μεθοδικῶς. (11) Νῦν μὲν οὖν τὸ συνεχὲς τῆς διηγήσεως ἀποδοτέον· περὶ δὲ τοῦ τοιούτου γένους, πάλιν μεταλαβόντες ἀρμυζόντα καιρὸν καὶ τόπον κατὰ τὴν πραγματείαν, πειρασόμεθα συνυποδεικνύνειν, πῶς ἂν τις ἥκιστα περὶ τὰς τοιαύτας ἐπιβολὰς ἀμαρτάνοι.

XCIX. Ὁ δὲ Φίλιππος, διαφυσθεὶς τῆς πράξεως, καὶ καταστρατοπεδεύσας περὶ τὸν Ἐνιπέα ποταμὸν, συνῆγε τὰς παρασκευὰς ἐκ τε τῆς Λαρίσσης καὶ τῶν ἄλλων πόλεων, ἃς ἐπεποιήτο κατὰ χειμῶνα πρὸς τὴν πολιορκίαν. (2) Ἡ γὰρ ὅλη πρόθεσις ἦν αὐτῷ τῆς στρατείας, ἐξελθεῖν τὰς Φθιώτιδας καλουμένας Θήβας. (3) Ἡ δὲ πόλις αὕτη καίτοι μὲν οὐ μακρὰν ἀπὸ τῆς θαλάττης, ἀπέχουσα Λαρίσσης ὡς τριακοσίουσιν σταδίοις· ἐπικείται δὲ εὐκαίρως τῇ τε Μαγνησίᾳ καὶ τῇ Θετταλίᾳ· καὶ μέγιστα τῆς μὲν Μαγνησίας, τῇ τῶν Δημητρίων χώρας, τῆς δὲ Θετταλίας, τῇ τῶν Φαρσαλίων καὶ Φεραίων. (4) Ἐξ ἧς καὶ τότε, κατεχόντων αὐτὴν τῶν Αἰτωλῶν, καὶ συνεχεῖς ποιουμένων τὰς ἐπιδρομὰς, μεγάλη συνέβαινε βλάβεσθαι τοὺς τε Δημητρίους καὶ τοὺς Φαρσαλίους, ἐτι δὲ Λαρισσαίους. (5) Πολλάκις γὰρ ἐπιούοντο τὰς καταδρομὰς, ἕως ἐπὶ τὸ καλούμενον Ἀμυρικὸν πεδίον. (6) Διόπερ ὁ Φίλιππος, οὐκ ἐν μικρῷ τιδέμενος, μεγάλην ἐποιεῖτο σπουδὴν ὑπὲρ τοῦ κατὰ κράτος ἐξελεῖν αὐτήν. (7) Συναχθέντων δὲ καταπειτῶν μὲν ἑκατὸν πεντήκοντα, πετροβολικῶν δὲ ὀργάνων πάντε καὶ εἰκοσι, προσῆλθε ταῖς Θήβαις, καὶ διελὼν τὸ στρατόπεδον εἰς τρία μέρη, διέλαβε τοὺς πέριξ τόπους τῆς πόλεως· (8) καὶ τῷ μὲν ἐνὶ περὶ τὸ Σκόπιον ἐστρατοπέδευσε, τῷ δ' ἄλλῳ περὶ τὸ καλούμενον Ἡλιοτρόπιον· τὸ δὲ τρίτον εἶχε κατὰ τὸ τῆς πόλεως ὑπερχεῖμενον ὄρος. (9) Τὰ δὲ μεταξὺ τῶν στρα-

machinamentorum, quæ brevi negotio confunt, in magna vero re experimento cognoscuntur, incuriose obviis quibusque mandaverint; quis neget criminationi justæ locum eos dare? (4) Non enim licet in ejusmodi inceptis sine detrimento aliquid eorum prætermittere, quæ fieri debebant. (5) Sed simul peccaveris, statim præsto est noxa: idque multis modis. In ipso quidem agendi tempore, fortissimi viri periculo objectantur: tum autem in referendo pedem, majus adhuc periculum, postquam semel contemni ab hoste cæperis. Id quod exemplis quam plurimis est probatum. (6) Nam eorum, qui ab ejusmodi conatis sunt depulsi, plures invenias, qui aut perierint, aut ad ultimum periculi venerint, quam qui sine damno discesserint. (7) Illud porro omnes fateantur, hac molitione hoc eos consequi, ut nemo in posterum fidem ipsis habeat, omnes oderint. (8) Præterea iidem omnibus dant signum, ut ab ipsis caveant: neque enim iis dumtaxat, qui in periculum venire, sed omnibus qui rem intellegant, datur præceptum, ut custodias intendant caveantque. (9) Idcirco iis qui rebus præsumunt, in susciplendis ejusmodi consiliis, nunquam licet esse negligentibus. (10) Modus autem capiendæ mensuræ, et fabricandi quæ eo pertinent, si ars adhibeatur, facilis est ac certus. (11) Verum nunc quidem ad reliqua narrationis nobis redeundum est: in alia vero parte hujus operis, occasionem commodam nacti, rationem docere conabimur, quæ omnis error in his inceptis possit vitari.

XCIX. Philippus, spe rei perficiendæ frustratus, positus super Enipeo amne castris, omnia ad obsidionem necessaria, quæ per hiemem paraverat, ex Larissa et ex aliis urbibus conveyit. (2) Summa enim votorum, cum hanc expeditionem susciperet, fuit, ut Thebas quas vocant Phthiotidas caperet. (3) Non procul a mari hæc urbs sita est, trecenta circiter stadia a Larissa distans. Est autem locus opportune imminens et Magnesie et Thessaliæ: Magnesie quidem illi potissimum parti, ubi est Demetrien-sium regio; Thessaliæ vero illi, quæ a Pharsaliis et Phe-reis colitur. (4) Qua ex urbe per illa tempora, quum ab Ætolis teneretur, qui continuas inde excursiones faciebant, detrimenta ingentia iisdem Demetriensibus, Pharsaliis, atque etiam Larissæis importabantur. (5) Sæpe enim populabundi usque ad Amyricum nomine campum perveniebant. (6) Propterea Philippus, rem haud negligendam ratus, magnam curam ac diligentiam adhibebat, quo posset urbem illam vi expugnare. (7) Coactis igitur catapultis quidem centum et quinquaginta, ballistis vero saxa emit-tentibus viginti quinque, castra Thebis admovit, diviso-que trifariam exercitu, circumjacentia urbi loca occupat. (8) Parte una, circa Scopium conedit; altera circa Helio-tropium: tertiam in monte collocat, qui urbi imminet. (9) Intervalla ipsa castrorum, fossa duplicique vallo munit:



τοπέδων τάφρων καὶ διπλῶ χάρακι διαλαβὼν, ὠχυρώσατο· πρὸς δὲ, καὶ πύργοις ξυλίνους ἡσφαλίσατο, κατὰ πλείονος στήσας αὐτοὺς μετὰ φυλακῆς τῆς ἀρκούσης. (10) Ἐξῆς δὲ τούτοις τὰς παρασκευὰς ἀθροίσας ἑαυτοῦ πάσας, ἤρξατο προσάγειν τὰ μηχανήματα πρὸς τὴν ἄκρην.

C. Ἐπὶ μὲν οὖν ἡμέρας τρεῖς τὰς πρώτας, οὐδὲν ἡδύνατο προδιβάλλειν τῶν ἔργων, διὰ τὸ γενναίως καὶ παραβολῶς ἀμύνεσθαι τοὺς ἐκ τῆς πόλεως. (2) Ἐπειδὴ δὲ διὰ τὴν συνέχειαν τῶν ἀκροβολισμῶν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν βελῶν οἱ προκινδυνεύοντες τῶν ἐκ τῆς πόλεως, οἱ μὲν ἔπεσον, οἱ δὲ κατετραυματίσθησαν· τότε βραχείας ἐνδόσεως γενομένης, ἤρξαντο τῶν ὀρυγμάτων οἱ Μακεδόνες. (3) Τῇ δὲ συνεχείᾳ, καίπερ ἀντιβαίνοντος τοῦ χωρίου, μόλις ἐνναταῖοι πρὸς τὸ τεῖχος ἐξίκοντο. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα ποιοῦμενοι τὴν ἐργασίαν ἐκ διαδοχῆς, ὥστε μὴθ' ἡμέρας, μῆτε νυκτὸς διαλείπειν, ἐν τρισὶν ἡμέραις δύο πλέθρα τοῦ τεύχους ὑπάρυξαν καὶ διεσύντησαν. (5) Τῶν δ' ἐρεισμάτων οὐ δυναμένων ὑποφέρειν τὸ βάρος, ἀλλ' ἐνδόντων, πεσεῖν συνέβη τὸ τεῖχος, πρὸ τοῦ πυρ ἔμβαλεῖν τοὺς Μακεδόνες. (6) Ἐνεργὸν δὲ ποιησαμένων τὴν ἀνακάθαρσιν τοῦ πτόματος, καὶ παρασκευασαμένων πρὸς τὴν εἰσοδὸν, καὶ μελλόντων ἤδη βιάζεσθαι, καταπλαγέντες παρέδοσαν οἱ Θεβαῖοι τὴν πόλιν. (7) Ὁ δὲ Φίλιππος, διὰ τῆς πράξεως ταύτης ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὴν Μαγνησίαν καὶ Θετταλίαν, ἀφείλετο τὰς μεγάλας ὠφελείας τῶν Αἰτωλῶν· ἀπεδείξατο δὲ καὶ ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσιν, ὅτι δικαίως ἐπανείλετο τοὺς περὶ τὸν Λέοντιον, ἐβελοκαχέσαντας πρότερον ἐν τῇ περὶ τοὺς Παλαιεῖς πολιορκίᾳ. (8) Γενόμενος δὲ κύριος τῶν Θεβῶν, τοὺς μὲν ὑπάρχοντας οἰκήτορας ἐξηγόρατο· Μακεδόνας δ' εἰσοικίσας, Φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ Θεβῶν κατοικήσασεν. (9) Ἦδη δ' αὐτοῦ συντετελεσμένου τὰ κατὰ τὰς Θήβας, πάλιν ἦκον ὑπὲρ τῶν διαλύσεων παρὰ τε Χίων καὶ Ῥοδίων καὶ Βυζαντίων πρέσβεις, καὶ παρὰ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως. (10) Οἷς παρακλησίους ἀποκρίσεις δούς ταῖς πρότερον, καὶ φήσας οὐκ ἀλλότριος εἶναι διαλύσεως, ἐπεμψε, κελεύσας αὐτοὺς πείραν λαμβάνειν καὶ τῶν Αἰτωλῶν. (11) Αὐτὸς δὲ τῆς μὲν διαλύσεως ὀλιγώρει, τοῦ δὲ πράττειν τι τῶν ἐξῆς ἀντείχετο.

CI. Διόπερ, ἀκούων, τοὺς Σκερδिलाίδου λέμβους περὶ Μαλέαν ληΐζεσθαι, καὶ πᾶσι τοῖς ἐμπόροις ὡς πολέμειος χρῆσθαι, παρεσπονδῆναι δὲ καὶ τῶν ἰδίων τινὰ πλοίων ἐν Λευκαδί συνορμήσαντα· (2) καταρτίσας δώδεκα μὲν καταφράκτους ναῦς, ὅκτω δ' ἀφράκτους, τριάκοντα δ' ἡμιόλους, ἐπλεῖ οἱ Εὐρίπου, σπεύδων μὲν καταλαβεῖν καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς, καθόλου δὲ μετέωρος ὦν ταῖς ἐπιβολαῖς ἐπὶ τὸν κατὰ τῶν Αἰτωλῶν πόλεμον, διὰ τὸ μηδὲν πω συνεικέναι τῶν ἐν Ἰταλίᾳ γεγονότων. (3) Συνέβαινε δὲ, καθ' οὓς καιροὺς ἐπολιόρκει τὰς Θήβας Φίλιππος, ἡττῆσθαι Ῥωμαίους ὑπ' Ἀννίβου τῇ περὶ Τυβέρηνιαν μάχῃ, τὴν δὲ φήμην ὑπὲρ τῶν γεγονότων μηδέπω προσπετωκέναι τοῖς

tribus insuper ligneis firmat, quas per singula plethra (sive pedes centenos) exstruit, idoneum simul praesidium imponens. (10) Secundum haec, collatis in unum locum omnibus machinis, opera arci admove re instituit.

ἄλλων φάναι, βαρβάρους αὐτοὺς ὑπάρχειν.

XXII. Ἐπεὶ δὲ συνέμειξαν τοῖς περὶ τὸν Ἀριανὸν,  
ἠγείτο μὲν αὐτὸς αὐτῶν διὰ τὴν ἐμπειρίαν· ὁ δὲ Βῶλις  
κατόπιν ἐπέστη κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, ἀπορῶν  
καὶ δυσχρηστούμενος ὑπὲρ τοῦ συμβαίνοντος. (2) Καί-  
περ γὰρ ὦν Κῆρς, καὶ πᾶν ἂν τι κατὰ τοῦ πέλας  
ὑποπτεύσας, ὁμῶς οὐκ ἠδύνατο διὰ τὸ σκότος συνοη-  
σαι τὴν Ἀχαιὸν, οὐχ οἷον τίς ἐστίν, ἀλλ' οὐδὲ καθάπαξ  
εἰ πάρεστι. (3) Τῆς δὲ καταβάσεως κρημνῶδους μὲν  
καὶ δυσβάτου κατὰ τὸ πλείστον ὑπαρχούσης, ἐν τισὶ  
δὲ τόποις καὶ λίαν ἐπισφαλεῖς ἐχούσης καὶ κινδυνώδεις  
καταφορὰς, ὁπότε παραγένοιτο πρὸς τινα τοιοῦτον τό-  
πον, τῶν μὲν ἐπιλαμβανομένων, τῶν δὲ πάλιν ἐκδεχο-  
μένων τὸν Ἀχαιόν· (4) (οὐ δυναμένους γὰρ καθόλου  
τὴν ἐκ τῆς συνηθείας καταξίωσιν στέλλεσθαι πρὸς τὸν  
παρόντα καιρὸν) ταχέως ὁ Βῶλις συνῆκε, τίς ἐστὶ καὶ  
ποῖος αὐτῶν ὁ Ἀχαιός. (5) Ἐπεὶ δὲ παρεγένοντο πρὸς  
τὴν τῷ Κᾶμβύλῳ διατεταγμένον τόπον, καὶ τὸ σύνθημα  
προσφρίζας ὁ Βῶλις ἀπέδωκε, τῶν μὲν ἄλλων οἱ δια-

Bolis cum Ariano, et, priusquam illucesceret, arcem est in-  
gressus.

XXI. Achæus prolixo animo singularique comitate eum  
excipit, et super unaquaque re sigillatim multis quesitis,  
fidem hominis explorat. (2) Quumque cerneret, ipsum et  
vultu et sermonibus gravitatem præ se ferre, tanti ponderis  
incepto parem, modo blandiente salutis spe gestiebat lætitia,  
modo rursus ob magnitudinem futuri eventus ceu attonitus  
et instantibus curis anxius erat. (2) Sed, ut qui iudicio  
nemini esset secundus, rerum autem usu non mediocriter  
polleret, statuit tamen secum, nondum omnem prorsus fidu-  
ciam in Bolide reponere. (4) Itaque sermonibus huiusmodi  
illum convenit: impræsentiarum quidem exire se non posse;  
verum tres quatuorve e numero amicorum una cum ipso mis-  
surum: qui si cum Melancoma essent collocuti, mox datu-  
rum se operam, ut ad exeundum sit paratus. (5) Ita Achæus,  
quantum ejus fieri poterat, sibi cavit: sed hoc illum fugiebat,  
quod, ut dici solet, cum Cretense cretissabat; nam Bolis  
nilhil reliquerat intactum aut inexpensum eorum, quæ in  
tali re poterant excogitari. (6) Ceterum ubi nox advenit,  
qua emissurum se una cum ipsis suorum aliquos dixerat:  
præmissis Ariano et Bolide ad arcis portam, qua exibant,  
opperiri ipsos eo loci jussit illorum adventum, qui profecturi  
cum ipsis erant. (7) Et illi quidem dicto parent. Achæus  
vero quum uxori in ipso illo articulo consilium indicasset,  
ac tam inopinatæ rei novitate Laodicean exanimasset, solan-  
dæ conjugi, et commemoratione eorum, quæ sperabat,  
mitigandæ, temporis aliquantum impendit. (8) Deia qua-  
tuor amicis comitatus, quibus medicrem amictum dederat,  
in vili ipse et plebeia veste, totus ad humilem conditionem  
compositus, præire institit. (9) Uni suorum præceperat,  
ut ad omnia, quæ Arianus aut Bolis dicerent, solus ipse  
responderet, et ex illis, quidquid usus postularet, ipse sci-  
scitaretur, ceteros diceret esse barbaros.

XXII. Ubi cum Ariano et Bolide se conjunxerunt, propter  
locorum notitiam præcedebat ceteris Arianus; pone seque-  
batur Bolis, sicut ab initio fuerat constitutum, plane animi  
anxius, et in præsens consilii incertus. (2) Nam etsi Cre-  
tensis erat, quidvis suspicari facilis in alienam perniciem,  
non tamen poterat, tenebris impredientibus, Achæum agno-  
sceret, non dicam quis ille esset, verum ne illud quidem  
omnino, an adesset. (3) Erat via ad descendendum perisque  
in locis prærupta et invia; alicubi vero etiam lubrica et pe-  
riculosa præcipitia habebat: ad huiusmodi aliquem locum  
quoties accedebatur, quum alii manu prehenderent Achæum,  
alii rursus illum ab his exciperent, (4) (neque enim peni-  
tus continere se poterant, quo minus consuetam de more  
illi reverentiam præstarent,) mox intellexit Bolis, quis e  
comitatu esset Achæus. (5) Ubi vero ventum est ad locum  
a Cambylo consitutum, dat primo Bolis signum, sicut con-  
stitutum erat, sibilo: deinde ceteros quidem illi comprehen-

ναστάντες ἐκ τῆς ἐνέδρας ἐπελάβοντο· (6) τὸν δ' Ἀχαιὸν αὐτὸς ὁ Βῶλις ὁμοῦ τοῖς ἱματίοις, ἔνδον τὰς χεῖρας ἔχοντα, συνήρπασε, φοβηθεὶς, μὴ συννοήσας τὸ γινόμενον ἐπιβάλλοντο διαφθεῖρειν αὐτόν· καὶ γὰρ εἶχε μάχαιραν ὅφ' αὐτῷ παρεσκευασμένος. (7) Ταχὺ δὲ καὶ πανταχόθεν κυκλωθεὶς, ὑποχείριος ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς, καὶ παραχρῆμα μετὰ τῶν φίλων ἀνήγετο πρὸς τὸν Ἀντίοχον. (8) Ὁ δὲ βασιλεὺς, πάλαι μετέωρος ὢν τῇ διανοίᾳ, καὶ παραδοκῶν τὸ συμβησόμενον, ἀπολύσας τοὺς ἐκ τῆς συνουσίας, ἔμενε μόνος ἐγγηγορῶς ἐν τῇ σκηνῇ μετὰ δυοῖν ἢ τριῶν σωματοφυλάκων. (9) Παρευσελθόντων δὲ τῶν περὶ τὸν Καμβύλον, καὶ καθισάντων τὸν Ἀχαιὸν ἐπὶ τὴν γῆν δεδεμένον, εἰς τοιαύτην ἀφασίαν ἦλθε διὰ τὸ παράδοξον, ὥστε πολὺν μὲν χρόνον ἀποσωπῆσαι, τὸ δὲ τελευταῖον συμπαθὲς γενέσθαι καὶ δακρύσαι. (10) Τοῦτο δ' ἔπαθεν, ὁρῶν, ὡς ἐμοὶ γε δοκεῖ, τὸ δυσφύλακτον καὶ παράλογον τῶν ἐκ τῆς τύχης συμβαινόντων. (11) Ἀχαιὶς γὰρ ἦν Ἀνδρομάχου μὲν υἱὸς τοῦ Λαοδίκης ἀδελφοῦ, τῆς Σελεύκου γυναικὸς· ἐγῆμε δὲ Λαοδίκην τὴν Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως θυγατέρα, κύριος δὲ ἐγεγόνει τῆς ἐπὶ τὰδε τοῦ Ταύρου πάσης. (12) Δοκῶν δὲ τότε καὶ ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσι καὶ ταῖς τῶν ὑπεναντίων ἐν ὀχυρωτάτῳ τόπῳ τῆς οἰκουμένης διατρίβειν, ἐκάθητο δεδεμένος ἐπὶ τῆς γῆς, ὑποχείριος γενόμενος τοῖς ἐχθροῖς, οὐδέπω γινώσκοντος οὐδενὸς ἀπλῶς τὸ γεγονός, πλὴν τῶν πραξάντων.

XXIII. Οὐ μὴν ἀλλ' ἅμα τῷ φωτὶ συναθροισμένων τῶν φίλων εἰς τὴν σκηνὴν κατὰ τὸν ἔθισμόν, καὶ τοῦ πράγματος ὑπὸ τὴν ἄφην θεωρουμένου, τὸ παραπλήσιον τῷ βασιλεῖ συνδραμεῖν πάσχειν καὶ τοὺς ἄλλους θαυμάζοντας γὰρ τὸ γεγονός, ἠπίεστον τοῖς ὁρωμένοις. (1) Καθίσαντος δὲ τοῦ συνεδρίου, πολλοὶ μὲν ἐγίνοντο λόγοι περὶ τοῦ τίσις δαί' αὐτοῦ χρῆσασθαι τιμωρίας. (2) Ἐδοξεν δ' οὖν, πρῶτον μὲν ἀκρωτηριασαὶ τὸν ταλαίπωρον μετὰ δὲ ταῦτα, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντας αὐτοῦ, καὶ καταρβῶσαντας εἰς ὄνειον ἀσκόνα ἀνασταυρῶσαι τὸ σῶμα. (3) Γενομένων δὲ τούτων, καὶ τῆς δυνάμεως ἐπιγνώσεως τὸ συμβεβηκός, τοιοῦτος ἐνθουσιασμός ἐγένετο καὶ παράστασις τοῦ στρατοπέδου παντὸς, ὥστε τῆς Λαοδίκης ἐκ τῆς ἄκρας μόνον συνειδυίας τὴν ἔξοδον τάνδρως, τακμήρασθαι τὸ γεγονός ἐκ τῆς περὶ τὸ στρατόπεδον παραγῆς καὶ κινήσεως. (4) Ταχὺ δὲ καὶ τοῦ κήρυκος παραγενομένου πρὸς τὴν Λαοδίκην, καὶ διασαφοῦντος τὰ περὶ τὸν Ἀχαιὸν, καὶ κελεύοντος τίθεσθαι τὰ πράγματα, καὶ παραχωρεῖν τῆς ἄκρας (5) τὸ μὲν πρῶτον ἀναπόκριτος οἰμωγῇ καὶ θρήνοι παραλόγου κατεῖχον τοὺς περὶ τὴν ἀκρόπολιν, οὐχ οὕτω διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἀχαιὸν εὐνοίαν, ὡς διὰ τὸ παράδοξον καὶ τελῶς ἀνελπιστον ἐκάστω φαίνεσθαι τὸ συμβεβηκός. (6) Μετὰ δὲ ταῦτα πολλῇ τις ἦν ἀπορία καὶ δυσχρηστία περὶ τοὺς ἔνδον. (7) Ἀντίοχος δὲ, διακχευόμενος τὸν Ἀχαιὸν, ἐπείχε τοῖς κατὰ τὴν ἄκραν δαί, πεπεισμένος, ἀφορμὴν ἐκ τῶν ἔνδον αὐτῷ παραδοθήσε-

dunt, qui ex insidiis surrexerant; (6) at Achæum Bolis ipse corripuit astrictis vestibus, intra quas manus habebat: verebatur enim, ne fraude intellecta manus sibi afferre gladio, qui paratus illi sub veste aderat, aggrediretur. (7) Statim vero ambientium corona cinctus, in potestatem inimicorum fuit, et e vestigio cum suis ad Antiochum est adductus. (8) Rex, dudum suspensus animi, et cepti exitum sollicitus expectans, dimissis convivis solus in tabernaculo, duobus aut tribus satellitibus adstantibus, vigilans manebat. (9) Postquam subito ingressus Cambylus, vinctum Achæum humi destituit, adeo illi præ admiratione hæsit vox faucibus, ut post diuturnum silentium sortem illius ad extremum miseraretur et lacrymas funderet. (10) Puto equidem, hoc illi usuvenisse, consideranti, quam inevitabiles, quamque inopinati sint fortunæ casus. (11) Achæus enim Andromachi erat filius, fratris Laodiceæ, quæ Seleuco nupsit; duxerat vero uxorem Laodicen Mithridatis regis filiam: universam vero cis Taurum Asiam imperio suo rexerat. (12) Tum autem, cum et ipsius et hostium exercitus in munitissimo orbis terrarum loco ipsum versari existimaret, vinculis oneratus humi sedebat, in manu inimicorum positus; nemine dum, præter facti auctores, quid factum, sciente.

XXIII. Prima luce convenientibus, ut fit, in prætorium regis amicis, ante omnium oculos posito hocce spectaculo, idem aliis quoque ac regi usuveniebat: ea namque cunctos incessit admiratio, ut, quæ suismet oculis cernebant, satis vera non crederent. (2) Postquam in concilio procures sederunt, varîe de supplicio, quod de illo sumendum esset, dictæ sunt sententiæ. (3) Demum placuit, primum ut extremis membris miser Achæus mutilaretur, deinde, ut, amputato capite, corpus utri asinino insutum in crucem tolleretur. (4) Quo facto, ubi rem exercitus rescivit, adeo castra universa fanaticus quidam furor et effusa lætitia incessit, ut Laodice, cui soli in arce innotuerat maritum exiisse, casum illius e tumultu ac motu castrensi conjiceret. (5) Mox venit caduceator ad Laodicen, eorum, quæ Achæo acciderant, nuntius, simul jubens, ut res componeret, atque arcem traderet. (6) Tum vero qui in arce erant, pro responso ejulatum primo et incondita lamenta edere incipiunt, non tam ob benevolentiam adversus Achæum, quam quod nova atque admirabilis planeque inopinata ea res cunctis accidebat. (7) Deinde autem consilii inopes magna difficultate, qui arcem tenebant, affliciebantur. (8) At rex, post sublatum de medio Achæum, ad inclusos in arce intentus, nihil dubitare, quin ab illis ipsis, maxime autem per milites, aliqua rei bene gerendæ occasio sibi dar-

σθαι, καὶ μάλιστα διὰ τῶν στρατιωτῶν. \*Ο καὶ τέλος ἐγένετο. (9) Στασιάζαντες γὰρ πρὸς σφᾶς, ἐμερίσθησαν, οἱ μὲν πρὸς Ἀριόδαζον, οἱ δὲ πρὸς τὴν Λαοδίκην. Οὗ γενομένου, διαπιστήσαντες ἀλλήλοις, ταχέως ἀμφοτέρω παρέδωσαν αὐτοὺς καὶ τὰς ἀκροπόλεις. (10) Ἀχαιὸς μὲν οὖν, πάντα τὰ κατὰ λόγον πράξας, ὑπὸ δὲ τῆς τῶν πιστευθέντων ἡττηθείς ἀθεσίας, κατεστρέψατο τὸν βίον· κατὰ δύο τρόπους οὐκ ἀνωφελὲς ὑπόδειγμα γενόμενος τοῖς ἐσομένοις· (11) καθ' ἓνα μὲν, πρὸς τὸ μηδενὶ πιστεύειν ῥαδίως· καθ' ἕτερον δὲ, πρὸς τὸ μὴ μεγαλουργεῖν ἐν ταῖς εὐπραγίαις, πᾶν δὲ προσδοκᾶν ἀνθρώπους ὄντας.

tur. Quod denique etiam fiebat. (9) Quippe orta inter ipsos seditione, scissi sunt in partes, aliis cum Ariobazo, aliis cum Laodice sentientibus : quam ob causam dum sibi invicem diffidunt, celeriter utraque factio et se et arces fidei regis permiserunt. (10) Ita Achæus, quum nihil eorum prætermisisset, quæ ratio recta suadebat, illorum perfidia victus, quibus fidem habuerat, diem supremum obiit, exemplum posteris duobus modis utile : (11) primum, ut nemini temere esse credendum discamus ; deinde, in rebus lætis ut spiritus ne attollamus ; sed ut, homines cum simus, humani nihil alienum a nobis putemus.

## VI. — CAVARUS, REX GALLORUM IN THRACIA.

Excerpt. Valesian.

XXIV. Καύαρος, ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν τῇ Θράκῃ Γαλατῶν, βασιλικὸς ὑπάρχων τῇ φύσει καὶ μεγαλόφρων, πολλὴν μὲν ἀσφάλειαν παρεσκεύαζε τοῖς προσπλέουσι τῶν ἐμπόρων εἰς τὸν Πόντον· (2) μεγάλας δὲ παροίχτο γρείας τοῖς Βυζαντίοις, ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Θρᾶκας καὶ Βιθυνοὺς πολέμοις.

XXIV. Cavarus, Gallorum regulus Thraciam incolentium, cum regia indole ac magnitudine animi præditus esset, et mercatoribus in Pontum navigantibus securitatem magnam præstitit, (2) et Byzantiis in bello adversus Thracas ac Bithynos magno adjumento fuit.

Athenæus Lib. VI. c. 13.

(3) Πολύβιος ἐν ὀγδόῃ Ἱστοριῶν, Καύαρος, φησὶν, ὁ Γαλάτης, ὦν τὰλλα ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὑπὸ Σωστράτου τοῦ κόλακος διεστρέφετο, δὲ ἦν Χαλκηδόνιος τὸ γένος.

(3) POLYBIUS libro Historiarum octavo scribit : Cavarum, Gallum, cum alioquin vir bonus fuisset, ab assenatore Sostrato, genere Chalcedonio, depravatum esse.

## VII. — RES ANTIOCHI AD URBEM ARMOSATAM.

Excerpt. Valesian.

XXV. Ξέρξου βασιλεύοντος πόλεως Ἀρμόσατα, ἣ καίται πρὸς τῷ Καλῷ πεδίῳ καλουμένη, μέσον Εὐφράτου καὶ Τίγριδος, ταύτῃ τῇ πόλει παραστρατοπεδεύσας Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, ἐπεβάλετο πολιορκεῖν αὐτήν. (2) Θεωρῶν δὲ τὴν παρασκευὴν τοῦ βασιλέως ὁ Ξέρξης, τὸ μὲν πρῶτον αὐτὸν ἐκποδὼν ἐποίησε· μετὰ δὲ τινα χρόνον δέισας, μὴ, τοῦ βασιλείου κρατηθέντος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, καὶ τὰλλα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν αὐτῷ διατραπῇ, μετεμελήθη καὶ διεπέμψατο πρὸς τὸν Ἀντίοχον, φάσκων βούλεσθαι συνελθεῖν εἰς λόγους. (3) Οἱ μὲν οὖν πιστοὶ τῶν φίλων, οὐκ ἔφασκον δεῖν προσεῖσθαι τὸν νεανίσκον, λαβόντα εἰς χεῖρας· ἀλλὰ συμβούλευον, κυριεύσαντα τῆς πόλεως, Μιθριδάτῃ παραδῶναι τὴν δυναστείαν, δὲ ἦν υἱὸς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ κατὰ φύσιν. (4) Ὁ δὲ βασιλεὺς τούτων μὲν οὐδενὶ προσέσχε· μεταπεμφάμενος δὲ τὸν νεανίσκον, διέλυσατο τὴν ἐχθρὰν, ἀφῆκε δὲ τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων, ἃ συνέβαινε τὸν πατέρα προσοφείλειν αὐτῷ τῶν φόρων. (5) Λαβὼν δὲ παραχρῆμα τριακόσια τάλαντα παρ' αὐτοῦ καὶ χιλιούς ἵππους καὶ χιλιούς ἡμιόνους μετὰ τῆς ἐπισκευῆς, τὰ τε κατὰ τὴν ἀρχὴν ἅπαντα κατέστησε, καὶ, συνοικίας αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν Ἀντιοχίδα, πάντας τοὺς ἐκείνων τῶν τόπων ἐψυχαγώγησε καὶ προσεκαλέ-

XXV. Cum Antiochus, castris positis ad Armosatam (urbs est inter Euphratem et Tigridem sita, in campo qui Pulcher dicitur), obsidionem urbis pararet ; (2) Xerxes, illius urbis regulus, intellecto regis apparatu, primum quidem fuga sibi consuluit. Postea vero, veritus, ne, occupata ab hostibus regia, reliquæ etiam regni partes perturbarentur, consilium suum damnavit, legatisque ad Antiochum missis, libenter cum eo collocuturum se esse, dixit. (3) Igaur fidissimi quidem amici Antiochi aiebant, dimittendum non esse juvenem, quem in potestate haberet ; sed, occupata urbe ejus, imperium Mithridati, sororis Antiochi filio, tradendum esse. (4) At rex, posthabito eorum consilio, evocato ad se juveni inimicitiam condonavit, ac tributorum, quæ ab illius patre debebantur, maximam ei partem remisit : (5) acceptisque protinus trecentis talentis, ac mille equis totidemque mulis una cum ornamentis ac phaleris, regnum ejus ipse ordinavit : et copulata eidem sorore Antiochide, omnes harum regionum incolæ ad sui amorem allexit sibi

σπο, δόξας μεγαλοψύχως καὶ βασιλικῶς τοῖς πράγμασι κεχρησθαι.

que conciliavit; quum magno ac prorsus regio animo in his usus esse videretur.

## VIII. — BELLUM HANNIBALICUM.

[XXV. a. Ὅτι οἱ Ταραντῖνοι διὰ τὸ τῆς εὐδαιμονίας υπερῆφανον ἐπεκαλέσαντο Πύρρον τὸν Ἑπειρωτὴν·] πᾶσα γὰρ ἐλευθερία μετ' ἐξουσίας πολυχρόνιου, φύσιν ἔχει κόρον λαμβάνειν τῶν ὑποκειμένων· καπειτα ζητεῖ δεσπότην· τυχούσα γὰρ μήν τούτου, ταχὺ πάλιν μισεῖ [διὰ τὸ μεγάλην φαίνεσθαι τὴν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβολήν· ὁ καὶ τότε συνέβαινε τοῖς Ταραντῖνοις.]

(Suidas in Προσπεσόντων.)

Προσπεσόντων δὲ τούτων εἰς Τάραντα καὶ τοὺς Θουρίους, ἡγανάκτει τὰ πλήθη.

Excerpt. antiq. ex lib. VIII, cap. 19-29.

XXVI. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον, ὡς ἐπ' ἐξοδίαν ὁρμήσαντες ἐκ τῆς πόλεως, καὶ συνεγγίσαντες τῇ παρεμβολῇ τῶν Καρχηδονίων νυκτὸς, ἄλλοι μὲν συγκαθέντες εἰς τινα τόπον ἰλῶδη παρὰ τὴν ὁδόν, ἕμειναν· ὁ δὲ Φιλήμενος καὶ Νίκων προσῆλθον πρὸς τὴν παρεμβολήν. (2) Τῶν δὲ φυλάκων ἐπιλαβομένων αὐτῶν, ἀνήγοντο πρὸς τὸν Ἀννίβαν, οὐδὲν εἰπόντες, οὔτε πόθεν, οὔτε τίνας ἦσαν αὐτὸ δὲ μόνον τούτο δηλοῦντες, ὅτι θέλουσι τῷ στρατηγῷ συμμῆξαι. (3) Ταχὺ δὲ πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἐπαναχθέντες ἔφασαν αὐτῷ κατ' ἰδίαν βούλεσθαι διαλεχθῆναι. (4) Τοῦ δὲ καὶ λίαν ἐτοιμῶς προσδεξαμένου τὴν ἐντευξίν, ἀπελογίζοντο περὶ τε τῶν καθ' ἑαυτοὺς καὶ περὶ τῶν κατὰ τὴν πατρίδα, πολλὰς καὶ ποικίλας ποιούμενοι κατηγορίας Ῥωμαίων, χάριν τοῦ μὴ δοκεῖν ἀλόγως ἐμβαίνειν εἰς τὴν ὑποκειμένην πρᾶξιν. (5) Τότε μὲν οὖν Ἀννίβας ἐπαινέσας, καὶ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν φιλανθρωπικῶς ἀποδεξάμενος, ἐξέπεμψε, συνταξάμενος παραγίγνεσθαι καὶ συμμειγνύναι κατὰ τάχος αὐτῷ πάλιν. (6) Κατὰ δὲ τὸ παρὸν ἐκέλευσε, τὰ πρῶτα τῶν ἐξελαθέντων πρῶτ' ὁρεμμάτων, καὶ τοὺς ἅμα τούτοις ἀνδρας, ἐπειδὴν ἱκανὸν ἀποσχῶσι τῆς παρεμβολῆς, περιελασάμενος εὐθαρσῶς ἀπαλλάττεσθαι· περὶ γὰρ τῆς ἀσφαλείας αὐτῷ μελήσειν. (7) Ἐποίει δὲ τούτο, βουλόμενος αὐτῷ μὲν ἀναστροφήν δίδουσι πρὸς τὸ πολυπραγμονῆσαι τὰ κατὰ τοὺς νεανίσκους· ἐκείνοις δὲ πίστιν παρασκευάζειν πρὸς τοὺς πολίτας, ὡς ἀπὸ τοῦ κρατίστου ποιούμενοις τὰς ἐπὶ τὰς ληστείας ἐξόδους. (8) Πραξάντων δὲ τῶν περὶ τὸν Νίκωνα τὸ παραγγελθέν, ὁ μὲν Ἀννίβας περιχαρὴς ἦν, διὰ τὸ μόλις ἀφορμῆς ἐπειληθῆαι πρὸς τὴν προκειμένην ἐπιβολήν· (9) οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλήμενον ἔτι μάλλον παρώρμηντο πρὸς τὴν πρᾶξιν, διὰ τὸ καὶ τὴν ἐντευξίν ἀσφαλῶς γεγονέναι, καὶ τὸν Ἀννίβαν εὐρηκέναι προθυμον, ἔτι δὲ τὴν τῆς λείας δαψύλειαν ἱκανὴν αὐτοῖς πίστιν παρασκευασέναι πρὸς τοὺς ἰδίους. (10) Τότε οὖν τὰ μὲν ἀποδόμενοι, τὰ δ' εὐωχούμενοι τῆς λείας, οὐ μόνον ἐπι-

*Tarentum proditur Hannibali.*

Tarentini superba sua felicitate elati Pyrrhum Epirensem acciverunt. Etenim natura comparatum est ut omnis libertas, quæ cum diuturna potestate conjuncta fuerit, satietatem præsentium rerum experiatur moxque dominum sibi quærat; quem ubi nacta fuerit, statim odit, propterea quod magnam sentit se fecisse in pejus inclinationem. Idque ipsum tunc Tarentinis accidit.

Nuntio hujus rei Tarentum et Thurios perlato, indignari cæpit multitudo.

XXVI. Principio ita egressi sunt urbem, tamquam expeditionem aliquo susciperent: dein, ubi noctu haud procul Carthaginensium castris abessent, ceteri in silvosum quandam prope viam locum se abdentes, ibi manserunt; Philemenus vero et Nico ad castra propius accesserunt. (2) Hi a custodiis Punicis comprehensi, ad Hannibalem sunt deducti, quum nihil quidquam dixissent, nec quinam essent, nec unde, sed hoc solum significassent, convento opus esse imperatore. (3) Igitur ad Hannibalem protinus deducti, velle se privatim cum eo colloqui, dixere. (4) Qui quum prompta statim voluntate eos ad colloquium admisisset, cum de se, tum de sua patria longam orationem orsi, multa ac varia in Romanos criminatione sunt usi, ne sine causa ad ea, quæ parahant, suscipienda viderentur accessisse. (5) Et tunc quidem Hannibal, postquam gratum sibi esse ipsorum consilium ostendisset, benigneque eos appellasset, laudatos dimisit, dato mandato, ut quam primum reversi iterum de hoc negotio secum agerent. (6) In præsentia jubet, ut, ubi longius paulo e castris essent progressi, prima ex pecoribus, quæ mane pastum fuerint propulsa, una cum viris abigerent, atque ita sine ullo metu ad suos redirent; sibi securitatem ipsorum fore curæ. (7) Faciebat hoc Hannibal, ut daretur tempus, sibi quidem, ad inquirendum accuratius de juvenum consilio; ipsis vero, ad fidem civibus faciendam, absque ullo dolo malo prædatum se exire. (8) Ut erat præceptum, ita fecerunt Nico et Philemenus. Itaque exultare gaudio Hannibal, quod perficiendi sui incepti facultas aliquando tandem sibi esset oblata; (9) et juvenes quoque perducendi ad exitum, quæ agebant, cupiditate eo magis incendi, quod et collocuti erant impune cum hoste, et promptum paratumque Hannibalis animum invenerant: ad hæc, quod præda, quam largam abegerant, luculentam fidem sibi apud suos conciliasset. (10) Tunc igitur partem prædæ vendentes, partem convivii absumen-



στεύοντο παρὰ τοῖς Ταραντίνους, ἀλλὰ καὶ ζηλωτάς ἔσχον οὐκ ὀλίγους.

XXVII. Μετὰ δὲ ταῦτα ποιησάμενοι δευτέραν ἔξοδον, καὶ παραπλησίως χειρίσαντες τὰ κατὰ μέρος, αὐτοὶ τε τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν ἔδοσαν πίστει, καὶ παρ' ἐκείνων ἔλαβον, ἐπὶ τούτοις. (2) Ἐφ' ᾧ Ταραντίνους ἐλευθερώσειν, καὶ μήτε φόρους πράττασθαι κατὰ μηδένα τρόπον, μήτ' ἄλλο μηδὲν ἐπιτάξειν Ταραντίνους Καρχηδόνιους· τὰς δὲ τῶν Ῥωμαίων οἰκίας καὶ καταλύσεις, ἐπειδὴν κρατήσωσι τῆς πόλεως, ἐξεῖναι Καρχηδονίους διαρπάζειν. (3) Ἐποίησαντο δὲ καὶ σὺνθημα τοῦ παραδέχεσθαι σφᾶς τοὺς φύλακας ἐτοίμους εἰς τὴν παρεμβολήν, δι' ἑλθοῖν. (4) Ὡν γενομένων, ἔλαβον ἐξουσίαν εἰς τὸ καὶ πλεονάκεις συμμιγνύναι τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν· ποτὲ μὲν ὡς ἐπ' ἔξοδον, ποτὲ δὲ πάλιν ὡς ἐπὶ κυνηγίαν ποιοῦμενοι τὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐξόδους. (5) Ταῦτα δὲ διαρμυσάμενοι πρὸς τὸ μέλλον, οἱ μὲν πλείους ἐπετήρουν τοὺς καιροὺς, τὸν δὲ Φιλήμενον ἀπέταξαν ἐπὶ τὰς κυνηγίας. (6) Διὰ γὰρ τὴν υπερβάλλουσαν ἐπὶ τούτῳ τὸ μέρος ἐπιθυμίαν ἦν ὑπὲρ αὐτοῦ διάληψις, ὡς οὐδὲν προδργαίτερον ποιουμένου κατὰ τὸν βίον τοῦ κυνηγετεῖν. (7) Διὸ τούτῳ μὲν ἐπέτρεψαν ἐξειδάσασθαι διὰ τῶν ἀλυσκομένων θηρίων πρῶτον μὲν τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως τεταγμένον Γάϊον Λίβιον, δευτέρον δὲ τοὺς φυλάττοντας τὸν πυλῶνα, τὸν ὑπὸ τὰς Τημενίδας προσαγορευομένης πύλας. (8) Ὃς παραλαβὼν τὴν πίστιν ταύτην, καὶ τὰ μὲν αὐτὸς κυνηγετῶν, τῶν δ' ἐτοιμαζομένων αὐτῷ δι' Ἀννίβου συνελθὼς εἰσέφερε τῶν θηρίων· ὧν τὰ μὲν ἐδίδου τῷ Γαίῳ, τὰ δὲ τοῖς ἐπὶ τοῦ πυλῶνος, χάριν τοῦ τὴν ῥινοπύλην ἐτοίμως ἀνοίγειν αὐτῷ. (9) τὸ γὰρ πλεῖον ἐποιεῖτο τὰς εἰσόδους καὶ τὰς ἐξόδους νυκτὸς, προφάσει μὲν χρώμενος τῷ φόβῳ τῶν πολεμίων, ἀρμυζόμενος δὲ πρὸς τὴν ὑποκειμένην πρόθεσιν. (10) Ἦδη δὲ κατεσκευασμένου τοιαύτης συνθῆβαιν τοῦ Φιλήμενου πρὸς τοὺς ἐπὶ τῆς πύλης, ὥστε μὴ διαπορεῖν τοὺς φυλάττοντας, ἀλλ' ὅποτε προσεγγίσας τῷ τείχει προσυρῆξαι νυκτὸς, εὐθέως ἀνοίγεσθαι τὴν ῥινοπύλην αὐτῷ. (11) τότε παρατηρήσαντες τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως ἄρχοντα τῶν Ῥωμαίων, ἀφ' ἡμέρας μέλλοντα γίνεσθαι μετὰ πλειόνων ἐν τῷ προσαγορευμένῳ Μουσείῳ σύνεγγυς τῆς ἀγορᾶς, ταύτην ἐτάξαντο τὴν ἡμέραν πρὸς τὸν Ἀννίβαν.

XXVIII. Ὁ δὲ πάλαι μὲν ἐπεπόριστο σῆψιν ὡς ἀβρῶστων, χάριν τοῦ μὴ θαυμάζειν ἀκούοντας τοὺς Ῥωμαίους, ὡς καὶ πάλαι χρόνον ἐπὶ τῶν αὐτῶν τόπων κωιεῖται τὴν διατριβήν. (2) Τότε δὲ καὶ πολλοὶ προσεποιεῖτο τὴν ἀβρῶστίαν, ἀπείχε δὲ τῷ στρατοπέδῳ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν τοῦ Τάραντος. (3) Ἐκόντος δὲ τοῦ καιροῦ, παρεσκευασκὼς ἐκ τε τῶν ἵππῶν καὶ τῶν πεζῶν τοὺς διαφέροντας εὐκνησίᾳ καὶ τόλμῃ, περὶ μυρίους ὄντας τὸν ἀριθμὸν, παρήγγειλε τεττάρων ἡμερῶν ἔχειν ἐφόδια. (4) Ποιησάμενος δὲ τὴν ἀναzugὴν ὑπὸ τὴν ἐωθινήν, ἐχρήτο τῇ πορείᾳ συντόμως. Τῶν δὲ Νομαδικῶν ἱππέων εἰς ὀγδοήκοντα πρυχειρισάμενος,

tes, non solum Tarentinis fidem suam probarunt, verum etiam ad facti sui emulationem multos excitant.

XXVII. Post hæc altera excursione suscepta, quum similiter, ut ante, omnia fecissent, data et invicem accepta ab Hannibale fide, ita sanxerunt: (2) Tarentinos ab Hannibale liberatum iri, nullum omnino Pœnos ab eis vectigal exacturos, neque rem ullam aliam ipsis imperaturos: potestatem fore Pœnis, urbe capta, Romanorum domos ac diversoria diripiendi. (3) Convenit et de tessera inter ipsos, quam si ederent Tarentini, sine mora, quoties venirent, excubias ipsos intra castra essent admissuræ. (4) Hac ratione adeundi sæpius Hannibalis facta eis potestas est, quum modo sic urbe egrederentur, quasi in hosticum excursuri, modo tamquam venaturi. (5) His ita constitutis provisisque in posterum, dum ceteri occasionibus iminebant, Philemeno dant partes venatum exeundi. (6) Quia enim ei studio supra modum erat deditus, vulgo omnes opinabantur, venatione ipsum per omnem vitam antiquius nihil habere. (7) Propterea datum ipsi negotium est, ut ferarum, quas caperet, carnibus Caium Livium urbis præfectum ante omnes sibi conciliaret, deinde custodum stationem, ad portam Temenidem, quam vocant, excubantem. (8) Philemenus, has partes in se suscipiens, subinde aliquam vel a se captam in venatione feram, vel ab Hannibale ipsi præparatam, in urbem inferebat illatorumque partem Calo donabat, partem portæ custodibus, ut portulam prompte sibi aperirent: (9) nocte enim ut plurimum et ingrediebatur et egrediebatur, specie quidem propter metum hostium, re autem ipsa, quod negotio instituto sese accommodabat. (10) Ubi jam eo consuetudinis Philemenus venit cum statione, ut nihil dubitarent custodes, sed quoties ille noctu muro appropinquans sibi signum dedisset, portulam e vestigio ei aperirent; (11) quum diem observassent proditores, quo præfectus Romani præsidii, quod in urbe erat, tempestivo convivio cum pluribus in Museo (id loci nomen est, forum attingentis) esset interfuturus, illum cum Hannibale diem constituerunt.

XXVIII. Pœnus, qui jam ante valetudinis adversæ causam excogitaverat, ne mirarentur Romani, cum andirent, ipsum eodem loci diuturniorem moram trahere, tunc magis etiam ægritudinem simulavit: (2) distabant autem ejus castra a Tarento dierum trium itinere. (3) Ubi statutus dies adventi, decem fere millibus peditum atque equum præparatis, qui velocitate et audacia præstabant, ut quatuor dierum parata cibaria haberent, ipsis imperat. (4) Quarta deinde noctis vigilia motis signis, raptim agmen ducere institit. Numidicis equitibus ad octoginta selectis,

ἐκείναι προπορεύεσθαι τῆς δυνάμεως εἰς τριάκοντα σταδίων, καὶ τοὺς παρὰ τὴν ὁδὸν τόπους ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους ἐπιτρέχειν· (6) ἵνα μηδεὶς κατοπτέυσῃ τὴν ὁδὸν δύναμιν, ἀλλ' οἱ μὲν ὑποχέριαι γίγνιντο τῶν ἐμπιπτόντων, οἱ δὲ διαφυγόντες ἀναγγέλλουσιν εἰς τὴν πόλιν, ὡς ἐπιδρομῆς οὐσῃς ἐκ τῶν Νομάδων. (6) Ἀποσχόντων δὲ τῶν Νομάδων ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων, εἰδεικνυομένησαν παρὰ τινὰ δυσσύνοπτον καὶ παραγγυῶδη ποταμὸν. (7) Καὶ συναθροίσας τοὺς ἡγεμόνας, κυρίως μὲν οὐ διασφείει τὴν ἐπιβολήν· ἀπλῶς δὲ παρακάλει, πρῶτον μὲν ἀνδράς ἀγαθοὺς γίνεσθαι πάντας, ὡς οὐδέποτε μειζόνων αὐτοῖς ἀθλῶν ὑποκειμένων· (8) δεῦτερον δὲ, συνέχειν ἕκαστον τῇ πορείᾳ τοὺς ὑφ' αὐτὸν ταττομένους, καὶ πικρῶς ἐπιτιμᾶν τοῖς καθόλου παραβαίνουσιν ἐκ τῆς ἰδίας τάξεως· (9) τελευταῖον δὲ, προσέχειν τὸν νῦν τοῖς παραγγελλομένοις, καὶ μηδὲν ἰδιοπραγεῖν, παρὲς τῶν προσταττομένων. (10) Ταῦτ' εἰπὼν, καὶ διαφείας τοὺς ἡγεμόνας, ἐκίνει τὴν πρωτοπορείαν, κνέφατος ἄρτι γενομένου· σπουδάζων συνάψαι τῷ τεύχει περὶ μέσας νύκτας, καθηγεμόνα τὸν Φιλήμενον ἔχων, καὶ παρεσκευασκὸς σὺν ἄγριον αὐτῷ πρὸς τὴν διατεταγμένην χρεῖαν.

XXIX. Τῷ δὲ Γαίῳ τῷ Λιδίῳ, γενομένῳ μετὰ τῶν συνήθων ἀφ' ἡμέρας ἐν τῷ Μουσείῳ, κατὰ τὴν τῶν νεανίσκων πρόληψιν, καὶ σχεδὸν ἤδη τοῦ πότου τὴν ἐκμαϊοτάτην ἔχοντας διάθεσιν, προσαγγέλλεται περὶ δυσμᾶς ἡλίου, τοὺς Νομάδας ἐπιτρέχειν τὴν χώραν. (1) Ὁ δὲ πρὸς μὲν αὐτὸ τοῦτο διανοήθη, καὶ καλέσας τινὰς τῶν ἡγεμόνων, συνέταξε, τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν ἱππέων, ἐξελθόντας ὑπὸ τὴν ἑωθινήν, κωλύσαι τοὺς κακοποιοῦντας τὴν χώραν τῶν πολεμίων· τῆς γε μὴν ὁλης πράξεως διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον ἀνύποπτος ἦν. (2) Οἱ δὲ περὶ τὸν Νίκωνα καὶ Τραγίσκον, ἅμα τῷ σκότος γενέσθαι, συναθροισθέντες ἐν τῇ πόλει πάντες, ἐτήρουν τὴν ἐπ' ἀνόδον τῶν περὶ τὸν Λίδιον. (3) Τῶν δὲ ταχέως ἐξαναστάντων διὰ τὸ γεγονέναι τὸν πότον ἀφ' ἡμέρας, οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς τινὰ τόπον ἀποστάντες ἔμενον· τινὲς δὲ τῶν νεανίσκων ἀπῆντων τοῖς περὶ τὸν Γαίον, διακεχυμένοι, καὶ τι καὶ προσπαίζοντες ἀλλήλοις, ὡς ἂν ὑποκρινόμενοι τοὺς ἐκ συνουσίας ἐπ' ἀνέγοντας. (4) Ἐτι δὲ μᾶλλον ἡλλοιωμένων ὑπὸ τῆς μέθης τῶν περὶ τὸν Λίδιον, ἅμα τῷ συμμίζειν γέλωτος ἐξ ἀμφοῖν ἦν καὶ παιδιὰ πρόχειρος. (5) Ἐπεὶ δὲ συνανακάμψαντες ἀποκατέστησαν αὐτὸν εἰς οἶκον, ὃ μὲν Γαῖος ἀνεπαύετο μεθύων, ὡς εἰκὸς ἐστὶ τοὺς ἀφ' ἡμέρας πίνοντας, οὐδὲν ἀποπον οὐδὲ δυσχερὲς ἔχων ἐν τῇ διανοίᾳ, χαρᾶς δὲ πλήρης καὶ βρθυμίας. (6) Οἱ δὲ περὶ τὸν Νίκωνα καὶ Τραγίσκον ἐπεὶ συνέμειξαν τοῖς ἀπολελειμένοις νεανίσκοις, διαλόντες σφᾶς εἰς τρία μέρη, παρεφύλαττον, διαλαβόντες τῆς ἀγορᾶς τὰς εὐκαιροτάτας εἰσβολὰς, ἵνα μήτε τῶν ἔξωθεν προσπιπόντων μηδὲν αὐτοὺς λανθάνῃ, μήτε τῶν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει γιγνομένων. (7) Ἐπέστησαν δὲ καὶ παρὰ τὴν οἰκίαν τοῦ Γαίου, σαφῶς εἰδότες, ὡς, ἂν γίγνηται· τις

præcepit, ut stadia circiter xxx antecederent exercitum, et loca omnia circa vias incursarent, (5) ne quis forte universas copias cerneret; sed incidentium in illos partim caperentur, partim, ubi evasisent, Tarentum afferrent nuntium, quasi Numidarum ea esset procuratio. (6) Qui ut quindecim ferme millium spatio ab urbe aberant, Hannibal propter flumen cœnat, oculis hominum prope ereptum, quod per convallem præruptam et confragosam labitur. (7) Ibi ducibus congregatis, non ille quidem consilium suum diserte eis aperuit; tantum monuit, ut viros fortes se omnes præberent, quippe majora ipsis nunquam proposita fuisse præmia: (8) deinde, ut excedere ordinem agminis neminem suorum paterentur; sed cunctos huc aut illuc divertentes acerbe increparent: (9) postremo, intenti ad imperia accipienda essent, neu quid, nisi imperatoris jussu, proprio consilio facerent. (10) Hæc locutus, ducibusque dimissis, ubi jam contenebravit, primum agmen movit; id studens, ut ad muros circa mediam noctem perveniret. Habuit autem itineris ducem Philemenum, cui ad ea perficienda, quæ fuerat jussus, aprum præparaverat.

XXIX. Circa solis occasum Cato Livio, qui, ut juvenes fuerant opinati, de die in Museum cum amicis convivaturus venerat, renuntiatur, poculis tunc cum maxime ferventibus, Numidas agrum populari. (2) Ille hoc unum animo reputans, vocatis nonnullis ducum edicit, ut pars dimidia equitum luce prima exiret, ad arcendum populationibus agrorum hostem: ceterum de universa Pœni molitione ut eo minus etiam suspicaretur, hic ipse nuntius effecit. (3) Nico, Tragicus, et alii, simul ac tenebræ sunt obortæ, intra urbem omnes congregati, Livii ejusque sociorum reditum a convivio observabant. (4) Qui quum mature a mensa surrexissent, quoniam de die ad discumbendum convenerant; juvenum alii quemdam in locum secesserunt, ibique quieti manserunt; alii effusi C. Livio procedunt obviam, nonnihil etiam inter se jocantes, ut qui a cœna redeuntes imitarentur. (5) Quum autem Livius ipse multo magis alienata mente prætemulentia esset; simul ac invicem appropinquarunt, risus et joci ultro citroque sunt statim excitati. (6) Et isti quidem verso itinere ut præfectum comitarentur, domum suam ipsam deduxerunt. Tum Caius quidem, vino gravis, somno indulgere, sicut il solent qui de die computationes iniverunt; quum præsertim adversi aut parum læti nihil cogitaret, sed gaudii plenus esset ac lascivix. (7) Nico vero et Tragicus, iis juvenibus iterum juncti, qui se ab iis separaverant, conjuratorum corpore trifariam diviso, maxime opportunos quosque fori aditus præsidio occupatos tenebant, ne, aut eorum, quæ foris adferrentur, quidquam ipsos lateret, aut eorum, quæ in urbe contingerent. (8) Quosdam etiam Livii fores jusserunt observare, quod certo scirent, si qua eorum, quæ

ὀπώνοια τοῦ μέλλοντος, ἐπὶ τὸν Αἰδίον ἀνοισθῆσεται πρῶτον, καὶ πᾶν τὸ πραττόμενον ἀπ' ἐκείνου λήφεται τὴν ἀρχήν. (9) Ὡς δὲ αἱ μὲν ἀπὸ τῶν δαίπνων ἐπάνοδοι, καὶ συλλήβδην ὁ τοιοῦτος θόρυβος ᾗδη παρωχῆκει, τῶν δὲ δημοτῶν ἡ πληθὺς κατακεκοίμητο, προὔβαινε δὲ τὰ τῆς νυκτός, καὶ τὰ τῆς ἐλπίδος ἀχέραια διέμενε· τότε συναθροισθέντες προῆγον ἐπὶ τὴν προκειμένην χρείαν.

XXX. Τὰ δὲ συγκείμενα τοῖς νεανίσκοις ἦν πρὸς τοὺς Καρχηδόνιους. (2) τὸν μὲν Ἀννίβαν ἔδει, συνάψαντα τῇ πόλει κατὰ τὴν ἀπὸ τῆς μεσογαίου, πρὸς ἑω δὲ κειμένην πλευράν, ὡς ἐπὶ τὰς Τημενίδας προσαγορευόμενας πύλας, ἀνάψαι πῦρ ἐπὶ τοῦ τάφου, τοῦ παρὰ μὲν τισιν Ὑακίνθου προσαγορευομένου, παρὰ δὲ τισιν Ἀπολλωνος Ὑακίνθου. (3) τοὺς δὲ περὶ τὸν Τραγίσκον, ὅταν ἰδῶσι τοῦτο γιγνόμενον, ἔνδοθεν ἀντιπυρρῶσαι. (4) Τοῦτου δὲ συντελεσθέντος, σέβσαι τὸ πῦρ ἔδει τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν, καὶ βράδην ποιεῖσθαι τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν. (5) Ὡς διατεταγμένον, οἱ μὲν νεανίσκοι διαπορευθέντες τὸν οἰκούμενον τόπον τῆς πόλεως, ἤκον ἐπὶ τοὺς τάφους. (6) Τὸ γὰρ πρὸς ἑω μέρος τῆς τῶν Ταραντίνων πόλεως μνημάτων ἐστὶ πληρὲς, διὰ τὸ τοὺς τελευτήσαντας ἔτι καὶ νῦν θάπτεσθαι παρ' αὐτοῖς πάντας ἐντὸς τῶν τειχῶν, κατὰ τι λόγιον ἀρχαῖον. (7) Φασὶ γὰρ, χρῆσαι τὸν θεὸν τοῖς Ταραντίνους· « ἄμεινον καὶ λῳῖον ἔσεσθαι σφισι ποιουμένοις τὴν οἰκίαν μετὰ τῶν πλειόνων. » (8) τοὺς δὲ, νομίσαντας ἂν οἰκῇσιν οὕτως ἀρίστα κατὰ τὸν χρησμὸν, εἰ καὶ τοὺς μετῃλλαχότας ἐντὸς τοῦ τείχους ἔχουσιν, διὰ ταῦτα θάπτειν ἔτι καὶ νῦν τοὺς μεταλλάξαντας ἐντὸς τῶν πυλῶν. (9) Οὐ μὴν ἄλλ' οἳ γε προειρημένοι, παραγενόμενοι πρὸς τὸν τοῦ Πυθιονίκου τάφον, ἐκαρὰδόκουν τὸ μέλλον. (10) Συνεγγισάντων δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀννίβαν, καὶ πραξάντων τὸ συνταχθέν, ἅμα τῷ τὸ πῦρ ἰδεῖν οἱ περὶ τὸν Νίκωνα καὶ Τραγίσκον, ἀναθαρρήσαντες ταῖς ψυχαῖς, καὶ τὸν παρ' αὐτῶν πυρρὸν ἀναδείξαντες, ἐπεὶ τὸ παρ' ἐκείνων πῦρ πάλιν ἐώρων ἀποσθεννύμενον, ὥρμησαν ἐπὶ τὴν πόλιν μετὰ δρόμου καὶ σπουδῆς, (11) βουλόμενοι φθάσαι φονεύσαντες τοὺς ἐπὶ τοῦ πυλῶνος τεταγμένους, διὰ τὸ συγκεῖσθαι, σχολῇ καὶ βράδην ποιεῖσθαι τὴν πορείαν τοὺς Καρχηδόνιους. (12) Εὐρὸρήσαντος δὲ τοῦ πράγματος, καὶ προκαταληφθέντων τῶν φυλακτόντων, οἱ μὲν ἐφύγεον τούτους, οἱ δὲ διέκοπτον τοὺς μοχλοῦς. (13) Ταχὺ δὲ τῶν πυλῶν ἀνοιχθειῶν, πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν ἤκον οἱ περὶ τὸν Ἀννίβαν, κεχρημένοι τῇ πορείᾳ συμμέτρως, ὥστε μηδεμίαν ἐπίστασιν γενέσθαι παρόδου ἐπὶ τὴν πόλιν.

XXXI. Γενομένης δὲ τῆς εἰσόδου κατὰ τὴν πρόθεσιν ἀσφαλοῦς καὶ τελέως ἀθρούσου, δόξαντες ἡνῶσαι σφίσι τὸ πλείστον τῆς ἐπιβολῆς, λοιπὸν αὐτοὶ μὲν εὐθαρσῶς ᾗδη προῆγον ἐπὶ τὴν ἀγοράν κατὰ τὴν πλατεῖαν τὴν ἀπὸ τῆς Βαθείας ἀναφέρουσαν. (2) τοὺς γε μὴν ἱππεῖς ἀπέλιπον ἔκτος τοῦ τείχους, ὄντας οὐκ ἐλάττους

gerebantur, suspicio oboriretur, ad Livium primum rem iri relatum, et quidquid agendum foret, principium ab ipso esse habiturum. (9) Ut vero domuitiones a cena totusque ille redeuntium strepitus præterierat, et populi multitudo somnum carpebat, jamque multum nox erat protracta, et spes juvenum integræ manebant; tunc demum, agmine facto, ad propositum exsequendum se accinxerunt.

XXX. Rei agendæ ordo hic erat compositus inter juvenes et Pœnos. (2) Oportebat, ut Hannibal urbi copias admove-ret a parte orientem spectante, qua e mediterranea regione versus Temenidem quam vocant portam itur: deinde, ut e tumulto, quem alii Hyacinthi, alii Apollinis Hyacinthi indigetant, igne accenso flammam ederet: (3) quæ postquam a Tragisco ejusque sociis esset visa, ipsi quoque ex urbe signum erant igne reddituri. (4) His rite confectis, Hannibalem ad portam pede presso tendere oportebat. (5) Ista igitur quum ita convenissent, juvenes habitatam urbem partem emensi, ad sepulcretum venerunt. (6) Nam quia Tarentini, ex veteri quodam oraculo, mortuorum cadavera intra muros condunt (quod hodie etiam fit), tota urbis illorum pars, quæ orientem solem respicit, monumentorum est plena. (7) Fertur enim hæc olim Tarentinis a deo sors fuisse edita: « melius ipsi magisque ex animi sententia res cessuras, si habitarent cum pluribus. » (8) Quo facto, existimasse eos, tam domum beatissimam sibi, ex oraculi mente, sedem in urbe fore, quando etiam fato functos intra mœnia recepissent: quapropter etiam nunc intra portas mortuos sepeliri. (9) Ceterum dicti juvenes, ut ad sepulcrum Pythionici venire, quid futurum esset, opperiebantur. (10) Ubi vero jam propius accessit Hannibal, et omnia, de quibus convenerat, egit, simul ignem viderunt Nico et Tragiscus, animis denuo confirmatis facem ipsi quoque suam attollunt: deinde extinctam a Pœno flammam animadvertentes, curriculo ad portam contendunt, (11) ut excubantem in ejus vestibulo stationem prius occiderent, quam eodem Carthaginienses pervenirent, qui ex compacto lente et presso gradu erant iter acturi. (12) Re feliciter peracta, custodibus oppressis, alii miseros obtruncare, alii vectes effringere. (13) Nec mora, aperiuntur portæ: et ipso plane quo oportuit momento adest Hannibal, cum tempore iter ea dexteritate commensus, ut ejus ad urbem adventus omnes falleret.

XXXI. Pœnus tuto et plane sine ullo tumultu, ut proposuerat, urbem ingressus, rem multo maxima ex parte jam sibi confectam ratus, de cetero bonæ spei plenus, per latam illam viam, quæ ex illa, quam Bathœam vocant, ad superiora urbis ducit, forum cum suis petit. (2) Equites (erant ad duo millia) extra portam reliquit, ut id sibi par

διχαλίων, θέλοντες ἐφεδρεῖαν αὐτοῖς ὑπάρχειν ταύτην πρὸς τὰς ἔξωθεν ἐπιφανείας, καὶ πρὸς τὰ παράλογα τῶν ἐν ταῖς τοιαύταις ἐπιβολαῖς συμβαινόντων. (3) Ἐγγίσαντες δὲ τοῖς περὶ τὴν ἀγορὰν τόποις, τὴν μὲν δύναμιν ἐπέστησαν κατὰ πορείαν· αὐτοὶ δὲ τὰ κατὰ τὸν Φιλήμενον ἑκαπαδόκουν, δεδιότες, πῶς σφίσι προχωρήσει καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς ἐπιβολῆς. (4) Ὅτε γὰρ ἀνέψαντες τὸ πῦρ ἐμέλλον πρὸς τὰς πύλας ὁρμᾶν, τότε καὶ τὸν Φιλήμενον, ἔχοντα τὸν ὄν ἐν φερέτρῳ, καὶ Αἰβύας ὥστε χιλίου, ἐξαπέστειλαν ἐπὶ τὴν παρακειμένην πύλην, βουλόμενοι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν μὴ ψιλῶς ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ἐξηρησθαι τὴν ἐπιβολὴν αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ πλείονων. (5) Ὁ δὲ προειρημένος, ἔγγισας τῷ τείχει κατὰ τὸν ἔθισμόν, ἐπεὶ προσύριξε, παρῆν ὁ φύλαξ, εὐθέως καταβαίνων πρὸς τὴν ῥινοπύλην. (6) Τοῦ δ' εἰπόντος ἔξωθεν, ἀνοίγειν ταχέως, ἔτι βαρύνονται, φέρουσι γὰρ ὃν ἄγριον· ἀσμένως ἀκούσας ὁ φύλαξ, ἀνέωξε μετὰ σπουδῆς, ἐλπίζων καὶ πρὸς αὐτὸν τι διατείνειν τὴν εὐαγρίαν τῶν περὶ τὸν Φιλήμενον, διὰ τὸ μερίτην αἰετὶ γίγνεσθαι τῶν εἰσφερομένων. (7) Αὐτὸς μὲν οὖν ὁ προειρημένος τὴν πρώτην ἔχων χώραν τοῦ φορημάτος, εἰσῆλθε, καὶ σὺν αὐτῷ νομαδίκῃ, ἔχων διασκευὴν ἕτερος, ὡς εἰς τις ὢν τῶν ἀπὸ τῆς χώρας, μετὰ δὲ τούτων ἄλλοι δύο πάλιν, οἱ φέροντες ἅ τῶν ὀπισθεν τὸ θηρίον. (8) Ἐπεὶ δὲ τέτταρες ὄντες ἐντὸς ἐγένοντο τῆς ῥινοπύλης, τὸν μὲν ἀνοίξαντα, θεώμενον ἀκάκως καὶ ψηλαφῶντα τὸν ὄν, αὐτοῦ πατάξαντες ἀπέκτειναν· τοὺς δ' ἐπομένους μὲν αὐτοῖς, προσηγμένους δὲ τῶν ἄλλων, Αἰβύας, ὄντας εἰς τριάκοντα, ἤλθῃ καὶ μεθ' ἡσυχίας παρῆκαν διὰ τῆς πυλίδος. (9) Ἰνόμενοι δὲ τούτου, κατὰ τὸ συνεχές οἱ μὲν τοὺς μοιῶν διεκόπτον, οἱ δὲ τοὺς ἐπὶ τοῦ πυλῶνος ἐφόνευσαν, ἱ δὲ τοὺς ἔξω Αἰβύας ἐκάλουν διὰ συνθημάτων. (10) Ἰσπελόντων δὲ καὶ τούτων ἀσφαλῶς, προῆγον ὡς ἐπὶ τὴν ἀγορὰν κατὰ τὸ συντεταγμένον. (11) Ἄμα δὲ τῷ ὑμμίξει καὶ τούτους, περιχαρῆς γενόμενος Ἀννίβας τὴν κατὰ νοῦν αὐτῷ προχωρεῖν τὴν πρᾶξιν, εἴχετο ὃν προκειμένων.

XXXII. Ἀπομερίσας δὲ τῶν Κελτῶν εἰς διχαλίους, ἡ διελὼν εἰς τρία μέρη τούτους, συνέστησε τῶν νεανίων δύο πρὸς ἑασόν μέρος τῶν χειριζόντων τὴν πρᾶξιν. (2) Ἀκολούθως δὲ καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ τινας ἐμόνων συνεξαπέστειλε, προστάξας διαλαβεῖν τῶν τὴν ἀγορὰν φερουσῶν ὁδῶν τὰς εὐκαιροτάτας. (3) Ἦσαν δὲ τοῦτο πράξωσι, τοῖς μὲν ἐγγχωρίοις νεανίσκοις κρεῖσθαι παρήγγειλε καὶ σῶζειν τοὺς ἐντυγχάνοντας πολιτῶν, ἀναθωπύντας ἐκ πολλοῦ, μένειν κατὰ χώραν Ταραντίνους, ὡς ὑπαρχούσης αὐτοῖς τῆς ἀσφαλείας. (4) Τοῖς δὲ παρὰ τῶν Καρχηδονίων καὶ Κελτικῶν ἡγεμόσι κετέινει διεκελεύεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας Ῥωμαίων. Οὗτοι μὲν οὖν χωρισθέντες ἀλλήλων κατῴκισαν μετὰ ταῦτα τὸ προσταχθέν. (5) Τῆς δὲ τῶν ἡμῶν εἰσόδου καταφανοῦς ἤδη γενομένης τοῖς Ταραντίνους, πλήρης ἡ πόλις κραυγῆς ἐγένετο καὶ παρα-

tum esset subsidium, si quis extra urbem hostis aliunde apparuisset, sive aliquid parum provisum, quod fieri amat in talibus inceptis, repente accidisset. (3) Postquam ad ea loca ventum, quæ sunt circa forum, subsistere agmen jubet Hannibal: ipse enim Philemeno quid actum esset, sollicitus expectabat, metu anxius de hujus quoque partis consilii sui eventum. (4) Nam cum post accensum ignem pergere ad portam instituit: simul Philemenum, aprum in feretro habentem, et cum eo Afros circiter mille, ad portam Temenidi proximam eo consilio miserat, ut, quemadmodum ab ipso principio proposuerat, non unica dumtaxat spe rei patranda niteretur, sed pluribus simul. (5) Philemenus, muro jam proximus, quum de more signum sibilo dedisset, adfuit extemplo custos, et ad portulam descendit. (6) Cui quum ille, qui extra urbem erat, dixisset, ut statim aperiret, onere namque premi se apri, quem gestarent; lætus hunc sermonem custos accipit, et aperire festinat: sperabat enim, quod auspicio venatum isset Philemenus, ad se quoque nonnihil eam rem pertinere; quoniam partem eorum quæ inferrentur, semper caperet. (7) Philemenus igitur, qui in bajulando feretro primum locum tenebat, ingreditur, et cum eo alter habitu pastoritio indutus, tamquam esset agrestium aliquis; post hunc duo item alii, feram a posteriore parte bajulantes. (8) Ubi quatuor isti intra portulam sunt admissi; ipsum, qui admiserat, contemplantem absque ulla mali suspicione, et manu aprum contractantem, percusserunt e vestigio atque occiderunt. Mox Afros ad triginta, qui hos sequebantur, et cetero agmini præibant, sensim ac silentio per portulam intro receperunt. (9) Quo facto, confectim alii vectes effringere, alii excubantem ad portam stationem trucidare, alii Afris, qui extra portam erant, ingrediendi signum dare. (10) Quum etiam isti essent tuto ingressi, recta forum, sicut jussi fuerant, petunt. (11) Qui ubi ceteris se conjunxerunt, Hannibal, lætitia exultans, quod ex animi sententia conatus succedebat, reliqua incepti sui peragere institit.

XXXII. Tum duo millia Gallorum in tres dividit partes, et duos cuique parti juvenes attribuit, ex eorum numero qui prodicionem fecerant: (2) atque his quum e suis ducibus nonnullos adjunxisset, per urbem omnes dimittit, iustos vias quasque maxime opportunas, quæ ducerent in forum, occupare. (3) Quod postquam fecissent, indigenis quidem juvenibus præcepit, ut quicumque occurrerent cives, eos cædi eriperent servarentque, et clamore procul edito Tarentinos monerent, ne se loco moverent: cunctis enim propositam esse impunitatem. (4) At Carthaginensium et Gallorum ducibus, ut obvius quosque e Romanis occiderent, imperavit. Et hi quidem in diversa profecti, imperata fecerunt. (5) Ut Tarentini hostem jam esse ingressum sentire, clamore ac tumultu insolito urbs est repleta. (6).

χῆς παρηλλαγμένης. (6) Ὁ μὲν οὖν Γάιος, προσπε-  
σούσης αὐτῷ τῆς εἰσόδου τῶν πολεμίων, συννοήσας ἀδύ-  
νατον αὐτὸν ὄντα διὰ τὴν μέθην, εὐθὺς ἐξελθὼν ἐκ τῆς  
οἰκίας μετὰ τῶν οἰκετῶν, καὶ παραγενόμενος ἐπὶ τὴν  
πύλην τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὴν λιμένα, καὶ μετὰ ταῦτα  
τοῦ φύλακος ἀνοίξαντος αὐτῷ τὴν θύρον, διαδύς  
ταύτη, καὶ λαθόμενος ἀκατίου τῶν ὁρμούντων, ἐμβὰς  
μετὰ τῶν οἰκετῶν, εἰς τὴν ἀκραν παρεκομίσθη. (7)  
Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ περὶ τὸν Φιλήμενον,  
ῥητομασμένοι σάλπιγγας Ῥωμαϊκὰς, καὶ τινες τῶν  
αὐταῖς χρῆσθαι δυναμένων διὰ τὴν συνθήειαν, στάντες  
περὶ τὸ θέατρον, ἐσήμεινον. (8) Τῶν δὲ Ῥωμαίων  
βοηθούντων ἐν τοῖς ὅπλοις κατὰ τὸν ἐθισμόν εἰς τὴν  
ἀκραν, ἐχώρει τὸ πρῆγμα κατὰ τὴν πρόθεσιν τοῖς  
Καρχηδονίοις. (9) Παραγενόμενοι γὰρ ταῖς πλατείαις  
ἀτάκτως καὶ σποράδην, οἱ μὲν εἰς τοὺς Καρχηδονίους  
ἐνέπιπτον, οἱ δ' εἰς τοὺς Κελτούς· καὶ δὴ τῷ τοιοῦτῳ  
τρόπῳ φονευομένων αὐτῶν, πολὺ τι πλῆθος διεφθάρη.  
(10) Τῆς δ' ἡμέρας ἐπιφανομένης, οἱ μὲν Ταραντίνοι  
τὴν ἡσυχίαν εἶχον κατὰ τὰς οἰκήσεις, οὐδέπω δυνάμε-  
νοι τάσασθαι τὸ συμβαῖνον. (11) Διὰ μὲν γὰρ τὴν  
σάλπιγγα, καὶ τὸ μὴδὲν ἀδίκημα γίνεσθαι μὴδ' ἄρ-  
παγὴν κατὰ τὴν πόλιν, ἔδοξαν, ἐξ αὐτῶν τῶν Ῥω-  
μαίων εἶναι τὸ κίνημα. (12) Τῷ δὲ πολλοῦς αὐτῶν  
ὁρᾶν πεφονευμένους ἐν ταῖς πλατείαις, καὶ τινες τῶν  
Γαλατῶν θεωρεῖσθαι σκυλευόντας τοὺς τῶν Ῥωμαίων  
νεκροὺς, ὑπέτρεχε τις ἔννοια τῆς τῶν Καρχηδονίων πα-  
ρουσίας.

XXXIII. Ἦδη δὲ τοῦ μὲν Ἀννίβου παρεμβεβληκό-  
τος τὴν δύναμιν εἰς τὴν ἀγοράν, τῶν δὲ Ῥωμαίων ἀπο-  
καυρηκτόων εἰς τὴν ἀκραν διὰ τὸ προκατεσχεῖσθαι  
φρουρᾶ ταύτην ὑπ' αὐτῶν, ὄντος δὲ φωτὸς εἰλικρινοῦς,  
ὁ μὲν Ἀννίβας ἐκέρυττε, τοὺς Ταραντίνους ἀνευ τῶν  
ὅπλων ἀπορροῦσθαι πάντας εἰς τὴν ἀγοράν. (2) Οἱ δὲ  
νεανίσκοι, περιπορευόμενοι τὴν πόλιν, ἐβόων ἐπὶ τὴν  
ἐλευθερίαν, καὶ παρεκάλουν θαρβεῖν, ὡς ὑπὲρ ἐκείνων  
παρόντας τοὺς Καρχηδονίους. (3) Ὅσοι μὲν οὖν τῶν  
Ταραντίνων προκατεῖχοντο τῇ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους εὐ-  
νοίᾳ, γνόντες, ἀπεχώρουν εἰς τὴν ἀκραν· οἱ δὲ λοιποὶ  
κατὰ τὸ κήρυγμα συνηθροῦντο χωρὶς τῶν ὅπλων,  
πρὸς οὓς Ἀννίβας φιλανθρώπους διελέχθη λόγους. (4)  
Τῶν δὲ Ταραντίνων ὁμοθυμαδὸν ἐπισημηναμένων ἑκα-  
στα τῶν λεγομένων διὰ τὸ παράδοξον τῆς ἐλπίδος, τότε  
μὲν δὴ ἀφῆκε τοὺς πολλοὺς· συντάξας, ἑκάστον, εἰς τὴν  
ἰδίαν οἰκίαν ἐπανελθόντας μετὰ σπουδῆς, ἐπὶ τὴν θύραν  
ἐπιγράψαι, ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ. (5) Τῷ δ' ἐπὶ τὴν Ῥω-  
μαϊκὴν κατ' ἄλυσιν ἐπιγράφαντι ταῦτο τοῦτο, θάνατον  
ᾤρισε τὴν ζημίαν. (6) Αὐτὸς δὲ διελὼν τοὺς ἐπιτη-  
δειοτάτους ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ἐφῆκε διαρπάζειν τὰς  
τῶν Ῥωμαίων οἰκίας, σύνθημα δούς, πολεμίας νομί-  
ζειν τὰς ἀνεπιγράφους, τοὺς δὲ λοιποὺς συνέχων ἐν  
τάξει τούτους ἐφέδρους.

XXXIV. Πολλῶν δὲ καὶ παντοδαπῶν κατασκευ-  
ασμάτων ἀθροισθέντων ἐκ τῆς διαρπαγῆς, καὶ γενομένης

Livius, cognito intrasse hostes oppidum, cogitans, ebrietate  
impediri se, quominus ferre opem posset, domo confestim  
cum famulis egreditur, et portam illam, qua itur ad portum,  
petit : deinde quum illi custos portulam aperuisset, perque  
eam ipse evasisset, scapham unam ex iis, quæ stabant in  
portu religatæ, arripit ; qua cum famulis conscensa, ad ar-  
cem clam defertur. (7) Secundum hæc Philemenus stans  
in theatro, tubis Romanis, quas ante paraverat, cum cer-  
tis hominibus, qui per consuetudinem cum Romanis illas  
inflare didicerant, signum dabat ; (8) et cum Romani fe-  
rendæ opis gratia armati versus arcem pro more accurre-  
rent, plane ex Carthaginiensium voto res succedebat. (9)  
Quippe per plateas passim et inordinati advenientes Romani,  
partim in Pœnos, partim in Gallos incidebant : atque ita,  
multis eorum occisis, magna strages est edita. (10) Ubi  
illuxit, Tarentini in suis ædibus quieti manere : necdum  
enim, quid rei esset, poterant pro certo secum statuere.  
(11) Etenim cum tubam audirent, et abstineri ab injuria et di-  
reptione urbis cernerent, ab ipsis Romanis motum putabant  
excitatum. (12) Cum vero multos ex eisdem per vias cædes  
stratos viderent, quosdam etiam Gallos e Romanorum cor-  
poribus spolia legentes, de adventu Carthaginiensium quæ-  
dam suspicio animis eorum suboriebatur.

XXXIII. Jam Hannibal, occupato foro, suos in aciem ordi-  
naverat, et Romani in arcem, quæ præsidio ipsorum tene-  
batur, fuga se receperant, luxque certior jam erat ; cum  
Pœnus præconio edixit, ut Tarentini omnes sine armis in  
forum convenirent. (2) At juvenes, per urbem discurren-  
tes, clamore omnes ad libertatem vocare, bono ut esset  
animo jubere : ad salutem enim civium Carthaginienses  
venisse. (3) E Tarentinis igitur quicumque necessitudinis  
alicujus vinculis adstricti Romanis erant, re cognita in ar-  
cem se receperunt : ceteri, ut erat edictum, inermes conve-  
niunt ; quos benigno alloquio affatus est Hannibal. (4) Ad  
cujus singula verba quum magno consensu plausus et acclama-  
tiones propter insperatam salutem illi sustulissent, mox  
conclonem Pœnus dimisit, simul præcipientes, redirent de-  
mum quisque suam quantocius, et foribus inscriberent :  
TARENTINI ADES. (5) Quod si quis vero eodem illo titulo  
Romani hospitii frontem notaret, morte luiturum. (6) Ipse  
partitus copias, quos norat maxime idoneos rei gerendæ, ad  
diripiendas Romanorum domos dimisit, data tessera, ut  
quæ inscriptæ non essent, pro hostilibus eas haberent. Re-  
liquam aciem sub signis continet, paratum, si foret opus,  
diripientibus subsidium.

XXXIV. Coactus est ea direptione suppellectilium omnis  
generis magnus numerus : et Carthaginienses nihilo infrie-

ὡρείας τοῖς Καρχηδονίοις ἀξίας τῶν προσδοκωμένων ἐπιβῶν· (2) τότε μὲν ἐπὶ τῶν θπλῶν ὕλισθησαν, εἰς δὲ τὴν ἐπιούσαν ἡμέραν Ἀννίβας συνεδρεύσας μετὰ τῶν Ταραντίνων, ἔκρινε διατείχισαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας, ἵνα μηδεὶς ἐτι φόβος ἐπικαθῇ τοῖς Ταραντίνους ἀπὸ τῶν κατεχόντων τὴν ἀκρόπολιν Ῥωμαίων. (3) Πρῶτον μὲν οὖν ἐπεβάλετο προθέσθαι χάρακα παρὰ τὸν πύργον τῆς ἀκροπόλεως, καὶ τῇ πρὸ τούτου τάφρῳ. (4) Σαφῶς δὲ διαγινώσκων, οὐκ ἔασοντας τοὺς ἱππεύοντας, ἀλλ' ἐναποδείκνυμένους τῇδε πᾶσι τὴν αὐτῶν δύναμιν, ἠτοίμασε χεῖρας ἐπιτηδαιοτάτας νομίζων, πρὸς τὸ μέλλον οὐδὲν ἀναγκαιοτέρον εἶναι, τοῦ καταπληθῆσθαι μὲν τοὺς Ῥωμαίους, εὐθαρσεῖς δὲ ποιῆσαι τοὺς Ταραντίνους. (5) Ἀμα δὲ τῷ τίθεσθαι τὸν πρῶτον χάρακα, θρασέως τῶν Ῥωμαίων καὶ τετολμηκότως ἐπιχειρούντων τοῖς ὑπεναντίοις βραχὺ συμμίζας Ἀννίβας, καὶ τὰς δρμὰς τῶν προειρημένων ἐκκαλεσάμενος, ἐπεὶ προέπεσον οἱ πλείους ἐκτὸς τῆς τάφρου, δοὺς παράγγελμα τοῖς αὐτοῦ, προσέβαλε τοῖς πολεμοῖς. (6) Γενομένης δὲ τῆς μάχης ἰσχυρᾶς, ὥς ἂν ἐν βραχεὶ χώρῳ καὶ περιτετεγισμένῳ τῆς συμπλοκῆς ἐπιτελουμένης, τὸ πέρας ἐκδιασθέντες ἐτρέπτησαν οἱ Ῥωμαῖοι. Καὶ πολλοὶ μὲν ἔπεσον ἐν χειρῶν νόμῳ· τὸ δὲ πλεῖον αὐτῶν μέρος, ἀπωθούμενον, καὶ συγκρημνιζόμενον ἐν τῇ τάφρῳ διεφθάρη.

XXXV. Τότε μὲν οὖν Ἀννίβας προβαλόμενος ἑσπερῶς τὸν χάρακα, τὴν ἡσυχίαν ἔσχε, τῆς ἐπιβολῆς αὐτῷ κατὰ νοῦν κευρηκυίας. (2) Τοὺς μὲν γὰρ ὑπεναντίους συγκλείσας, ἠνάγκασε μένειν ἐντὸς τοῦ τείχους, ἀδύνατος οὐ μόνον περὶ σφῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ἄκρας. (3) Τοῖς δὲ πολιτικοῖς τοιοῦτο παρέστησε θάρρος, ὥστε καὶ χωρὶς τῶν Καρχηδονίων ἱκανοὺς αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν ἔσεσθαι τοῖς Ῥωμαίοις. (4) Μετὰ δὲ ταῦτα μακρὸν ἀπὸ τοῦ χάρακος ἀποστήσας ὡς πρὸς τὴν πόλιν, τέρρον ἐποίησε παρὰ τὸν χάρακα καὶ τῷ τῆς ἄκρας τείχει. (5) Παρ' ἣν ἐκ μεταβολῆς ἐπὶ τὸ πρὸς τὴν πόλιν χεῖλος τοῦ χόδου ἀνασωρευομένου, προσέτι δὲ καὶ χάρακος ἐπ' αὐτῆς τεθέντος, οὐ πολὺ καταδεστέραν τείχους ἀνέβαινε τὴν ἀσφάλειαν ἐξ αὐτῆς ἀποτελεῖσθαι. (6) Παρὰ δὲ ταύτην ἐντὸς ἐτι πρὸς τὴν πόλιν ἀπολιπὼν ἡμίμετρον διάστημα, τείχος ἐπεβάλετο κατασκευάζειν, ἱεζόμενος ἀπὸ τῆς Σωτείρας, ὥς εἰς τὴν Βαθειάν προσηγρευομένην. (7) ὥστε καὶ χωρὶς ἀνδρῶν τὰς δι' αὐτῶν τῶν κατασκευασμάτων ὀχυρότητας ἱκανὰς εἶναι, οἷς Ταραντίνους τὴν ἀσφάλειαν παρασκευάζειν. (8) Ἀπολιπὼν δὲ τοὺς ἱκανοὺς καὶ τοὺς ἐπιτηδείους πρὸς τὴν τῆς πόλεως φυλάκην καὶ τὴν τοῦ τείχους παρεφεινόντας ἱππεῖς, κατεστραπέδευσε, περὶ τεταράζοντα σταδίου ἀποσχὼν τῆς πόλεως παρὰ τὸν ποταμὸν, παρὰ μὲν τισὶ Γαλαῖσιν, παρὰ δὲ τοῖς πλείστοις προσηγρευόμενον Εὐρώταν, ὅς ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην ἀπὸ τῆς τοῦ παρὰ Λακεδαίμονα βέοντος Εὐρώτα. (9) Ἰαλλὰ δὲ τοιαῦτα κατὰ τὴν χώραν καὶ κατὰ τὴν πόλιν παρεχόμενοι τοῖς Ταραντίνους, διὰ τὸ καὶ τὴν ἀποικίαν καὶ

rem spe sua praedam sunt nacti. (2) Qui eam noctem cum in armis egissent, die sequenti Hannibal, habita cum Tarentinis deliberatione, muro urbem ab arce intersepere statuit, ne quid deinceps Tarentini a Romano praesidio, quod arcem tenebat, timendum haberent. (3) Primo igitur vallum e regione arcis facere, quod ab ejus muro et fossa, ante murum ducta, pari undique spatio distaret, instituit. (4) Et qui probe sciret, nequaquam id hostes esse permissuros, sed ad id prohibendum omnes suas vires exerturos, varias hominum fortissimorum manus praeparavit; quum nihil magis in posterum necessarium duceret, quam ut Romanis terrorem injiceret, Tarentinis animos adderet. (5) Ut primum jaci vallum coepit, Romanis intrepide atque audacter pugnam in adversarios capessentibus, Hannibal levi commisso praelio, tantum ut iram Romanorum irritaret, postquam plerosque eorum extra fossam videt erupisse, dato suis signo, hostem invadit. (6) Post atrocem pugnam (quippe in angusto et muris circumcluso loco pugnabatur) vi tandem coacti, terga vertunt Romani. (7) In eo praelio multi eorum sunt occisi; plures tamen, dum pelluntur, praecipitati in fossam, ibi perierunt.

aqua. Deinde vero repletis aqua vasis subera, infixos baculos habentia, esse imponenda: tum autem canaliculos esse laxandos, ut simul ex utroque effluat aqua. (8) Atque his ita factis, quum sint omnia utrobique paria et similia, manifestum est, illud necessario eventurum, ut, quantum aquæ effluerit, tantum descendant subera, et baculi intra vasa occultantur. (9) Postquam autem omnia, quæ diximus, pari celeritate et congruenter administrari coeperint: tunc delatis vasis ad illa loca, in quibus observatio dandi per faces signi facienda est utrique, subera cum baculis utrique vasi imponenda. (10) Deinde si quid eorum inciderit, quæ in baculo sunt scripta, ante omnia faciem accensam tollere jubet, ac tantisper expectare, dum alteri ex adverso faciem sustulerint, quibus ea cura fuerit mandata. Ubi ambæ simul faces apparuerint, ambæ deprimentæ, ac statim canaliculi utraque ex parte solvendi. (11) Descendente igitur subere et baculo, simul ac scriptura rei, quam copis significare, ad labra vasis accesserit, præcipit *Ææons*, faciem in altum tolli: (12) qua visa, protinus iis, qui in altera sunt specula, canaliculus est sistendus, et inspicendum, quidnam ex iis, quæ baculo sunt inscripta, labro respondeat. (13) Erit autem hoc, id quod significatum alter voluerit, siquidem celeritate æquali apud utrosque speculatores omnia movebuntur.

**XLV.** Hæc ratio, licet præstet nonnihil priori, quæ signis conventis constabat, incerta est tamen atque indefinita. (2) Manifestum est enim, neque provideri omnes impendentes posse casus, neque, si cuncta prospexeris, inscribi omnia baculo posse. Idcirco, si pro diversitate temporum inciderit aliquid, de quo nemo cogitaverat, ei significando non sufficere istud inventum, omnes intelligunt. (3) Immo vero, ne eorum quidem, quæ baculo sunt inscripta, satis definitum quidquam est: nam quot venerint equites, aut quot pedites, in quamve regionis partem, vel quot naves, quis annonæ modus, declarari nequit. (4) Quæ enim cognosci, antequam fiant, non queunt, de his in antecessum nulla potest finiri conventio. Atqui in hoc rei totius vertitur cardo. (5) Qui enim de ferenda ope aliquis deliberabit, qui non prius norit, quot numero hostes adsint, et ubi? quomodo recipiat aliquis animos, vel contra, aut omnino commodi aliquid cogitet, qui numerum navium, aut frumenti a sociis missi non cognoverit? (6) Postrema ratio, cujus auctores sunt Cleoxenus et Democlitus, sed quam nos correximus, certa definitaque est, adeo, ut quidquid exortum fuerit negotii, id possis certo facere notum: verum ea qui utentur, maiorem curam et studium intentius adhibere eos oportet. Est autem huiusmodi. (7) Litterarum Græcarum numerum ordine universum accipe, et in quinque partes per quina elementa tribue. Parti ultimæ una defuerit littera: verum id ad ea, quæ paras, nihil faciet momenti. (8) Deinde eos, qui per faces sibi invicem dare signa volent, tabellis quinque sibi parare oportet, et in quaque illarum tabellarum partem elementorum describere. (9) Tum vero convenire inter illos debet, eum, qui daturus erit signum, primas duas faces simul sublaturum, et expectaturum, donec alter ex adverso suas tollat. (10) Id autem eapropter faciunt, ut ex ejusmodi facum elevatione liquido constet inter ipsos, an-

χουσι. (11) Καθαρθέντων δὲ τούτων, λοιπὸν πρὸς τὸ σημαίνειν ἀρεῇ μὲν τοὺς πρώτους ἐκ τῶν εὐώνυμων, διασαφῶν τὸ πλατεῖον ποῖον δεήσει σκοπεῖν. (12) Ὅλον, ἰάν μὲν τὸ πρῶτον, ἕνα· ἰάν δὲ τὸ δεύτερον, δύο καὶ κατὰ λόγον οὕτω. Τούς δὲ δευτέρους ἐκ τῶν δεξιῶν, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ποῖον δεήσει γράμμα τῶν ἐκ τοῦ πλατείου γράφειν τὸν ἀποδεχόμενον τὴν πυρσίαν.

**XLVI.** Ὅταν δὲ ταῦτα συνθέμενοι χωρισθῶσιν ἑκάτεροι ἐπὶ τοῦ τόπου, δεήσει πρῶτον μὲν διόπτραν ἔχειν, δύο ἀλλίσκους ἔχουσιν, ὥστε τοῦ μέλλοντος ἀντιπυρσεύειν τῷ μὲν τὸν δεξιὸν τόπον, τῷ δὲ τὸν εὐώνυμον δύνασθαι θεωρεῖν. (2) Περὶ δὲ τὴν διόπτραν ἐξῆς ὁρᾷ δεῖ τὰ πλατεῖα πεπηγῆναι. (3) Παραπεφράχθαι δὲ καὶ τὸν δεξιὸν καὶ τὸν εὐώνυμον τόπον ἐπὶ δέκα πόδας, τὸ δὲ βάθος ὡς ἀνδρομήχες· ἐς τὸ τοὺς πυρσούς, αἰρομένους μὲν παρὰ ταῦτα, τὴν φάσιν ἀκριθῇ ποιεῖν, καθαριζομένους δὲ τὴν κρύψιν. (4) Τούτων δ' ἐτοιμασθέντων παρ' ἀμφοτέρους, ὅταν βούλῃ δηλώσαι, λόγου χάριν, διότι « τῶν στρατιωτῶν τινες εἰς ἑκατὸν ἀποκηγήρασαι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους » πρῶτον δεῖ διαλεῖται τῶν λέξεων, ὅσαι δι' ἐλαχίστων γραμμάτων δύναται ταῦτ' ἀποδοῦν. (5) Ὅλον, ἀντὶ τοῦ προειρημένου· « Κρήτες ἑκατὸν ἀφ' ἡμῶν ὑπομόλησαν. » Νῦν γὰρ τὰ μὲν γράμματα ἐστὶν ἐλάττω τῶν ἡμίσεων, διασπείρεται δὲ ταῦτόν. (6) Τούτου δὲ γραφέντος εἰς πίνακιν, οὕτω δηλωθήσεται τοῖς πυρσούς. (7) Πρῶτον ἐστὶ γράμμα τὸ κάππα· τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν τῇ δευτέρᾳ μερίδι καὶ τῷ δευτέρῳ πλατεῖῳ. Δεήσει δὲ καὶ πυρσούς ἐκ τῶν εὐώνυμων δύο αἶρειν, ὥστε τὸν ἀποδεχόμενον γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸ δεύτερον πλατεῖον ἐπισκοπεῖν. (8) Εἴτε' ἐκ τῶν δεξιῶν ἀρεῇ πέντε, διασαφῶν τὴν κάππα· τοῦτο γὰρ πέμπτον ἐστὶ τῆς δευτέρας μερίδος, ὃ δεήσει γράφειν εἰς τὸν πίνακιν τὸ ἀποδεχόμενον τοὺς πυρσούς. (9) Εἴτα τέσσαρας ἐκ τῶν εὐώνυμων, ὅτι τὸ βῶ τῆς τετάρτης ἐστὶ μερίδος. Εἴτα δύο αἶριν ἐκ τῶν δεξιῶν· δεύτερον γὰρ ἐστὶ τῆς τετάρτης. Ἐξ οὗ τὸ βῶ γράφει ὁ δεχόμενος τοὺς πυρσούς. Καὶ λοιπὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. (10) Προδηλοῦται μὲν οὖν ἐν τῷ προσκείμενῳ ὀρισμένως κατὰ ταύτην τὴν ἐπίνοιαν.

**XLVII.** Πολλοὶ δὲ γίγνοντ' οἱ πυρσοί, διὰ τὸ δεῖν ἕκαστον γράμματος διττὰς ποιεῖσθαι τὰς πυρσάς. (2) Οὐ μὴν ἄλλ'· ἰάν τις εὐτρεπῇ ποιήσῃ τὰ ὡς τὸ πρᾶγμα, δύναται γίνεσθαι τὸ δέον. (3) Καθ' ἑτέραν δὲ τὴν ἐπίνοιαν προμελετᾶν δεῖ τοὺς χειρίζοντας, ἵνα, τῆς χρείας γινομένης, ἀδιαπτῶτος δύναται διασαφεῖν ἀλλήλους. (4) Πηλίκην δὲ συμβαίνει ἵνεσθαι τὴν διαφορὰν ἐπὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων, ὡπὼν λεγομένων, καὶ πάλιν κατὰ συνήθειαν γινομένων, ἐκ πολλῶν εὐχερὲς τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν. Πολλὰ γὰρ οὐ μόνον τῶν δυσχερῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πύκτων εἶναι δοκούντων κατὰ τὰς ἀρχάς, μετὰ ταῦτα ἴσου καὶ συνηθείας τυχόντα, βῆστα πάντων ἐπιτελεῖ-

mum advertere utrumque. (11) Tum autem, prioribus demissis facibus, de cetero jam ad significandum a parte laeva primo faces attollet, notum faciens, quænam tabella sit aspicienda. (12) Nam si in primam oculi fuerint conjiciendi, unam elevarit: duas, si in secundam; et ita de ceteris. Secundas deinde faces a dextra tollet in altum, pari ratione docens, quæ littera e tabella designata sit ei scribenda, qui datum signum excipit.

**XLVI.** Quando hisce ita communi consensu firmatis, ad obeundum hoc ministerium in suas speculas ambo concesserint; dioptram habere illos oportet, duabus fistulis instructam, quarum altera dextram partem, altera sinistram ejus, qui per faces est responsurus, valeat dignoscere. (2) Juxta dioptram dictæ tabellæ debent affigi rectæ. (3) Præterea vero dextrum sinistrumque locum lorica præcingere oportet, decem pedes lata, alta ad humanæ staturæ modum, ea fine, ut faces in hac lorica elatæ clare lucentes signum indubitatum exhibeant, demissæ penitus occultantur. (4) Posteaquam ab utroque hæc cuncta rite fuerint curata, ubi indicare aliquid volueris; pata, « auxiliarium nonnulli, « circiter centum, ad hostes transitionem fecerunt; » voces primo ejusmodi sunt eligendæ, quæ litteris quam paucissimis hoc ipsum queant significare. (5) Veluti, pro eo, quod modo dicebamus, « Kretes centum a nobis defecere: » nunc enim litterarum dimidio minor est numerus, et res tamen eadem significatur. (6) Hoc igitur, descriptum prius in pittacio, per incensas faces tum deinde indicabitur. (7) Littera prima est K. Hæc in secunda parte et tabella secunda locum habet: duæ itaque faces a læva quoque parte erunt tollendæ in altum, ut cognoscat qui signum excipit, secundam tabellam sibi esse inspiciendam. (8) Secundum hæc a dextris quinque faces attollet, ad designandam litteram K: ea enim quinta est in secunda tabella. Litteram igitur K in pittacio sibi annotabit is, qui faces observat. (9) Quatuor deinde faces a sinistra parte attollentur, quia R littera in quarta invenitur tabella: dein rursus a dextris duas faces tollet, quia R in quarta secundum locum obtinet. Igitur qui signa excipit, R in pittacio scribet. Eademque ratio in ceteris litteris. (10) Hoc ergo invento omnia certo et definite indicantur, quæ inciderint.

**XLVII.** Sunt vero plures hic faces, quia singulæ litteræ bis sublati facibus sunt designandæ. (2) Potest tamen rite et ex usu res confici, modo aliquis operam dederit, ut omnia, quæ necessario desiderantur, probe sint parata. (3) Qui vero negotium hoc administraturi sunt, ultra ratione utantur, eos oportet diu exercitatos accedere; ut, cum res postulaverit, dare sibi invicem signa nullo errore interveniente queant. (4) Quid enim et quantum sit discriminis in rebus iisdem, quando primum in medium afferuntur, et quando homines illis sunt usu assuefacti, multis documentis intelliget qui scire cupit. (5) Sæpe enim ea, quæ initio non difficilia tantum esse, verum omnino fieri non posse videbantur, mox, ut accessit tempus et usus, facillime



ται. (6) Τοῦ δὲ τοιοῦτου λόγου παραδείγματα μὲν πολλὰ καὶ ἕτερα πρὸς πίστιν, ἐναργέστατον δὲ τὸ γινόμενον ἐπὶ τῆς ἀναγνώσεως. (7) Ἐπὶ γὰρ ἐκείνης, εἴ τις παραστησάμενος ἄνθρωπον, ἄπειρον μὲν καὶ ἀσυνήθη γραμματικῆς, τὰλλα δ' ἀγχίνου, ἔπειτα παιδάριον ἔξιν ἔχον παραστήσας, καὶ δοὺς βιβλίον, κελεύει λέγειν τὰ γεγραμμένα. (8) δῆλον, ὥς οὐκ ἂν δύναιτο πιστεῦσαι, διότι δεῖ πρῶτον ἐπὶ τὰς ὀψεις τὰς ἐνὸς ἐκάστου τῶν γραμμάτων ἐπιστῆσαι τὸν ἀναγινώσκοντα, δεύτερον ἐπὶ τὰς δυνάμεις, τρίτον ἐπὶ τὰς πρὸς ἄλλα συμπλοκάς. ὣν ἕκαστον ποσοῦ χρόνου τινὸς δεῖται. (9) Διόπερ ὅταν ἀνεπιστάτως θεωρῇ τὸ παιδάριον ὑπὸ τὴν ἀναπνοὴν ἑπτὰ καὶ πέντε στίχους συνείρον, οὐκ ἂν εὐχερῶς δύναιτο πιστεῦσαι, διότι πρότερον οὗτος οὐκ ἀνέγνωκε τὸ βιβλίον. (10) εἰ δὲ καὶ τὴν ὑπόκρισιν, καὶ τὰς διαιρέσεις, ἔτι δὲ δασύτητας καὶ ψιλότητας δύναιτο συσώζειν, οὐδὲ τελέως. (11) Διόπερ οὐκ ἀποστατίζον οὐδενὸς τῶν χρησίμων διὰ τὰς προφαινομένας δυσχερείας· προσαικτέον δὲ τὴν ἔξιν, ἥ πάντα τὰ καλὰ γίγνεται θηρατὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἄλλως τε καὶ περὶ τῶν τοιούτων, ἐν οἷς πολλάκις κείται τὸ συνέχον τῆς σωτηρίας. (12) Ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπαγγελίαν προήχθημεν εἰπεῖν. Ἐφαμεν γάρ, πάντα τὰ θεωρήματα καθ' ἡμᾶς ἐπὶ τοσούτων εἰληφέναι τὰς προκοπὰς, ὥστε τῶν πλείστων τρόπον τινὰ μεθοδικὰς εἶναι τὰς ἐπιστήμας. (13) Διὸ καὶ τοῦτο γίγνεται τῆς δεόντος ἱστορίας συνταγμένης ὠφελιμώτατον.

omnium evadunt. (6) Cujus rei cum alia multa exempla fidei faciendæ causa possunt afferri, evidentissimum tamen est, quod in legendo fieri videmus. (7) Nam ad hanc quod attinet, si quis præsentem viro alioqui solerti, sed qui grammaticæ plane sit rudis et insolens, puerulum sistat coram ipso, ejus artis peritiam habentem, et tradito libro legere illum, quæ scripta sunt, jubeat : (8) perspicuum est, vix illum tri adductum, ut credat, puerum, qui legit, literarum uniuscujusque primum formæ debere intendere animum, deinde earum potestatibus, tertio loco conjunctioni unius cum altera; quarum operationum unaquæque certum temporis modum desiderat. (9) Idcirco, videns iste, puerulum sine ulla cogitandi mora uno spiritu septem aut quinque versus continuare, non facile persuaderi sibi patietur, puerum non ante eum librum legisse. (10) Quod si vero pronuntiationem gestu etiam adjuvare, tum et distinctionem et spirituum qua asperorum qua lenium rationes observare poterit : prorsus id illi viro nunquam persuadebitur. (11) Quamobrem propter difficultates, quæ prima fronte apparent, utili re nulla est abstinendum : (12) sed danda opera, ut assidua meditatione in habitum res vertat; qua ratione pulchra omnia mortalibus sunt parabilia. Idque præsertim in hujusmodi rebus est conandum, quæ persæpe vel precipue salutis sunt causæ. Hæc igitur nos dicere hoc loco juvit, memores ejus, quod antea promiseramus. Dixeramus enim, omnes disciplinas nostra ætate tantum cepisse incrementum, ut plerarumque illarum præcepta certa quasdam via ac ratione tradantur. (13) Quare et hac ex parte maximam utilitatem habet historia legitime conscripta.

## VIII. — RES ASIÆ.

### (I.) Excerptor. Antiquor. cap. 45.

XLVIII. Οἱ δ' Ἀσπασιάκαι Νομάδες κατοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Ὁξοῦ καὶ Τανάιδος, ὧν δὲ μὲν εἰς τὴν Ὑρκανίαν ἐμβάλλει θάλατταν, δὲ Τανάϊς ἐξίησιν εἰς τὴν Μαῶτιν λίμνην· εἰσὶ δ' ἐκάτεροι κατὰ τὸ μέγεθος πλωτοί. (2) Καὶ δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι, πῶς οἱ Νομάδες, περαιούμενοι τὸν Ὁξόν, εἰς τὴν Ὑρκανίαν ἔρχονται πεζοὶ μετὰ τῶν ἵππων. (3) Εἰσὶ δὲ δύο λόγοι περὶ τούτου τοῦ πράγματος, ὁ μὲν ἐπιεικής, ὁ δ' ἕτερος παράδοξος, οὐ μὴν ἀδύνατος. (4) Ὁ γὰρ Ὁξὸς ἔχει μὲν ἐκ τοῦ Καυκάσου τὰς πηγὰς· ἐπὶ πολὺ δ' αὐξηθεὶς ἐν τῇ Βακτριανῇ, συρρέοντων εἰς αὐτὸν ὑδάτων, φέρεται διὰ πεδιάδος χώρας, πολλῶ καὶ θολερῶ ρεύματι. (5) Παραγενόμενος δ' εἰς τὴν ἔρημον ἐπὶ τινὰ πέτρας ἀπορῶντας, ἐξωθεῖ τὸ ρεῦμα τῇ βίᾳ, διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν καταφορὰν, τῶν ὑπερκειμένων τόπων ἐπὶ τοσούτων, ὥστε τῆς πέτρας ἐν τοῖς κάτω μέρεσι πλεῖον ἢ στάδιον ἀφάλλεσθαι τὴν καταφορὰν αὐτοῦ. (6) Διὰ δὲ τούτου τοῦ τόπου φασι τοὺς Ἀσπασιάκας παρ' αὐτὴν τὴν πέτραν ὑπὸ τὴν καταφορὰν τοῦ ποταμοῦ πεζεύειν μετὰ τῶν ἵππων εἰς τὴν Ὑρκανίαν. (7) Ὁ δ' ἕτερος λόγος ἐπιεικεστέραν ἔχει τοῦ πρόσθεν τὴν ἀπόφασιν.

### (I.) Cataracta Oxi amnis.

XLVIII. Aspasiacarum Nomadum gens sedes habet inter Oxum et Tanaim, quorum amnium alter in mare Hyrcanum se exonerat, Tanais in Mæotim paludem ingreditur : et summo ambo ejus magnitudinis, ut navium sint patientes. (2) Atque hic admiratione digna res occurrit, qua Nomades ratione, Oxum flumen trajicientes, pedibus cum equis suis in Hyrcaniam veniant. (3) Ejus rei duplex afferri solet ratio : quarum altera nihil, quod mireris, continet ; altera est miraculosa, non tamen ejusmodi, quæ fieri nequeat. (4) Nam Oxus fluvius, e monte Caucasio fontium origines ducens, in Bactriana, multis in eum aquis influentibus, vehementer auctus, per plana camporum ingenti ac turbido fertur alveo. (5) Deinde ubi ad deserta loca venit, in abrupta quedam et confragosa delatus saxa, undas sua vi, propter copiam et ab lapsum præcipientem ex alto, tam procal a superioribus locis ejicit, ut in inferiore solo absiliat a prædictis saxi ruens aqua longius stadio. (6) Ajunt igitur, per hoc spatium juxta ipsam rupem sub aquæ præcipientis alveo pedestri itinere Aspasiacas cum suis equis in Hyrcaniam transire. (7) Ratio altera expositionem veri magis similem habet. Solum illud, in quod et cataractis Oxus cadit vastas plani-

Τῷ γὰρ ὑποκειμένου τόπου μεγάλους ἔχοντας πλατάρνας, εἰς οὓς καταβράττει, τούτους φασι τῇ βίᾳ τοῦ μείματος ἐκκοιλιῶντα καὶ διαδρήγνυντα κατὰ βάθος, ὑπὸ γῆν φέρεσθαι τόπον οὐ πολὺν, εἴτ' ἀναφαίνεσθαι πάλιν. (8) Τὸς δὲ βαρβάρους διὰ τὴν ἐμπειρίαν κατὰ τὸν διαλείποντα τόπον ποιεῖσθαι τὴν οἰοδὸν ἐπὶ τῶν ἱππῶν εἰς τὴν Ὑρκανίαν.

## (II.) Excerptor. Antiquor. cap. 46.

XLIX. Γενομένης δὲ τῆς προσαγγελίας, διότι συμβαίνει, τὸν μὲν Εὐθύδημον μετὰ τῆς δυνάμεως εἶναι περὶ Ταπούριαν, μυρίους δ' ἱππεῖς προκαθίσεσθαι φυλάττοντας τὰς περὶ τὸν Ἄριον ποταμὸν διαβάσεις ἑαίνε, τὴν πολιορκίαν ἀπογνοῦς, ἔχεσθαι τῶν προκειμένων. (2) Ἀπὸ τῆς δὲ τοῦ ποταμοῦ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν, ἐπὶ μὲν ἡμέρας δύο σύμμετρον ἐποίησατο τὴν πορείαν, τῇ δὲ τρίτῃ μετὰ τὸ δειπνῆσαι τοῖς μὲν ἄλλοις ἅμα τῷ φωτὶ ποιεῖσθαι παρήγγειλε τὴν ἀναζυγήν· (3) αὐτὸς δ' ἀναλαβὼν τοὺς ἱππέας καὶ τοὺς εὐζώνους, ἅμα δὲ πελταστὰς μυρίους, προῆγε νυκτὸς, πορεύσας ἐνεργῶ. (4) Τὸς γὰρ ἱππεῖς ἐπυνθάνετο τῶν ὑπεναντίων τὰς μὲν ἡμέρας ἐφεδρεῖν παρὰ τὸ χεῖλος τοῦ ποταμοῦ, τὰς δὲ νύκτας ὑποχωρεῖν πρὸς τινα πλίν, οὐκ ἔλαττον εἰκοσι σταδίων διέχουσαν. (5) Διακρίνας δὲ νύκτωρ τὴν καταλειπομένην ὁδὸν, ἅτε τῶν εἰδίων ἱππασίμων ὑπαρχόντων, ἔφθασε περαιώσας τὸν ποταμὸν ἅμα τῷ φωτὶ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς μεθ' ἑαυτοῦ δυνάμεως. (6) Οἱ δὲ τῶν Βακτριανῶν ἱππεῖς, μετακινηθέντων αὐτοῖς τῶν σκοπῶν τὸ γεγονός, ἐξεβοήκων, καὶ κατὰ πορείαν συνέμισγον τοῖς ὑπεναντίοις. (7) Ὁ δὲ βασιλεὺς, θεωρῶν, ὅτι δεῖ δέξασθαι τὴν πρώτην ἐκπορὰν τῶν πολεμίων, παρακαλέσας τοὺς περὶ αὐτὸν εἰθισμένους κινδυνεύειν τῶν ἱππέων δισχιλίους, οὓς μὲν ἄλλοις παρήγγειλε κατὰ σημαίας καὶ κατ' οὐαμοὺς αὐτοὺς παρεμβαλεῖν, καὶ λαμβάνειν ἐκάστους ἐς εἰθισμένας τάξεις· (8) αὐτὸς δὲ, μετὰ τῶν προειρημένων ἱππέων ἀπαντήσας, συνέβαλε τοῖς πρώτοις πεφερομένοις τῶν Βακτρῶν. (9) Δοκεῖ δὲ κατὰ τοῦτον ἢ κίνδυνον Ἀντίοχος ἀγωνισάσθαι διαπρεπέστατα ἢ μεθ' ἑαυτοῦ. (10) Πολλοὶ μὲν οὖν ἀμφοτέρων ἐφθάρησαν· ἐπεκράτησαν δὲ τῆς πρώτης ἱππαρχίας μετὰ τοῦ βασιλέως. Τῆς δὲ δευτέρας καὶ τρίτης πεφερομένης, ἐπιέζοντο, καὶ κακῶς ἀπῆλλαντο. (11) Ἀτὰρ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, τῶν πλείστων ἱππέων ἐκταγμένων ἤδη, Παναίτωλος ἐπαγαγεῖν παραγγείλας, ἢ μὲν βασιλέα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ κινδυνεύοντας ἐδέετο, τοὺς δὲ τῶν Βακτριανῶν ἐπιφερομένους ἀτάκτως· μεταβολῆς προτροπάδην ἠνάγκασε φυγεῖν. (12) Χεῖνοι μὲν οὖν, τὸν περὶ τὸν Παναίτωλον αὐτοῖς ἐπιμενόντων, οὐ πρότερον ἔστησαν, ἕως οὗ συνέμιξαν τοῖς ἐπὶ τὸν Εὐθύδημον, τοὺς πλείστους ἀπολωλεκότες αὐτῶν· (13) οἱ δὲ τοῦ βασιλέως ἱππεῖς, πολλοὺς μὲν φούσαντες, πολλοὺς δὲ ζωγρίᾳ λαβόντες, ἀνεχώρουν· εἰ τότε μὲν αὐτοῦ παρὰ τὸν ποταμὸν ἠύλισθησαν.

ties aiunt habere, quas impetus atque vis præcipitantis aquæ cavat : deinde, ubi dirupta terra profundum sibi foramen aperuit, subter terram ferri amnem, ac mox, spatio confecto non ita magno, rursum emergere et in conspectum venire. (8) Barbaros igitur, qui locorum naturam probe teneant, qua intermittit fluvius, equis vectos in Hyrcaniam iter facere.

## (II.) Antiochus vincit Euthydemum rebellem.

XLIX. Rex Antiochus, cognito per nuncios, Euthydemum cum exercitu circa Tapuriam esse, equitum vero decem millia ad tutandam Arii amnis ripam regioni præsidere, damnata expugnationis spe, fluvium trajicere, et pergere in hostem decrevit. (2) Tridui tunc iter a flumine aberat Antiochus, qui ubi per biduum moderato gradu agmen duxisset, tertio die, a cæna dato ceteris præcepto, ut, simul lux esset orta, castra moverent, (3) ipse cum equitibus, pedibusque expeditis, et cetratorum decem millibus noctu profectus, citato itinere usus est. (4) Sciscitando namque didicerat, equitatum hostium interdiu quidem stationes in ripa fluminis habere, noctu vero ad quoddam oppidum se recipere, viginti stadia inde distans. (5) Itaque silentio noctis confecto quod supererat itineris (utpote per patentes campos et equitatu aptos agmen ducens), priusquam illuc esset, majorem partem copiarum, quas secum habebat, flumen trajecerat. (6) Bactriani equites per signa, quæ a speculatoribus edebantur, rem edocti, auxilii ferendi causa properantes, in ipso itinere in hostes incidunt. (7) Rex faciendum sibi omnino judicans, ut primum illum impetum hostium et procellam equestrem sustineret, duo equitum millia, secum pugnare solita, cohortatus, ceteris imperat, ut per signa ac turmas aciem ipsi per se ordinarent, et stationes consuetas singuli caperent : (8) ipse cum iis, quos diximus, equitibus pergere in hostem, et cum prima acie Bactrianorum pugnam capessere. (9) Eo certamine visus est Antiochus egregie præ omnibus suis rem manu gerere. (10) Perierunt utraque ex parte multi. Qui regem comitabantur, alam equitatus hostilis primam superarunt. Secunda vero mox et tertia ingruente, premi regia cohors cæpit : (11) jamque adeo malo loco res erat, cum, maxima jam equitatus parte in aciem structa, Panætulus signa hostibus inferre jubens, regem et eos, qui simul periclitabantur, intra suorum ordines, Bactrianos vero, qui non servatis ordinibus invehebantur, terga dare et effusa fuga salutem petere compulit. (12) Et illi quidem, quum Panætulus fugientibus infestus incumberet, multis suorum desideratis, non prius loco steterunt, quam Euthydemo fuerunt conjuncti. (13) Regii equites postquam multos occidissent, multos ce-

(14) Ἐν δὲ τούτῳ τῷ κινδύνῳ τὸν μὲν ἵππον συμβαίνει Ἀντιόχῳ ἀποθανεῖν τραυματισθέντα, αὐτὸν δὲ πληγέντα διὰ τοῦ στόματος ἀποβαλεῖν τινὰς τῶν ὀδόντων, καθόλου δὲ φήμην ἐπ' ἀνδρείᾳ περιποιήσασθαι τότε μάλιστα.

(15) Γενομένης δὲ τῆς μάχης ταύτης, ὁ μὲν Εὐθύδημος καταπλαγὲς ἀνεχώρησε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς πόλιν Ζαρίασπα τῆς Βακτριανῆς.

pissent vivos, receptui cecinerunt, et nocte illa ad ripam fluminis tetenderunt. (14) In hoc prælio accidit, ut regis equus accepto vulnere moreretur, ipse sauciatus in ore dentes quosdam amitteret, omnino vero fortitudinis famam ex ea maxime pugna sibi pareret. (15) Secundum dimicationem hæc Euthydemus, metu percussus Zariaspa, quod est Bactrianæ oppidum, se recepit.

THE ENAΕΚΑΤΗΣ  
ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ  
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

[I. a. Ἵσως δὲ τινες ἐπιζητήσουσι πῶς ἡμεῖς οὐ προ-  
γραφὰς ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ, καθάπερ οἱ πρὸ ἡμῶν,  
ἀλλὰ καὶ προεκθέσεις καθ' ἑκάστην ὀλυμπιάδα πεποιτή-  
καμεν τῶν πράξεων· (2) ἐγὼ δὲ κρίνω χρήσιμον μὲν εἶναι  
τὸ τῶν προγραφῶν γένος· καὶ γὰρ εἰς ἐπίστασιν ἀγει-  
τοὺς ἀναγινώσκειν θέλοντας καὶ συνεκκαλεῖται καὶ πα-  
ραμῆ πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν τοὺς ἐντυγχάνοντας· πρὸς  
δὲ τούτοις πᾶν τὸ ζητούμενον ἐτοιμῶς εὐρεῖν ἐνεστί διὰ  
τούτου· (3) θεωρῶν δὲ διὰ πολλὰς αἰτίας καὶ τὰς τυχοῦσας  
ὀλιγοῦμενον καὶ φθειρόμενον τὸ τῶν προγραφῶν γέ-  
νος, οὕτω καὶ διὰ ταῦτα πρὸς τοῦτο τὸ μέρος κατηνέ-  
χθην. (4) Τῆς γὰρ προεκθέσεως οὐ μόνον ἰσοδυναμού-  
σης τῇ προγραφῇ, ἀλλὰ καὶ πλεῖον τι δυναμένης, ἅμα  
δὲ καὶ χώραν ἔχουσης ἀσφαλεστέραν, διὰ τὸ συμπεπλέ-  
χθαι τῇ πραγματείᾳ, (5) τούτῳ μᾶλλον ἐδοκίμασαμεν  
χρησθαι τῷ μέρει παρ' ὅλην τὴν σύνταξιν, πλην ε' τῶν  
πρώτων βιβλίων· ἐν ἐκείοις προγραφὰς ἐποίησάμεθα  
διὰ τὸ μὴ λανθάνειν ἐν αὐταῖς τὸ τῶν προεκθέ-  
σεων γένος.]

I. BELLUM HANNIBALICUM.

(Suidas v. Ῥαδιότερον.)

I. Ἀλλὰ πολὺ βραδυστέραν καὶ συντομωτέραν συν-  
έβη γενέσθαι τὴν Ἀσδρούβου παρουσίαν εἰς Ἰταλίαν.

(Excerptor. Antiquor. ex lib. XI, cap. 1-3.)

(2) Ἀσδρούβα δὲ τούτων μὲν ἤρεσκεν οὐδέν. Τῶν  
δὲ πραγμάτων οὐκέτι δόντων ἀναστροφῇ, διὰ τὸ θεω-  
ρεῖν τοὺς πολεμίους ἐκτεταγμένους καὶ προσάγοντας,  
ἠναγκάζετο παρατάττειν τοὺς Ἴβηρας καὶ τοὺς μετ' αὐ-  
τοῦ γεγονότας Γαλάτας. (3) Προθέμενος δὲ τὰ θηρία  
τὸν ἀριθμὸν ὄντα δέκα, καὶ τὸ βάθος αὐξήσας τῶν  
τάξεων, καὶ ποιήσας ἐν βραχεῖ χώρῳ τὴν ὅλην δύνα-  
μιν, πρὸς δὲ τούτοις μέσον αὐτὸν θεῖς τῆς παρατάξεως  
κατὰ τὴν τῶν θηρίων προστασίαν, ἐποιεῖτο τὴν ἐφοδὸν  
ἐπὶ τὰ λαῖα τῶν πολεμίων· προδιελθὼς, ὅτι δεῖ κατὰ  
τὸν παρόντα κίνδυνον νικᾶν ἢ θνήσκειν. (4) Ὁ μὲν  
αὖν Αἰθίος ἀντεπῆε τοῖς πολεμίους σοβαρῶς, καὶ συμ-  
βαλὼν ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσιν ἐμάχετο γενναίως. (5)  
Ὁ δὲ Κλαύδιος ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος τεταγμένος,  
προάγειν μὲν εἰς τοῦμπροσθεν καὶ περικεῖρᾰν τοὺς ὑπε-  
αντίους οὐκ ἐδύνατο, διὰ τὰς προκειμένας δυσχωρίας,  
αἷς πεπιστευκῶς Ἀσδρούβας ἐποίησατο τὴν ἐπὶ τὰ λαῖα  
τῶν πολεμίων ἐφοδόν. (6) Ἀπόρως δὲ διακείμενος ἐπὶ  
τῷ μηδέν πράττειν, ὅπ' αὐτοῦ τοῦ συμβαίνοντος ἐμα-  
ρην, ὁ δέον ἦν πράττειν. (7) Διὸ καὶ παραδεξάμενος  
ἀπὸ τῶν δεξιῶν τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας κατὰ τὸν ὅπ-  
ισθεν τόπον τῆς μάχης, καὶ τὸ λαῖον ὑπεράρας τῆς ἰδίας

LIBRI UNDECIMI  
HISTORIARUM POLYBII  
RELIQUÆ.

I. a. Nonnulli fortasse quærent cur nos huic libro contra  
morem veterum præfationem non præmiserimus, sed cu-  
jusque potius olympiadis initio quæ per eam res gestæ sint,  
proposuerimus. (2) Ego sane præfationum genus non inu-  
tile esse arbitror: etenim hæ studiosorum lectorum atten-  
tionem provocant, atque ad librum pervolutandum excitant.  
Insuper quidquid quærimus, id harum ope facile invenimus.  
(3) Sed enim quum viderem præfationes ob multas causas,  
interdum etiam fortuitas, negligi ac pedibus trahi, ad pro-  
positiones potius me contuli. (4) Hæ quippe non solum  
æque valent ac præfationes, sed gravioris interdum momenti  
sunt, et commodius collocantur, propterea quod ipsimet  
operi admiscentur: (5) ideoque his potius uti decrevi per  
omne opus, exceptis prioribus quinque libris, quos præfa-  
tionibus exornavi, quia scilicet propositionibus haud satis  
aptus locus erat.

*Asdrubal, in Italiam transgressus, prælio victus perit.*

(1) Multo autem celerior et expeditior fuit Asdrubalis in  
Italiam adventus.

(2) Asdrubali nihil quidem horum placebat. Sed quum  
res ipse nullum ei amplius ad deliberandum tempus conce-  
derent, quod eductos jam in aciem hostes signaque inferentes  
videret, coactus est Hispanos et quos secum habebat Gallos  
ad dimicandum ordinare. (3) Elephas, qui numero de-  
cem erant, ante signa collocavit, aciem profundiore quam  
porrectiorem instituit, eaque in modico loci spatio rite ordi-  
nata, mediam ipse frontem curans, qua parte oppositæ  
erant bestię, lævum Romanorum cornu aggredi institit; eo  
prælio aut vincere aut mori constitutum apud se habens.  
(4) Livius contra superbo incessu pergere in hostem, et cum  
suo exercitu pugnam capessens, forti animo rem gerere.  
(5) Claudius, qui in dextro cornu stabat, neque promovere  
gradum, neque Pœnos circumdare poterat obstante ejus co-  
natibus locorum difficultate, qua Asdrubal re fretus impetum  
in lævum Romanorum cornu fecerat. (6) His anxio curis  
Claudio, et inopi consilii, quod maneret otiosus, ipse rerum  
eventus, quid opus esset facto, suggessit. (7) Igitur sum-  
mis e dextro cornu suis militibus, qui in extrema acie sta-  
bant, circumductisque circum lævum Romanæ aciei,

παρεμβολῆς, προσέβαλε κατὰ κίρας τοῖς Καρχηδονίοις ἐπὶ τὰ θηρία. (8) Καὶ μέχρι μὲν οὖν τούτων ἀμφίδοξος ἦν ἡ νίκη. Ὅτε γὰρ ἄνδρες ἐφαμιλλίως ἐκινδύνευον ἀμφοτέροι, διὰ τὸ μῆτε τοῖς Ῥωμαίοις ἐλπὶδα καταλείπεσθαι σωτηρίας, εἰ σφαλεῖεν, μῆτε τοῖς Ἰηήρσι καὶ Καρχηδονίοις· τὰ τε θηρία κοινὴν ἀμφοῖν παρείχοντο τὴν χρεῖαν ἐν τῇ μάχῃ. (9) μέσα γὰρ ἀπειλημμένα καὶ συνακοντιζόμενα διετάρασσε καὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων καὶ τὰς τῶν Ἰηήρων τάξεις. (10) Ὅμως δὲ τῷ τοῦς περὶ τὸν Κλαύδιον προσπείσειν κατ' οὐρανὸν τοῖς πολεμίοις, ἄνισος ἦν ἡ μάχη, τῶν μὲν κατὰ πρόσωπον, τῶν δὲ κατὰ νότου τοῖς Ἰηήρσι προσκειμένων. (11) Ἐξ οὗ καὶ συνέβη, τοὺς πλείστους τῶν Ἰηήρων ἐν αὐτῷ τῆς μάχης καιρῷ κατακοπῆναι. (12) Τῶν δὲ θηρίων τὰ μὲν ἕξ ἅμα τοῖς ἀνδράσιν ἔπεσε, τὰ δὲ τέσσαρα, διωσάμενα τὰς τάξεις, ὕστερον ἐάλω μεμονωμένα καὶ φιλά τῶν Ἰνδῶν.

II. Ἀσδρούβας δὲ, καὶ τὸν πρὸ τούτου χρόνον καὶ κατὰ τὸν ἔσχατον καιρὸν ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, ἐν χειρῶν νόμῳ κατέστρεψε τὸν βίον· ὃν οὐκ ἄξιον ἀνεπιστήμαντον παραλιπεῖν. (2) Ὅτι μὲν ἀδελφὸς ἦν Ἀννίβου κατὰ φύσιν, καὶ διότι, χωριζόμενος εἰς τὴν Ἰταλίαν, τούτῳ τὰς κατὰ τὴν Ἰηήριαν πράξεις ἐνεχείρισε, ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν πρότερον δεδῶλται. (3) Παραπλησίως δὲ καὶ διότι πολλοὶς μὲν χρυσάμενος ἀγῶσι πρὸς Ῥωμαίους, πολλαῖς δὲ καὶ ποικίλαις περιστασίαις παλαίσας διὰ τοὺς ἐπαποστελλομένους ἐκ Καρχηδόνος εἰς Ἰηήριαν στρατηγοὺς, ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένους καιροῖς ἀξίως μὲν τοῦ πατρὸς Βάρκα, καλῶς δὲ καὶ γενναίως τὰς περιπετείας καὶ τὰς ἐλαττώσεις διετέλει φέρων· καὶ ταῦτα διὰ τῶν πρὸ τοῦ συντάξεων δεδωλῶκαμεν. (4) Περί δὲ τῶν τελευταίων ἀγώνων νῦν ἐροῦμεν, καθὼ μάλιστα πέφηνεν ἡμῖν ἄξιος ἐπιστάσεως εἶναι καὶ ζήλου. (5) Τούτῳ γὰρ πλείστους ἰδεῖν ἐστὶ τῶν στρατηγῶν καὶ τῶν βασιλέων, ἐπειδὴ συνιστῶνται τοὺς ὑπὲρ τῶν ὅλων ἄνῳνας, τὰ μὲν ἐκ τῶν κατορθωμάτων ἐνδοξα καὶ λυσitelῆ συνεχῶς λαμβάνοντας ὑπὸ τὴν ὄψιν, καὶ πολλάκις ἐπιστάνοντας καὶ διαλογιζομένους, πῶς ἐκάστοις χρήσονται, κατὰ λόγον σφίσι χωρησάντων τῶν πραγμάτων. (6) τὰ δ' ἐκ τῶν ἀποπτωμάτων οὐκέτι πρὸ ὀφθαλμῶν τιθεμένους, οὐδ' ἐν νῷ λαμβάνοντας, πῇ καὶ τί πραχτέον ἐκάστοις ἐστὶ κατὰ τὰς περιπετείας. Καίτοι τὸ μὲν ἔτοιμόν ἐστι, τὸ δὲ πολλῆς δεῖται προνοίας. (7) Τοιγαροῦν οἱ πλείστοι διὰ τὴν αὐτῶν ἀγεννίαν καὶ τὴν ἐν τούτοις ἀβουλίαν αἰσχρὰς μὲν ἐποίησαν τὰς ἡττας, εὐγενῶς πολλάκις ἡγωνισμένων τῶν στρατιωτῶν, καθήσχυαν δὲ τὰς πρὸ τούτου πράξεις, ἐπονείδιστον δὲ σφίσι τὸν καταλείποντον ἐποίησαν βίον. (8) Διότι δὲ πολλοὶ τῶν ἡγούμενων περὶ τοῦτο τὸ μέρος σφάλλονται, καὶ διότι μεγίστην ἐν τούτοις ἔχει διαφορὰν ἀνὴρ ἀνδρὸς, εὐχερὲς τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν· πολλὰ γὰρ ὑποδείγματα τῶν τοιούτων πεποίηκεν ὁ προγεγονὼς χρόνος. (9) Ἀσδρούβας δ', ἕως μὲν ἦν ἐλπίς ἐκ τῶν κατὰ λόγον

Pœnos, qui ex elephantis pugnabant, a latere est adortus.

(8) Et hactenus quidem anceps victoria erat : etenim utrinque viri ex æquo periclitabantur ; quum neque Romanis, si vincerentur, neque Hispanis aut Carthaginiensibus spes salutis ulla superesset : et bestiae communis pars prelii erant ; (9) inter dimicantes namque acies interceptae atque telis confossae, et Romanorum et Hispanorum ordines ex æquo conturbabant. (10) Simul vero ac Claudius in Pœnorum aciem postremam incumbere cepit, aliis a fronte, aliis a tergo Hispanos prementibus, non amplius aequalis pugna fuit. (11) Quo factum, ut pars Hispanorum multo maxima in ipso certamine perimeretur. (12) Belluarum sex cum ipsis viris ceciderunt : quatuor, quae ordines perturperant, postea sunt captae, sed solae atque Indis suis nudatae.

II. Asdrubal et semper ante eum diem, et eo maxime tempore, quod ultimum ei fuit, virum se praebuit, et in ipso conflictu vitam finivit. Quem virum ut silentio praetermittamus indictum, haudquaquam fuerit æquum. (2) El fuisse quidem illum natura Hannibalis fratrem, eique Hannibalem, cum in Italiam proficisceretur, belli in Hispania gerendi curam mandasse, antea ostendimus. (3) Pariterque superioribus libris declaravimus, quas ipse pugnas cum Romanis pugnaverit, quam multas, quam varias rerum difficultates habuerit eluctandas propter duces, qui subinde in Hispaniam Carthagine mittebantur : postremo quum tot tantasque fortunae vices experiretur, quam semper patre Barca dignum se filium praeberet, et forti ac generoso animo omnes casus adversaque omnia tulerit. (4) Nunc de novissimis ejus certaminibus dicimus, propter quae vel maxime dignum judicavimus, ad quem cognoscendum et æmulandum lectoris attentionem excitaremus. (5) Enimvero plerisque omnes imperatores aut reges videas, quoties ad universae rei diminutionem accedunt, gloriam et commoda, quae re bene gesta sint consecuturi, assidue sibi ob oculos ponere, saepeque cum animo suo reputare, aut cum aliis disserere, quo pacto cuncta sint administraturi, postquam ex animi sententia res ipsis successerit : (6) clades vero neque oculis unquam suis subjicere, neque eam cogitationem mente complecti, quomodo se gerere aliquis aut quid facere in adversis casibus debeat ; quum tamen proclive sit illud prius, hoc vero magna indigeat providentia. (7) Idcirco multi, propter suam ignaviam et hoc in genere imprudentiam, detrimentata cum sua ignominia acceperunt, etsi milites saepe forti animo dimicarent ; et cum res antea praecclare gestas deturparum, tum etiam, quidquid ipsis supererat vitae, probrosum et ignominiosum sibi reddiderunt. (8) Partem autem maxime ducum hoc erroris genere decipi, longeque plurimum re ipsa praestare virum viro, facile est cuivis intelligere : id enim exemplis quam plurimis, quae ad hoc aevi sunt edita, liquido constat. (9) Asdrubal vero, dum quidem probabilius ei spes aliqua supererat, posse aliquid se rebus ante gestis dignum

τοῦ δύνασθαι πράττειν ἄξιόν τι τῶν προδεδωμένων, οὐδενὸς μᾶλλον προσνοεῖτο κατὰ τοὺς κινδύνους, ὡς τῆς αὐτοῦ σωτηρίας. (10) Ἐπεὶ δὲ πάσας ἀρελομένη τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας ἡ τύχη συνέκλεισε πρὸς τὸν ἔσχατον καιρὸν, οὐδὲν παραλιπὼν οὔτε περὶ τὴν παρασκευὴν, οὔτε κατὰ τὸν κίνδυνον, πρὸς τὸ νικᾶν, οὐχ ἤττον πρόνοιαν εἶχε καὶ τοῦ, σφαλεῖς τοῖς ὁλοῖς, ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς παρούσι, καὶ μηδὲν ὑπομείναι τῶν προδεδωμένων ἀνάξιον. (11) Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰρήσθω περὶ τῶν ἐν πράγμασιν ἀναστρεφομένων, ἵνα μήτε προπετῶς κινδυνεύοντες σφάλλωσι τὰς τῶν πιστευσάντων ἐλπίδας, μήτε, φιλοζωόντες παρὰ τὸ δέον, αἰσχροῦ καὶ ἐπονειδίστους ποιῶσι τὰς αὐτῶν περιπετείας.

III. Ῥωμαῖοι δὲ, τῇ μάχῃ κατορθώσαντες, παραυτίκα μὲν τὸν χάρακα διήπαζον τῶν ὑπεναντίων, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Κελτῶν, ἐν ταῖς στιβάσι κοιμωμένους διὰ τὴν μέθην, κατέκοπτον ἱερείων τρόπον. (2) συνῆγον δὲ καὶ τὴν λοιπὴν τῶν αἰχμαλώτων λεῖαν, ἀφ' ἧς εἰς τὸ δημόσιον ἀνήχθη πλείω τῶν τριακοσίων ταλάντων. (3) Ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν Καρχηδονίων κατὰ τὴν μάχην σὺν τοῖς Κελτοῖς οὐκ ἐλάττους μυρίων, τῶν δὲ Ῥωμαίων περὶ δισχιλίων. Ἐάλωσαν δὲ καὶ ζωγραφῆς πινεῖς τῶν ἐνδόξων Καρχηδονίων, οἱ δὲ λοιποὶ κατεφθάρσαν. (4) Τῆς δὲ φήμης ἀφικομένης εἰς τὴν Ῥώμην, τὴν μὲν ἀρχὴν ἡπίστουν, τῷ λαν βούλεσθαι τοῦτο γινώσκοντες ἰδεῖν. (5) ἐπειδὴ δὲ καὶ πλείους ἤχον, οὐ μόνον τὸ γεγονός, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ μέρος διασφουῦντες, τότε δὴ χάρις υπερβαλλούσης ἦν ἡ πόλις πλήρης, καὶ πᾶν μὲν τέμενος ἑκοσμεῖτο, πᾶς δὲ ναὸς ἔγεμε πελάων καὶ θυμάτων. (6) καθόλου δ' εἰς τοιαύτην εὐελπίαν παρεγένοντο καὶ θάρσος, ὥστε πάντας τὸν Ἀνίκηαν, ὃν μάλιστα πρότερον ἐφοβήθησαν, τότε ὑπὸ ἐν Ἰταλίᾳ νομίζειν παρεῖναι.

## II. RES GRÆCORUM.

### (I.) Excerptorum Antiquorum cap 4 - 6

IV [V.] α. Ὅτι μὲν οὔτε Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς, οὔθ' ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, οὔθ' ἡ τῶν Βυζαντιῶν, καὶ Χίων, καὶ Μιτυληναίων, ἐν παρέρχῳ τίθενται τὰς ὑμετέρας, ὡς ἄνδρες Αἰτωλοὶ, διαλύσεις, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἰπολαμβάνω τοῦτ' εἶναι συμφανές. (2) Οὐ γὰρ νῦν κρῶτον, οὐδὲ δεύτερον, ποιούμεθα πρὸς ὑμᾶς τοὺς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης λόγους· ἀλλ' ἐξ ὅτου τὸν πόλεμον ἀνεστήσαθε, προσεδρεύοντες, καὶ πάντα καιρὸν θεραπεύοντες, οὐ διελείπομεν ὑπὲρ τούτων ποιούμενοι πρὸς ὑμᾶς ἀνήμεν. (3) κατὰ μὲν τὸ παρὸν, τῆς ὑμετέρας καὶ Μακεδόνων στοχαζόμενοι καταφθορᾶς πρὸς δὲ τὸ μέλλον, καὶ περὶ τῶν σφετέρων πατρίδων, καὶ περὶ τῶν ὅλων Ἑλλήνων προνοούμενοι. (4) Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ πυρὸς, ὅταν ὑράψῃ τις ἀπαῖς τὴν ὕλην, οὐκέτι τὸ πᾶν ἐπὶ τῇ τούτου προαιρέσει γίγνεται τὸ συμβαῖνον, ἀλλ' ὅς ποτε ἂν τύχῃ λαμβάνει τὴν νομὴν, τὸ πλεῖον οὕτως ἀνέμοις κυβερνώμενον, καὶ τῇ τῆς ὑποκειμένης

efficere, nihil antiquius in obeundis praeliis habuit, propriæ salutis conservatione. (10) Postquam vero nudatum omni spe in posterum fortuna ad hujus postremi certaminis necessitatem adegit, etsi nihil est ab eo prætermisum, neque in apparatibus, neque in ipso conflictu, quod ad victoriam consequendam faceret, non minus tamer meditatus fuerat, si forte in universæ rei fraudem laberetur, quo pacto cum præsentī fortuna ita congredieretur, ut anteactam vitam nullo facinore se indigno dehonestaret. (11) Atque hæc eorum gratia dicta mihi sunt, qui in rebus agendis versantur, ne aut præliorum aleam temere subeuntes, eorum, qui suam salutem fidei ipsorum commiserunt, spem fallant; aut immodica vitæ conservandæ cupiditate turpitudinis atque ignominie notam adversæ fortunæ suæ inurant.

III. Romani, post victoriam partam, protinus castra hostium diriperunt, multosque ibi Gallos, in toris stramineis præ temulentia jacentes, in modum victimarum jugularunt: (2) tum vero reliquam prædam captivorum collegerunt, ex qua in ærarium talenta amplius trecenta sunt relata. (3) Ceciderunt in pugna, Carthaginiensium et Gallorum non pauciores decem millibus: Romanorum circiter duo millia. (4) Venere autem in potestatem vivi e principibus Carthaginiensium nonnulli; ceteri omnes perierunt. (5) Hujus victoriæ fama Romam allata, initio parum in vulgus rescredita, sicut fieri amat, quoties aliquid vehementer optamus. Pluribus deinde advenientibus, qui non solum rei bene gestæ nuncium afferrent, sed etiam sigillatim cuncta declararent; tum enimvero lætitia insanum magna civitas est repleta, tum omnia delubra cerneret exornari, in omnes sacras ædes liba et victimas congeri: (6) atque uno verbo, bonam adeo spem omnes conceperunt et fiduciam, ut jam Hannibalem, quem tantopere hactenus timuerant, ne esse quidem in Italia amplius putarent.

### (I.) Legatio ad Ætolos de pace.

V. α. Equidem, viri Ætoli, pacem vestram neque a Ptolemæo rege, neque a civitatibus Rhodiorum, Byzantiorum, Chiorum, et Mitylenæorum negligi, sed, ut illa fiat, curæ eis esse non levi, res ipsas palam facere autumo. (2) Neque enim nunc primum, aut iterum, super negotio pacis vos convenimus: sed ex quo bellum vos resuscitastis, nos in hoc incumbere, omnemque occasionem captare, et mentionem hujus rei apud vos facere non destitimus: (3) primum quidem, vestrum et Macedonum intuentes exitium, quo vos mutuo atteritis; deinde vero et nostrarum patriarum et communi omnium Græcorum saluti mature consulere cupientes. (4) Nam quod in igne fieri amat, ut, postquam semel aliquis aptam ei concipiendo materiam accenderit, de cetero non amplius α in ejus arbitrio rei eventus sit positus; sed, quo tulerit casus, late grassetur incendium, prout ventorum, qui in tali re plurimum valent, flatus impulerent, et subjectæ materiæ conflagratio induxit, sæpe ut præter omnium

ἔλης διαφθορᾷ, καὶ πολλὰ κίς ἐπ' αὐτὸν τὸν ἐμπρήσαντα πρῶτον ὤρμησε παραλόγως· (5) τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πόλεμος, ὑπὸ τινῶν θταν ἀπαῖ ἐκκαυθῇ, ποτὲ μὲν αὐτοὺς τούτους πρῶτους ἀπόλλυσι, ποτὲ δὲ φέρεται φθείρων ἀδίκως πᾶν τὸ παραπεσόν οἱ, καινοποιοῦμενος καὶ προσφυσώμενος, ὥσπερ ὑπ' ἀνέμων, ὑπὸ τῆς τῶν πλησιαζόντων ἀγνοίας. (6) Διόπερ, ὦ ἄνδρες Αἰτωλοὶ, νομίσαντες καὶ τοὺς νησιώτας πανδημεῖ, καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας Ἑλλήνας παρόντας ὑμῶν δεῖσθαι, τὸν μὲν πόλεμον ἄραι, τὴν δ' εἰρήνην ἐλέσθαι, διὰ τὸ καὶ πρὸς σφᾶς ἀνήκειν τὰ γιγνόμενα, σωφρονήσαντες ἐντράπητε, καὶ πείσθητε τοῖς παρακαλουμένοις. (7) Καὶ γὰρ εἰ κατὰ τινα τύχην ἐπολεμεῖτε πόλεμον ἀλυσιτελῇ μὲν, ἐπειδὴ παντὶ πολέμῳ τοῦτο παρέπεται κατὰ τὸ πλεῖστον, ἐνδοξον δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν, καὶ κατὰ τὴν τῶν ἀποβαινόντων ἐπιγραφὴν· ἴσως ἂν τις ὑμῖν ἔσχε συγγνώμην, φιλοτίμως διαχειμένοις. (8) Εἰ δὲ πάντων αἰσχιστον, καὶ πολλῆς ἀδοξίας πλήρη καὶ βλασφημίας· ἄρ' οὐ μεγάλης προσδεῖται τὰ πράγματα ἐπιστάσεως; (9) Ῥηθήσεται γὰρ τὸ δοκοῦν μετὰ παρρησίας· ὑμεῖς δ', ἂν εὖ φρονῆτε, μεθ' ἡσυχίας ἀνέξεσθε. (10) Πολλῷ γάρ ἐστιν ἄμεινον, ὄνειδισθέντας ἐν καιρῷ σωθῆναι μᾶλλον, ἢ πρὸς χάριν ἀκούσαντας μετ' ὀλίγον ἀπολέσθαι μὲν αὐτοὺς, ἀπολέσθαι δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς Ἑλλήνας.

V. [VI.] « Ἀδέετε τοίνυν πρὸ ὀφθαλμῶν τὴν αὐτῶν ἀγνοίαν. Φατέ μὲν γὰρ, πολεμεῖν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων πρὸς Φίλιππον, ἵνα σωζόμενοι μὴ ποιῶσι τοῦτω τὸ προσταττόμενον· (2) πολεμεῖτε δὲ ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ καὶ καταφθορᾷ τῆς Ἑλλάδος. Ταῦτα γὰρ αἱ συνθήκαι λέγουσιν ὑμῶν αἱ πρὸς Ῥωμαίους, αἱ πρότερον μὲν ἐν τοῖς γράμμασιν ὑπῆρχον, νῦν δ' ἐν τοῖς πράγμασι θεωροῦνται γιγνόμεναι. (3) Καὶ τότε μὲν αὐτὰ τὰ γράμματα τὴν αἰσχύνην ὑμῖν ἐπέφερε, νῦν δὲ διὰ τῶν ἔργων ὑπὸ τὴν ὄψιν τοῦτο γίγνεται πᾶσι καταφανές. (4) Λοιπὸν, ὁ μὲν Φίλιππος ὄνομα γίγνεται καὶ πρόσχημα τοῦ πολέμου· πάσῃ γὰρ οὐδὲν δεινόν· τούτῳ δὲ συμμάχων ὑπαρχόντων Πελοποννησίων τῶν πλείστον, Βοιωτῶν, Εὐβοέων, Φωκίων, Λοκρῶν, Θετταλῶν, Ἠπειρωτῶν, κατὰ τούτων δὲ πεποίησθε τὰς συνθήκας· (5) ἐφ' ᾧ « τὰ μὲν σώματα καὶ τὰ ἐπιπλά Ῥωμαίων « ὑπάρχειν· τὰς δὲ πόλεις καὶ τὴν χώραν Αἰτωλῶν. » (6) Καὶ κυριεύσαντες μὲν αὐτοὶ πόλεως, οὗτ' ἂν ὑβρίζειν ὑπομείναιτε τοὺς ἐλευθέρους, οὗτ' ἐμπιπράναι τὰς πόλεις, νομίζοντες ὡμὸν εἶναι τὸ τοιοῦτον καὶ βαρβαρικόν· (7) συνθήκας δὲ πεποίησθε τοιαύτας, δι' ὧν ἅπαντας τοὺς ἄλλους Ἑλλήνας ἐκδότους δεδώκατε τοῖς βαρβάροις εἰς τὰς αἰσχίστας ὑβρεῖς καὶ παρανομίας. (8) Καὶ ταῦτα πρότερον μὲν ἠγνοεῖτο· νῦν δὲ διὰ τῆς Ὀρείτων καὶ τῶν ταλαίπωρων Αἰγινήτων ἅπασιν γεγόναι καταφανεῖς, τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἐπὶ τὴν ἐξώστραν ἀναβιβαζούσης τὴν ὑμετέραν ἀγνοίαν. (9) Ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τοῦ πολέμου καὶ τὰ νῦν ἤδη συμβαίνοντα τοιαῦτ' ἐστὶ· τὸ δὲ τέλος, ἂν ὅλως πάντα κατὰ

opinionem ipsum auctorem incendii primum flamma in-  
dat : (5) sic etiam bellum, ubi semel a quibusdam est ac-  
censum, ipsos interdum, qui excitarunt, primos omnium  
perdit; interdum vero per quicquid est obvium, immerito  
devastans omnia, late fertur, velut novas subinde vires ad-  
quirens, et stultitia proximorum populorum non secus ac flatu  
ventorum irritatum. (6) Quamobrem, viri Aetoli, quasi  
praesens natio universa Graecorum, sive qui insulas, sive  
qui Asiam incolunt, vos nunc rogaret, ut bellum hoc pace  
velitis commutare, quoniam et ad ipsos quoque ea res per-  
tinet, mentem meliorem induite, reveremini eos, qui vos  
orant, et precibus nostris exorari vos sinite. (7) Enimvero  
si ita vobiscum fortuna ageret, ut bellum geretis, da-  
mnum illud quidem vobis (neque enim ullum fere est  
bellum, cui haec non adhaereat conditio), sed cum gloria  
tamen vestra conjunctum, et propter causam, quae illud  
conflasset, et propter egregium laudis titulum, qui bello  
confecto vos maneret; posset fortasse aliquis hancce animo-  
rum obstinationem tantam vobis condonare. (8) Sin est  
istud bellum omnium turpissimum, et quod infamia vos  
opplebit, et maledictis omnium objiciet; nonne etiam atque  
etiam diligenter, quid agatis, vobis est attendendum? (9)  
Dicam enim libere quod sentio : vos, si sapitis, orationem  
meam aequis animis accipietis. (10) Praestat enim longe,  
viri Aetoli, ut opportune objurgati salutem consequamini  
potius, quam ut, iis nunc auditis, quae grata vobis futura  
sint, postmodum et ipsi pereatis, et reliquum omne Grae-  
cum nomen vobiscum in perniciem trahatur.

VI. « Agite igitur, quanto in errore versemini, ob oculos  
vobis ponite. Nempe dicitis, pro Gracis hoc cum Philippo  
bellum vos gerere, ut ab illius imperio ac dominatione eos  
liberetis : (2) cum his vero dictis Graeciam ac lege bello  
premitis, ut servituti eam mancipetis, et funditis delectis.  
Ita namque foederis vestri cum Romanis conditiones ferunt,  
quae antea quum scriptis essent comprehense, nunc in effe-  
ctum adductae cernuntur. (3) Et tunc quidem vel auda  
scripta magnam infamiae notam vestro nomini inurebant :  
nunc rerum ipsarum argumentis vestra omnia consilia pa-  
tent. (4) Quid multa? Philippi nomen non jam ob aliud  
assumitur, nisi ad speciem et praetextum belli : nam ipse  
quidem damnum accipit nullum : sed quum socios haberi  
majorem Peloponnesiorum partem, item Boeotos, Euboea-  
ses, Phocenses, Locros, Thessalos, Epirotas, isti sunt, in  
quorum perniciem foedus est a vobis factum. Cui foederi  
haec dicta lex est : (5) « ut corpora et suppellex eorum, qui  
« fuerint capti, in praedam Romanis cedant, urbes atque agri  
« sint Aetolorum. » (6) Et qui, si oppidum aliquid in pote-  
statem vestram redigissetis, liberos homines contumelia  
afficere numquam sustineretis, neque urbes ipsas inco-  
dere, quod crudelis id profecto et barbari animi esse doce-  
retis, (7) ejusmodi tamen foedus probastis, per quod con-  
ditiones ceteri omnes Graeci ad omne injuriae et foedissimae  
contumeliae genus a vobis dedantur. (8) Quae vestra con-  
silia quum nemini ante essent nota, nunc per Oritarum et  
infelicium Aeginetarum calamitates, qui vester esset animus,  
patefactum est omnibus : postquam amentiam vestram,  
velut dedita opera, in exostram traduxit fortuna. (9) Et  
belli quidem principium, quaeque jam nunc eveniunt, eam  
hujusmodi. Finem vero, si vel omnia vobis omnino et  
animi sententia successerint, eoque par est exspectare!

νοῦν ὑμῖν χωρήσῃ, ποῖόν τι δεῖ προσδοκᾶν; ἄρ' οὐ κακὴν ἀρχὴν μετὰ τῶν ἅπασιν τοῖς Ἕλλησιν;

VI. [VII.] « Ὅτι γάρ, ἂν Ῥωμαῖοι τὸν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεμον ἀποτρέψωσι (τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν ὀλίγῳ, συγκεκλεισμένου τῆς Βρεττίας εἰς πᾶν βραχεῖς τόπους Ἀνιβίου), (2) λοιπὸν, ὅτι πᾶσι τῇ δυνάμει τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους ποιήσονται, λόγῳ μὲν Αἰτωλοῖς βοηθήσοντες κατὰ Φιλίππου, τῇ δ' ἀληθείᾳ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησόμενοι, καὶ λῆαν τοῦτ' ἐστὶ καταφανές. (3) Ἐάν τε καλῶς προθῶνται ποιεῖν Ῥωμαῖοι κυριεύσαντες, ἐκείνων ἔσεσθαι καὶ τὴν χάριν καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἐάν τε κακῶς, τῶν αὐτῶν ὑπάρξειν καὶ τὰς ὠφελείας ἐκ τῶν ἀπολλυμένων, καὶ τὴν ἐξουσίαν τῶν σωζομένων. (4) Ὑμεῖς δὲ τότε τοὺς θεοὺς ἐπικαλέσεσθε μάρτυρας, ὅταν μὴτε τῶν θεῶν βούληται, μὴτε τῶν ἀνθρώπων ἔτι δύνηται βοηθεῖν ὑμῖν μηδεὶς. (5) Ἰσως μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς εἶδει πάντα προορᾶσθαι τοῦτο γὰρ ἦν ὑμῖν πρόπον. (6) Ἐπειδὴ δὲ πολλὰ διαφεύγει τῶν μελλόντων τὴν ἀνθρωπίνην πρόνοιαν, νῦν γε δέον ἂν εἴη, διὰ τούτων τῶν πραγμάτων συνωραχότας τὸ συμβαῖνον, βέλτιον βουλευέσθαι περὶ τοῦ μελλόντος. (7) Οὐ μὴν ἄλλ' ἡμεῖς γε κατὰ τὸ παρὸν οὐδὲν ἀπολαοίπαμεν τῶν ἀρμολύτων ἢ λέγειν ἢ πράττειν τοῖς ἀλλοιῶσι φίλοις, καὶ περὶ τοῦ μελλόντος τὸ δοκοῦν μετὰ παρρησίας εἰρήκαμεν. (8) Ὑμᾶς δ' εἰσιόντων καὶ παρακαλοῦμεν, μὴτ' αὐτοῖς φρονήσαι, μὴτε τοῖς ἄλλοις Ἑλλησι, τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς σωτηρίας. » (9) Τοῦτο δὲ ποιήσαντος διατροπὴν τινα τοῖς πολλοῖς, ὡς ἰδοῦκεν μετὰ τούτων εἰσῆλθον οἱ παρὰ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις, οἱ τοὺς μὲν κατὰ μέρος λόγους ὑπερέβητο, ὡς δ' ἔγρασαν ἡκεῖν ἔχοντες ἐντολὰς. (10) « αἰρουμένων μὲν τῶν Αἰτωλῶν τὴν εἰρήνην, ἐτοίμως δέχεσθαι· εἰ δὲ μὴ, τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς πρεσβυτάς τοὺς παρόντας ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπιμαρτυραμένους χωρίζεσθαι, διότι τῶν μετὰ ταῦτα συμβησομένων τοῖς Ἕλλησιν Αἰτωλοῦς, ἀλλ' οὐ Φιλίππου αἴτιον, δεήσει νομίζειν. »

(II.) Excerpt. Valesian. ex lib. XI.

VII. [IV.] Φιλίππος, πορευθεὶς ἐπὶ τὴν Τριχωνίδα λίμνην, καὶ παραγεγόμενος εἰς τὸν Θέρμον, ἐνθα ἦν ἱερὸν Ἀπολλωνος, ὅσα πρότερον ἀπέλιπε τῶν ἀναθημάτων, τότε πάλιν ἅπαντα διελωδήσατο κακῶς μὲν πρὸ τοῦ, κακῶς δὲ τότε χρώμενος τῷ θυμῷ. (2) Τὸ γὰρ, τοῖς ἀνθρώποις ὀργιζόμενον εἰς τὸ θεῖον ἀσεβεῖν, τῆς πάσης ἀλογιστίας ἐστὶ σημεῖον.

(Suidas in Κατομιώδας.)

Καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸν κατομιώδας (intell. ὁ Φιλίππος) ὅτι παρὰ μικρὸν ἔλθοι τοῦ λαβεῖν Ἀτταλον ὑπομύριον.

(Steph. Byz.)

(a) Ἑλλόπιον, πᾶσι Αἰτωλίας. Πολύβιος ἐνδεκάτῃ.

quis vero dubitat, futurum id Græcis magnorum principum malorum?

VII. « Etenim manifesta utique res est, Romanos, ubi primum, quod nunc in Italia bellum geritur, a cervicibus suis fuerint amoliti (quod quidem brevi futurum est, coacto jam Hannibale in angulum quemdam agri Bruttii concedere), (2) inde omnibus viribus Græciam esse invasuros, verbo quidem, ut Ætolis contra Philippum ferant opem; re autem, ut sui juris atque ditionis universam faciant. (3) Qui si, Græcia omni subacta, benigne agere nobiscum voluerint, soli ex eo gratiam colligent, solis omnia beneficia ferentur accepta: sin autem in nos secius consuluerint, et eorum, qui perierint, spolia, et eorum, qui servati fuerint, dominatio penes eosdem est futura. (4) Tum enim vero vos deum fidem testabimini, cum neque deorum ullus voluntatem, neque hominum facultatem ferendæ vobis opis habebit. (5) Erant igitur fortasse omnia hæc mala vobis ab initio prospicienda: id enim vos maxime decuisset. (6) Verumtamen, quando pars magna eorum, quæ sunt futura, humanam providentiam effugiant, nunc saltem æquum fuerit, impendentes calamitates de præsentibus conjectantes, saniora in posterum consilia inire. (7) Quidquid sit, nos quidem in præsentia eorum omnium, quæ veris amicis dicenda erant, aut facienda, nihil omnino prætermisimus: sed, quæ videbatur nobis de futuro rerum statu, libere vobis exposuimus. (8) Quod superest, petimus a vobis, atque adeo vos hortamur, ut neque vobis ipsis, neque reliquis Græcis libertatem et salutem inuideatis. » (9) Hujusmodi oratione quum orator hic audientium multitudinem non mediocriter visus esset commovisse, post eum Philippi legati sunt ingressi, qui, pluribus verbis in præsens supersecentes, duo se mandata dixerunt attulisse: (10) « si pacem Ætoli probarent, ad eam accipiendam paratum esse Philippum: sin minus, discessuros se statim, ubi deos atque legatos, qui e variis Græciæ locis adessent, forent testati, omnium malorum, quæ post hæc eventura Græcis essent, Ætolos, non autem Philippum, debere censi causam atque auctores. »

(II.) *Thermum rursus spoliatur Philippus.*

IV. Philippus, ad Trichonidem paludem progressus, postquam Thermum advenit, quo in oppido Apollinis templum erat, quæcumque ex donariis prius intacta reliquerat, tunc omnia rursus disturbavit: et tunc et antea pravo animi impetu actus. (2) Nam, ex concepto adversus homines furore ad violandos etiam deos ferri, summæ dementiæ indicium est.

Philippus multum lamentatus est sortem suam, quod prope admodum abfuisset, ut Attalum in potestatem suam redigeret. [Conf. Livium XXVIII, 7.]

(3) Ellopium, oppidum Ætoliae. Polyb. XI.



(Steph. Byz.)

- (4) Φύταιον, πόλις Αἰτωλίας. Πολύβιος ἐνδακτῇ.

(III.) Ex Suida et ora Codicis Urbinatis.

(Suidas in Στρατηγοί.)

VIII. Τριῶν ὄντων τρόπων, καθ' οὓς ἐφίενται πάντες στρατηγίας οἱ κατὰ λόγον αὐτῇ προσιόντες· πρώτου μὲν, διὰ τῶν ὑπομνημάτων καὶ τῆς ἐκ τούτων κατασκευῆς· (2) ἐτέρου δὲ, τοῦ μεθοδικοῦ, καὶ τῆς παρὰ τῶν ἐμπείρων ἀνδρῶν παραδόσεως· τρίτου δὲ, τοῦ διὰ τῆς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἔξεως καὶ τριβῆς· (3) πάντων ἦσαν τούτων ἀνενόητοι οἱ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγοὶ ἀπλῶς.

(Idem in Ζῆλος et alibi.)

(4) Τοῖς γὰρ πλείστοις ὑπεγεγόνει τις ζῆλος ἐκ τῆς τῶν ἄλλων ἀλαζονείας καὶ τῆς ἀκαιρίας. (5) Ἐσπούδαζον γὰρ τὰς ἀκολουθίας καὶ τὰς ἐσθῆτας διαφερόντως, καὶ τις ἦν περὶ τοὺς πλείστους καλλωπισμὸς, ὑπερέχων τὴν ἐκ τοῦ βίου χορηγίαν. (6) Ὅπλων δὲ οὐδὲ τὸν ἐλάχιστον ἐποιοῦντο λόγον.

(Ora Cod. Urbinatis; et Suidas in Ἐκθεατρίζουσι.)

(7) Οἱ γὰρ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν εὐτυχοῦντων οὐδὲ πειρῶνται μιμεῖσθαι· τὰ δὲ πάρεργα ζηλοῦντες, μετὰ βλάβης ἐκθεατρίζουσι τὴν ἑαυτῶν ἀχρίσταν.

Excerpt. Antiq. ex lib. XI, cap. 7 - 16.

IX. « Μεγάλα μὲν γὰρ, ἔφη, τὴν λαμπρότητα συμβάλλεσθαι πρὸς ἐκπληξιν τῶν ὑπεναντιῶν, πολλὰ δὲ συνεργεῖν τὴν ἐκ τῆς ἐπισκευῆς ἀρμογήν τῶν ὅπλων εἰς τὴν χρείαν. (2) Γίγνεσθαι δ' ἂν μάλιστα τὸ δέον, εἰ τὴν μὲν ἐπιμέλειαν, ἣν νῦν ποιοῦνται περὶ τὸν ἱματισμὸν, ταύτην ποιῇσιν περὶ τῶν ὅπλων· τὴν δὲ πρότερον ὀλιγωρίαν περὶ τῶν ὅπλων παρ' αὐτοῖς ὑπάρχουσαν, ταύτην μετενέγκαιεν ἐπὶ τὰς ἐσθῆτας. (3) Οὕτω γὰρ ἅμα τοὺς τε κατ' ἰδίαν βίους ὠφελήθησεν, καὶ τὰ κοινὰ πράγμαθ' ὁμολογουμένως αὐτοὺς δυνήσεσθαι σώζειν. (4) Διόπερ, ἔφη, δεῖν τὸν εἰς ἐξοπλισίαν ἢ στρατείαν ἐκπορευόμενον, ὅτε μὲν τὰς κνημίδας περιτίθεται, σκοπεῖν, ὅπως ἀραρυῖαι καὶ στίλβουσαι τῶν ὑποδεσμῶν καὶ χρηπιδῶν ὑπάρχουσιν αὐταὶ μάλλον· (5) ὅταν δὲ τὴν ἀσπίδα καὶ τὸν θώρακα καὶ τὸ κράνος διαλαμβάνη, περιθλέπειν, ἵνα τῆς χλαμύδος καὶ τοῦ χιτῶνος καθαρωτέρα ταῦθ' ὑπάρχῃ καὶ πολυτελέστερα. (6) Παρ' οἷς γὰρ τὰ πρὸς ἐπιφάνειαν αἰρετώτερα ἔστι τῶν πρὸς τὴν χρείαν, παρὰ τούτοις αὐτόθεν εὐθέως προφανές ἐῖναι τὸ συμβεβημένον ἐν τοῖς κινδύνοις. (7) Καθόλου δ' ἡξίου διαλαμβάνειν, ὥς ὁ μὲν ἐν τοῖς ἱματίοις καλλωπισμὸς γυναικὸς ἔστι, καὶ ταύτης οὐ λίαν σὺνδροτος· ἢ δ' ἐν τοῖς ὅπλοις πολυτέλεια καὶ σεμνότης ἀνδρῶν ἀγαθῶν, προαιρουμένων ἑαυτοὺς καὶ τὰς πατρίδας ἐνδόξως σώζειν. » (8) Πάντες δ' οἱ παρόντες οὕτως ἀπεδέξαντο τὰ ρηθέντα, καὶ τὸν νοῦν

- (4) Phytæum, oppidum Ætolie. Polyb. XI.

(III.) *Philopæmen vincit Machanidam, Lacedæmoniorum tyrannum.*

VIII. Cum tres sint modi, quibus dignitatem imperatoriam appetunt illi, qui ratione et iudicio ad eam gerendam accedunt : unus, per lectionem Historiarum et scientiam quam quis inde sibi comparat ; (2) alter, methodicus, sive per præcepta virorum artis illius peritorum ; tertius, per ipsarum rerum experientiam et usum ; (3) horum omnium prorsus imperiti fuerunt duces Achæorum.

XXVIII. a. Et tamen historiarum laudes augendi cupidus, primo quidem tantam esse ait differentiam historiarum ab orationibus epideicticis, quanta est inter vera ædificia et illa in scenis signenta locorum ac dispositionum. (2) Deinde affirmat vel solam materiam ad instruendam historiam conquisitionem majus esse opus, quam quicquid laboris insumitur in epideicticis sermonibus componendis. (3) Ipse igitur tantas se toleravisse dicit impensas tantosque labores in colligendis de quibusdam hominibus rebusve commentariis, atque in percontando de Ligurum et Gallorum, præterea Iberorum moribus, ut neque ipse id exspectavisset, neque aliis fidem esset habiturus idem sibi narrantibus. (4) Atqui aliquis ex historicis libenter eum interrogaret, utrum existimet gravioris esse impensæ atque laboris sedentem in urbe comparare sibi libros et de Ligurum Gallorumque ritibus vestigare, an reapse adire plurimos populos, eosque propriis oculis collustrare; porro utrum audire prælia terrestria aut maritima atque obsidiones ex illorum ore, qui interfuerunt, an ipso opere belli et quæ cum eo conjuncta sunt, pericula expertum esse. (5) Equidem haud tantum differre arbitror vera ædificia ab delineationibus scenicis; neque tantopere historiam ab epideicticis orationibus, quantum in omni scriptione distat is qui non sine proprio opere atque experientia narrat, ab eo qui ex aliena traditione auditumque rem litteris commendat. (6) Verum qui omni experientia destituti sunt, pro suo jure existimant *minimum esse atque facillimum negotium* historiam scribentibus, *sciscitari*, id est commentarios colligere atque ab iis qui singula norunt summam rerum ediscere. (7) Sed enim hac quoque in parte falli sæpe imperitos necesse est. Nam qui fieri potest ut hi recte interrogent de terrestribus maritimisque præliis aut de obsessionibus? rursus quomodo intelliget res particulatim expositas is, qui omnia prædicta nescit? non enim minus ille qui sciscitatur, quam ille qui narrat, confert ad justam rerum expositionem. (8) Namque eorum qui negotiis *interfuere* ipsa suggestio per singula facta narrantem ducit : de quibus sane imperitus neque eos qui præsentibus erant *consulere* scit; neque si ipse aderat, rem intelligere potest : nam etiamsi adest, tamen quodammodo abest.

THE ΤΡΙΣΚΑΙΑΕΚΑΤΗ  
ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ  
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

LIBRI DECIMI TERTII  
HISTORIARUM POLYBII  
RELIQUÆ.

I. — RES ÆTOLORUM.

Excerpt. Valesian. et Vat.

I. Οἱ Αἰτωλοὶ, διὰ τε τὴν συνέχειαν τῶν πολέμων, καὶ διὰ τὴν πολυτέλειαν τῶν βίων, λαθον οὐ μόνον ἀλλοίους, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς, κατὰ χρεοὶ γενηθέντες. (2) Διόπερ οἰκείως διακείμενοι πρὸς καινοτομίαν τῆς οἰκείας πολιτείας, εἴλοντο νομογράφους Δοριμάχον καὶ Σκόπαν· (3) θεωροῦντες τοὺς κατὰ τὰς προαίρεσεις κινήτικους ὑπάρχοντας, καὶ κατὰ τὰς οὐσίας ἐνδεδεμένους εἰς πολλὰ τῶν βιωτικῶν συναλλαγμάτων. (4) Οἱ καὶ παραλαβόντες τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἔγραψαν νόμους.

[I. a. Ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς νομοθετοῦντος Δοριμάχου καὶ Σκόπα ἀντέλεγε τοῖς γραφομένοις, ἐκ πολλῶν ἐπιδεικνύμενος ὅτι] παρ' οἷς ἔφυ τὸ φυτὸν τοῦτο, οὐδέποτε κατέληξε πρότερον ἢ μεγάλους κακοὺς περιβαλεῖν τοὺς ἀπαξ αὐτῷ χρησαμένους· [(2) διόπερ ἤξιον μὴ μόνον πρὸς τὸ παρὸν ἀποβλέπειν εἰ κουφισθῆσονται τῶν ἐνεστῶτων συναλλαγμάτων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μέλλον· ἀποκινῶν γὰρ εἶναι πολεμοῦντας μὲν καὶ τὸ πνεῦμα προέσθαι χάριν τῆς τῶν τέκνων ασφαλείας, βουλευομένους δὲ μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου.]

II. Ὅτι Σκόπας ὁ Αἰτωλῶν νομογράφος, ἀποτυχὼν τῆς ἀρχῆς, ἥς χάριν τοὺς νόμους ἔγραψε, μετέωρος ἦν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ταῖς ἐκείθεν ἐλπίσιν ἀναπληρῶσαι τὰ λείποντα τοῦ βίου καὶ τὴν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν· (2) οὐκ εἰδὼς ὅτι καθάπερ ἐπὶ τῶν ὁδρωτικῶν οὐδέποτε ποιεῖ παῦλαν οὐδὲ κόρον [τῆς ἐπιθυμίας] ἢ τῶν ἐξωθεν ὑγρῶν παράθεσις, ἐὰν μὴ τὴν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι διάθεσιν ὑγιάσῃ τις· τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ τὴν πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν ὅλον τε κορέσσει, μὴ οὐ τὴν ἐν τῇ ψυχῇ κακίαν λόγῳ τινὶ διορθωσάμενον· ἐμφανέστατον δὲ τοῦτο συνέβη γενέσθαι περὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὑπὲρ ὃ νῦν ὁ λόγος. (3) Τούτῳ γὰρ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀφικομένῳ, πρὸς ταῖς ἐκ τῶν ὑπαίθρων ὠφελείαις, ὧν ἦν αὐτὸς κύριος διὰ τὸ πιστεύεσθαι περὶ τῶν ὁλων, καὶ τῆς ἡμέρας ἐκάστης δῆλῳνιον ἐξέθηκεν ὁ βασιλεὺς αὐτῷ μὲν δεκαμναταῖον, τοῖς δὲ ἐπὶ τινος ἡγεμονίας μετ' αὐτὸν τεταγμένοις μναταῖον. (4) Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀρκεσθεὶς τούτοις, ὥς τὸ πρότερον προσκαρτερῶν τῷ πλείονι διετέλεσε· (5) μέχρι καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς διδοῦσι φθονηθεὶς, τὸ πνεῦμα προσαπέθηκε τῷ χρυσῷ.

*Ætolorum legistatores.*

I. Ætoli, cum ob bellorum assiduitatem, tum ob suum in privata vita luxum, sensim sensinque gravissimum æs alienum contraxerant. (2) Quare, ad res novas animis propensi, duumviros legibus scribendis constituerunt Dorimachum et Scopam; (3) quos et ingenio factiosos esse norant, et, quod ad facultates spectat, multis nominibus ære alieno obstrictos. (4) Hi igitur, accepta potestate, leges scripsere.

I. a. Alexander Ætolus Dorimacho et Scopæ legumlatoribus resistebat, multis argumentis demonstrans, ubicumque ejusmodi legum germen esset, haud ante id extingui solitum quam ingentibus malis eos qui uterentur obrueret. (2) Quamohrem rogabat, ut ne cogitarent tantummodum in præsentia alieni æris gravamine levarentur, verum etiam futurum tempus spectarent. Namque animam pro liberorum tutela in bello profundere, in pacificis autem consiliis nullum futuri temporis respectum habere, absurdum esse dicebat.

II. Scopas Ætolorum legislator, amissa dignitate, cujus causa leges scripserat, vota sua Alexandriam transtulit, bonis illis obtinendis vitæ inopiam suamque animi cupiditatem sperans se expleturum: (2) nescius videlicet, quod sicuti hydropico nullam affert sitis pausam vel satietatem humorum externorum propinatio, nisi ipsius corporis affectio medicina curetur; ita prorsus habendi amorem nemo potest saturare, nisi animi vitium ratione aliqua emendaverit. Ejus rei perspicuum exemplum in hoc homine fuit, de quo nunc verba facimus. (3) Namque Alexandriam delatus, præter commoda atque emolumenta militiæ, quorum ipse dominus erat, utpote summæ rerum præfectus, in singulos dies decem etiam minas stipendii nomine ab rege accipiebat; quum ceteris, in inferiori gradu constitutis, unica mina daretur. (4) Neque his tamen contentus, plura semper, sicut antea, concupiscebat: (5) donec ob hujusmodi cupidinem etiam eis ipsis invisus, qui ei tantas opes largiebantur, auro simul ac spiritu privatus est.

## II. — RES PHILIPPI.

Excerpt. Antiq. ex lib. XIII, cap. 1 et 2.

III. Ἐγένετο περὶ τὴν τοιαύτην κακοπραγμοσύνην· ἦν δὴ βασιλικὴν μὲν οὐδαμῶς οὐδεὶς ἂν εἶναι φήσειεν, ἀναγκαίαν δὲ βούλονται λέγειν ἔνιοι πρὸς τὸν πραγματικὸν τρόπον, διὰ τὴν νῦν ἐπιπολάζουσαν κακοπραγμοσύνην. (2) Οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι πολὺ τι τοῦ τοιούτου μέρους ἐκτὸς ἦσαν· τοσοῦτον γὰρ ἀπηλλοτριῶντο τοῦ κακομηχανεῖν περὶ τοὺς φίλους, χάριν τοῦ τῷ τοιούτῳ συναύξειν τὰς σφετέρας δυναστείας, ὥστ' οὐδὲ τοὺς πολεμίους ἡρῶντο δι' ἀπάτης νικᾶν. (3) ὑπολαμβάνοντες, οὐδὲν οὐτὲ λαμπρὸν, οὐδὲ μὴν βέβαιον εἶναι τῶν κατορθωμάτων, ἔαν μὴ τις ἐκ τοῦ προφανοῦς μαχόμενος ἡττήσῃ ταῖς ψυχαῖς τοὺς ἀντιταττομένους. (4) Διὸ καὶ συνετίθεντο πρὸς σφᾶς, μήτε ἀδῆλους βέλεσι, μὴθ' ἐκηβόλους χρῆσασθαι κατ' ἀλλήλων· μόνην δὲ τὴν ἐκ χειρὸς καὶ συστάδην γινομένην μάχην ἀληθινήν ὑπελάμβανον εἶναι κρίσιν πραγμάτων. (5) Ἡ καὶ τοὺς πολέμους ἀλλήλους προὔλεγον καὶ τὰς μάχας, ὅτε προθοῖντο διακινδυνεύειν, καὶ τοὺς τόπους, εἰς οὓς μέλλοιεν ἐξίεναι παραταξάμενοι. (6) Νῦν δὲ καὶ φαῦλου φασὶν εἶναι στρατηγοῦ τὸ προανῶς τι πράττειν τῶν πολεμικῶν. (7) Βραχὺ δέ τι λείπεται παρὰ Ῥωμαίοις ἔγνος· ἐτι τῆς ἀρχαίας αἰρέσεως περὶ τὰ πολεμικά· καὶ γὰρ προλέγουσι τοὺς πολέμους, καὶ ταῖς ἐνέδραις σπανίως χρῶνται, καὶ τὴν μάχην ἐκ χειρὸς ποιοῦνται καὶ συστάδην. (8) Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω πρὸς τὸν ἐπιπολάζοντα νῦν ὑπὲρ τὸ δέον ἐν τῇ κακοπραγμοσύνῃ ζῆλον περὶ τοὺς ἡγούμενους, ἐν τε ταῖς πολιτικαῖς καὶ πολεμικαῖς οἰκονομίαις.

IV. Ὁ δὲ Φίλιππος Ἡρακλείδῃ μὲν, καθάπερ ὑπόθεσιν δοὺς, ἐπέταξε φροντίζειν, πῶς ἂν κακοποιήσῃ καὶ διαφθεῖρῃ τὰς τῶν Ῥοδίων νῆας· (2) εἰς δὲ τὴν Κρήτην πρσβευτὰς ἐξαπέστειλε, τοὺς ἐρεθιζόντας καὶ παρορμήσοντας ἐπὶ τὸν κατὰ τῶν Ῥοδίων πολεμον. (3) Ὁ δ' Ἡρακλείδης, ἀνθρωπος εὖ πεφυκὼς πρὸς τὸ κακόν, ἔρμαιον ἡγησάμενος τὴν ἐπιταγὴν, καὶ διανοηθεὶς ἄττα δήποτ' οὖν παρ' αὐτῷ, μετὰ τινα χρόνον ὤρμησε, καὶ παρῆν καταπλέων εἰς τὴν Ῥόδον. (4) Συνέβαινε δὲ, τὸν Ἡρακλείδην τοῦτον τὸ μὲν γένος ἀνέκαθεν εἶναι Ταραντῖνον, πεφυκέναι δὲ ἐκ βαναύσων καὶ χειροτεχνῶν ἀνθρώπων, μεγάλα δ' ἐσχηκέναι προτερήματα πρὸς ἀπόνειαν καὶ ραδιουργίαν. (5) Πρῶτον μὲν γὰρ ἀναφανδὸν τῷ σώματι παρεχέχρητο κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν· εἴτ' ἀγγίνους ὑπῆρχε καὶ μνήμων, καὶ πρὸς μὲν τοὺς ταπεινότερους καταπληκτικώτατος καὶ τολμηρότατος, πρὸς δὲ τοὺς ὑπερέχοντας κολακικώτατος. (6) Οὗτος ἀρχῇθεν μὲν ἐκ τῆς πατρίδος ἐξέπεσε, δόξας τὸν Τάραντα πράττειν Ῥωμαίοις, ὃ πολιτικὴν ἔχων δύναμιν, ἀλλ' ἀρχιτέκτων ὑπάρχων, καὶ διὰ τινὰς ἐπισκευὰς τῶν τειχῶν κύριος γενόμενος τῶν κλειδῶν τῆς πόλεως, τῆς ἐπὶ τὸ μεσόγαίον φερούσης. (7) Κατα-

*Heraclides adversus Rhodios subornatus.*

III. Talem dolum Philippus machinabatur : quem quidem regi convenire nemo sane dixerit, etsi non desunt qui in tam crebro usu hodie doli mali necessarium eum esse dicant ad res gerendas. (2) Nam antiqui quidem homines ab ejusmodi mente quam longissime aberant, dolosas erga socios machinationes imperii amplificandi gratia usque adeo abhorrentes, ut ne hostes quidem per fraudem vellent vincere. (3) Quippe qui victoriam nullam neque satis illustrem, neque stabilem ducerent, nisi quis propalam hostes aggressus, animos ipsis virtute sua fregisset. (4) Propterea convenerat inter ipsos, ut neque occultis telis alter in alterum uterentur, neque missilibus e longinquo jactis : sed ~~cernendi~~ controversias solam putarent legitimam esse rationem, cum pede collato pugnatur cominus. (5) Idcirco etiam, quoties armis decertare statuissent, et bella et proelia sibi invicem denunciabant, loca item, ad quæ aciei instruendæ causa essent venturi. (6) Nunc autem si quis imperator suum ali quod consilium bellicum minus occuluerit, vitio id illi vertunt. (7) Apud Romanos vero adhuc veterum institutorum rei militaris leviter impressa quedam manent. Nam et bella indicunt, et insidiis raro utuntur, et cominus rem gerentes pugnam edunt statariam. (8) Hæc nos dicta volumus adversus istud, quod supra modum inter principes viros nunc viget, et cœn mutua æmulatione quadam alitur, studium dolo malo utendi in administratione rerum sive civilium, sive bellicarum.

IV. Ceterum Philippus veluti argumentum exercendi ingenii dedit Heraclidæ, eum jubens de modo cogitare, quo posset Rhodios dolo circumvenire et classem eorum corrumpere : (2) ipse interim legatos in Cretam misit, qui ad bellum contra Rhodios suscipiendum Cretenses irritarent atque impellerent. (3) Heraclides, qui ad ~~malificium~~ egregie a natura esset comparatus, Philippi jussu pro lucro deputans, postquam varia consilia animo versasset, post aliquod tempus profectus Rhodum navigavit. (4) Hic enimvero Heraclides, quod ad vetustam generis originem, Tarentinus, majoribus erat ortus sordidis, et qui artes sellularias exercerent; ipse ad quodcumque acelus vel flagitium hominis perditum audendum magna præsidia habebat. (5) Primum enim ineunte ætate prostituto palam corpore, impudice vixerat : ad hæc solertia mentis et memoria valebat : adversus humiles tenuesque terribilis supra modum atque audax, ad demulcendos potentiores adulatorum artes mirifice callebat. (6) Is primo exsulare extorris a solo patrio fuerat coactus, quod Romanis Tarentum prodere esset visus; non quod inter cives aliquis ipse tunc posset, verum, architectus quum esset, per occasionem reficiendi partem aliquam murorum, claves ejus portæ, qua itur in mediterranea, in potestate tunc habebat,

φυγὼν δὲ πρὸς Ῥωμαίους, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν γράφων καὶ διαπεμπόμενος εἰς τὸν Τάραντα καὶ πρὸς Ἀντίδαν, ἐπεὶ καταφανὴς ἐγένετο, προαισθόμενος τὸ μέλλον, αὐθις ἔφυγε πρὸς τὸν Φίλιππον. (8) Παρ' ᾧ τοιαύτην περιποιήσατο πίστιν καὶ δύναμιν, ὥστε τοῦ καταστραφῆναι τὴν τηλικαύτην βασιλείαν σχεδὸν αἰτωτάτος γεγονέναι.

(Harpocration, et Suidas in Πρυτάνεις.)

V. Διαπιστοῦντες δὲ οἱ Πρυτάνεις ἤδη τῷ Φίλιππῳ διὰ τὴν περὶ τὰ Κρητικὰ κακοπραγμοσύνην, καὶ τὸν Ἡρακλείδην ὑπώπτευνον ἐγκάθετον εἶναι.

(Suid. in Ἀπελογίζ.)

(9) Ὁ δὲ εἰσελθὼν ἀπελογίζετο τὰς αἰτίας, δι' ἃς πεφευγὼς εἶη τὸν Φίλιππον.

(Suidas in Ἀναδέξασθαι et Ἀέλουσε.)

(3) Πᾶν γὰρ βουλευθῆναι τὸν Φίλιππον ἀναδέξασθαι, ἢ καταφανῆ γενέσθαι τὴν ἐν τούτοις αὐτοῦ προαίρεσιν... ἢ καὶ τὸν Ἡρακλείδην ἀέλουσε τῆς ὑποψίας.

(Excerpt. Antiq. ex lib. XIII, cap. 3.)

(4) Καί μοι δοκεῖ μεγίστην θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἢ φύσιν ἀποδείξαι τὴν Ἀλήθειαν, καὶ μεγίστην αὐτῇ προσθεῖναι δύναμιν. (5) Πάντων γοῦν αὐτὴν καταγωνιζομένων, ἔνιοτε δὲ καὶ πασῶν τῶν πιθανότητων μετὰ τοῦ ψεύδους ταττομένων· οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτὴ δι' αὐτῆς εἰς τὰς ψυχὰς εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων. (6) καὶ ποτὲ μὲν παραχρῆμα δείκνυσιν τὴν αὐτῆς δύναμιν, ποτὲ δὲ πολλὸν χρόνον ἐπισκοπισθεῖσα, τέλος αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἐπικρατεῖ, καὶ καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος [ὡς συνέβη γενέσθαι περὶ τὸν Ἡρακλείδην τὸν παρὰ τοῦ Φιλίππου τοῦ βασιλέως εἰς Ῥόδον ἀφικόμενον.]

(Excerpt. Valesian.)

(7) Δαμοκλῆς, ὁ μετὰ Πυθίωνος πεμφθεὶς κατάσκοπος πρὸς Ῥωμαίους, ὑπηρετικὸν ἦν σκεῦος εὐφυές, καὶ πολλὰς ἔχων ἀφορμὰς εἰς πραγμάτων οἰκονομίαν.

(7) Quum deinde ad Romanos perfugisset, atque inde rursus literas Tarentum et ad Hannibalem mitteret; ubi patuit dolus, exitum rei providens, ad Philippum dehinc aufugit: (8) apud quem eam sibi fidem conciliavit, eo potentiae crevit, ut evertendi tanti regni præcipua propemodum causa ipse exstiterit.

V. Sed Prytanes, cum Philippum ob perfidiam, qua in rebus Creticis usus erat, suspectum jam haberent, Heraclidem quoque dolose ab eo submissum esse suspicabantur.

(2) Ille vero ingressus, causas recensuit, cur Philippum fugisset.

(3) Omnia enim potius pati voluisse Philippum, quam in his consilium suum manifestum fieri Rhodiis... Quæ [res, vel epistola] etiam Heraclidem suspitione liberavit.

(4) Equidem existimo, naturam mortalibus Veritatem deam constituisse maximam, maximamque illi vim attribuisse. (5) Nam hæc licet ab omnibus oppugnetur, atque etiam omnes nonnumquam verisimiles conjecturæ a mendacio stent; ipsa tamen per se nescio quomodo in animos hominum sese insinuat, (6) et modo e vestigio illam suam vim exserit, modo, tenebris oblecta longo tempore, ad extremum suapte vi vincit obtinetque, et de mendacio triumphat. Id quod illo tempore evenit de Heraclide, quem Philippus rex in Rhodum miserat.

(7) Erat Damocles industrius minister, et ad res tractandas apprime utilis. Is tum una cum Pythione ad speculanda Romanorum consilia fuerat missus.

### III. — NABIS, TYRANNUS LACEDÆMONIORUM.

Excerpt. Antiq. ex lib. XIII, cap. 4, 5.

VI. Ὁ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων τύραννος Νάβις, ἔτος ἤδη τρίτον ἔχων τὴν ἀρχὴν, δλοσχερὲς μὲν οὐδὲν ἐπέβαλλετο πράττειν οὐδὲ τολμᾶν, διὰ τὸ πρόσφατον εἶναι τὴν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἦτταν τοῦ Μαχανίδου. (2) καταβολὴν δ' ἐποιεῖτο, καὶ θεμέλιον ὑπεβάλλετο πολυχρονίου καὶ βαρείας τυραννίδος. (3) Διέφθειρε γὰρ τοὺς λοιποὺς ἀρδὴν ἐκ τῆς Σπάρτης, ἐφυγάδευσεν δὲ τοὺς κατὰ πλεόν πλούτῳ διαφέροντας ἢ δόξῃ προγονικῇ, τὰς δὲ τούτων οὐσίας καὶ γυναῖκας διεδίδου τῶν ἄλλων τοῖς ἐπιφανεστάτοις καὶ τοῖς μισθοφόροις. (4) Οὗτοι

*Nabidis crudelitas flagitiosissima.*

VI. Nabis, Lacedæmoniorum tyrannus, qui tertium jam annum rerum potiebatur, nihil ille quidem majoris rei aggredi vel moliri audebat, quod recens adhuc esset memoria devicti ab Achæis Machanidæ: (2) sed mansuræ diutius ac duræ tyrannidis principia ponebat, et fundamenta jaciebat. (3) Reliquias enim nominis Spartani funditus delebat; eosque, qui opibus aut gloria majorum ceteris præstabant, solum vertere cogebat; horumque fortunas et uxores iis, qui inter reliquos eminebant, et mercenario militi dividebat. (4) Hi autem erant homicidæ, effractores, prædones

δ' ἦσαν ἀνδροφόνοι, καὶ παρασχίσται, λωποδύται, τοιχωρύχοι. Καθόλου γὰρ τοῦτο τὸ γένος ἡθροίζετο πρὸς αὐτὸν ἐπιμελῶς ἐκ τῆς οἰκουμένης, οἷς ἀβατος ἦν ἡ θρέψασα δι' ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν. (6) Ὡν προστάτην καὶ βασιλέα αὐτὸν ἀναδείξας, καὶ χρώμενος δορυφόροις καὶ σωματοφύλαξι τούτοις, δῆλον ὅτι ἐμελλε πολυχρόνιον ἔχειν τὴν ἐπ' ἀσεβείᾳ φήμην καὶ δυναστείαν. (6) Ὅς γε, χωρὶς τῶν προεξηρμένων, οὐκ ἐξηρκεῖτο φυγαδεύων τοὺς πολλούς· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς φεύγουσιν οὐδείς τόπος ἦν ἀσφαλής, οὐδὲ καταφυγὴ βέβαιος. (7) Τοὺς μὲν γὰρ ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἐπαποστέλλων, ἀνήρει· τοὺς δ' ἐκ τῶν τόπων ἐπαναγαγόντας ἐφόνευε. (8) Τὸ δὲ τελευταῖον, ἐν ταῖς πόλεσι τὰς σύγγενος οἰκίας, ὅπου τις τυγχάνοι κατοικῶν τῶν φυγάδων, μισθοῦμενος δι' ἀνυπονοήτων ἀνθρώπων, εἰς ταῦτα εἰσέπεμπε Κρήτας, οἵτινες βήγματα ποιῶντες ἐν τοῖς τοίχοις, καὶ διὰ τῶν ὑπαρχουσῶν θυρίδων τοξεύοντες, τοὺς μὲν ἐστῶτας τῶν φυγάδων, τοὺς δ' ἀνακειμένους ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις διέφθειρον. (9) ὥστε μήτε τόπον εἶναι μηδένα φεύξιμον, μήτε καιρὸν ἀσφαλῆ τοῖς ταλαιπώροις Λακεδαιμονίοις. (10) Καὶ δὴ τῷ τοιοῦτῳ τρόπῳ τοὺς μὲν πλείστους αὐτῶν ἤφρανσε.

VII. Κατεσκευάσατο δὲ καὶ τινὰ μηχανήν, εἰ μηχανήν ταύτην χρὴ λέγειν. (2) Ἦν γὰρ εἰδωλὸν γυναικεῖον, πολυτελέσιν ἱματίοις ἡμισυμένον, κατὰ δὲ τὴν μορφήν εἰς ὁμοιότητα τῇ τοῦ Νάβιδος γυναικὶ διαφόρως ἀπειργασμένον. (3) Ὅποτε δὲ τινὰς τῶν πολιτικῶν ἀνακαλέσαστο, βουλόμενος εἰσπράξαι χρήματα, τὰς μὲν ἀρχὰς διατίθετο λόγους πλείονας καὶ φιλανθρωπούς· (4) ὑποδεικνύων μὲν τὸν ἀπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἐπιχρεμάμενον τῇ χώρᾳ καὶ τῇ πόλει φόβον, διασαφῶν δὲ τὸ πλῆθος τῶν μισθοφόρων, τὸ τρεφόμενον τῆς ἐκείνων ἀσφαλείας χάριν, ἔτι δὲ τὰς εἰς τοὺς θεοὺς καὶ τὰς κοινὰς τῆς πόλεως διαπάνας. (5) Εἰ μὲν οὖν ἐντρέποντο διὰ τῶν τοιούτων λόγων, εἶχεν ἀποχωρῶντας αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον· (6) εἰ δὲ τινες ἐξαρνούμενοι διωβοῦντο τὴν ἐπιταγήν, ἐπεφθέγγετο λόγον τοιοῦτον· Ἴσως ἐγὼ μὲν οὐ δύναμαι σε πείθειν, Ἀπῆγαν μὲντοι ταύτην δοκῶ σε πείσειν· τοῦτο δ' ἦν ὄνομα τῇ γυναικὶ τοῦ Νάβιδος. (7) Καὶ τοῦτ' ἔλεγε, καὶ παρῆν, ὃ μικρῷ πρότερον ἔλεγον, εἰδωλὸν. (8) Καὶ δεξυσάμενος, ἐπειδὴ ἐκ τῆς καθέδρας ἀνέστησε τὴν γυναῖκα, καὶ περιέπτυξε ταῖς χερσὶ, προσήγετο κατὰ βραχὺ πρὸς τὰ στήρνα. (9) Τοὺς δὲ πῆχεις εἶχε καὶ τὰ χεῖρας πλήρεις σιδηρῶν γόμφων ὑπὸ τοῖς ἱματίοις, ὁμοίους καὶ κατὰ τοὺς μαστούς. (10) Ὅτ' οὖν προσήρεισε ταῖς χερσὶ πρὸς τὰ νῦτα τῆς γυναικὸς, κάπειτα διὰ τῶν ὀργάνων ἐλκόμενον ἐπέτεινε, καὶ προσῆγε πρὸς τοὺς μαστοὺς κατ' ἐλάχιστον, πᾶσαν ἡμέτεραν φωνὴν προΐεσθαι τὸν πιεζόμενον. (11) Καὶ πολλοὺς δὲ τινὰς τῷ τοιοῦτῳ τρόπῳ διέφθειρε τῶν ἐξαρνούμενων.

(Excerpt. Valesian.)

VIII. Καὶ τὰ λοιπὰ δ' ἦν τούτοις ὅμοια καὶ σύστοι-

nocturni, murorum effossores. Nam hoc dumtaxat genus hominum, quibus propter impia facinora et scelera pedem in patria sua ponere non licebat, sedulo Nabidis toto undique ex orbe terrarum ad se arcessebat. (5) Horum ille patrum et regem quum se constituisset, stipatoresque et satellites eos sibi junxisset; in longum videlicet tempus istorum ope et impietatis suae famam et dominationem erat extensurus. (6) Quin et, praeter illa quae jam diximus, cives in exsilium pellere non contentus, id operam dabat, ne quis exsulis locus esset tutus, ne ullum perfugium securum. (7) Alios enim, percussoribus submissis, per vias occidebat; alios ab exsilio revocatos trucidabat. (8) Postremo in iis urbibus, quas habitabant exsules, conductis per homines nullo modo suspectos vicinis domibus iis, quas ipsi incolerent, Cretenses eo mittebat, qui, parietibus intergerinis effractis, per apertas fenestras exsulum alios stantes, alios decumbentes in suis aedibus, sagittis configebant et necabant; (9) ut miseris Lacedaemoniis nullus ad perfugium locus satis tutus pateret, nullum tempus a periculo esset immune. (10) Atque hac sane ratione plurimos eorum e medio sustulit.

VII. Idem Nabidis machinam quoque, si tamen ea machina est dicenda, talem struxerat. (2) Simulacrum muliebri erat, pretiosis vestibus adornatum, formae similitudine Nabidis uxorem arte eximia referens. (3) Quoties civium aliquos tyrannus ad se vocabat, ut pecuniis eos emungeret; principio longa oratione eaque perbenigna ipso compellabat; (4) periculum, quod regioni et urbi ab Achaeis immineret, ipsis ob oculos ponebat; quantum stipendiariorum numerum salutis ipsorum causa aleret, significabat; quantos in sacris procurandis, aut publicis negotiis, summas faceret. (5) Ejusmodi sermonibus si commoverentur, ad destinata exsequenda hoc illi satis erat. (6) Sin aliqui essent, qui, negantes esse sibi opes, detrectarent jussa; in haec tunc verba tyrannus erumpebat: Equidem fortasse, quod cupio, persuadere tibi non valeo; Apegam vero hanc (id nomen Nabidis conjux habebat) puto tibi persuasuram. (7) Simul haec ille dicebat, et statim aderat simulacrum, de quo sumus locuti. (8) Tum tyrannus, postquam dextra prehensam mulierem de sede excittasset, et manibus ejus complexus esset hominem, paulatim hunc ad pectus mulieris admovebat. (9) Erant autem illi brachia et manus ferreis clavis plena, quos vestis occultabat: similiter etiam in mammis infixos habuit clavos. (10) Igitur postquam manus mulieris in dorsum hominis infixisset, et organis deinde, quibus instructa machina erat, attractum intantumque sensim sensimque minimis momentis ad mammam mulieris admovisset; eum, qui ita premebatur, omnem vocem emittere cogebat. (11) Atque hoc modo multos eorum sustulit, qui pecunias dare recusaverant.

Ejusdem avaritia turpis.

VIII. Reliqua vero erant in ejus imperio his similia ac

χα κατὰ τὴν ἀρχήν. (2) Ἐκοινώνει μὲν γὰρ τοῖς Κρησι-  
 τῶν κατὰ θαλάτταν ληστεῶν· εἶχε δὲ καθ' ὅλην τὴν  
 Πελοπόννησον ἱεροσύλους, ὁδοδόκους, φονέας, οἷς με-  
 ρίτης γενόμενος τῶν ἐκ τῆς βασιουργίας λυσιτελῶν, ὁρ-  
 μητήριον καὶ καταφυγὴν παρείχετο τοῦτοις τὴν Σπάρ-  
 ταν. (3) Πλὴν κατὰ γὰρ τοὺς καιροὺς τοῦτους ξένοι  
 τῶν ἀπὸ τῆς Βοιωτίας εἰς τὴν Λακεδαιμόνα παρεπι-  
 δημήσαντες ἐψυχαγωγῆσαν τινὰ τῶν τοῦ Νάβιδος ἱπ-  
 ποκόμων, ὥστε συναποχωρῆσαι μεθ' ἑαυτῶν, ἔχοντα  
 λευκὸν ἵππον, ὃς ἐδόκει γενναιότατος εἶναι τῶν ἐκ τῆς  
 τυραννικῆς ἱπποστάσεως. (4) Τοῦτο δὲ παισθέντος καὶ  
 πράξαντος τοῦ προειρημένου, καταδιώξαντες οἱ παρὰ  
 τοῦ Νάβιδος εἰς τὴν Μεγάλην Πόλιν, καὶ καταλαβόν-  
 τες, τὸν μὲν ἵππον εὐθὺς ἀπῆγον καὶ τὸν ἱπποκόμον,  
 οὐδενὸς ἀντιποιουμένου, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τοῖς ξένοις  
 ἐπέβαλον τὰς χεῖρας. (5) Οἱ δὲ Βοιωτοὶ τὸ μὲν πρῶτον  
 ἤξιον ἀγειν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἀρχήν· οὐδενὸς δὲ προσ-  
 ἔχοντος, ἀνεβόα τις τῶν ξένων, βοήθεια. (6) Συν-  
 δραμόντων δὲ τῶν ἐγγυρῶν καὶ μαρτυρομένων τοὺς  
 ἀνδρας ἐπανάγειν ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ἡναγκάσθησαν προΐ-  
 ἔμενοι τοὺς ἀνθρώπους οἱ παρὰ τοῦ Νάβιδος ἀπελθεῖν.  
 (7) Ὁ δὲ, πάλαι ζητῶν ἀφορμὰς ἐγκλημάτων καὶ πρό-  
 φασιν εὐλογον διαφορᾶς, τότε λαβόμενος ταύτης, εὐ-  
 θέως ἤλαυνε τὰ Προαγόρου θρέμματα καὶ τινῶν ἐτέ-  
 ρων. Ἐξ ὧν ἐγένετο ἀρχὴ τοῦ πολέμου.

consentanea. (2) Maritimarum enim prædationum socie-  
 tatem cum Cretensibus inierat; ac per universam Pelopon-  
 nesum sacrilegos, latrones et sicarios sparsos habebat; qui-  
 bus ipse, particeps lucri scelere huiusmodi parti, arcem ac  
 refugium Spartam præbebat. (3) Forte iis temporibus per-  
 egrini quidam, ex Boeotia Lacedæmonem profecti, quem-  
 dam ex Nabidis equisonibus sollicitaverant, ut cum ipsis  
 una iter faceret, sumto secum equo albo, qui totius regii  
 stabuli generosissimus habebatur. (4) Cum his assensisset  
 equiso, atque ita fecisset, missi a Nabide satellites com-  
 prehensum Megalopoli equisonem cum equo abducere, nemine  
 refragante; post hæc autem peregrinis etiam manus injecere.  
 (5) At Boeoti initio quidem postulabant, ut ad urbis magi-  
 stratum ducerentur: sed cum nemo commoveretur, quidam  
 ex illis civium fidem implorare contenta voce coepit. (6)  
 Concursu repente incolarum facto, cum ad magistratum  
 ducendos esse omnibus placeret, missi a Nabide satellites,  
 dimissis peregrinis, abscedere sunt coacti. (7) At Nabis,  
 qui criminandi causas ac speciosum belli prætextum jam  
 pridem quærebat, hunc tum nactus, continuo Proagoræ  
 aliorumque armenta abegit: quod principium belli fuit.

## IV. — RES ANTIOCHI IN ARABIA.

(Steph. Byz. in Χαττηνία.)

IX. Χαττηνία, χώρα τρίτη Γερβῶων. Πολύβιος  
 ιγ'. Ἔστι δ' ἡ Χαττηνία τάλλα μὲν λυπρὰ, κώμαις  
 δὲ καὶ πύργοις διεσπασμένη διὰ τὸ εὐκαιρὸν τῶν Γερ-  
 βῶων· οὗτοι γὰρ αὐτὴν νέμονται. Ἔστι δὲ τῆς Ἐρυ-  
 θρᾶς θαλάσσης.

(Steph. Byz. in Λάβαι.)

(2) Λάβαι πόλις, ὡς Σάβαι, Χαττηνίας πόλις. Πο-  
 λύβιος τρισκαίδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Λαβαῖος, ὡς Σα-  
 βαῖος. Τῆς αὐτῆς χώρας ἀμφοτέραι· ἡ γὰρ Χαττηνία,  
 τῶν Γερβῶων ἰστί χώρα.

(Suidas in Ἀρῶσι.)

(3) Οἱ δὲ Γερβῶοι ἀξιοῦσι τὸν βασιλέα, μὴ κατα-  
 λύειν τὰ παρὰ τῶν θεῶν αὐτοῖς δεδομένα, τοῦτ' ἐστιν,  
 αἰδίων εἰρήνην καὶ ἐλευθερίαν. Ὁ δὲ, ἐρμηνευθείσης  
 οἱ τῆς ἐπιστολῆς, ἔφη συγχωρεῖν τοῖς ἀξιουμένοις.

(Steph. Byz. in Χαττηνία.)

(4) Αὐτὸς μὲν γὰρ παρήγγειλε, φεῖδασθαι τῆς τῶν  
 Χαττηνῶν χώρας.

(Suidas in Σπακτῇ.)

(5) Κυρωθείσης δὲ τῆς ἐλευθερίας, τοῖς Γερβῶσι,

IX. Chattenia, regio tertia Gerrhæorum. Polybius XIII.  
 Habet autem Chattenia ceteroquin sterile solum: vicis vero  
 et turribus instructa est, propter Gerrhæorum, qui eam in-  
 colunt, opulentiam. Est autem maris Erythræi.

(2) Labæ oppidum, ut Sabæ; oppidum Chatteniæ. Po-  
 lybius XIII. Gentile Labæus, ut Sabæus. Ejusdem regio-  
 nis utrumque est oppidum: nam Chattenia regio est Ger-  
 rhæorum.

(3) Gerrhæi vero regem rogant, ne res a diis sibi tributas  
 (æternam pacem dicebant et libertatem) everteret. Ille  
 vero, per interpretem sibi explicata epistola, respondit, se  
 postulatis eorum annuere.

(4) Jussit enim ipse, ut parceretur Chattenorum regioni.

(5) Libertate Gerrhæis confirmata, Antiochum regem illi

στεφάνωσαν παραχρῆμα τὸν Ἀντίοχον τὸν βασιλέα πεντακοσίοις ἀργυρίου ταλάντοις, χιλίοις δὲ λιβανωτοῦ, καὶ διακοσίοις τῆς λεγομένης στακτῆς. Καὶ ἐποίησεν τὸν πλοῦν ὡς ἐπὶ Τύλον τὴν νῆσον, καὶ ἐποίησεν τὸν ἀπόπλουον ἐπὶ Σελευκείας. Ἦσαν δὲ τὰ ἀρώματα ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάττῃ.

quingentis argenti talentis, thuris mille, guttæ autem, quam Stacten vocant, ducentis honoris causa donarunt. Rex vero inde in Tylum insulam navigavit; unde Seleuciam navibus est reversus. Erant autem illa aromata ad Erythræum mare.

## V. — FRAGMENTA GEOGRAPHICA.

Ex Stephano Byzantino.

X. Βαδίζα, πόλις τῆς Βρεττίας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. Τὸ ἔθνικόν Βαδιζαῖος.

(2) Λαμπέτεια, πόλις Βρεττίας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. Τὸ ἔθνικόν Λαμπετιαῖτης, ἢ Λαμπετιανός.

(3) Μελίτουσσα, πόλις Ἰλλυρίας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. Τὸ ἔθνικόν Μελιτουσσαῖος, ἢ Μελιτουσσισος.

(4) Ἰλαττία, πόλις Κρήτης. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. Τὸ ἔθνικόν Ἰλαττίας.

(5) Σιβυρτος, πόλις Κρήτης. Τὸ ἔθνικόν Σιβύριος, ὡς Πολύβιος ἐν τρισκαιδεκάτῳ.

(6) Ἀδράνη, πόλις Θρακικῆς. Πολύβιος δὲ διὰ τοῦ ἡ τὴν μέσην λέγει, ἐν τρισκαιδεκάτῳ, Ἀδρήνη. Τὸ ἔθνικόν Ἀδρηνήτης.

(7) Ἀρειον πεδῖον. Ἔστι καὶ Θράκης ἔρημον πεδῖον, χαμαιπετὴ δένδρα ἔχον, ὡς Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ.

(8) Δίγηροι, ἔθνος Θράκιον. Πολύβιος ιγ'.

(9) Καβύλη, πόλις Θράκης, οὐ πόρρω τῆς τῶν Ἀστών χώρας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. Τὸ ἔθνικόν Καβιληνός.

Ἔστι καὶ Ταμέση, πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμός. Πολύβιος δ' ἐν τῷ πρώτῳ Τεμεσίαν τὴν πόλιν καλεῖ. Τὸ ταύτης ἔθνικόν, Τεμεσαῖος.

X. (1) Badiza, fortasse Besidizæ, oppidum Bruttiorum. Polybius XIII. Gentile Badizæus.

(2) Lampetia [alias Clampetia], Bruttiorum oppidum. Polybius XIII. Gentile Lampetiatæ aut Lampetianus.

(3) Melitussa, urbs Illyriæ : de qua Polybius libro XIII. Gentile Melitussæus vel Melitussius.

(4) Ilatia, oppidum Cretæ. Polybius XIII. Gentile Ilatius.

(5) Sibyrus, Cretæ oppidum. Gentile Sibyrus, ut apud Polybius libro XIII.

(6) Adrane, urbs Thracica. Polybius vero lib. XIII. mediam syllabam per e longum effert, Adrene. Gentile Adrenites.

(7) Martius campus. Est hoc nomine in Thracia quoque campus incultus, in quo arbores humiles ac pusillæ sunt, auctore Polybio lib. XIII.

(8) Digeri, populus Thracicus. Polybius XIII.

(9) Cabyla, urbs Thracia, non longe ab Astarum regione. Polybius lib. XIII. Gentile Cabilenus.

Est etiam Tamese, urbs Italiæ, et fluvius. Polybius autem libro primo [fortasse hunc XIII librum dicere voluit] Temesiam urbem vocat. Hujus gentile Temesæus.

# ΤΗΣ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣ ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

# LIBRI DECIMI QUARTI HISTORIARUM POLYBII

RELIQUE.

[Σχολ. Ἰστέον ὅτι προσέμουν μόνον διεσάφει τοῦ τεσσαρεσ-  
καιδέκατου λόγου· τὰ δ' ἐφεξῆς ἐνέλειπεν μέχρι λ' φύλλων.]

[Ὅτι φησὶ ΠΟΛΥΒΙΟΣ περὶ αὐτοῦ καὶ περὶ τῆς  
τῶν βίβλων ὑποθετικῆς ἐξηγήσεως· Ἰσως μὲν οὖν ἐπὶ  
πάσαις ταῖς ὀλυμπιάσιν αἱ προεκθέσεις τῶν πράξεων εἰς  
ἐπίστασιν ἄγουσι τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ διὰ τὸ πλη-  
θος καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν γεγονότων, ὥς ἂν ὑπὸ μίαν  
σύνοψιν ἀγομένων τῶν ἐξ ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔργων·  
(1) οὐ μὴν [ἀλλὰ] τὰ κατὰ ταύτην τὴν ὀλυμπιάδα μάλι-  
στα νομίζω δεῖν ἐπιτηρεῖν τοὺς ἀναγινώσκοντας, διὰ τὸ  
πρῶτον μὲν τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Λιβύην πολέ-  
μους ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις εἰληγέναι τὴν συντέλειαν·  
ἰστέον ὅν τις οὐκ ἂν ἱστορῆσαι βουληθείη, πόσα τις ἢ  
καταστροφὴ καὶ τί τὸ τέλος αὐτῶν ἐγένετο; (2) φύσει  
γὰρ πάντες ἄνθρωποι, καὶν δὴ [ως εὖ] χερ[ῶς παραδέ]-  
χονται τὰ κατὰ μέρος ἔργα καὶ λόγους, ὅμως ἐκάστων  
τὸ τέλος ἱμεῖρουσι μαθεῖν πρὸς δὲ τούτοις συμβαίνει  
καὶ τὰς προαιρέσεις τῶν βασιλέων ἐκφανεστάτας γε-  
γόναι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους· ἃ γὰρ πρότερον  
ἐγένετο περὶ αὐτῶν, τότε σαφῶς ἐπεγνώσθη πάντα  
παρὰ πᾶσι, καὶ τοῖς μὴ δ' ὅλως ἐθέλουσι πολυπραγμα-  
σιῶν (4) διὰ καὶ βουλόμενοι κατ' ἐξέαν τῶν ἔργων  
πούσασθαι τὴν ἐξήγησιν, ὁμοῦ τὰς δέκα καὶ δευ-  
εῖν πρᾶξεις κατατετάχαμεν εἰς μίαν βίβλον, καθάπερ  
ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἀποδεώχαμεν.]

Scholion. Sciat lector, Proceium tantummodo nobis se  
conspiciendum obtulisse quarti decimi libri; reliquas vero  
partes defuisse usque ad folium trigessimum.

a. Ait POLYBIUS de se et de expositione argumenti libro-  
rum: Fortasse igitur actorum cunctis olympiadicis pro-  
positiones curiositatem lectorum commovent, tum nu-  
mero, tum etiam magnitudine rerum gestarum; quia sub  
unum veluti oculorum conspectum universi orbis acta sub-  
jiciuntur: (2) at quæ per hanc potissimum olympiadem gesta  
sunt, ea lectores potissimum observare debere existimo,  
quod primo quidem bella per Italiam et Africam patrata,  
nostra demum ætate exitum nacta sunt; quorum quis non  
catastrophem atque finem accuratius explorare voluerit?  
(3) omnibus enim hominibus a natura insitum est, ut,  
etiamsi levissime accipiant singula aut verba aut gesta,  
tamen cujusvis rei exitum cognoscere aveant: præterea  
regum consilia extremis rerum temporibus apprimè inno-  
tescunt: quæ enim antea per hæc fiebant, tunc manifesta  
omnibus quantamlibet incuriosis evadunt. (4) Nos igitur,  
cupidi res pro sua dignitate narrandi, acta annorum duo-  
decim in uno libro simul congesimus, sicuti iam in su-  
prioribus tradidimus.

## I. SCIPIO IN AFRICA.

Excerpt. Antiq. ex lib. XIV, cap. 1-10.

I. Οἱ μὲν οὖν ὕπατοι περὶ ταύτας ἐγίνοντο τὰς  
πράξεις· (2) ὁ δὲ Πόπλιος ἐν τῇ Λιβύῃ κατὰ τὴν  
παρὰ χειμασίαν πυνθανόμενος, ἐξαρτύειν στολὸν τοὺς  
Καρχηδόνιους, ἐγίνετο μὲν καὶ περὶ ταύτην τὴν πα-  
ρασκαυὴν, οὐχ ἦττον δὲ καὶ περὶ τὴν τῆς Ἰτύκης πο-  
λιωρίαν. (3) Οὐ μὴν οὐδὲ τῆς κατὰ τὸν Σύφακα τε-  
λέως ἐλπίδος ἀρίστατο· διαπέμπετο δὲ συνεχῶς, διὰ τὸ  
μὴ πολλὸ ἀφεστάναι τὰς δυνάμεις ἀλλήλων, πεπεισμέ-  
νος, μετακαλέσειν αὐτὸν ἀπὸ τῆς τῶν Καρχηδόνιων  
συμμαχίας. (4) Οὐ γὰρ ἀπεγίνωσκε, καὶ τῆς παιδί-  
σῃς αὐτὸν ἥδη κόρον ἔχειν, δι' ἣν εἴλετο τὰ Καρρη-  
δόνιων, καὶ καθόλου τῆς πρὸς τοὺς Φοίνικας φιλίας,  
διὰ τε τὴν φυσικὴν τῶν Νομάδων ἀψικρίαν, καὶ διὰ  
τὴν πρὸς τε τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀθείαν.  
(5) Ὡς δὲ περὶ πολλὰ τῇ διανοίᾳ, καὶ ποικίλας ἔχων  
ἐλπίδας ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος, διὰ τὸ κατορθώδειν τὸν  
ἑαυτὸν κίνδυνον, τῷ πολλαπλασίους εἶναι τῷ ὑπεναντίου,  
ἐπελάβετο τίνος ἀφορμῆς τοιαύτης. (6) Τῶν γὰρ δια-  
παιπομένων πρὸς τὸν Σύφακα τινες ἀνήγγειλαν αὐτῷ,  
ὅτι συμβαίνει, τοὺς μὲν Καρρηδόνιους ἐκ παντοδαπῶν

(1) Dum Consules in his occupantur: (2) interim P. Sci-  
pio, in Africa hibernans, ubi cognovit Carthaginienses clas-  
sem parare, ad curam rei nauticæ ipse quoque se convertit,  
sic tamen, ut in obsidionem Uticæ non minus incumberet.  
(3) Sed nec de Syphace spem adjecerat: quin potius, quia  
amborum copiæ haud procul invicem distabant, assidue  
cum eo per nuncios agebat; persuasus, se posse ipsum a  
Pænorum societate revocare. (4) Nam quum solita sint  
Numidarum ingenia cito fastidire quæ cupide appetierant,  
et fidem diis pariter atque hominibus facile mutare, non  
desperabat Scipio, posse fieri, ut et puellæ, propter quam  
Carthaginiensibus se adjunxerat, et omnino amicitia Pæ-  
norum satietas eum cepisset. (5) Quum autem in varias  
partes animum versaret, et ancipites de futuro spes habe-  
ret, dimicationem in patentibus campis refugiens, eo quod  
multis partibus plures erant Pœni, oblatam sibi occasionem  
hujusmodi arripuit. (6) Renunciaverant ei quidam ex his,  
quos ad Syphacem miserat, Carthaginienses hibernacula  
sua ex lignea omnis generis materia, et frondia congerie,



ξύλων καὶ φυλλάδος ἀνευ γῆς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ κατασκευάσαντες τὰς σκηνάς· (7) τῶν δὲ Νομάδων τοὺς μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκ καλὰ μῶν, τοὺς δὲ συναγομένους ἐκ τῶν πόλεων κατὰ τὸ παρὸν ἐξ αὐτῆς τῆς φυλλάδος σκηνοποιεῖσθαι, τοὺς μὲν ἐντὸς, τοὺς δὲ πλείους αὐτῶν ἐκτὸς τῆς τάφρου καὶ τοῦ χάρακος. (8) Νομίσας οὖν ὁ Πόπλιος, παραδοξοτάτην μὲν τοῖς πολεμίοις, πραγματικωτάτην δὲ σφισιν εἶναι τὴν διὰ τοῦ πυρὸς ἐπιβολήν, ἐγένετο περὶ ταύτην τὴν κατασκευὴν. (9) Ὁ δὲ Σύφαξ ἐν ταῖς πρὸς τὸν Πόπλιον διαποστολαῖς αἰεὶ πως ἐπὶ ταύτην κατήντα τὴν γνώμην, ὅτι δέοι Καρχηδονίους μὲν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπαλλάττεσθαι, Ῥωμαίους δὲ παραπλησίως ἐκ τῆς Λιβύης, τὰ δὲ μεταξὺ τούτων ἔχειν ἀμφοτέρους, ὧν τότε κατεῖχον. (10) Ὡν ὁ Πόπλιος ἀκούων, ἐν τοῖς πρὸ τοῦ χρόνου οὐδαμῶς ἀνείχετο· τότε δὲ τῷ Νομάδι βραχυῖαν ἔμφρασιν ἐποίησατο διὰ τῶν ἀποστελλομένων, ὡς οὐκ ἀδυνάτου τῆς ἐπιβολῆς οὐσης, ἥς ἐπιβάλλεται. (11) Δι' οὗ συνέβη, τὸν Σύφακα κουφισθέντα πολλαπλασίως ἐπιβρῶσθῆναι πρὸς τὴν ἐπιπολοκὴν. (12) Οὗ γιγνομένου, πλείους ἦσαν οἱ διαπεμπόμενοι καὶ πλεονάκεις· ἔστι δ' ὅτε καὶ τινὰς ἡμέρας ἔμενον παρ' ἀλλήλοις ἀπαρτηρήτως. (13) Ἐν αἷς ὁ Πόπλιος αἰεὶ τινὰς μὲν τῶν πραγματικῶν, οὓς δὲ καὶ στρατιωτικῶν, βρῦπῶντας καὶ ταπεινῶς εἰς δουλικὰς ἐσθῆτας διασκευάζων, μετὰ τῶν ἀποστελλομένων ἐξέπειπε, χάριν τοῦ τὰς προόδους καὶ τὰς εἰσόδους τὰς εἰς ἑκατέραν τὴν παρεμβολὴν ἀσφαλῶς ἐξερευνῆσαι καὶ κατοπτεῦσαι. (14) Δύο γὰρ ἦσαν στρατοπεδεῖαι, μία μὲν, ἣν Ἀσδρούβας εἶχε μετὰ πεζῶν τρισμυρίων καὶ τρισχιλίων ἱππέων· ἄλλη δὲ περὶ δέκα σταδίου ἀφαστῶσα ταύτης, ἣ τῶν Νομάδων, ἱππεῖς μὲν εἰς μυρίους ἔχουσα, πεζοὺς δὲ περὶ πεντακισμυρίους. (15) Ἡ δὲ καὶ μᾶλλον εὐέφοδος ἦν, καὶ τὰς σκηνὰς εἶχε τελέως εὐφρεῖς πρὸς ἐμπυρισμὸν, διὰ τὸ τοὺς Νομάδας, ὡς ἄρτι εἶπον, μὴ διὰ ξύλων, μηδὲ διὰ γῆς, ἀπλῶς δὲ κάνναις καὶ καλάμοις χρῆσθαι πρὸς σκηνοποιίας.

II. Ἐπειδὴ δὲ τὰ μὲν τῆς ἡμετέρας ὥρας ὑπέφαιναν ἤδη, τῷ δὲ Σκιπλίῳ πάντα διηρῆνυτο πρὸς τὴν προεξηρημένην ἐπιβολὴν τὰ κατὰ τοὺς ὑπεναντίους· (2) τὰς μὲν νῆας καθέλειπε, καὶ μηχανὰς κατασκευάζε ταύταις, ὡς πολιορκήσων ἐκ θαλάττης τὴν Ἰτύκην· (3) τοῖς δὲ πεζοῖς, οὓςιν ὡς δισχιλίοις, κατελάβετο πάλιν τὸν ὑπὲρ τὴν πόλιν κείμενον λόφον, καὶ τοῦτον ὠχυροῦτο καὶ διετάφρευε φιλοτιμῶς· (4) τοῖς μὲν ὑπεναντίοις ποιῶν φαντασίαν, ὡς τοῦτο πράττων τῆς πολιορκίας ἔνεκα, τῇ δ' ἀληθείᾳ βουλόμενος ἐφεδρεῖν τοῖς κατὰ τὸν τῆς πράξεως καιρὸν, ἵνα μὴ, τῶν στρατοπέδων ἐκ τῆς παρεμβολῆς χωρισθέντων, οἱ τὴν Ἰτύκην παραφυλάττοντες στρατιῶται τομῆσαι ἐξέλθῃν ἐκ τῆς πόλεως, ἔγχευεῖν τε τῷ χάρακι διὰ τὸ σύνγγυς εἶναι, καὶ πολιορκεῖν τοὺς φυλάττοντας. (5) Ταῦτα δὲ παρασκευαζόμενος, ἅμα διεπέμπετο πρὸς τὸν Σύφακα, πυνθανόμενος, ἐὰν συγχωρῇ τοῖς παρακαλουμένοις, εἰ καὶ Καρχηδονίους ἔσται ταῦτά κατὰ νοῦν, καὶ μὴ πάλιν

nulla terra immixta, exædificasse; (7) Numidarum vero illos, qui eo loci primi constiterant, ex arundinibus, illos, qui nunc demum ex urbibus eodem conveniebant, e sola fronde tentoria structa habere, partim intra, majorem vero partem extra fossam vallumque. (8) Ratus itaque Scipio, nihil tentari a se posse, neque magis improvisum hosti, neque magis conducibile suis rationibus, quam si igne hostes aggrediretur, ad hoc inceptum totus se convertit. (9) Syphax, quum ad Publium sæpius mitteret, eo semper revolvebatur, ut diceret, Pœnis Italia, pariterque Romanis Africa esse excedendum: quod ad illa, quæ in medio essent sita, permittendam utrique populo possessionem eorum, quæ uterque jam obtineret. (10) Quas condiciones Publius initio ne auribus quidem admittebat ullo modo: sed tunc per eos, quos ad Syphacem mittebat, levem aliquam spem ipsi faciebat, rem posse ita, ut ipse proponebat convenire. (11) Ita factum, ut Numida, qua fuit levitate, libertatem comendi ultro citroque multo adhuc libentius, quam ante, et incautus permitteret. (12) Idcirco etiam, dum hæc aguntur, et plures et sæpius ultro citroque sunt missi: interdum vero et dies aliquot alteri in alterorum castris sine ulla cautione habitaverunt. (13) Quo tempore Scipio cum legatis, quos mitteret, semper aliquos partim spectatæ prudentiæ viros, partim etiam milites, sordido humilique habitu et ad instar servorum concinnatos, proficisci jubebat; qui exitus atque aditus utrorumque castrorum tuto explorarent ac specularerent. (14) Erant enim gemina castra: altera habuit Asdrubal cum peditum triginta, equitum tribus millibus: altera castra, decem inde circiter stadia sejuncta, Numidæ habebant, in quibus erant equitum ad decem millia, peditum vero circiter millia quinquaginta. (15) Eratque nempe ad hæc castra facilius aditus quam ad altera, et tabernacula accensu admodum facilia erant; quoniam, ut modo dicebamus, ad tentoria sua extruenda Numidæ neque ligneam materiam, neque terram adhibent, sed cannas dumtaxat, sive stoream, et arundines.

II. Posteaquam et ver jam appetebat, et Scipio abunde omnia exploraverat de hostibus, quæ ad id, quod parabat, scire ipsum oporteret; (2) deductas in mare naves machinis instruit, velut ab ea parte Uticam oppugnaturus; (3) et duo millia militum ad capiendum, quem antea tenerat, tumulum super Uticam mittit, eumque munit fossaque præcingit magnis sumtibus: (4) in speciem, ut hosti persuaderet, ad oppugnationem Uticæ illa se facere; re vera, ut ea, quæ per ipsum expeditionis tempus possent fieri, observaret, ne, ubi legiones castris eduxisset, milites Uticam præsidio tenentes, eruptione facta ex urbe, castra Romana, adeo præsertim Uticæ propinqua, aggredi auderent, et relictas ibi ad custodiam cohortes oppugnarent. (5) Similiter hæc parabat Scipio, simul legatos ad Syphacem mittebat, qui ex eo quaererent, si ipse postulatis ejus consentiret, ecquid Pœni etiam forent assensuri, an rursus de eis, quæ

καίνοι φήσουσι βουλευέσθαι περὶ τῶν συγχωρουμένων.

(6) Ἄμα δὲ τούτοις προσενετείλατο τοῖς πρεσβευταῖς, μὴ πρότερον ὥς αὐτὸν ἀπέναι, πρὶν ἢ λαβεῖν ἀποκρισιν ὑπὲρ τούτων. (7) Ὡν ἀφικομένων, διακούσας δὲ Νομάς ἐπέστη, διότι πρὸς τῷ συντελεῖν ἐστὶ τὰς διαλύσεις δὲ Σικιπίων, ἐκ τε τοῦ φάναι τοὺς πρέσβεις, μὴ πρότερον ἀπαλλαγέσθαι, πρὶν ἢ λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τὰς ἀποκρίσεις, ἐκ τε τοῦ διευλαθεῖσθαι τὴν τῶν Καρχηδονίων συγκατάθεσιν. (8) Διὸ καὶ πρὸς μὲν τὸν Ἀσδρούβαν ἐξαυτῆς ἐπεμπε, διασαφῶν τὰ γινόμενα, καὶ παρακαλῶν δέχεσθαι τὴν εἰρήνην· αὐτὸς δὲ βράθυμωσ διίγχε, καὶ τοὺς ἐπισυναγομένους Νομάδας ἐκτός εἶα τῆς παρεμβολῆς αὐτοῦ κατασκηνοῦν. (9) Ὁ δὲ Πόπλιος κατὰ μὲν τὴν ἐπίφρασιν ἐποίει τὸ παραπλήσιον, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν ἐν τοῖς μέλιστα περὶ τὰς παρασκευὰς ἦν. (10) Ἐπειδὴ δὲ παρὰ μὲν τῶν Καρχηδονίων τῷ Σύφακι διεσαφῆθη, συντελεῖν τὰ κατὰ τὰς συνθήκας, ὁ δὲ Νομάς, περιχαρὴς ὢν, εἶπε τοῖς πρεσβευταῖς ὑπὲρ τούτων· εὐθέως οἱ πρέσβεις ἀπήσαν εἰς τὴν ἰδίαν παρεμβολήν, μὴνύοντες τῷ Ποπλίῳ τὰ πραχθέντα παρὰ τοῦ βασιλέως. (11) Ὡν ἀκούσας δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγός, αὖθις ἐκ ποδὸς ἐπεμπε πρέσβεις, δηλώσοντας τῷ Σύφακι, διότι συμβαίνει, τὸν μὲν Πόπλιον εὐδοκεῖν καὶ σπουδαῖεν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, τοὺς δ' ἐν τῷ συνεδρίῳ διαφέρεισθαι, καὶ φάναι διαμένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων. (12) Οἱ καὶ παραγενόμενοι διεσάφισαν ταῦτα τῷ Νομάδι. (13) Τὴν δὲ ἀποστολὴν ταύτην ὁ Σικιπίων ἐποιήσατο, χάριν τοῦ μὴ δόξαι παρασπονδεῖν, ἐάν, ἐτι μενούσης τῆς ὑπὲρ τῶν διαλύσεων ἐπικηρυκείας πρὸς ἀλλήλους, πράξῃ τι τῶν πολεμικῶν ἔργων. (14) γενομένης δὲ τῆς ἀποβόρῃσεως ταύτης, ἄπαν τὸ γινόμενον ἀνεπιληπτον ἔξεν ὑπέλαβε τὴν προαίρεσιν.

III. Ὁ δὲ Σύφαξ, ταῦτα διακούσας, ἔφερε μὲν δυσχερῆς, διὰ τὸ προκατηλιπνέαι περὶ τῶν διαλύσεων· συνήκει δὲ πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν εἰς λόγους, καὶ διασάφει τὰ παρὰ τῶν Ῥωμαίων αὐτῷ προσαγγελόμενα. (2) Περὶ ὧν πολλὰ διαπορήσαντες ἐβουλεύοντο, πῶς σφίσι καθήκει χρῆσθαι τοῖς ἐξῆς πράγμασι, πλείστον ἀπέχοντες ταῖς ἐννοίαις καὶ ταῖς ἐπιβολαῖς τοῦ μέλλοντος. (3) Περὶ φυλακῆς μὲν γάρ, ἣ τὸ πείσεσθαι τι δεινόν, οὐδ' ἦντινοῦν εἶχον πρόληψιν· περὶ δὲ τοῦ δρᾶσαι τι, καὶ προκαλέσασθαι τοὺς πολεμίους εἰς ὁμαλὸν τόπον, πολλή τις ἦν αὐτῶν ὁρμὴ καὶ προθυμία. (4) Πόπλιος δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τούτον τοῖς μὲν πολλοῖς ὑπεδείκνυε διὰ τε τῆς παρασκευῆς, καὶ τῶν παραγγελμάτων, ὥς κατὰ τῆς ἱτύσεως ἔχων πρῆξιν. (5) Τῶν δὲ χιλιάρχων τοὺς ἐπιτηδαιοτάτους καὶ πιστοτάτους καλῶσας περὶ μέσον ἡμέρας, ἐξέθηκε τὴν ἐπιβολήν· καὶ παρήγγειλε, δεικνυομένους καθ' ὧσαν ἐξάγειν τὰ στρατόπεδα πρὸ τοῦ χάρακος, ἐπειδὴν κατὰ τὸν ἐθισμόν οἱ σαλπικταὶ σημαίνουσιν ἅμα πάντες. (6) Ἔστι γὰρ ἔθος Ῥωμαίοις, κατὰ τὸν τοῦ δείπνου καιρὸν τοὺς βυκανητὰς καὶ σαλπικταὶς πάντας σημαίνειν παρὰ τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνήν, χάριν τοῦ τὰς νυκτερινὰς φυλακὰς κατὰ τὸν

inter ipsos convenisset, deliberare se velle, essent dicturi.

(6) Simul vero Scipio legatos suos ad se prius reverti vetuerat, quam certum responsum esset datum. (7) Qui quum advenissent, Syphax, legatione eorum audita, in animum sibi induxit, id studere Cornelium, ut pax conveniret; partim quod negarent illi, se prius redituros, quam responsum ab eo accepissent; partim quod Romanus imperator de consensu Pœnorum esset sollicitus. (8) Igitur, missis legatis qui Asdrubalem omnia edocerent, et simul hortaretur, ut pacem acciperet, ipse interim negligenter et incaute agebat, et subinde recens advenientes Numidas extra castra tendere sinebat. (9) Publius interim, quum similis negligentiae simulatione uteretur, reapse tamen necessaria incepto cum maxime apparabat. (10) Ubi Syphaci renunciatum est a Pœnia, ut inchoatum pacis negotium ad effectum perduceret, atque ille, gestiens lætitia, ejus rei certiores legatos fecit; e vestigio illi ad castra Romana, ut regis mandata ad Scipionem perferrent, revertuntur. (11) Qui, bus acceptis, extemplo imperator retro commeare ad Syphacem legatos jubet, qui dicerent, Publio quidem conditiones probari, eumque studio pacis duci; sed diversam concilii sententiam esse, cui placeat, in eodem res statu, ac prius erant, manere. (12) Veniunt legati, et, quod fuerant jussi, Numidæ significant. (13) Propterea antem hoc remisit Scipio, ne, si manentibus adhuc induciis, quæ pacis causa factæ fuerant, hostile aliquid tentaret, fidem violasse posset videri. (14) Post istam namque denunciationem liberam sibi fore quidvis faciendi potestatem, neque ulli obnoxiam calumniæ, existimabat.

III. Cum molestia Syphax hæc accepit, ut qui de pace certam jam spem præcepisset: ceterum ad colloquendum cum Asdrubale profectus, quem acceperat a Romanis nuncium, illi communicat. (2) Habita est inter ipsos super ea re longa consultatio, quia id unum agitabant, quid deinceps sibi esset faciendum: in qua sane deliberatione longe illis inita consilia ab eo, quod erat futurum, aberrarunt. (3) Nam de adhibenda cautione, et de periculis, quæ imminere possent, ne minime quidem cogitarunt: quo pacto agerent aliquid, et in planum locum provocarent hostem, in id unum magno studio erant intenti. (4) Quæ dum agantur, Scipio ex iis, quæ apparabat, quæque imperabat, multitudinis animis hanc opinionem ingenerabat, quasi capiendæ per proditorem Uticæ spem haberet: (5) at tribunus militum, quos maxime idoneos putabat, et quibus plurimum fidebat, circa meridiem convocatis, suum consilium aperuit; eisque edixit, ut tempori cœnarent, et copias dein extra vallum educerent, ubi signum pro more senatores simul omnes dedissent. (6) Est enim hæc Romanis consuetudo, ut hora cœnæ buccinatores omnes et tubicines juxta prætorium concinant, ad id, ut eo tempore nocturnæ vigi-

καιρὸν τοῦτον ἵστασθαι κατὰ τοὺς ἰδίους τόπους. (7) Μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς κατασκόπους ἀνακαλεσάμενος, οὗς ἐτύγγανε διαπεμπόμενος εἰς τὰ τῶν πολεμίων στρατοπέδα, συνέκρινε καὶ διηρεῖνα τὰ λεγόμενα περὶ τε τῶν προσβολῶν καὶ τῶν εἰσόδων τῶν εἰς τὰς παρεμβολὰς· χρώμενος ἐπικριτῇ τῶν λεγομένων καὶ συμβούλῳ τῇ Μασσανάσῃ, διὰ τὴν τῶν τόπων ἐμπειρίαν.

IV. Ἐπειδὴ δὲ πάντ' ἦν εὐτρεπῆ τὰ πρὸς τὴν χρεῖαν αὐτῷ τὴν ἐνεστῶσαν, ἀπολιπὼν τοὺς ἱκανοὺς καὶ τοὺς ἐπιτηδεῖους ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς, ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις, προῆγεν, ἄρτι ληγούσης τῆς πρώτης φυλακῆς· περὶ γὰρ ἐξήκοντα σταδίου ἀπέειχον οἱ πολέμιοι. (2) Συνεγγίσας δὲ τοῖς πολεμίοις περὶ τὴν τρίτην φυλακὴν λήγουσαν, Γαίῳ μὲν Λαίλιῳ καὶ Μασσανάσῃ τοὺς ἡμίσεις ἀπονείμας τῶν στρατιωτῶν, καὶ πάντας τοὺς Νομάδας, ἐπέταξε, ποιεῖσθαι τὴν προσβολὴν πρὸς τὸν τοῦ Σύφακος χάρακα. (3) παρακαλέσας, ἀνδράς ἀγαθοὺς γενέσθαι, καὶ μὴδὲν εἰκὴ πράττειν, σαφῶς εἰδότας, ὅτι, καθ' ὅσον ἐμποδίζει καὶ κωλύει τὰ τῆς ὁράσεως τὰ σκότος, κατὰ τοσοῦτον δεῖ συνεκπληροῦν τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ τόλμῃ τὰς νυκτερινὰς ἐπιβολὰς. (4) Αὐτὸς δὲ, τὴν λοιπὴν στρατιὰν ἀναλαβὼν, ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν. Ἦν δὲ αὐτῷ συλλαλογισμένον, μὴ πρότερον ἐγχειρεῖν, ἕως ἂν οἱ περὶ τὸν Λαίλιον πρῶτοι τὸ πῦρ ἐμβάλωσι τοῖς πολεμίοις. (5) Οὗτος μὲν, τοιαύτας ἔχων ἐπινοίας, βάδην ἐποιεῖτο τὴν πορείαν· οἱ δὲ περὶ τὸν Λαίλιον, εἰς δύο μέρη σφᾶς αὐτοὺς διελόντες, ἅμα προσέβαλλον τοῖς πολεμίοις. (6) Τῆς δὲ τῶν σκηνῶν διαθέσεως ὅσον ἐπίτηδες πρὸς ἐμπυρισμὸν κατεσκευασμένης, καθάπερ ἀνώτερον εἶπον· ὡς οἱ προηγούμενοι τὸ πῦρ ἐνέβαλλον, κατανεμηθὲν εἰς τὰς πρώτας σκηνάς, εὐθέως ἀεσθήθητον ἐπολεῖ τὸ κακὸν, διὰ τε τὴν συνέχειαν τῶν σκηνῶν, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῆς ὑποκειμένης ὕλης. (7) Ὁ μὲν οὖν Λαίλιος, ἔχων ἐφεδρείας τάξιν, ἔμενε· δὲ Μασσανάσῃς, εἰδὼς τοὺς τόπους, καθ' ὅς ἐμελλον οἱ φεύγοντες τὸ πῦρ ποιήσασθαι τὴν ἀποχώρησιν, ἐν τούτοις ἐπέστησε τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας. (8) Τῶν δὲ Νομάδων οὐδεὶς ἀπλῶς συνυπώπευσε τὸ γινόμενον, οὐδ' αὐτὸς δὲ Σύφαξ, ἀλλ' ὡς αὐτομάτως ἐμπερησμένου τοῦ χάρακος, ταύτην ἔσχον τὴν διάληψιν. (9) Ὅθεν ἀνυπονοήτως οἱ μὲν ἐκ τῶν ὑπνίων, οἱ δ' ἀκμὴν ἔτι μεθυσκόμενοι καὶ πίνοντες, ἐξεπήδων ἐκ τῶν σκηνῶν. (10) Καὶ πολλοὶ μὲν ὑφ' αὐτῶν περὶ τὰς τοῦ χάρακος ἐξόδους συνεπατήθησαν· πολλοὶ δὲ περικαταληφθέντες ὑπὸ τῆς φλογὸς κατεπερήσθησαν· οἱ δὲ καὶ διαφυγόντες τὴν φλόγα, πάντες εἰς τοὺς πολεμίους ἐμπίπτοντες, οὐθ' ὁ πάσχουσιν οὐθ' ὁ ποιοῦσι γινώσκοντες, διεφθείροντο.

V. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ Καρχηδόνοι, θεωροῦντες τὸ πλῆθος τοῦ πυρὸς καὶ τὸ μέγεθος τῆς ἐξαιρομένης φλογὸς, ὑπολαβόντες αὐτομάτως ἀνῆλθαι τὸν τῶν Νομάδων χάρακα, τινὲς μὲν ἐδοθήθουν ἐξαυτῆς· (2) οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, ἐκτρέχοντες ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ἀνοπλοὶ συνίσταντο πρὸ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας, ἐκ-

līs in suis quæque locis et stationibus collocantur. (7) Secundum hæc exploratoribus ad se vocatis, quos in castra Punica sæpius miserat, quæ ab ipsis referebantur de aditibus et de portis castrorum, accurate inquirebat, et inter se contendebat; in omnibus, quæ dicerentur, iudicium et consilium adhibens Massanissæ, utpote illorum locorum periti.

IV. Ubi omnia fuerunt expedita, quæ ad ipsius inceptum pertinebant; relicto in castris idoneo selectorum militum præsidio, exeunte prima vigilia cum copiis in hostes, studia inde sexaginta distantes, ire pergit. (2) Desinente vigilia tertia ad hostes perventum est. Ibi Scipio partem alteram copiarum, cum omnibus Numidis, Lælio et Massanissæ attribuit, et castra Syphacis jussit invadere. (3) utrumque prius obstatus, ut viros fortes se præberent, nihil temere facerent, meminissent etiam atque etiam, in nocturnis aggressionibus quantum oculis impedimenti et obstaculi ad res gerendas nox afferat, tantum mente et virtute esse explendum. (4) Ipse reliquum exercitum sumit, et adversus Asdrubalem ducit. Erat autem illi constitutum, non prius manum operi admovere, quam Lælius in castra hostium ignem jam coniecisset. (5) Hæc Publius cogitans, presso incedebat gradu. Lælius et Massanissa, copias inter se partiti, hostes simul sunt aggressi. (6) Quum autem tabernacula essent ita confecta, quod ante dicebamus, quasi de industria incendio essent præparata; ubi semel qui in primo erant agmine, ignem coniecissent, conflagrantibus statim primis tentoriis, cum quod erant tabernacula continua, tum propter subjectæ materiæ copiam, nullum prorsus remedium malo poterat afferri. (7) Et Lælius quidem, velut subsidio relictus, substituit: Massanissa vero, qui nota haberet, itinera, per quæ evasuri essent qui ignem fugiebant, suos milites ad illa loca disposuit. (8) Nemini penitus Numidarum, ac ne Syphaci quidem, ulla suspicio ejus, quod agebatur, est suborta; sed, vallum sua sponte incensum esse, omnes patebant. (9) Idcirco, ut quibus nihil hostile suspectum esset, pars e cubilibus semisomnes, pars a comotationibus, quibus etiam tum operam dabant, e tabernaculis exsiliebant. (10) Multi, dum extra vallum præcipiti fuga ruunt, a suis met sunt obtriti; multos ab igne correptos flamma hausit: qui flammam effugerant, in hostem incidentes, priusquam scirent, quid paterentur, aut quid agerent, obtruncabantur.

V. Eo tempore Carthaginenses, ignium multitudinem conspicati, et flammæ sursum se attollentis magnitudinem, sua sponte incendium ortum in Numidarum castris quæ putarent, partim ad ferendam opem accurrerunt; (2) reliqui omnes, e castris facto concursu progressi, inermes

XIII. Πάσης δ' οὐσης ἐκ χειρὸς καὶ κατ' ἀνδρα τῆς μάχης, διὰ τὸ μὴ δόρασι μηδὲ ξίφεσι χρῆσθαι τοὺς ἐγωνιζομένους, τῇ μὲν εὐχερεῖα καὶ τόλμῃ προεῖχον οἱ μισθοφόροι τὰς ἀρχάς, καὶ πολλοὺς κατετραυμάτιζον τῶν Ῥωμαίων· (2) τῷ δὲ τῆς συντάξεως ἀκριβεῖ καὶ τῷ καθολισμῷ πιστεύοντες οἱ Ῥωμαῖοι, μᾶλλον ἐπέβαινον εἰς τὸ πρόσθεν. (3) Ἄμα δὲ τοῖς μὲν Ῥωμαίοις ἐπομένων καὶ παρακαλούντων τῶν κατόπιν, τοῖς δὲ μισθοφόροις τῶν Καρχηδονίων οὐ συνεγγιζόντων, οὐδὲ παραδοθόντων, ἀλλ' ἀποδεικνύντων ταῖς ψυχαῖς, (4) κέρως ἐνέβλιναν οἱ βάρβαροι, καὶ δοξάντες ἔγκταλίσπασθαι προφανῶς ὑπὸ τῶν ἰδίων, ἐπιπεσόντες κατὰ τὴν ἀποχώρησιν εἰς τοὺς ἐφεστώτας, ἐκτεῖνον τοὺς. (5) Ὁ καὶ πολλοὺς ἠνάγκασε τῶν Καρχηδονίων ἀνδρῶν ὥς ἀποθανεῖν· φονεύμενοι γὰρ ὑπὸ τῶν μισθοφόρων, ἐμάχοντο παρὰ τὴν αὐτῶν προαίρεσιν ἅμα πρὸς τε τοὺς ἰδίους καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους. (6) Ποιοῦμενοι δὲ τὸν κίνδυνον ἐκστατικῶς καὶ παρηλλαγμένως, οὐκ ὀλίγους διέφθειραν καὶ τῶν ἰδίων καὶ τῶν ὑπεναντίων. (7) Καὶ

XII. Postea vero quam omnia ad pugnam necessaria ambo paraverant, quum Numidici equites multo ante levibus proeliis sese mutuo lacerare coepissent, tunc Hannibal eos, qui elephantis insidebant, jussit impetum in hostem facere. (2) Simul ac tubæ cornuque undique concinuerunt, parte bestiarum præ metu retro aversa et in Numidas Pœnorum auxiliares irruente, confestim Massanissa lævum cornu Puniceæ aciei equestri auxilio nudavit. (3) Reliqui elephantum medio inter geminas acies campo, impetu facto in Romanos velites, cum multis quidem suis vulneribus ingentum hostium stragem edebant; (4) donec metu consternati, partim per aciei Romanorum intervalla erumpunt, Romanis sine ullo periculo (Id enim pro sua prudentia caverat Scipio) eos admittentibus, alii in dextram partem fuga delati, equitum jaculis confodiuntur, et ad extremum ex acie penitus pelluntur. (5) Quo tempore Lælius, ut turbatos a belluis vidit hostes, in eos invectus, Carthaginiensem equitatum effusam capere fugam compulit. (6) Et Lælius quidem fugientes animose persequabatur; idemque et Massanissa pariter faciebat. (7) Hæc vero dum aguntur, utraque peditum acies lentis ac superbis incessibus gradum promovebat, iis exceptis, qui ex Italia cum Hannibale venerant: nam hi statio nem, in qua primo fuerant positi, servarunt. (8) Ubi prope est ventum, Romani more patrio clamorem tollentes, gladiisque ad scuta concrepantes, concurrunt cum hoste. (9) Carthaginiensium vero mercenarii indiscretas et dissonas voces edebant, ut quibus vox eadem, quod ait poeta, non esset, nec sonus idem:

Sermo etenim varius varia de gente vocatis, sicut paulo ante recensui.

XIII. Quum in dextris omne certamen esset, ac vir cum viro confugeret, quia non hastis ac ne gladiis quidem res gerebatur, agilitate et audacia mercenarii Pœnorum initio prævaiebant, multosque adeo Romanos vulnerarunt: (2) verum Romani eximia ordinatione suæ aciei et genere armorum freti, gradum ulterius magis inferebant. (3) Ac quoniam Romanos quidem sui, qui erant a tergo, et sequebantur, et urgebant assidua cohortatione; contra mercenariis hostium non appropinquabant Carthaginienses, neque opem ferebant, sed præ metu animos despondebant; (4) ad extremum in fugam barbari inclinarunt, et manifesto proditos sese putantes a suis, dum se retro recipiunt, in eos, quos a tergo habuerant, irruunt eosque obtruncant. (5) Quæ sane res fecit, ut multi Carthaginiensium strenue dimicando occumberent: a mercenariis namque cæsi, præter voluntatem simul cum suis, simul cum Romanis, manus conserebant. (6) Quum vero ceu mente emota et more inusitato præliarentur, et suorum et hostium multos peremerunt. (7) Hoc igitur pacto in hastatos illati, ordines eo-

δη τῷ τοιοῦτῳ τρόπῳ συνέχεαν ἐπιπεσόντες τὰς τῶν ἀσμάτων σημαίας. Οἱ δὲ τῶν προίχιππων ἡγεμόνες, συνθεασάμενοι τὸ γεγονός, ἐπέστησαν τὰς αὐτῶν τάξεις. (8) Τῶν δὲ μισθοφόρων καὶ τῶν Καρχηδονίων τὸ πλεῖστον μέρος τὸ μὲν ὑφ' αὐτῶν, τὸ δ' ὑπὸ τῶν ἀσμάτων αὐτοῦ κατεκόπη. (9) Τοὺς δὲ διασωζομένους καὶ φεύγοντας οὐκ εἴασε καταμιγῆσθαι ταῖς δυνάμεσιν Ἀννίβας, ἀλλὰ προβαλέσθαι παραγγελίας τοῖς ἐπιστάταις, ἐκώλυσε μὴ παραδέξασθαι τοὺς ἐγγίζοντας. (10) Ὅθεν ἡγαγκάσθησαν οὗτοι μὲν ποιέσθαι τὴν ἀποχώρησιν ἐπὶ τὰ κέρατα καὶ τὰς ἐκ τούτων εὐρυχωρίας.

XIV. Γενομένου δὲ τοῦ μεταξὺ τόπου τῶν καταλειπομένων στρατοπέδων πλήρους αἵματος, φόνου, νεκρῶν, πολλὴν ἀπορίαν παρεῖχε τῷ τῶν Ῥωμαίων στρατηγῷ τὸ τῆς τροπῆς ἐμπόδιον. (1) Ὁ τε γὰρ τῶν νεκρῶν ὄλισθος, ὡς ἂν αἰμοφύρτων καὶ σωρηδὸν πεπωκότων, ἦ τε τῶν χύδην ἐβρίμμένων θπλων ὁμοῦ τοῖς πτώμασιν ἀλογία, δυσχερῆ τὴν δίοδον ἐμελλε ποιῆσθαι τοῖς ἐν τάξει διαπορευομένοις. (2) Οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς μὲν τραυματίας εἰς τοῦπίσω τῆς παρατάξεως κομισάμενος, τοὺς δ' ἐπιδιώκοντας τῶν ἀσμάτων ἀνακαλεσάμενος διὰ τῆς σάλπιγγος, τοὺς μὲν αὐτοῦ πρὸ τῆς μάχης κατὰ μέσους τοὺς πολεμίους ἐπέστησε. (3) τοὺς δὲ προίχιπας καὶ τριαρίους πυκνώσας ἐφ' ἑκάτερον τὸ κέρας, προάγειν παρήγγειλε διὰ τῶν νεκρῶν. (4) Ἐπειδὴ δ' ὑπερβάντες ἐξ Ἰσου τοῖς ἀσάτοις ἐγένοντο, συνέβαλλον αἱ φάλαγγες ἀλλήλαις μετὰ τῆς μεγίστης ὀρμῆς καὶ προθυμίας. (5) Ὅντων δὲ καὶ τῷ πλήθει καὶ ταῖς φρονήμασι καὶ ταῖς ἀρεταῖς καὶ τοῖς καθοπλισμοῖς παραπλησίον ἀμφοτέρων, ἄκριτον ἐπὶ πολλὴ συνέβαινε γενέσθαι τὴν μάχην· ἐν αὐταῖς ταῖς χώραις ἐναποθνησκόντων τῶν ἀνδρῶν διὰ φιλοτιμίαν. (6) Ἔως οἱ περὶ τὸν Μασσανάσσην καὶ Λαίλιον, ἀπὸ τοῦ διώγματος τῶν ἱππέων ἀνακάμπτοντες, καὶ δαιμονίως εἰς δέοντα καιρὸν συνῆψαν. (7) Ὃν προσπεσόντων τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν κατόπιν, οἱ μὲν πλεῖστοι κατεκόπησαν ἐν τῇ τάξει· τῶν δὲ πρὸς φυγὴν ὀρμησάντων ὀλίγοι μὲν τελέως διέφυγον, ἅτε τῶν ἱππέων ἐν χερσὶν ὄντων, καὶ τῶν τόπων ἐπιπέδων ὑπαρχόντων. (8) Ἐπεσον δὲ τῶν μὲν Ῥωμαίων ὑπὲρ τοὺς χιλίους πεντακοσίους, τῶν δὲ Καρχηδονίων ὑπὲρ δισμυρίους, αἰχμάλωτοι δ' ἐάλωσαν οὐ πολλοὺς τούτων ἐλάττους.

XV. Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ πᾶσι γενομένη μάχη, καὶ τὰ ὅλα κρίασα Ῥωμαίοις διὰ τῶν προειρημένων ἡγεμόνων, τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος. (1) Μετὰ δὲ τὴν μάχην Ἡρόλιος μὲν, ἐπακολουθήσας, καὶ διαρπάσας τὸν χάρακα τῶν Καρχηδονίων, αὐθὺς ἀνεχώρησεν εἰς τὴν ἰδίαν παρεμβολήν. (2) Ἀννίβας δὲ, μετ' ὀλίγων ἱππέων κατὰ τὸ συνεχὲς ποιοῦμενος τὴν ἀναχώρησιν, εἰς Ἀδρύμνητα διεσώθη· πάντα τὰ δυνατὰ ποιήσας κατὰ τὸν κίνδυνον, ὅσα τὸν ἀγαθὸν εἶδε στρατηγὸν καὶ πολλῶν ἥδη πραγμάτων πείραν εἰληφότα. (3) Πρῶτον μὲν γὰρ, εἰς λόγους συνελθὼν, ἐπειράθη δι' αὐτοῦ λύσιν ποιήσασθαι τῶν ἐνεστώτων. (4) Τοῦτο δ' ἐστὶ τοῦ

rum conturbarunt. Quod ut animadversum est a principum centurionibus, suos hi manipulos illis opposuerunt.

(8) Ita pars maxima cum mercenariorum, tum Carthaginiensium, partim mutuis invicem vulneribus, partim ab hastis cæsa, eo loco periit. (9) Eos, qui cædi superfuerant ac fugiebant, in suam aciem misceri non est passus Hannibal; sed proximos a fronte ordines hastas prætere jubens, ne appropinquantibus admitterentur, prohibuit; (10) ita ut cornua et utrumque patentes campos petere sint coacti.

XIV. Quum vero esset omne spatium inter reliquas acies cruore, cæde ac vulneribus refertum; e parta jam victoria oriens impedimentum magna difficultate Romanum imperatorem afficiebat. (2) Nam et labes sanguinis mortuorum, cruore respersorum, et qui acervatim alius super alium ceciderant, ad hæc arma passim disiecta, et cum ipsis cadaveribus temere jacentia, aciei sub signis et ordiale procedenti viam difficilem præbebant. (3) Scipio tamen, sauciis pone ultimam aciem subductis, et eis ex hastatis, qui hostem insequabantur, per tubicines revocatis, ipse quidem hastatos, ibidem ante locum, ubi edita erat pugna, stare jussos, mediæ Pœnorum aciei opposuit; (4) principes vero triariosque densare ordines, et per strages mortuorum pergere ad utrumque cornu jubet. (5) Qui, superatis viæ impedimentis, ubi frontem æquatam cum hastatis effecerunt, ingenti ardore et alacritate animorum acies ambæ concurrerunt. (6) Quæ et numero, et animis, et virtute atque armatura pares inter se quum essent; in ipso vestigio præ obstinatione morientibus qui configebant, diu pugna neutro inclinata stetit: (7) donec Massaniassa et Lælius, a persecutione equitum revertentes, sane quam in tempore et divinitus advenerunt. (8) Quibus aciem Hannibalis a tergo invadentibus, plerique Pœnorum in suis stationibus sunt trucidati: paucique omnino eorum, qui se in pedes conjecerant, effugerunt, cum ad manus essent equites, et loca plana essent. (9) Ceciderunt Romanorum amplius mille quingenti; Carthaginiensium supra viginti millia; capti haud multo pauciores.

XV. Hunc habuit exitum ultima illa pugna, per prædictos imperatores commissâ, quæ orbis imperium Romanis adjudicavit. (2) A prælio P. Cornelius, postquam aliquamdiu hostem esset insecutus, et Pœnorum castra diripisset, in sua mox castra est reversus. (3) Hannibal, cum equitibus paucis se recipiens, continuis itineribus Adrumetum tandem evasit; omnia in prælio expertus, quæ a bono imperatore et magno rerum usu prædito poterant præstari. (4) Primum enim, cum Scipione in colloquium congressus, ut ad concordiam sua opera res deduceretur, laboravit. (5) Quod quidem consilium ejus viri est, qui rei bene gerendæ re-

προειδότες τὰ κατορθώματα, ἀλλὰ καὶ ἀπιστοῦντος τῇ τύχῃ, καὶ προορωμένου τὰ περὶ τὰς μάχας ἐκβαίνοντα παράλογα. (6) Μετὰ δὲ ταῦτα συγκαταστάς εἰς τὸν κίνδυνον, οὕτως ἐχρήσατο τοῖς πράγμασιν, ὥστε μὴ δυνατόν εἶναι, βέλτιον πρὸς Ῥωμαίους ἀγῶνα συστήσασθαι παραπλησίῳ καθοπλισμῷ χρώμενον, οὗ τότε συνεστήσατο Ἀννίβας. (7) Οὕσης γὰρ δυσδιασπάστου τῆς Ῥωμαίων τάξεως καὶ δυνάμεως, τὸν ἄνδρα συνέβη καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρη μάχεσθαι πρὸς πάσας τὰς ἐπιφανείας διὰ τῆς μιᾶς ἐκτάξεως, αἱ τῶν ἔγγιστα πᾶσι δεινῶν σημαίων συνεπιστρεφουσῶν πρὸς τὸ δεόμενον. (8) Ἔτι δὲ τοῦ καθοπλισμοῦ σκέπην καὶ θράσος παρασκευάζοντος, καὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ θυροῦ, καὶ τὴν τῆς μαχαίρας ὑπομονὴν τῶν πληγῶν, δύσμαχοι γίγνονται καὶ δυσκαταγώνιστοι διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας.

XVI. Ἄλλ' ὅμως πρὸς ἕκαστα τούτων οὕτως ἐνδεχομένως Ἀννίβας ἐκ τῶν κατὰ λόγον ἡρώσατο παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, ὥστ' ὑπερβολὴν μὴ καταλιπεῖν. (2) Τὸ μὲν γὰρ τῶν ἐλεφάντων πλῆθος ἑξαυτῆς παρεσκευάσατο, καὶ τότε προβάλετο, χάριν τοῦ συνταράξαι καὶ διασπάσαι τὰς τάξεις τῶν ὑπεναντίων. (3) τοὺς δὲ μισθοφόρους προέταξε, καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἔθηκε μετὰ τούτους, ἕνεκα τοῦ προεκλύσαι μὲν τῷ κόπῳ τὰ σώματα τῶν πολεμίων, ἀχρεΐωσαι δὲ τὰς ἀκμὰς τῶν ὅπλων διὰ τὸ πλῆθος τῶν φονευομένων, ἀναγκάσαι δὲ τοὺς Καρχηδονίους, μέσους ὄντας, μένειν καὶ μάχεσθαι κατὰ τὸν ποιητὴν,

Ὅρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζοι.

(4) Τοὺς δὲ μαχιμωτάτους καὶ στασιμωτάτους τῶν ἀνδρῶν ἐν ἀποστάσει παρενέβαλε, χάριν τοῦ προορωμένους ἐκ πολλοῦ τὸ συμβαίνειν, καὶ διαμένοντας ἀεραίους τοὺς τε σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς, σὺν καιρῷ χρῆσασθαι ταῖς σφετέραις ἀρεταῖς. (5) Εἰ δὲ, πάντα τὰ δυνατὰ ποιήσας πρὸς τὸ νικᾶν, ἐσφάλῃ, τὸν πρὸ τούτου χρόνον ἀήττητος ὢν, συγγνώμην δοτέον. (6) Ἔστι μὲν γὰρ ὅτε καὶ ταυτόματον ἀντέπραξε ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν· ἔστι δ' ὅτε πάλιν, κατὰ τὴν παροιμίαν,

Ἐσθλὸς ἐὼν, ἄλλου κρείττονος ἀνέτυχεν·

ὃ δὴ καὶ τότε γεγονέναι περὶ ἐκεῖνον φήσειεν ἂν τις.

XVII. Τὰ γὰρ ὑπεραίροντα τὴν κοινὴν συνθήκαιν τῶν παρ' ἐνίοις ἐθισμῶν, ὅταν μὲν αὐτοπαθῶς δόξῃ γίγνεσθαι διὰ τὸ μέγεθος τῶν συμπτωμάτων, ἔλεον ἑκαλεῖται παρὰ τοῖς ὄρωσι καὶ τοῖς ἀκούουσι, καὶ συγκινεῖ πως ἕκαστον ἡμῶν ὁ ζενισμός. (2) ἐπὶ δὲ φαίνεται ῥοπήσις χάριν καὶ καθ' ὑπόκρισιν γίγνεσθαι τὸ τοιοῦτον, οὐκ ἔλεον, ἀλλ' ὀργὴν ἐξεργάζεται καὶ μῖσος. Ὅ καὶ τότε συνέβη γενέσθαι περὶ τοὺς πρεσβευντάς τῶν Καρχηδονίων. (3) Ὁ δὲ Πόπλιος διὰ βραχείων ἤρξατο λέγειν πρὸς αὐτούς· ὡς ἐκείνων μὲν χάριν οὐδὲν ἀφείλουσι ποιεῖν φιλόανθρωπον, ὁμολογούντων αὐτῶν, διότι καὶ τὸν πολεμὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπενέγκαιεν Ῥωμαίοις παρὰ

liones providerit, sed simul fortunæ diffidat, et inopinatos atque mirabiles præliorum eventus animo prospiciat. (6) Prælio deinde cum hoste suscepto, ita omnia administravit, ut, qui eodem genere armorum uteretur, certamen cum iis instituere majore arte non potuerit, quam ab Hannibale tum sit factum. (7) Nam licet haud facile solvi divellique Romana acies possit; tamen per unam eandemque instruendæ aciei rationem, milites et singuli et manipulatim in omnes partes pugnare possunt, et, qua parte imminet periculum, in eam semper partem proximi manipuli sese convertunt. (8) Accedit, quod, genere ipso armorum securitatem et audaciam præbente (nam et scutum magnitudinem habet, et gladius sufferre ictus potest), acerrima propter has causas prælia cient, et victoriam hostibus difficillime concedunt.

XVI. At Hannibal tamen ad unumquodque horum ita suas copias, quantum ejus fieri poterat, rationes secutus probabiles, accommodaverat e re nata, ut nihil quiret aptius excogitari. (2) Nam et a principio multos sibi comparaverat elefantos, et tunc ante frontem eos collocaverat, ut ordines aciei Romanæ conturbarent et divellerent. (3) Jam mercenarios in prima acie, et proximos his Carthaginienses statuerat; tum ut hostium corpora ante veram pugnam labore fatigaret, præque multitudine eorum, qui occiderentur, arma inimicorum hebetatis mucronibus redderet inutilia: tum ut Carthaginienses stare et pugnare cogeret, in media positos acie;

Ut vel invitus quisque, necessitate adactus, pugnaret;

sicut ait poeta. (4) Pugnacissimos vero suorum et maxime stabiles aliquanto spatio a ceteris separaverat, ut e longinquo prospicientes quid ageretur, et corporibus animisque integri manentes, deinde, ubi foret opportunum, virtute sua uterentur. (5) Quod si, eum, postquam omnia fecit, quæ ad vincendum poterant fieri, spes est frustrata, virum ante eam diem invictum, venia ipsi danda. (6) Nam interdum virorum fortium inceptis fortuna ipsa et casus resistunt. Interdum vero id evenit, quod proverbio dici solet, ut

Occurrat fortis, qui mage fortis erat.

Quod et tunc Hannibali contigisse aliquis merito dixerit.

XVII. Quæ communem consuetudinem et vulgo receptos apud populum aliquem mores excedunt, ea, quoties ex vero affectu existimantur proficisci propter calamitatum magnitudinem, solent videntium atque audientium misericordiam elicere; nec fere est quisquam nostrum, quem rei novitas non commoveat. (2) At quoties præstigiæ causa et per simulationem ejusmodi aliquid fit, non commiseratio, sed ira et odium sequitur: quod tunc legatis Carthaginiensium accidit. (3) Quos Scipio paucis ita cœpit alloqui: « ipsorum quidem causa nihil quidquam esse, cur ullam ipsi humanitatem tribuere Romani debeant; quando quidem ipsi fa-teantur, se et jam inde a principio Romanis contra fœdera



τὰς συνθήκας, ἐξανδραποδισάμενοι τὴν Ζακανθαίων πόλιν, καὶ πρώην παρασπονδήσαιεν, ἀθετήσαντες τοὺς ὅρκους καὶ τὰς ἐγγράπτους ὁμολογίας· (4) αὐτῶν δὲ χάριν ἔφησε, καὶ τῆς τύχης, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων, κεκρίσθαι σφίσι πρᾶως χρῆσθαι καὶ μεγαλοφύχως τοῖς πράγμασι. (5) Φανήσεσθαι δὲ τοῦτο χάκείνοις ἔφησεν, ἐὰν ὁρθῶς διαλαμβάνωσι περὶ τῶν ἐνεστώτων. Οὐ γάρ, εἰ τι πάσχειν ἢ ποιεῖν ἢ δίδόναι σφίσι ἐπιταχθήσεται, τοῦτο δεῖν νομίζειν δεινόν· ἀλλ' εἰ τι συγχωρηθήσεται φιλάνθρωπον, τοῦτο μᾶλλον ἡγεῖσθαι παράδοξον, (6) ἐπεὶ περ ἡ τύχη, παρελόμενη τὸν ἔλεον αὐτῶν καὶ τὴν συγγνώμην διὰ τὴν σφετέραν ἀδικίαν, ὑποχειρὸν πεποίηκε τοῖς ἐχθροῖς. (7) Ταῦτα δ' εἰπὼν, ἔλεγε τὰ φιλάνθρωπα τὰ διδόμενα, καὶ πάλιν ἃ δεόν ἦν ὑπομένειν αὐτοὺς.

XVIII. Ἦν δὲ τὰ κεφάλαια τῶν προτεινομένων ταῦτα. « Πόλεις ἔχον κατὰ Λιβύην, ἃς καὶ πρότερον « εἶχον ἢ τὸν τελευταῖον πόλεμον ἐξεργακεῖν Ῥωμαῖοις, « καὶ χώραν, ἣν καὶ τὸ παλαιὸν εἶχον, κτήνη, καὶ σώ- « ματα, καὶ τὴν ἄλλην ὑπαρξίν. (2) Ἄπὸ δὲ τῆς ἡμέρας « ἐκείνης ἀσινεῖς Καρχηδονίους ὑπάρχειν, ἔθεισι καὶ « νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις, ἀφρουργτοὺς ὄντας. » (3) Ταῦτα μὲν οὖν ἦν τὰ φιλάνθρωπα. Τὰ δ' ἐναντία τοῦτοις πάλιν· « Τὰ κατὰ τὰς ἀνοχὰς ἀδικήματα γενό- « μενα πάντα Καρχηδονίους ἀποκαταστήσαι Ῥωμαῖοις· « τοὺς αἰχμαλώτους καὶ δραπετάς ἐκ παντὸς ἀποδοῦναι « τοῦ χρόνου· τὰ μακρὰ πλοῖα παραδοῦναι πάντα, « πληρὴ δέκα τριηρῶν. Ὅμοιως καὶ περὶ τοὺς ἐλέφαν- « τας. (4) Πόλεμον μηδὲν τῶν ἐξω τῆς Λιβύης ἐπι- « φέρειν καθόλου, μηδὲ τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ, χωρὶς τῆς « Ῥωμαίων γνώμης. (5) Οἰκίας, καὶ χώραν, καὶ πό- « λεις, καὶ εἰ τι ἑτερόν ἐστι Μασσανάσσου τοῦ βασι- « λέως, ἢ τῶν προγόνων, ἐντὸς τῶν ἀποδεχθησομένων « ὅρων αὐτοῖς, πάντα ἀποδοῦναι Μασσανάσῃ. (6) « Σιτομετρησαί τε τὴν δύναμιν τριμήνου, καὶ μισθο- « δοτῆσαι μέχρι ἂν ἐκ Ῥώμης ἀντιφωνηθῇ τι, κατὰ « τὰς συνθήκας. (7) Ἐξεργακεῖν ἀργυρίου τάλαντα « μύρια Καρχηδονίους ἐν ἔτεσι πεντήκοντα, φέροντας « καθ' ἕκαστον ἑνιαυτὸν Εὐβοϊκὰ τάλαντα διακόσια. « (8) Ὁμήρους δοῦναι πίστεως χάριν ἑκατὸν, οὓς ἂν « προγράψῃ τῶν νέων ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, μὴ « νεωτέρους τεσσαρεσκαίδεκα ἑτῶν μηδὲ πρεσβυτέρους « τριάκοντα. »

XIX. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ στρατηγὸς εἶπε τῶν Ῥωμαίων τοῖς πρεσβευταῖς· οἱ δ', ἀκούσαντες, ἠπείλουντο καὶ διεσάφουν τοῖς ἐν τῇ πατρίδι. (2) Καθ' ὃν δὴ καιρὸν λέγεται, μελλόντος τινος τῶν ἐκ τῆς γερούσιας ἀντιλέγειν τοῖς προτεινομένοις, καὶ καταρχομένου, προελθόντα τὸν Ἀνίβαν κατασκάσαι τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ βήματος. (3) Τῶν δὲ λοιπῶν ἐξοργισθέντων, διὰ τὸ παρὰ τὴν συνθήκην αὐτὸν τοῦτο πράττει, πάλιν τὸν Ἀνίβαν ἀναστάντα φάναι ἀγνοεῖν, καὶ συγγνώμην ἔχειν, εἰ τι παρὰ τοὺς ἔθιμους πράττει, γινώσκοντας, ὅτι τὴν μὲν ἔξοδον ἐκ τῆς πατρίδος ἐνναέτης ὄν

bellum intulisse, cum Saguntinorum urbem exciderunt, et nuper fidem violasse, cum iusjurandum et scripto jam comprehensas leges pacis antiquarunt. (4) Decrevisse tamen Romanos, tum suamet ipsorum causa, tum propter fortunam humanarum conditionem, pro sua lenitate et animi magnitudine cum ipsis agere. (5) Ac ne ipsos quidem aliter dixit existimatos, si rerum presentium statum recte considerarent. Non enim, si quid aut pati, aut facere, aut dare ipsis fuerit imperatum, durum hoc et grave illis debere videri; verum illud potius pro miraculo ipsis fore habendum, si quid benignius obtinerent, (6) postquam eos fortuna, omni misericordiae ac veniae spe destitutos propter ipsorum perfidiam, in potestatem hostium tradidit. » (7) Haec locutus Scipio, tum benigniores conditiones pacis recensuit, tum et alia, quae ipsos oporteret sufferre.

XVIII. Erant autem latorum conditionum praecipua capita haec. « Quas urbes in Africa prius tenuissent, quam « ultimum hoc bellum populo Romano intulissent, quos « item agros antea possedissent, quae pecora, aut quas alias « facultates, ea omnia tenerent. (2) Immunes ab omni « damno hostili Carthaginenses ab eo die essent: suis in- « stitutis legibusque viverent, neque ullo praesidio teneren- « tur. » (3) Et benigniores quidem conditiones hujusmodi erant: duriores contra istae. « Quaecumque per inducias « Carthaginenses maleficio abstulissent, omnia Romanis « restituerent. Captivos item et fugitivos, sine ulla tem- « poris praescriptione, redderent. Naves longas omnes, « praeter decem triremes, traderent. Eadem lex et de ele- « phantibus ut esset. (4) Bellum extra Africam nemini om- « nino inferrent; ac ne in Africam quidem ulli, nisi ex con- « sensu populi Romani. (5) Quas domos, agros, oppida, « aut quodcumque aliud tenerent, quod Massanissae fuerit, « aut majorum ejus, intra fines ipsis demonstrandos, « omnia Massanissae redderent. (6) Frumentum trium « mensium, stipendiumque exercitus, donec ab Roma su- « per conditionibus pacis foret responsum, praestarent. « (7) Decem millia talentum argenti intra annos quinquaginta solverent, ita ut singulis annis penderent talenta « Euboica ducenta. (8) Obsides fidei causa centum darent, « quos Scipio e Carthaginensium pube elegisset, ne minores res quatuordecim annis, neu triginta annis majores. »

XIX. Haec Romanus imperator Carthaginensibus dixit legatis: qui iis auditis, quantocius eorum reversi, in concione rem edunt. (2) Fama est, quum eo tempore quidam e senatorum numero, oblatis pacis conditionibus contradicere aggrediretur, jamque esset orsus dicere, processisse Hannibalem, et abreptum e superiore loco hominem detraxisse. (3) Deinde ceteris, quod praeter consuetudinem liberae civitatis id fecisset Hannibal, irascentibus, iterum surrexisse Hannibalem, et ignorantia lapsum se dixisse, dignumque esse, cui veniam tribuerent, si quid praeter mores faciat; memores, novem se annos natum Carthagine esse

ποιήσαιτο, πλείω δὲ τῶν πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν ἔχων εἰς αὐτὴν ἐπανάξει. (4) Διόπερ ἤξιον, μὴ τοῦτο σκοπεῖν, εἴ τι παραπέπαικε τῆς συνηθείας· πολλὸν δὲ μᾶλλον, εἰ τοῖς τῆς πατρίδος πράγμασιν ἀληθινῶς συμπάσχει, διὰ γὰρ ταῦτα καὶ νῦν εἰς τὴν ἀλογίαν ἐμπεπτωκέναι ταύτην. (5) Θαυμαστὸν γὰρ αὐτῷ φαῖναι καὶ τελέως ἐξηλλαγμένον, εἰ τις, ὑπάρχων Καρχηδόnius, καὶ συνειδῶς τὰ βεβουλευμένα καὶ κοινῇ τῇ πατρίδι καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστοις ἡμῶν κατὰ Ῥωμαίων, οὐ προσκυνεῖ τὴν τύχην, εἰ, γεγονὼς ὑποχείριος, τοιούτων τυγχάνει φιланθρωπιῶν. (6) οὐδ' εἰ τις ὀλίγαις πρότερον ἡμέραις ἤρετο, τί ποτ' ἐλπίζουσι πείσεσθαι τὴν πατρίδα, κρατησάντων Ῥωμαίων, οὐδ' ἂν εἰπεῖν οἷοι τ' ἦσαν, διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῶν προφαινομένων αὐτοῖς κακῶν. (7) Διόπερ ἤξιον, καὶ νῦν μὴδ' ἐπὶ λόγον ἀγειν, ἀλλ' ὁμοθυμαδὸν δεξαμένους τὰ προτεινόμενα θύειν τοῖς θεοῖς, καὶ πάντα εὐχεσθαι, βεβαιῶσαι ταῦτα τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων. (8) Φανέντος δὲ φρονίμως αὐτοῦ καὶ τοῖς καιροῖς οἰκείως συμβουλευεῖν, ἔδοξε ποιεῖσθαι τὰς συνθήκας ἐπὶ τοῖς προειρημένοις. (9) Καὶ τὸ μὲν συνέδριον παραυτίκα πρεσβευτὰς ἐξέπεμπε τοὺς ἀνθομολογησάμενους περὶ τούτων.

profectum, quo nunc major annis quinque et quadraginta redierit. (4) Postulare igitur, ne illud respicerent, si quid adversus morem consuetum peccaret; verum illud potius, anne vero affectu patriæ rebus afflictis condolescat: eam siquidem esse causam, cur hoc per imprudentiam admiserit. (5) Sibi namque mirum esse visum, et plane a statu præsentis alienum, si quis civis Carthaginiensis, non ignarus eorum, quæ et publice patria, et privatim singuli civium in Romanos consulissent, non jam adoraret Fortunam, quod, in eorum potestate positus, condiciones adeo benignas impetret: (6) quum ante paucos dies, si quis cives interrogasset, ubi Romani vicissent, ecquid patriam mali putaret fore passuram, ne dicere quidem sustinuisset, præ immani malorum mole, quæ unicuique ob oculos versata esset. (7) Igitur nunc quoque æquum censere se, ut ne in disceptationem quidem deducerent rem; sed communi sententia oblatis condiciones universi probarent, ac rem sacram diis facerent, cunctique eos venerarentur, ut istas leges foederis ratas esse populus Romanus juberet. (8) Prudens et temporibus conveniens Hannibalis consilium quum esset visum, placuit, in eas, quæ sunt ante expositæ, condiciones pacem facere. (9) Ac statim a senatu missi sunt legati, qui in propositas leges pacis consentirent.

## II. — RES PHILIPPI.

(I.) Excerpt. Antiq. ex lib. XV, cap. 20.

XX. Τοῦτο δὲ τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε, πῶς, ὅτε μὲν αὐτὸς ὁ Πτολεμαῖος ζῶν οὐ προσεδεῖτο τῆς τούτων ἐπικουρίας, ἔτοιμοι βοθηεῖν ἦσαν· (2) ὅτε δ' ἐκεῖνος μετῆλλαξε, καταλιπὼν παιδίον νήπιον, ᾧ κατὰ φύσιν ἑμποῖν ἐπέβαλλε συσώζειν τὴν βασιλείαν, τότε παρακαλέσαντες ἀλλήλους ὥρμησαν ἐπὶ τὸ, διελόμενοι τὴν τοῦ παιδὸς ἀρχὴν, ἐπανελέσθαι τὸν ἀπολελειμμένον· (3) οὐδ' οὖν, καθάπερ οἱ τύραννοι, βραχεῖαν δὴ τινα προβαλλόμενοι τῆς αἰσχύνης πρόφασιν, ἀλλ' ἑαυτῆς, ἐνέδην καὶ θηριωδῶς οὕτως, ὥστε προσόφλειν τὸν λεγόμενον τῶν ἰχθύων βίον, ἐν οἷς φάσιν ὁμορῦλοι οὔσι, τὴν τοῦ μέλιτος ἀπώλειαν τῷ μέλιτον τροφὴν γίνεσθαι καὶ βίον. (4) Ἐξ ὧν τίς οὐκ ἂν, ἐμβλέψας, οἷον εἰς κάτοπτρον, εἰς τὴν συνθήκην ταύτην, αὐτόπτης δόξαι γίνεσθαι τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἀσεβείας, καὶ τῆς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ὁμότητος, ἔτι δὲ τῆς ὑπερβαλλούσης πλεονεξίας τῶν προειρημένων βασιλέων; (5) Οὐ μὴν ἀλλὰ τίς οὐκ ἂν εὐκρίτως, τῇ τύχῃ μεμφάμενος ἐπὶ τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, ἐν τούτοις ἀντικαταλλαγῇ, διότι ἐμείνους μὲν ἐπέθηκε μετὰ ταῦτα τὴν ἀρμόζουσαν δίκην, τοῖς δ' ἐπιγενομένοις ἐξέθηκε κάλλιστον ὑπόδειγμα πρὸς ἐπανόρθωσιν, τὸν τῶν προειρημένων βασιλέων παραδειγματισμὸν; (6) Ἐτι γὰρ αὐτῶν παρασπονδούντων μὲν ἀλλήλους, διασπασμένων δὲ τὴν τοῦ παιδὸς ἀρχὴν, ἐπιστήσασα Ῥωμαῖους, ἃ ἐμείνοι κατὰ τῶν πύλας ἐβουλεύσαντο παρανόμως, ταῦτα κατ' ἐκείνων δικαίως ἐκύρωσε καὶ

(I) *Adversus Ptolemæum Epiphanem, filium Ptol. Philopatoris.*

XX. Quis mortalium non admiretur, Antiochum et Philippum, dum erat in vivis Ptolemæus, et eorum auxilio non indigebat, paratos fuisse opem ei ferre: (2) postea vero quam idem fato esset functus, puero pupillo relicto, cui suum conservare regnum jure naturæ uterque tenebatur, mutuis tunc hortatibus eosdem sese invicem concitasse, ut, diviso inter sese pupilli imperio, ipsum e medio tollere aggredirentur? (3) Neque vero fecisse saltem quod tyranni solent, ut pudori suo levem aliquam obtenderent speciem; sed e vestigio ea impudentia et adeo ferina rabie esse grassatos, ut merito in eos dicas quod in proverbio est, piscium vitam esse æmulatos, inter quos, quamquam ejusdem generis sint, minoris perniciem majoris aiunt esse alimentum ac vitam? (4) Enimvero quis, fœdus inter istos ictum considerans, non sibi videatur quasi in speculo suismet oculis spectare impietatem adversus deos, crudelitatem erga homines, et incredibilem quamdam avaritiam istorum regum? (5) Sed enim, quis est, qui, postquam accusaverit fortunæ administrationem rerum humanarum, non redeat, hos eosdem intuens, rursus cum illa in gratiam, quæ meritis mox ab istis pœnas exegit, et exemplum, quod in eisdem statuit regibus, præclarissimum documentum proposuit posteris, quo ad suam emendationem uterentur? (6) Adhuc enim ipsi sese quidem mutuis fraudibus appetebant, pupilli vero regnum dividebant; cum ecce Fortuna, Romanis in eos immissis ac concitatis, quæ ipsi in alios scelestè erant machinati, eadem

καθηκόντως. (7) Παραυτίκα γὰρ ἑκάτεροι, διὰ τῶν θπλων ἡττηθέντες, οὐ μόνον ἐκωλύθησαν τῆς τῶν ἀλλοτρῶν ἐπιθυμίας, ἀλλὰ καὶ συγκλεισθέντες εἰς φόρους, ὑπέμειναν Ῥωμαίοις τὸ προσταττόμενον. (8) Τὸ τελευταῖον, ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ τὴν μὲν Πτολεμαίου βασιλείαν ἢ τύχῃ διώρθωσέ, τὰς δὲ τούτων δυναστείας καὶ τοὺς διαδόχους τοὺς μὲν ἄρδην ἀναστάτους ἐποίησε καὶ πανωλέθρους, τοὺς δὲ μικροῦ δεῖν τοῖς αὐτοῖς περιέβαλε συμπτώμασι.

(II.) Excerpt. Valesian. et Excerpt. Antiq. ex lib. XV, cap. 21 - 23.

XXI. Μολπαγόρας τις ἦν παρὰ τοῖς Κιανοῖς, ἀνὴρ καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἱκανός, κατὰ δὲ τὴν αἵρεσιν δημαγωγικός καὶ πλεονέκτης. (2) Ὅς πρὸς χάριν ὁμιλῶν τῷ πλήθει, καὶ τοὺς εὐκαιροῦντας τοῖς βίοις ὑποβάλλων τοῖς ὄχλοις, καὶ τινὰς μὲν εἰς τέλος ἀναιρῶν, τινὰς δὲ φυγαδεύων, καὶ τὰς οὐσίας τὰς τούτων δημεύων καὶ διαδιδούς τοῖς πολλοῖς, ταχέως τῷ τοιοῦτῳ τρόπῳ περιποιήσας μοναρχικὴν ἐξουσίαν.

(3) Κιανοὶ μὲν οὖν περιέπεσον τηλικαύταις συμφοραῖς, οὐχ οὕτω διὰ τὴν τύχην, οὐδὲ διὰ τὴν τῶν πέλας ἀδικίαν· τὸ δὲ πλεῖον διὰ τὴν αὐτῶν ἀβουλίαν καὶ ἀκοπολιτείαν, (4) προάγοντες αἰ τοὺς χειρίστους, καὶ κολάζοντες τοὺς ἐναντιουμένους τούτοις, ἵνα διαιρῶνται τὰς ἀλλήλων οὐσίας, (5) εἰς ταύτας οἷον ἐθέλοντῃ ἐνέπεσον τὰς ἀτυχίας, εἰς αἷς οὐκ οἶδ' ὅπως πάντες ἀνθρώποι προφανῶς ἐμπίπτοντες, οὐ δύνανται λῆξαι τῆς ἀνοίας, ἀλλ' οὐδὲ βραχὺ διαπιστῆσαι βῆδιον, καθάπερ ἓνια τῶν ἀλόγων ζώων. (6) Ἐκεῖνα γάρ, οὐ μόνον ἐὰν αὐτὰ πολὺ δυσχρησθήσῃ περὶ τὰ δελέατα καὶ τὰς ἀρχας, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἶδῃ κινδυνεύον, οὐκ ἂν ἔτι βῆδιν αὐτὰ προσαγάγοις πρὸς οὐδὲν τῶν τοιούτων, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον ὑποπτεύει, καὶ παντὶ τῷ φαινομένῳ διαπιστεῖ. (7) Οἱ δ' ἀνθρώποι, τὰς μὲν ἀκούοντες ἀπολυμένας πόλεις ἄρδην τῷ προειρημένῳ τρόπῳ, τὰς δ' ἀκμὴν ὁρῶντες, ὅμως, ὅταν τις χρησάμενος τῷ πρὸς χάριν λόγῳ προτείνῃ τὴν ἐλπίδα τῆς ἐξ ἀλλήλων ἐπανορθώσεως, πρόσεισι πρὸς τὸ δέλεαρ ἀνεπιστάτως. (8) σαφῶς εἰδότες, ὅτι τῶν τὰ τοιαῦτα δελέατα καταπιόντων οὐδεὶς οὐδέποτε σέσωσται, πᾶσι δ' ὁμολογουμένως θλεθρὸν ἐπήνεγκαν αἱ τοιαῦται πολιτεῖαι.

XXII. Ὁ δὲ Φίλιππος, κύριος γεγόμενος τῆς πόλεως, περιχαρὴς ἦν, ὡς καλὴν τινα καὶ σεμνὴν πράξιν ἐπιτετελεσμένος, καὶ βεδοθηκὼς μὲν προθύμως τῷ κηδεστῇ, καταπεπληγμένος δὲ πάντας τοὺς ἀλλοτριάζοντας, σωματίων δὲ καὶ χρημάτων εὐπορίαν ἐκ τοῦ δικαίου περιπεποιημένος. (2) Τὰ δ' ἐναντία τούτοις οὐ καθεῶρα, καίπερ ὄντα προφανῇ, πρῶτον μὲν, ὡς οὐκ ἀδικουμένῳ, παρασπονδούντι δὲ τῷ κηδεστῇ τοὺς πέλας ἐδόχθει. (3) δεύτερον, ὅτι πόλιν Ἑλληνίδα περιβαλὼν τοῖς μεγίστοις ἀτυχήμασιν ἀδίκως, ἐμελλε κυρώσειν τὴν περὶ αὐτοῦ διαδεδομένην φήμην ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς φίλους ὀμότητος, ἐξ ἀμφοῖν δὲ δικαίως

jure merito adversus ipsos rata esse jussit. (7) Mox enim ambo, victi armis, non solum aliena concupiscere sunt prohibiti, sed etiam eo necessitatis redacti, ut tributum pensarent, et dicto audientes esse Romanis cogerentur. (8) Ac tandem fortuna, brevissimo tempore interjecto, quum Ptolemæi regnum in pristinum statum restituisset, horum dominationes ac successores partim funditus evertit delevitque omnes, partim calamitatibus non sane multo levioribus afflixit.

(II.) Adversus Cianos.

XXI. Molpagoras quidam fuit apud Cianos, vir cum ad dicendum, tum ad agendum promptus; et, quod ad vite institutum attinet, orator popularis, et super ceteros eminare studens. (2) Is populi benevolentiam captans, et locupletissimos quosque damnandos populo obijciens, nonnullis etiam neci datis, aut in exilium pulsis, bona eorum publicans atque inter multitudinem dividens, brevi tempore regiam quamdam potestatem ista ratione sibi comparavit.

(3) In hæc tam gravia mala Ciani inciderunt, non adeo fortunæ culpa, neque ob suam in alios iniquitatem; sed multo magis imprudentia, et prava reipublicæ suæ administratione, (4) dum pessimo cuique honores semper mandant, et in eos, qui se improbis opponerent, animadvertunt, quo possent fortunas alii aliorum inter se dividere. (5) Ita illi in ejusmodi infortunia veluti sponte sua impegerunt; in quæ quamvis manifeste inciderint homines, vix tamen eorum ullas est qui demeritis finem imponere possit: quin ne illud quidem facile ab iis impetres, ut minus aliquanto fidant, quod brutarum tamen animantium nonnullæ faciunt. (6) Nam has quidem, non solum si multum ipsæ aliquando laboraverint, ut se ab esca vel laqueis expedirent, verum etiam si aliud quod animal periclitatum esse viderint, non facile ad simile quidquam adducas: quin et locum suspectum habent, et ab omni re, quæ in oculos incurrit, sibi metuunt. (7) Homines vero, quum alias civitates eo quem diximus modo funditus periisse audiant, alias ipsi cum maxime perire videant, simul ac tamen aliquis, blandis eos sermonibus aggressus, spem commodi alicujus ex alieno damno parandi ostenderit, inconsiderate ad escam accedunt; (8) quamvis satis sciant, neminem umquam mortalium, tali modo inescatum, exitium vitasse, sed ejusmodi administratione reipublicæ omnibus manifeste perniciem attulisse.

XXII. At Philippus, urbis Cianorum potestas, cum præclaro et gravi aliquo facinore edito, lætitia gestiebat, ut qui et genero promte opem tulisset, et omnibus, qui a sua amicitia se alienarent, incussisset terrorem, denique captivorum et pecuniæ ingentem copiam legitima ratione sibi comparasset. (2) Contraria vero his non videbat, etsi erant omnibus manifesta: primum, genero se, non qui injuriam passus esset, verum qui perfide aliis intulisset injuriam, suppetias tulisse. (3) Deinde, se, qui Græcam urbem malis longe omnium maximis affecisset, famam jam ante disseminatam de sua in amicos crudelitate esse confirmatam.

καὶ κληρονομήσειν παρὰ πάντε τοῖς Ἑλλήσι τὴν ἐπ' ἀσείβειά δοξαν· (4) τρίτον, ὡς ἐνυβρίζει τοῖς ἀπὸ τῶν προειρημένων πόλεων πρεσβευταῖς, οἱ παρῆσαν ἐξελομένοι τοὺς Κιανούς ἐκ τῶν περισσώτων κακῶν, ὑπὸ δ' ἐκείνου παρακαλούμενοι καὶ διαγελώμενοι καθ' ἡμέραν, \* αὐτόνται γενέσθαι τούτων, ὧν ἥκιστα ἂν ἐδουλήθσαν· (5) πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τοὺς Ῥοδίους οὕτως ἀπετιθερίωται πρὸς αὐτὸν, ὥστε μηδένα λόγον ἔτι προσέσθαι περὶ Φιλίππου.

XXIII. Καὶ γὰρ ἡ τύχη πρὸς γε τοῦτο τὸ μέρος αὐτῷ συνήργησε προφανῶς. (2) Ὅτε γὰρ ὁ πρεσβευτὴς ἐν τῷ θεάτρῳ τὸν ἀπολογισμὸν ἐποιεῖτο πρὸς τοὺς Ῥοδίους, ἐμφανίζων τὴν τοῦ Φιλίππου μεγαλοφυλίαν, καὶ δίδωσι τὴν χάριν ταύτην, ποιεῖ δὲ τοῦτο, βουλόμενος ἐλέγξει μὲν τὰς τῶν ἀντιπραττόντων αὐτῷ διαβολὰς, φανεράν δὲ τῇ πόλει καταστήσαι τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν· (3) καὶ παρῆν τις ἐκ κατάπλου πρὸς τὸ πρυτανεῖον, ἀναγγέλλων τὸν ἐξανδραποδισμὸν τῶν Κιανῶν, καὶ ὠμότητα τοῦ Φιλίππου τὴν ἐν τούτοις γεγεννημένην· (4) ὥστε τοὺς Ῥοδίους, ἔτι μεταξὺ τοῦ πρεσβευτοῦ τὰ προειρημένα λέγοντος, ἐπεὶ προελθὼν ὁ πρύτανις διεσάφει τὰ προσηγγεμένα, μὴ δύνασθαι πιστεῦσαι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀσεβείας. (5) Φίλιππος μὲν οὖν, παρασπονδῆσας οὐχ οὕτω Κιανούς, ὡς ἑαυτὸν, εἰς τοιαύτην ἀγνοίαν ἢ καὶ παράπτωσιν τοῦ καθήκοντος ἤκεν, ὥστ', ἐφ' οἷς ἐχρῆν αἰσχύνεσθαι καθ' ὑπερβολὴν, ἐπὶ τούτοις ὡς καλοῖς σεμνύνεσθαι καὶ μεγαλαυχεῖν. (6) Ὁ δὲ τῶν Ῥοδίων δῆμος ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας ὡς περὶ πολεμίου διελάμβανε τοῦ Φιλίππου, καὶ πρὸς τοῦτον τὸν σκοπὸν ἐποιεῖτο τὰς παρασκευάς. (7) Παρὰ πλῆσιον δὲ καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς μῖσος ἐκ ταύτης τῆς πράξεως ἐνεργάσατο πρὸς αὐτόν. (8) Ἄρτι γὰρ διαλελυμένος, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείων πρὸς τὸ ἔθνος, οὐδεμίαν προφάσεως ἐγγιγνομένης, φίλων ὑπαρχόντων καὶ συμμάχων Αἰτωλῶν, Λυσιμαχέων, Καλχηδονίων, καὶ Κιανῶν, βραχὺ χρόνον πρότερον· (9) πρῶτον μὲν προσηγάγετο τὴν Λυσιμαχέων πόλιν, ἀποσπάσας ἀπὸ τῆς τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίας, δευτέραν δὲ τὴν Καλχηδονίαν, τρίτην δὲ τὴν Κιανῶν ἐξηνδραπόδιστο, στρατηγοῦ παρ' Αἰτωλῶν ἐν αὐτῇ διατρίβοντος καὶ προεστώτος τῶν κοινῶν. (10) Προυσίας δὲ, καθὼ μὲν ἢ πρόθεσις αὐτοῦ συντελείας ἔτυχε, περιχαρὴς ἦν· καθὼ δὲ τὰ μὲν ἄθλα τῆς ἐπιβολῆς ἕτερος ἀπέφερεν, αὐτὸς δὲ πόλεως οἰκόπεδον ἐρημον ἐκληρονόμει, δυσχερῶς διέκειτο, ποιεῖν δ' οὐδὲν οἷός τε ἦν.

(III.) Excerptum Valesianum et apud Suidam.

XXIV. Φίλιππος, κατὰ τὸν ἀνάπλουον ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ παρασπονδήμα μεταχειριζόμενος, προσέειπε περὶ μέσον ἡμέρας πρὸς τὴν τῶν Θασίων πόλιν, καὶ ταύτην ἐκείνην οὖσαν ἐξηνδραπόδιστο. (2) \*\* Θάσιοι εἶπον πρὸς Μητροδώρον, τὸν Φιλίππου στρατηγόν, παραδοῦναι τὴν πόλιν, εἰ διατηρήσει αὐτοὺς ἀφρουρήτους, ἀφο-

POLYBIUS. — I.

rum: qua utraque ex re impietatis opinionem apud omnes Græcos foret perpetuo obtenturus. (4) Postremo, gravem se injuriam atque contumeliam legatis prædictarum civitatum imposuisse, qui, quum venissent, ut Cianos ex urgentibus calamitatibus liberarent, illius promissis erecti et de die in diem delusi sunt, donec ea, quæ minime voluissent, oculis suis spectare coacti sunt. (5) Accedebat his, quod Rhodiorum animos odio iraque ita adversus se efferavit, ut jam de Philippo verba fieri non possent pati.

XXIII. Nam et fortuna, hac quidem ex parte, Philippi causam manifesto adjuverat. (2) Disserebat ejus legatus apud Rhodios in theatro de ejus factis, magnanimitatem Philippi verbis prædicans: ipsum, qui oppidum jam quodammodo in potestate haberet, populo Rhodiorum hoc gratificari, atque hoc ipsum facere, ut calumnias hominum factionis contrariæ refutet, suumque animum et propositum civitati patefaciat. (3) Inter hæc aliquis, in portum modo delatus, venit in Prytæneum, captivitatem et servitutem Cianorum nuncians, et Philippi crudelitatem, qua esset in alios usus. (4) Quem nuncium ubi Prytanis attulit in theatrum, Rhodii propter legatum, ea quæ diximus tunc cum maxime commemorantem, et propter magnitudinem perfidiæ adduci non potuerunt, ut nuncio fidem haberent. (5) Philippus enimvero, ubi perfidia singulari non adeo Cianos, ut seipsum, decepisset, eo venit amentiae, et omnis officii fines longe adeo migravit, ut, quorum pudere ipsum vehementissime oportebat, ea sibi ipse ut præclare facta laudi duceret, deque iis se impotenter jactaret. (6) At Rhodiorum populus ab eo die Philippum loco hostis habuit, et in apparatibus faciendis ad hunc scopum semper respexit. (7) Simile vero etiam Ætolorum odium ex eadem causa sibi contraxit. (8) Nuper enim iis conciliatus, et genti Ætolorum manus porrigens, quum amicis ac sociis paulo ante uteretur Ætolis, Lysimachensibus, Chalcedoniis et Cianiis, nulla re interveniente quam prætexeret, (9) primo civitatem Lysimachensium, ab Ætolorum societate avulsam, sibi adjunxit; deinde Chalcedonem; postremo vero Cianorum urbem, quum esset ibi dux ab Ætolis missus, penes quem erat summa rerum, in servitutem misit. (10) Prusias vero, quatenus quidem propositum ipsius ad exitum fuit perductum, gaudio exultabat; quia tamen incepti illius præmia alter abstulerat, ipse, deleta urbe, nonnisi desertum solum sortitus erat, iniquo rem animo ferebat. Sed quid ageret?

(III.) Adversus Thastos.

XXIV. Philippus, per reditum alios subinde atque alios contra fœderis leges violans, circa meridiem Thasum apulit; eamque, quum amica esset, in servitutem redegit. \*\* (2) Thasii Metrodoro, Philippi duci, aiebant, se urbem tradituros ea conditione, ut immunes sint a præsidiis, et tributis, a præbendis hospitibus, suis utentes legibus. \*\*

ρολογήτους, ἀνεπισταθμεύτους, νόμοις χρῆσθαι [εἶν] τοῖς ἰδίοις. \*\* (3) [Καὶ ἀπεκρίνατο Μητροδῶρος.] Συγχωρεῖν τὸν βασιλέα, εἶναι Θεσίους ἀφρορητούς, ἀφρορολήτους, ἀσταθμεύτους, καὶ νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις. (4) Ἐπισημηναμένων δὲ μετὰ κραυγῆς πάντων, παρήγαγον τὸν Φίλιππον εἰς τὴν πόλιν. \*\*

[XXIV. a. Ἴσως μὲν γὰρ πάντες οἱ βασιλεῖς κατὰ τὰς πρώτας ἀρχὰς πᾶσι προτείνουσι τὸ τῆς ἐλευθερίας ὄνομα καὶ φίλους προσαγορεύουσι καὶ συμμάχους τοὺς κοινωνήσαντας σφίσι τῶν αὐτῶν ἐλπίδων· καθυκόμενοι δὲ τῶν πράξεων, παρὰ πόδας οὐ συμμαχικῶς, ἀλλὰ δεσποτικῶς χροῦνται τοῖς πιστεύουσι· (2) διὸ καὶ τοῦ μὲν καλοῦ διαφεύδονται, τοῦ δὲ παρατίχα συμφέροντος ὡς ἐπίπαν οὐκ ἐπιτυγχάνουσι· τὸ δ' ἐπιβαλλόμενον τοῖς μεγίστοις καὶ περιλαμβάνοντα ταῖς ἐλπίσι τὴν οἰκουμένην, καὶ πάσας ἀκμὴν ἀκεραίους ἔχοντα τὰς ἐπιβολὰς, (3) εὐθέως ἐν τοῖς ἐλαχίστοις καὶ πρώτοις τῶν ὑποπιπτόντων ἐπικηρύττειν ἅπασι τὴν ἀθεσίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀθεβαιότητα, πῶς οὐκ ἂν δόξειεν ἀλόγιστον εἶναι καὶ μανικόν;]

[(4) Ὅτι ἐπεὶ πάσας καθ' ἕκαστον ἔτος τὰς καταλλήλας πράξεις γενομένας κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐξηγοῦμεθα, δῆλον ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ τέλος ἐπ' ἐνίων πρότερον ἐκφέρειν τῆς ἀρχῆς, ἐπειδὴν πρότερος ὁ τόπος ὑποπέσει κατὰ τὸν τῆς ὁλης ὑποθέσεως μερισμὸν καὶ κατὰ τὴν τῆς διηγήσεως ἔφοδον, ὃ τὴν συντέλειαν τῆς πράξεως ἔχων, τοῦ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἐπιβολὴν περιέχοντος.]

### III. — RES ÆGYPTI.

#### Excerpta Valesian.

XXV. Σωσίβιος, ὁ ψευδεπίτροπος Πτολεμαίου, ἐδόκει γεγονέναι σκευὸς ἀγχίνου, καὶ πολυχρόνιον, ἔτι δὲ κακοποιόν, ἐν βασιλείᾳ· (2) καὶ πρώτῳ μὲν ἀρτίσαι φόνον Λυσιμάχῳ, ὃς ἦν υἱὸς Ἀρσινόης, τῆς Λυσιμάχου καὶ Πτολεμαίου· δευτέρῳ δὲ Μάγᾳ, τῷ Πτολεμαίου καὶ Βερενίκης τῆς Μάγᾳ· τρίτῃ δὲ Βερενίκῃ, τῇ Πτολεμαίου μητρὶ τοῦ Φιλοπάτορος· τετάρτῳ Κλεομένει τῷ Σπαρτιάτῃ· πέμπτῃ θυγατρὶ Βερενίκης, Ἀρσινόῃ.

(3) Ἀγαθοκλῆς, ὁ ψευδεπίτροπος Πτολεμαίου, ἐπεὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἀνδρῶν ἐκποδὼν ἐποίησε, καὶ τὸ πολὺ τῆς τοῦ πλήθους ὀργῆς παρακατέσχε τῇ τῶν ὁμωνίων ἀποδόσει, παρὰ πόδας εἰς τὴν ἐξαρχῆς συνήθειαν ἐπανῆλθε. (4) Καὶ τὰς μὲν τῶν φίλων χώρας ἀνεπλήρωσε, παρεισαγαγὼν ἐκ τῆς διακονίας καὶ τῆς ἄλλης ὑπηρεσίας τοὺς εἰκαιοτάτους καὶ θρασυτάτους· (5) αὐτὸς δὲ τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἐν μέθῃ διέτριβε, καὶ ταῖς τῇ μέθῃ παρεπομέναις ἀκρασίαις, οὐ φειδόμενος οὐτ' ἀκαμαζούσης γυναικὸς, οὔτε νύμφης, οὔτε παρθένου· καὶ πάντα ταῦτα ἔπραττε μετὰ τῆς ἐπαχθεστάτης φαντασίας. (6) Ὅθεν πολλὰς μὲν καὶ παντοδαπὰς γιγνομένης δυσαρρεστήσεως, οὐδεμίαν δὲ

(3) [Respondit Metrodorus :] Concedere regem Thasiis, immunitatem a præsidiis, a tributis, ab hospitibus, et ut suis legibus vivant. (4) Quæ verba postquam omnium plausu et acclamatione sunt excepta, Philippum in urbem introduxerunt. \*\*

XXIV. a. Plerique sane reges, dum imperium suscipiunt, libertatis nomen cunctis ostentant, amicosque et socios appellant eos qui spes suas cum ipsis communicaverunt : verumtamen ubi rerum potiti sunt, continuo non ut sociis, sed ut famulis utantur iis, qui se in illorum fidem tradiderunt. (2) Itaque et honestatem relinquunt, neque presentem utilitatem plerumque consequuntur. Jam vero homo qui summas res affectaverat, terrarum orbem spe sua occupaverat, quique in summa gerendarum rerum prosperitate versabatur, (3) nonne hic, inquam, stultissimus furiosusque videbitur, si eo redactus fuerit, ut mox inter subditos suos minimos æque ac summos inconstantiam infirmitatemque fortunæ suæ fateatur ?

(4) Quia cunctas per singulos annos res in toto orbe eodem tempore gestas narramus, sine dubio necesse est ut finis quandoque prius quam initium dicatur, siquidem ex universi argumenti dispositione atque narrationis cursu finis rei principio et exordio præponendus est.

#### Ptolemæi Epiphanis tutores facinorosissimi.

XXV. Sosibius, qui Ptolemæi regis tutelam sibi arripuit, callidus ac longo usu subactus et maleficus in aula minister perhibetur fuisse : (2) ac primum quidem Lysimacho, qui Arsinoë Lysimachi filia ac Ptolemæo genitus erat, necem comparasse ; deinde Magæ, filio Ptolemæi ac Berenicæ, Magæ filię ; postea Berenicæ, Ptolemæi Philopatoris matri ; tum Cleomeni Spartano ; ac postremo Arsinoæ, Berenicæ filię.

(3) Agathocles, falsus Ptolemæi tutor, postquam celeberrimum quemque e medio removit, ac multitudinis favorem stipendiorum pensione compressit, e vestigio ad pristinos mores rediit : (4) ac dignitates omnes palatii, quæ tunc vacabant, amicis suis concessit, producto ex ultimis ac servilibus ministeriis levissimo quoque atque impudentissimo. (5) Ipse dies noctesque in vino atque iis, quæ vinum consequi solent, libinibus agebat, nec nuptis, nec sponsis, nec virginum pudori parcens : atque hæc cuncta cum intolerabili superbia facitabat. (6) Quare cum presentem rerum statum universi ægre ferrent, malum autem

θεραπείας οὐδὲ βοηθείας προσαγομένης, τὸ δ' ἐναντίον αἰεὶ προσεπαγομένης ὕβρεως, ὑπερηφανίας, βαθυμίας· (7) ἀνεθυμιάτο πάλιν ἐν τοῖς πολλοῖς τὸ προϋπάρχον μῖσος, καὶ πάντες ἀνενοῦντο τὰ προγεγεννημένα περὶ τὴν βασιλείαν ἀτυχήματα διὰ τοὺς ἀνθρώπους τούτους. (8) Τῷ δὲ μηδὲν ἔχειν πρόσωπον ἀξιοχρεῶν τὸ προστησόμενον, καὶ δι' οὗ τὴν ὀργὴν εἰς τὸν Ἀγαθοκλέα καὶ τὴν Ἀγαθόκλειαν ἀπερείσονται, τὴν ἡσυχίαν ἔχον· ἐπὶ μίαν ἐλπίδα καταδοκούντες, τὴν κατὰ τὸν Τληπόλεμον, καὶ ταύτῃ προσανέχοντες.

[XXV. a. Ὅτι Δείωννα τὸν Δείωνος ἐπανελετο Ἀγαθοκλῆς, καὶ τοῦτο ἐπραξε τῶν ἀδίκων ἔργων, ὥς ἡ παροιμία φησὶ, δικαιοτάτα· καθ' ὃν μὲν γὰρ καιρὸν, τῶν γραμμάτων αὐτῷ προσπεσόντων ὑπὲρ τῆς ἀναρίσεως τῆς Ἀρσινόης, ἐξουσίαν ἔσχε μνηῦσαι τὴν πράξιν, καὶ σῶσαι τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν· τότε δὲ συνεργήσας τοῖς περὶ τὸν Φιλάμμωνα, πάντων ἐγένετο τῶν ἐπιγενομένων κακῶν αἰτίας· (2) μετὰ δὲ τὸ συντελεσθῆναι τὸν φόνον ἀνανεούμενος καὶ πρὸς πολλοὺς οἰκτιζόμενος, καὶ μεταμελόμενος ἐπὶ τῷ τοιοῦτον καιρὸν παραλιπεῖν, ὅλος ἐγένετο τοῖς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα· διὸ καὶ παρατυχία τυχῶν τῆς ἀρμοζούσης τιμωρίας, μετήλλαξε τὸν βίον.]

(Excerpt. Antiq. cap. 24-34.)

XXVI. Πρώτους δὲ συναθροίσας τοὺς Μακεδόνας, εἰς τούτους εἰσῆλθε μετὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς Ἀγαθοκλείας. (2) Καὶ τὰς μὲν ἀρχὰς ὑπεκρίνετο τὸν οὐ θανάμενον εἰπεῖν, ἃ βούλεται, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιφερομένων δακρύων. (3) Ἐπεὶ δὲ, πλεονάκεις ἀπομάτων τῇ χλαμύδι, κατεκράτησε τῆς ἐπιφορᾶς, βασιτάσας τὸ παιδίον· Λάβετε, ἔφη, τοῦτον, ὃν ὁ πατήρ ἀπονήσκειν εἰς μὲν τὰς ἀγκάλας ἔδωκε ταύτῃ, δείξας τὴν ἀδελφὴν, παρακατέθετο δ' εἰς τὴν ὑμέτεραν, ὧς ἄνδρες Μακεδόνες, πίστιν. (4) Ἡ μὲν οὖν καὶ ταύτης εὐνοία βραχεῖαν τινα ῥοπήν ἔχει πρὸς τὴν τούτου σωτηρίαν· ἐν ὑμῖν δὲ κεῖται καὶ ταῖς ὑμέτεραις χερσὶ τὰ τοῦτου νυνὶ πράγματα. (5) Τληπόλεμος γὰρ πάλαι μὲν ἦν ὅλος τοῖς ὀρθῶς σκοπούμενοις μεζώνων ἐφιέμενος ἢ καθ' ἑαυτὸν πραγμάτων· νῦν δὲ καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν καιρὸν ὥρισκεν, ἐν ᾗ μέλλει τὸ διάδημα ἀναλαμβάνειν. (6) Καὶ περὶ τούτων οὐχ αὐτῷ πιστεύειν ἐκέλευεν, ἀλλὰ τοῖς εἰδόσιν τὴν ἀλήθειαν, καὶ παροῦσι νῦν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων. (7) Καὶ τοῦτ' εἰπὼν, εἰσῆγε τὸν Κριτόλαον, ὃς ἔφη καὶ τοὺς βοιωτοὺς αὐτὸς ἐωρακέναι κατασκευαζομένους, καὶ τὰ ὅματα παρὰ τοῖς πλῆθεσιν ἐτοιμαζόμενα πρὸς τὴν τοῦ διαδήματος ἀνάδειξιν. (8) Ὡς οἱ Μακεδόνες ἀκούοντες, οὐχ ὅσον ἠλέουν αὐτὸν, ἀλλὰ πρὸς οὐδὲν προσεῖχον τῶν λεγομένων, μυθίζοντες δὲ καὶ διαψιθυρίζοντες ἐξελήρυσαν οὕτως, ὥστε μηδ' αὐτὸν εἰδέναι μήτε \* πῶς τοπαράπαν ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελύθη. (9) Παραπλήσια δὲ τούτοις ἐγένετο καὶ περὶ τὰ λοιπὰ συστήματα

solatium ac remedium adhiberetur, contra potius insolentia, superbia, ac desidia quotidie invalesceret, (7) rursus pristinum vulgi odium exarsit, cunctique calamitates regni ab his hominibus superioribus temporibus profectas in memoriam revocabant. (8) Sed cum idoneus vir deesset, cujus ductu atque opera iram suam in Agathoclem et Agathocleam effunderent, interim quiescebant, unicam spem adhuc i Tlepolemo habentes, qua se tantisper sustentabant.

XXV. a. Dinonem Dinonis filium interfecit Agathocles, hancque fecit rerum injustarum, ut est in proverbio, justissimam. Nam quo tempore litteræ illi obvenierunt de patrandæ Arsinoes cæde, in ejus potestate fuit rem patefacere regnumque servare; verum ipse conjuncta potius cum Philammone opera; malorum omnium causa fuit. (2) Post cædem vero peractam, immutato animo apud multos rem gestam deplorans, poenitensque quod tantam opportunitatem prætermisisset, delatus est apud Agathoclem; statimque digno supplicio affectus, vitæ finem nactus est.

XXVI. Primos omnium Macedonas congregavit [Agathocles] et ad eos cum rege et Agathoclea [sorore] adiit. (2) Ibi principio, non posse se quæ vellet proloqui, simulavit, propter lacrimarum vim per genas ubertim manantium. (3) Deinde, ut oculos chlamyde sæpius abstergens fletum illum erumpentem repressisset, puerum manibus gestans: Accipite, ait, hunc, quem moriens pater isti quidem (sororem simul ostendebat) in ulnas tradidit, vestræ vero, viri Macedones, fidei permisit. (3) Et potest quidem istius quoque benevolentia leve saltem aliquod ad hujus salutem momentum asferre: ceterum in vobis et in dextris vestris universæ fortunæ illius nunc sunt positæ. (5) Tlepolemus enim dudum ille quidem palam fecit recta ratione rem putantibus, majora se, quam pro sui loci homine, concupiscere: nunc vero et diem et horam designavit, qua sit diadema sumpturus. (6) Quibus de rebus non sibi credere illos jubebat, sed iis, qui rei veritatem nossent, et qui ex ipso negotio jam venientes adessent. (7) Simul hæc locutus Critolaum induxit, qui aras etiam sibi visas dicebat, in eam rem structas, et paratas a multitudine victimas ad solemnia diadematis summi celebranda. (8) Hæc loquentem Macedones quum audirent, adeo nulla ejus misericordia tangebantur, ut nulli eorum, quæ dicerentur, attenderent; verum hominem subsannantes, et inter se susurrantes nugarentur, ita ut ne Agathocles quidem sciret, quo pacto ex illa concione esset dimissus. (9) Et quum per cetera quoque civitatis corpora deinceps conciones coegisset, simili

κατὰ τοὺς λοιποὺς ἐκκλησιασμούς. (10) Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ πολλὸς ἦν ὁ καταπλέων ἐκ τῶν ἀνω στρατοπέδων, καὶ παρεκάλουν οἱ μὲν συγγενεῖς, οἱ δὲ φίλους, βοηθεῖν τοῖς υποκειμένοις, καὶ μὴ περιδεῖν σφᾶς ἀνέδην ὑφ' οὗτως ἀναξίων ὑβριζομένους. (11) Μάλιστα δὲ παρώτρυνε τοὺς πολλοὺς πρὸς τὴν κατὰ τῶν προσεστώτων τιμωρίαν τὸ γινώσκειν, ὅτι τὸ μέλλειν καθ' αὐτῶν ἐστὶ, διὰ τὸ πάντων τῶν παρακοιζομένων ἐπιτηδείων εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν κρατεῖν τοὺς περὶ τὸν Τληπόλεμον.

XXVII. Ἐγένετο δέ τι καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα συνέργημα πρὸς τὸ τὴν ὀργὴν ἐπιτεῖναι τὴν τε τῶν πολλῶν, καὶ τὴν τοῦ Τληπόλεμου. (2) Τὴν γὰρ Δανάην, ἥτις ἦν πενθερά τοῦ προεირημένου, λαβόντες ἐκ τοῦ τῆς Δήμητρος ἱεροῦ, καὶ διὰ μέσου τῆς πόλεως ἐλύσαντες ἀκατακάλυπτον, εἰς φυλακὴν ἀπέθεντο, βουλόμενοι φανεράν ποιεῖν τὴν πρὸς τὸν Τληπόλεμον διαφοράν. (3) Ἐφ' οἷς τὸ πλῆθος ἀγανακτοῦν, οὐκέτι κατ' ἰδίαν, οὐδὲ δι' ἀπορρήτων ἐποιεῖτο τοὺς λόγους· ἀλλ' οἱ μὲν τὰς νύκτας εἰς πάντα τόπον ἐπεγγραφον, οἱ δὲ τὰς ἡμέρας συστρεφόμενοι κατὰ μέρη φανερώς ἐξέφερον ἤδη τὸ μῖσος εἰς τοὺς προσεστώτας. (4) Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα, βλέποντες τὰ συμβαίνοντα, καὶ μοχθηρὰς ἐλπίδας ἔχοντες περὶ αὐτῶν, τότε μὲν ἐγίνοντο περὶ δρασμόν· οὐδενὸς δ' αὐτοῖς ἡτοιμασμένου πρὸς τοῦτο τὸ μέρος διὰ τὴν σφετέραν ἀβουλίαν, ἀφίσταντο τῆς ἐπιβολῆς. (5) Τότε δὲ συνωμότας κατέγραφον καὶ κοινωνοὺς τῆς τόλμης, ὡς αὐτίκα μάλα τῶν ἐχθρῶν τοὺς μὲν κατασφάζοντες, τοὺς δὲ συλληψόμενοι, μετὰ δὲ ταῦτα τυραννικὴν ἐξουσίαν περιποιήσόμενοι. (6) Ταῦτα δ' αὐτῶν διανοομένων, προσέπεσε διαβολὴ κατὰ τινος Μοιραγένους, ἐνὸς τῶν σωματοφυλάκων, διότι μηνύει πάντα τῷ Τληπόλεμῳ καὶ συνεργοίῃ, διὰ τὴν πρὸς Ἀδαῖον οἰκειότητα τὸν ἐπὶ τῆς Βουβαστοῦ τότε καθεσταμένον. (7) Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς εὐθέως συνέταξε Νικοστράτῳ τῷ πρὸς τοῖς γράμμασι τεταγμένῳ, συλλαβόντι τὸν Μοιραγὲν φιλοτίμως ἐξετάσαι, πᾶσαν προτιθέντα βάσανον. (8) Οὗτος μὲν οὖν παραχρῆμα συλληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Νικοστράτου, καὶ παραχθείς εἰς τινα μέρη τῆς αὐλῆς ἀποκεχωρηκότα, τὸ μὲν πρῶτον ἐξ ὀρθῆς ἀνεκρίνετο περὶ τῶν προσεπιτωκῶτων. (9) πρὸς οὐδὲν δὲ τῶν λεγομένων ἀνθομολογούμενος, ἐξεδύθη· καὶ τινὲς μὲν τὰ πρὸς τὰς βασάνους ὄργανα διεσκεύαζον, οἱ δὲ, τὰς μάστιγας ἔχοντες μετὰ χεῖρας, ἀπεδύοντο τὰς γλαμύδας. (10) Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον προστρέχει τις τῶν ὑπηρετῶν πρὸς τὸν Νικοστράτον, καὶ ψιθυρίσας πρὸς τὴν ἀκοὴν αὐτοῦ δῆποι· οὖν, ἀπηλλάττετο μετὰ σπουδῆς. (11) Ὁ δὲ Νικοστράτος ἐκ ποδὸς ἐπηκολούθει τούτῳ, λέγων μὲν οὐδὲν, τύπτων δὲ συνεχῶς τὸν μηρόν.

XXVIII. Περὶ δὲ τὸν Μοιραγὲν ἄρατον ἦν καὶ παρόλογον τὸ συμβαῖνον. (2) Οἱ μὲν γὰρ μονοῦ διατεταμένοι τὰς μάστιγας παρέστασαν, οἱ δὲ πρὸ ποδῶν αὐτοῦ τὰ πρὸς ἀνάγκας ὄργανα διεσκεύαζον. (3)

pacto ab omnibus est exceptus. (10) Inter hæc multi subinde e superiorum provinciarum exercitibus appellebant, qui suos alii cognatos, alii amicos hortabantur, ut communibus miseriis succurrerent, neque se ab hominibus adeo indignis impune contumeliis affici paterentur. (11) Maxime vero plebem ad sumendum supplicium de iis, qui principes civitatis tunc erant, hoc impulit, quod scirent, moræ periculum ad se spectare; quia omnem commeatum Alexandriam importari solitum Tlepolemus in potestate habeat.

V. Ἐπιφανέστατα δ' ἐκινδύνευσαν τρεῖς πεντήρεις τῶν Ῥοδίων ἢ τε ναυαρχίς, ἐφ' ἧς ἔπλει Θεοφιλίσκος· μετὰ δὲ ταύτην, ἧς ἐτρηράρχει Φιλοστράτος· τρίτη δέ, ἣν ἐκυβέρνα μὲν Αὐτολύκος, ἐπέπλει δὲ Νικόστρατος. (2) Ταύτης γὰρ ἐμβαλούσης εἰς πολεμίων ναῦν, καὶ καταλιπούσης ἐν τῷ σκάφει τὸν ἔμβολον, συνέβη δὴ, τὴν μὲν πληγθεῖσαν αὐτανδρὸν καταδύναϊ, τοὺς δὲ περὶ τὸν Αὐτολύκον, εἰσρεούσης εἰς τὴν ναῦν τῆς θαλάσσης διὰ τῆς πρῶρας, κυκλωθέντας ὑπὸ τῶν πολεμίων, τὰς μὲν ἀρχὰς ἀγωνίζεσθαι γενναίως. (3) τέλος δὲ τὸν μὲν Αὐτολύκον ἐκπεσὲν τρωθέντα μετὰ τῶν ὀπλῶν εἰς τὴν θαλάτταν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπιβάτας ἀποθανεῖν μαχομένους γενναίως. (4) Ἐν ᾧ καιρῷ Θεοφιλίσκος, βοηθήσας μετὰ τριῶν πεντήρων, τὴν μὲν ναῦν οὐκ ἔδυνήθη σῶσαι, διὰ τὸ πλήρη θαλάττης εἶναι· δύο δὲ ναῦς πολεμίας τρώσας, τοὺς ἐπιβάτας ἐξέβαλε. (5) Ταχὺ δὲ περιχυθέντων αὐτῷ λέμβων πλείονων καὶ καταφράκτων νεῶν, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέβαλε τῶν ἐπιβατῶν, ἐπιφανῶς ἀγωνισαμένους. (6) αὐτὸς δὲ τρία τραύματα λαβὼν, καὶ παραβόλως τῇ τόλμῃ κινδυνεύσας, μόλις ἐξέσωσε τὴν ἰδίαν ναῦν, ἐπιβοηθήσαντος αὐτῷ Φιλοστράτου, καὶ συναναδεξαμένου τὸν ἐνεστώτα κινδύνον εὐψύχως. (7) Συνάψας δὲ τοῖς αὐτοῦ σκάφεσι, πάλιν ἐξ ἄλλης ὁρμῆς συνεπλέκετο τοῖς πολεμίοις, τῇ μὲν σωματικῇ δυνάμει παραλυόμενος ὑπὸ τῶν τραυμάτων, τῇ δὲ τῆς ψυχῆς γενναίότητι λαμπρότερος ὢν καὶ παραστατικώτερος, ἢ πρόσθεν. (8) Συνέβη δὲ, δύο γενέθαι ναυμαχίας, πολλὴ διεστώσας ἀλλήλων. Τὸ μὲν, ἂρ δεξιὸν κέρας τοῦ Φιλίππου, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόρσειν αἰεὶ τῆς γῆς δρεγόμενον, οὐ μακρὰν ἀπέιχε τῆς Ἀσίας. (9) τὸ δ' εὐώνυμον, διὰ τὸ παραβοηθῆσαι τοῖς ἐπὶ τῆς οὐραγίας ἐξ ὑποστροφῆς, οὐ πολὺ τῆς Χίας ἀπέχον ἐναυμάχει τοῖς Ῥοδίοις.

VI. Οὐ μὴν ἀλλὰ παρὰ πολὺ τοῦ δεξιῦ κέρατος κατακρατούντων τῶν περὶ τὸν Ἄτταλον, καὶ συνεγγιζόντων ἤδη πρὸς τὰς νησίδας, ὑφ' αἷς ὁ Φίλιππος ὁρμεῖ καραδοκῶν τὸ συμβασόμενον. (2) συνιδὼν Ἄτταλος μίαν πεντήρην τῶν ἰδίων, ἐκτὸς τοῦ κινδύνου τετρωμένην καὶ βαπτιζομένην ὑπὸ νεῶς πολεμίας, ὥρμησε παραβοηθῆσαι ταύτῃ μετὰ δύο τετρήρων. (3) Τοῦ δὲ πολεμίου σκάφους ἐγκλίναντος, καὶ ποιουμένου τὴν

poterat remedium. (13) Sed raro ad id certamen descendebant. Nam quia Macedones, e tabulatis dimicantes, quoties stabili pugna cominus res gerebatur, acerrime se defendebant, manum conserere cum hoste omnino declinabant Rhodii: (14) crebris vero inter ordines hostilium navium discursibus, remos illis detrahentes, reddebant ipsos inutiles: deinde rursus, modo hinc, modo illinc adnavigantes, alios a puppi invadentes, aliis obliquis et sese cum maxime vententibus impingentes, nonnullos sauciabant, nonnullis vero partem semper aliquam nautici instrumenti corrumpabant. (15) Et hoc pacto pugnantes, hostium complures naves perdebant.

V. Insigne vero præ ceteris trium quinqueremium Rhodiarum fuit discrimen: prætoriae, in qua Theophiliscus erat; deinde illius, cui Philostratus trierarchus præerat; postremo illius, quæ Autolycum gubernatorem habebat, et Nicostratum vehebat. (2) Hæc enim navis quum in hostilem quamdam fecisset impetum, atque in ea rostrum reliquisset, evenit, ut et quæ icla fuerat cum ipsis viris demergeretur, et Autolycus, aqua maris per proram ingrediente, cinctus ab hostibus generose quidem primo pugnaret, (3) postea vero vulnere accepto, ut erat armatus, in mare decideret, ac ceteri quoque epibatae strenue dimicantes occumberent. (4) Quo tempore Theophiliscus, cum tribus quinqueremibus auxilio accurrens, navem ille quidem, ut pote aqua plenam, servare non potuit; sed hostium duas sauciavit, et defensores ex ea eiecit. (5) Mox vero lembis compluribus et quibusdam constratis eum circumdantibus, amissa parte maxima suorum epibatarum, postquam insigniter decertassent, (6) ipso, tribus vulneribus saucius, in magnum præ audacia præcepti adductus periculum, ægre tandem, adjuvante Philostrato, qui animo forti in præsentī discrimine comitem se illi adjecerat, navem suam servavit. (7) Qui mox ubi suorum navibus se conjunxisset, denovo pugnam capessens, hostes est adortus, corporis quidem viribus solutis ex vulneribus; sed animi robore vehementior et ferocior, quam ante. (8) Accidit autem, ut duæ navales pugnae, admodum inter se distantes, committerentur. Nam dextrum Philippi cornu, terram semper, ut ab initio fuerat constitutum, petens, non procul aberat ab Asia; (9) at lævum, quod se converterat, ut postremæ aciei navibus præsidium ferret, haud longe a Chio distans cum Rhodiis decertavit.

VI. Jam classis Attali, de dextro Philippi cornu certam victoriam modo non manibus tenens, parvis illis insulis appropinquabat, in quibus Philippus, prælii eventum expectans, in ancoris stabat; (2) quando Attalus, quinqueremem unam e suis extra prælium animadvertens sauciatam, quæ ab hostili nave demergebatur, cum duabus quadriremibus ad ferendam et opem contendit. (3) Et quum inimica navis inclinasset in fugam, seque versus terram recepisset,

ἀποχώρῃσιν ὡς πρὸς τὴν γῆν, ἐπέκειτο φιλοτιμότερον, ἰγκρατὴς γενέσθαι σπουδάζων τῆς νείας. (4) Ὁ δὲ Φίλιππος, συνθεασάμενος ἀπασπασμένον πολὺ τὸν Ἀτταλὸν ἀπὸ τῶν ἰδίων, παραλαβὼν τέτταρας πεντήρεις καὶ τρεῖς ἡμιολίας, ἔτι δὲ τῶν λέμβων τοὺς ἑγγὺς ὄντας, ὄρμησε, καὶ διακλείσας τὸν Ἀτταλὸν ἀπὸ τῶν οἰκείων νείων, ἠνάγκασε μετὰ μεγάλης ἀγωνίας εἰς τὴν γῆν ἐκβαλεῖν τὰ σκάφη. (5) Τούτου δὲ συμβάντος, αὐτὸς μὲν ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν πληρωμάτων εἰς τὰς Ἐρυθρὰς ἀπεχώρησε· τῶν δὲ πλοίων καὶ τῆς βασιλικῆς παρασκευῆς ἰγκρατὴς ὁ Φίλιππος ἐγένετο. (6) Καὶ γὰρ ἐποίησάν τι τεχνικὸν ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς οἱ περὶ τὸν Ἀτταλὸν· τὰ γὰρ ἐπιφανέστατα τῆς βασιλικῆς κατασκευῆς ἐπὶ τὸ κατὰστροφικὸν τῆς νείας ἐξέβαλον. (7) Ὅθεν οἱ πρῶτοι τῶν Μακεδόνων, συνάβαντες ἐν τοῖς λέμβοις, συνθεασάμενοι ποτηρίων πλῆθος καὶ πορφυρῶν ἱματίων καὶ τῶν τούτοις παρεπομένων σκευῶν, ἀφόμενοι τοῦ διώκειν, ἀπένευσαν ἐπὶ τὴν τούτων ἀρπαγὴν. (8) Διὸ συνέβη, τὸν Ἀτταλὸν ἀσφαλῆ ποιήσασθαι τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὰς Ἐρυθρὰς. (9) Φίλιππος δὲ, τοῖς μὲν θλοῖς ἡλατωμένος παρὰ πολὺ τὴν ναυμαχίαν, τῇ δὲ περιπετεῖα τῇ κατὰ τὸν Ἀτταλὸν ἐπαρθείς, ἐπανεπλεῖ, καὶ πολλοὺς ἦν συναθροίζων τὰς σφετέρους ναῦς, καὶ παρακαλῶν τοὺς ἄνδρας εὐθαρσεῖς εἶναι, διότι νικῶσι τῇ ναυμαχίᾳ. (10) Καὶ γὰρ ὑπέδραμε τις ἔννοια καὶ πιθανότης τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἀπολωλὸς τοῦ Ἀττάλου, διὰ τὸ κατὰ τὴν περὶ τὸν Φίλιππον ἀναδεδεμένους τὴν βασιλικὴν ναῦν. (11) Ὁ δὲ Διονυσόδωρος, ὑπονοήσας τὸ περὶ τὸν αὐτοῦ βασιλεῖα γεγονός, ἤθροϊζε τὰς οἰκείας ναῦς, ἐξαίρων συνθηκὰ ταχὺ δὲ συλλεγεῖσθαι πρὸς αὐτὸν, ἀπέπλεε μετ' ἀσφαλείας εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ὁρμούς. (12) Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν οἱ πρὸς τοὺς Ῥοδίους ἀγωνιζόμενοι τῶν Μακεδόνων, πάλαι κακῶς πάσχοντες, ἐξέλυον αὐτοὺς ἐκ τοῦ κινδύνου, μετὰ προφάσεως κατὰ μέρη ποιοῦμενοι τὴν ἀποχώρησιν, ὡς ταῖς οἰκείαις σπεύδοντες ἐπικουρῆσαι ναυσίν. (13) οἱ δὲ Ῥόδιοι, τὰς μὲν ἀναδυσάμενοι τῶν νείων, τὰς δὲ προδιαφείραντες ταῖς ἐμβολαῖς, ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Χίον.

VII. Ἐφθάρησαν δὲ τοῦ μὲν Φιλίππου ναῦς ἐν μὲν τῇ πρὸς Ἀτταλὸν ναυμαχίᾳ δεκίρης, ἐνήρης, ἐπτήρης, ἐξήρης, τῶν δὲ λοιπῶν κατὰφρακτοὶ μὲν δέκα, καὶ τριημιολίαι τρεῖς, λέμβοι δὲ πέντε καὶ εἴκοσι, καὶ τὰ τούτων πληρώματα. (1) Ἐν δὲ τῇ πρὸς Ῥοδίου διεφθάρησαν κατὰφρακτοὶ μὲν δέκα, λέμβοι δὲ περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμὸν· ἦλυσαν δὲ δύο τετρήρεις, καὶ λέμβοι σὺν τοῖς πληρώμασιν ἑπτὰ. (2) Τῶν δὲ παρ' Ἀττάλου κατέδυσαν μὲν τριημιολία μία καὶ δύο πεντήρεις, καὶ τὸ τοῦ βασιλέως σκάφος. (3) Τῶν δὲ Ῥοδίων διεφθάρησαν μὲν δύο πεντήρεις, καὶ τριήρης· ἦλθ' οὐδέν. (4) Ἄνδρες δὲ τῶν μὲν Ῥοδίων ἀπέθανον εἰς ἐξήκοντα, τῶν δὲ παρ' Ἀττάλου πρὸς ἑβδομήκοντα· τῶν δὲ τοῦ Φιλίππου, Μακεδόνας μὲν εἰς τρισχίλους, τῶν δὲ πληρωμάτων εἰς ἑξαχίλους. (5) Ἐάλωσαν δὲ ζωγρεῖα

insequitur rex, cupidius quam par erat navis potiri studens.

(4) Philippus, ut Attalum vidit longo intervallo a suis separatam, quinquereuibz quatuor assumtis et tribus hemiolis, cum ea lemborum copia, quæ præsto erat, in eum est profectus : qui Attalum, interclusum a sua classe, coegit, de sua salute vehementer anxium, naves in continentem ejicere. (5) Quo facto, ipse quidem rex cum sociis navalibus Erythras concessit, at naves et regiam supellectilem Philippus cepit. (6) Nam Attalus et qui circa eum erant, illo tempore arte quadam usi, pretiosissima quæque de supellectile regia super tabulatum navis exposuerant : (7) unde evenit, ut Macedones, qui in eam lembis vecti primi inciderunt, conspicati pocula multa, vestesque purpureas, et vasa alia, res ejusmodi comitari solita, omissa persequendi cura, ad ea diripienda se converterent. (8) Qua ex re id consecutus est Attalus, ut tuto sibi Erythras profugere liceret. (9) Philippus, qui universi prælii victoriam luculentam hosti tradiderat, casu inopinato Attali elatus, in altum vela dedit, et studio summo naves suas colligens, bono animo esse militem jubebat, quandoquidem navali prælio vicissent. (10) Plerosque sane hominum, qui videbant, Philippum regiam Attali navim suis alligatam abducere captivam, cogitatio subierat, non parum probabilis, quasi Attalus periisset. (11) At Dionysodorus, conjectans id, quod regi suo acciderat, sublato in altum signo, naves suas coegit : quibus brevi ad ipsum collectis, ad oræ Asiaticæ stationes sine periculo se contulit. (12) Quæ dum aguntur, qui cum Rhodiis dimicabant Macedones, jamdiu laborantes, prælio excesserunt; et alii post alios, per speciem suis navibus opitulatum festinandi, sese receperunt. (13) At Rhodii, naves alias suis revinctas trahentes, alias rostrorum ictibus quassatas relinquentes, Chium navigarunt.

VII. Amisit Philippus e navibus suis, in prælio quidem adversus Attalum, decerem, ennerem, hepterem, hexerem, et ex ceteris constras decem, triemiolias tres, lembos quinque et viginti, cum sociis navalibus. (2) In conflictu cum Rhodiis perierunt eidem tectæ naves decem, lembi ad quadraginta : captæ sunt quadriremes duæ, et lembi septem cum remigibus. (3) Attalus vero e suis desideravit triemioliam unam et duas quinquereμες, quæ sunt submersæ, et regiam ipsam navem. (4) Rhodiorum periere quinquereμες duæ, et triremis : capta autem nulla est. (5) Viri mortui sunt, Rhodii quidem, ad sexaginta; de copiis vero Attali ad septuaginta. E classe Philippi, Macedones circiter tria millia; socii vero navales ad sex millia. (6) Capti sunt vivi

τῶν μὲν συμμάχων καὶ Μακεδόνων εἰς δισχίλιους, τῶν δ' Αἰγυπτίων εἰς ἑπτακοσίους.

VIII. Καὶ τὸ μὲν τέλος τῆς περὶ Χίον ναυμαχίας τοιοῦτο συνέβη γενέσθαι· (3) τῆς δὲ νίκης ὁ Φίλιππος ἀντεποιεῖτο κατὰ δύο προφάσεις, κατὰ μίαν μὲν, ἥ τὸν Ἄτταλον εἰς τὴν γῆν ἐκβαλὼν ἐγκρατῆς τῆς νεῶς ἐγεγόνει· καθ' ἑτέραν δὲ, ἥ καθορμισθεὶς ἐπὶ τὸ καλούμενον Ἀργεννον, ἐδόκει πεποιτῆσθαι τὸν ὄρμον ἐπὶ τῶν ναυαγίων. (3) Ἀκολουθεῖ δὲ τούτοις ἔπραττε, καὶ κατὰ τὴν ἐξῆς ἡμέραν συνάγων τὰ ναυάγια, καὶ τῶν νεκρῶν ποιοῦμενος ἀνάρεσιν τῶν ἐπιγινωσκομένων, χάριν τοῦ συναύξειν τὴν προειρημένην φαντασίαν. (4) Ὅτι γὰρ οὐδ' αὐτὸς ἐπέπειστο νικᾶν, ἐξήλεγεῖν αὐτὸν οἷ τε Ῥόδιοι καὶ Διονυσόδωρος μετ' ὀλίγον. (6) Κατὰ γὰρ τὴν ἐπιούσαν ἡμέραν ἔτι περὶ ταῦτα γενομένου τοῦ βασιλέως, διαπεμφόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ἐπέπλευσαν αὐτῷ, καὶ στήσαντες ἐν μετώπῳ τὰς ναῦς, οὐδενὸς ἐπ' αὐτοὺς ἀνταναγομένου, πάλιν ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Χίον. (6) Ὁ δὲ Φίλιππος οὐδέποτε τοσούτους ἀνδρας ἀπολωλέως, οὔτε κατὰ γῆν, οὔτε κατὰ θάλατταν ἐνὶ καιρῷ, βαρέως μὲν ἔφερε τὸ γεγονὸς, καὶ τὸ πολὺ τῆς ὁμῆς αὐτοῦ παρηρεῖτο· (7) πρὸς μέντοι γε τοὺς ἐκτὸς ἐπειρᾶτο κατὰ πάντα τρόπον ἐπικρύπτεσθαι τὴν αὐτοῦ δι᾿ ἄλγηψιν, καίπερ οὐκ ἑώντων αὐτῶν τῶν πραγμάτων. (8) Χωρὶς γὰρ τῶν ἄλλων καὶ τὰ μετὰ τὴν μάχην συμβαίνοντα πάντας ἐξέπληττε τοὺς θεωμένους. (9) Γενομένης γὰρ τοσαύτης φθορᾶς ἀνθρώπων, παρ' αὐτὸν μὲν τὸν καιρὸν πᾶς ὁ πόρος ἐπληρώθη νεκρῶν, αἵματος, ὅπλων, ναυαγίων· ταῖς δ' ἐξῆς ἡμέραις τοὺς αἰγιαλοὺς ἦν ἰδεῖν φύρδην σεσωρευμένους ἀναμῖξ πάντων τῶν προειρημένων. (10) Ἐξ ὧν οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ Μακεδόνες εἰς διατροπὴν ἐνέπιπτον οὐ τὴν τυχοῦσαν.

IX. Θεοφίλισκος δὲ μίαν ἡμέραν ἐπιβιώσας, καὶ τῇ πατρίδι γράψας ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν ναυμαχίαν, καὶ Κλεωναῖον ἡγεμόνα συστήσας ἀν' ἑαυτοῦ ταῖς δυνάμεσι, μετήλλαξε τὸν βίον ἐκ τῶν τραυμάτων· (2) ἀνὴρ καὶ κατὰ τὸν κίνδυνον ἀγαθὸς γενομένος, καὶ κατὰ τὴν προαίρεσιν μνήμης ἄξιος. (3) Μὴ γὰρ ἐκείνου τολμήσαντος προεπιβαλεῖν τῷ Φιλίππῳ τὰς χεῖρας, πάντες ἂν καταπροεῖντο τοὺς καιροὺς, δεδιότες τὴν τοῦ Φιλίππου τολμάν. (4) Νῦν δ' ἐκείνος, ἀρχὴν πολέμου ποιήσας, ἠνάγκαζε μὲν τὴν αὐτοῦ πατρίδα συνεξαναστῆναι τοῖς καιροῖς· ἠνάγκασε δὲ τὸν Ἄτταλον μὴ μέλλειν, καὶ παρασκευάζεσθαι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, ἀλλὰ πολεμεῖν ἐβρώμενους καὶ κινδυνεύειν. (5) Τοιγαροῦν εἰκότως αὐτὸν οἱ Ῥόδιοι καὶ μεταλλάξαντα τοιαύταις ἐτίμησαν τιμαῖς, δι' ὧν οὐ μόνον τοὺς ζῶντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιγενομένους ἐξεκαλέσαντο πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος καιρούς.

(III. Excerpt. Antiq. ex lib. XVI, cap. 10 seq.)

XI. Μετὰ ταῦτα δὲ ποιησάμενος ὁ Φίλιππος τινας

Macedones cum sociis circiter his mille; Ægyptii [?] ad septingentos.

VIII. Et pugnae quidem navalis ad Chium pugnae hic fuit exitus: (2) victoriam vero Philippus duplici praetextu sibi vindicabat. Unus erat, quod Attalo in terram expulso, navem ipsius ceperat: alter, quod, quum ea nocte circa Argennum promontorium in ancoris stetisset, visus erat stationem occupasse, quae naufragiis immineret. (3) Convenienter his et postero die sese idem gessit, tabulas naufragi colligens, et mortuos, qui poterant agnoscī, ad sepulcrum tollens; ut eam opinionem, quam dixi, in animis hominum confirmaret. (4) Nam alioquin ne ipsi quidem Philippo fuisse persuasum, se vicisse, Rhodii et Dionysodorus paulo post evicerunt. (5) Nam die sequenti, quum in ea re Philippus esset adhuc occupatus, per nuncios consilio inter se communicato, adversus eum sunt profecti: collocatisque in frontem navibus, nemine contra ipsos prodeunte, Chium sunt reversi. (6) Philippus, qui numquam uno tempore, neque terra, neque mari, tantum virorum amiserat, doluisse quidem de accepta clade, adeo ut prior ille impetus magna jam ex parte in eo resideret: (7) at apud externos tamen sensum animi occultare modis omnibus conabatur, licet res ipsae ejus rei facultatem nequaquam concederent. (8) Nam ut alia taceam, vel illa ipsa, quae post praelium contigerunt, omnes qui spectarent pavore stupefaciebant. (9) Quum enim caedes tot hominum esset facta, repente quidem totus ille maris tractus cadaveribus, sanguine, armis et fractis navibus est refertus: insecutis vero diebus cerneret per littora earum rerum omnium, quas diximus, inter se permixtarum acervos, passim ac temere congestos. (10) Quo spectaculo non ipse tantum, sed etiam cuncti Macedones, laud mediocriter confusi perturbabantur.

IX. Theophiliscus, quum diem unum supervixisset, et de praelio navali ad patriam litteras exarasset, Cleonem denique suam vicem exercitui praefecisset, ex vulneribus obiit: (2) vir, et propter navatam egregie operam in praelio, et ob genus institutorum ac consiliorum dignus memoria. (3) Qui si auctor audendi et molendi aliquid adversus Philippum non exstitisset, videntur omnes, Philippi audacia territi, rei bene gerendae occasionem fore praetermissuri. (4) Nunc ille, bellum inchoans, cives suos coegit, ad oblatam opportunitatem sese excitare, et in Macedonem insurgere: coegit et Attalum non cunctari, nec jam bellum apparere, sed gerere omnibus viribus, et periculum adire. (5) Merito igitur hunc Rhodii etiam mortuum honoribus affecterunt ejusmodi, per quos non illos damtaxat, qui tam vivebant, sed et posteros, ad bene merendum de patria necessariis ipsis temporibus erant provocaturi.

III. Cariam invadit Philippus.

XI. Secundum haec Philippus, quum impressionibus ut-

ἐπράκτους προσβολὰς διὰ τὴν ὀχυρότητα τοῦ πολισματος, αὐθὺς ἀπεχώρει, πορθῶν τὰ φρούρια, καὶ τὰς κατὰ τὴν χώραν συνοικίας. (2) Ὅθεν ἀπαλλαττόμενος προσεστρατοπέδευσε τῇ Πρινασσῷ. Ταχὺ δὲ γέββα καὶ τὴν τοιαύτην ἐτοιμάσας παρασκευήν, ἤρξατο πολιορκῶν διὰ τῶν μεταλλῶν. (3) Οὕτως δ' ἀπράκτου τῆς ἐπιβολῆς αὐτῷ διὰ τὸ πετρώδη τὸν τόπον ὑπάρχειν, ἐπινοεῖ τι τοιοῦτον. (4) Τὰς μὲν ἡμέρας ψόρον ἐποίει κατὰ γῆς, ὥς ἐνεργουμένων τῶν μεταλλῶν τὰς δὲ νύκτας ἔξωθεν ἔφερε χοῦν, καὶ παρέβαλε παρὰ τὰ στόμια τῶν ὀρυγμάτων ὥστε διὰ τοῦ πλήθους τῆς σωρευομένης γῆς στοχαζομένου καταπλαγεῖς γενέσθαι τοὺς ἐν τῇ πόλει. (5) Τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς ὑπέμενον οἱ Πρινασσεῖς εὐγενῶς. Ἐπεὶ δὲ προσέμψας ὁ Φίλιππος ἐνεφάνιζε, διότι πρὸς δύο πλέθρα τοῦ τείλους αὐτοῖς ἐξυπηρεῖται, καὶ προσεπυνθάνετο, πότερα βούλονται λαβόντες τὴν ἀσφάλειαν ἐκχωρεῖν, ἢ μετὰ τῆς πόλεως συναπολέσθαι πανδήμει, τῶν ἐρείσματος ἐμπρησθέντων. (6) Τηνικᾶδε πιστεύσαντες τοῖς λεγομένοις παρέδωκαν τὴν πόλιν.

XII. Ἡ δὲ τῶν Ἰασσέων πόλις κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐν τῷ κόλπῳ τῷ μεταξὺ κειμένῳ τοῦ τῆς Μηλησίας Ποσειδίου καὶ τῆς Μυνδίων πόλεως, προσαγορευομένη\*, παρὰ δὲ τοῖς πλείστοις Βαργυλιητικῷ, συνωνύμως ταῖς περὶ τὸν μυχὸν αὐτοῦ πόλεσιν ἐκτισμέναις. (2) Εὐχονται δὲ τὸ μὲν ἀνέκαθεν Ἀργείων ἔποικοι γεγονέναι, μετὰ δὲ ταῦτα Μηλησίων, ἐπαγορευμένων τῶν προγόνων τὸν Νηλέως υἱὸν, τοῦ κτίσαντος Μίλητον, διὰ τὴν ἐν τῷ Καρικῷ πολέμῳ γενομένην ῥοδρὰν αὐτῶν. Τὸ δὲ μέγεθος τῆς πόλεως ἐστὶ δέκα στάδια. (3) Καταπερήμισται δὲ καὶ πεπίστευται παρὰ μὲν τοῖς Βαργυλιηταῖς, διότι τὸ τῆς Κινδύαδος Ἀρτέμιδος ἄγαλμα, καίπερ δν ὑπαίθριον, οὕτε νίεταί τὸ παράπαν, οὕτε βρέχεται. (4) παρὰ δὲ τοῖς Ἰασσῶσι, τὸ τῆς Ἀστιάδος καὶ ταῦτα τινὲς εἰρήχασιν καὶ τῶν συγγραφέων. (5) Ἐγὼ δὲ πρὸς τὰς τοιαύτας ἀποζήσεις τῶν ἱστοριογράφων οὐκ οἶδ' ὅπως παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν ἐναντιούμενος καὶ δυσνασχέτων διατελῶ. (6) Δοκεῖ γάρ μοι τὰ τοιαῦτα παντάπασιν παιδικῆς εἶναι τῆς\* ὅσα μὴ μόνον τῆς τῶν εὐλόγων ἐκτὸς πίπτει θεωρίας, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ δυνατοῦ. (7) Τὸ γὰρ φάσκειν, ἕνια τῶν σωματῶν ἐν φωτὶ τιθέμενα μὴ ποιεῖν σκιά, ἀπηλγχιυίας ἐστὶ ψυχῆς· δὲ ποίηκε Θεόπομπος, φήσας, τοὺς εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄδαντο ἐμβάντας κατ' Ἀρκαδίαν ἀσκήσιος γίνεσθαι. (8) Τοῦτο δὲ παραπλήσιον ἐστὶ καὶ τὸ νῦν λεγόμενον. (9) Ὅσα μὲν οὖν συντίθει πρὸς τὸ διασώζειν τὴν τοῦ πλήθους εὐσέβειαν πρὸς τὸ θεῖον, δοτέον ἐστὶ συγγνώμην ἐνόμις τῶν συγγραφέων, τερατευομένοις καὶ λογοποιοῦσι περὶ τὰ τοιαῦτα· τὸ δ' ὑπεραιρόν οὐ συγχωρητέον. (10) Τάχα μὲν οὖν ἐν παντὶ δυσπαράγραφός ἐστιν ἡ ποσότης· οὐ μὴν ἀπαφράγφός γε. (11) Διὸ καὶ παρὰ βραχὺ μὲν τι καὶ

ber aliquoties tentasset, neque exitum conatus, propter egregiam loci munitionem, habuisset, castris inde motis, castella et agrorum vicos populari institit. (2) Deinde profectus ex eo loco, ad Prinassum oppidum cum exercitu con-sedit: ubi cratibus et reliquo urbium obsidendarum apparatu celeriter expedito, cuniculis agendis oppugnationem est aggressus. (3) Quoniam vero saxosis locis irritum erat ejus inceptum, hujusmodi commentum excogitavit. (4) Sonum interdiu sub terra edens, quasi agerentur cuniculi, noctis silentio terram aliunde convehebat, et ad ora fovearum apponebat; ut oppidani terræ congestæ copiam ingentem secum reputantes, pavore quaterentur. (5) Igitur principio quidem Prinassenses obsidionem generose tolerare: ubi vero missi sunt a Philippo, qui significarent, ad duo ferme jam murorum jugera se sublicis suspendisæ, et quærent ab ipsis, utrum mallent, impunitatisne fide accepta oppido excedere, an cum ipsa urbe, postquam incendio consumtæ forent sublicæ, simul cuncti perire: (6) tum enimvero fide habita eis, quæ dicebantur, urbem tradiderunt.

XII. Urbs Iassensium in ora Asiæ sita est ad sinum, qui ab altera parte Neptuni fano terminatur, in Milesiorum ditione posito, ab altera Myndiorum urbe, et [a nonnullis quidem Iassius,] a plerisque vero Bargyliticis appellari solet, appellatione indita ab iis urbibus, quæ in ejus recessu sunt conditæ. (2) Hi primam sibi generis originem fuisse ab Argivis gloriantur, proximam a Milesiis; cum majores ipso-rum, post ingentem bello Carico acceptam cladem civium, filium Nelei, qui Miletum coloniam deduxerat, in suam ac-civissent urbem. (3) Oppidi magnitudo decem est stadio-rum. Fama est, eaque apud Bargylietas pro vera obtinet, simulacrum Dianæ Cindiyadis, etsi sub divo positum, neque ningi unquam, neque complui: (4) quod et de Asliade apud Iassenses dicitur; nec desunt, ne ex historiæ quidem scriptoribus, qui hæc in literas retulerunt. (5) Ego vero dictis hujusmodi eorum, qui res gestas scribunt, nescio quo modo per totum hoc opus non possum non obsistere, et im-patientissime illa ferre. (6) Nam equidem puerilis utique le-vitatis duco hæc talia, quæ propius considerata non solum a rationibus probabilibus abhorrent, sed etiam ab eo quod fieri potest. Dicere enim, quædam corpora in lumina posita um-bram non efficere, hominis est deplorati ingenii. (7) Hoc ta-men Theopompus fecit, qui auctor est, eos, qui in templum Jovis in Arcadia, quod nemini adire licet, fuerint ingressi, umbræ expertes reddi. (8) Cui simile est, quod modo diceba-mus. (9) Enimvero in iis quidem, quæ ad conservandam vulgi pietatem erga divinum numen pertinent, danda est nonnul-lis scriptorum venia, si miraculorum narrationibus et id ge-nus fabulis indulgeant: verumtamen, quod modum excedit, id illis non condonandum. (10) Et est quidem fortasse in omni re difficile, terminum invenire, ubi sistas; non plane tamen ejus inveniendi negata est facultas. (11) Itaque, si men standum judicio detur his venia aut ignorantibus quæ-

ἀγνοεῖν ἢ καὶ ψευδοθεῖν, δεδοσθα συγγνώμη· τὸ δ' ὑπεραίρον ἀθετεῖσθαι κατὰ γε τὴν ἐμὴν δόξαν.

(IV. Excerptum Valesianum.)

XIII. Κατὰ τὴν Πελοπόννησον τίνα μὲν ἐξαρχῆς προαίρεσιν ἐνεστήσατο Νάβις, ὁ τῶν Λακεδαιμονίων τύραννος, καὶ πῶς, ἐκβαλὼν τοὺς πολίτας, ἡλευθέρωσε τοὺς δούλους καὶ συνώκισε ταῖς τῶν δεσποτῶν γυναῖδι καὶ θυγατρᾶσιν. (α) ὁμοίως δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἀναδείξας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ὅσον ἄσπλον ἱερὸν τοῖς ἢ δι' ἀσέβειαν ἢ πονηρίαν φεύγουσι τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ἤθροισε πλῆθος ἀνθρώπων ἀνοσίων εἰς τὴν Σπάρτην· ἐν τοῖς πρὸ τούτων δεδηλώκαμεν. (β) Πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον κατὰ τοὺς προειρημένους καιροὺς, σύμμαχος ὑπάρχων Αἰτωλοῖς, Ἡλείοις, Μεσσηνίοις, καὶ πᾶσι τούτοις ὀφείλων καὶ κατὰ τοὺς ὅρκους, καὶ κατὰ τὰς συνθήκας βοηθεῖν, εἰ τις ἐπ' αὐτοὺς ἴοι, παρ' οὐδὲν ποιησάμενος τὰς προειρημένας πίστει, ἐπεβάλετο παρασπονδῆσαι τὴν τῶν Μεσσηνίων πόλιν, νῦν ἐροῦμεν. \* \* \*

(V. Excerptum Valesianum.)

XIV. Ἐπεὶ δὲ τινες τῶν τὰς κατὰ μέρος γραφόντων πράξεις γεγράφασι καὶ περὶ τούτων τῶν καιρῶν, ἐν οἷς τὰ τε κατὰ Μεσσηνίους, καὶ τὰ κατὰ τὰς προειρημένας ναυμαχίας συνετελέσθη, βούλομαι βραχεία περὶ αὐτῶν διαλεχθῆναι. (2) Ποιῆσθαι δὲ οὐ πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' ὅσους ὑπολαμβάνω μνήμης ἀξίους εἶναι καὶ διαστολῆς· εἰσὶ δ' οὗτοι Ζήνων καὶ Ἀντισθένης οἱ Ῥόδιοι. (3) Τούτους δὲ ἀξιόους εἶναι κρίνω διὰ πλείους αἰτίας. Καὶ γὰρ κατὰ τοὺς καιροὺς γεγόνασι καὶ ἐν πατρίδι πεπολίτευνται, καὶ καθόλου πεποιοῦνται τὴν πραγματείαν οὐκ ὠφελείας χάριν, ἀλλὰ δόξης καὶ τοῦ καθήκοντος ἀνδράσι πολιτικοῖς. (4) Τῷ δὲ τὰς αὐτὰς γράφειν ἡμῖν πράξεις, ἀναγκαῖόν ἐστι μὴ παρασιωπῆν, ἵνα μὴ τῷ τῆς πατρίδος ὀνόματι καὶ τῷ δοκεῖν οἰκειοτάτας εἶναι Ῥοδίοις τὰς κατὰ θάλατταν πράξεις, ἡμῶν ἀντιδοξούντων πρὸς αὐτοὺς, ἐνιοι μᾶλλον ἐπακολουθήσωσιν ἐκείνοις, ἢ περ ἡμῖν, οἱ φιλομαθοῦντες. (5) Οὗτοι τοιγαροῦν ἀμφοτέροι πρῶτον μὲν τὴν περὶ Λάδην ναυμαχίαν οὐχ ἦττω τῆς περὶ Χίον, ἀλλ' ἐνεργέστεραν καὶ παραβολωτέραν ἀποφαίνουσι· καὶ τῇ κατὰ μέρος τοῦ κινδύνου χρεῖα καὶ συντελεία, καὶ καθόλου, φασί, τὸ νίκημα γεγονέναι κατὰ τοὺς Ῥοδίους. (6) Ἐγὼ δὲ, διότι μὲν δεῖ βροπὰς διδόναι ταῖς αὐτῶν πατρίσι τοὺς συγγραφεάς, συγχωρήσαιμ' ἂν· οὐ μὴν τὰς ἐναντίως τοῖς συμβεβηκόσιν ἀποφάσεις ποιεῖσθαι περὶ αὐτῶν. (7) Ἰκανὰ γὰρ τὰ κατ' ἀγνοίαν γιγνόμενα τοῖς γράφουσιν, ἀ διαφυγεῖν ἀνθρώπον δυσχερές. (8) Ἐὰν δὲ κατὰ προαίρεσιν ψευδογραφῶμεν, ἡ πατρίδος ἐνεκεν, ἢ φίλων, ἢ χάριτος, τί διοίσωμεν τῶν ἀπὸ τούτου τὸν βίον ποριζομένων; (9) Ὡς περ γὰρ ἐκείνοι, τῷ λυσιστελεῖ μετροῦντες, ἀδοκίμους ποιοῦσι τὰς αὐτῶν συντάξεις· οὕτως οἱ πολιτικοὶ, τῷ μισεῖν ἢ τῷ φιλεῖν ἐλκόμενοι, πολλάκις εἰς τὸ αὐτὸ τέλος ἐμπίπτουσι τοῖς

dam, aut falsa etiam opinantibus, dumtaxat intra modum: at si res modum penitus excesserit, repudianda censetur.

IV. Res Peloponnesi sub Nabide.

XIII. In Peloponneso quodam ab initio fuerit institutum Nabidis, Lacedæmoniorum tyranni, ac quomodo expulsis civibus servos ad libertatem vocaverit, ac dominorum uxoribus ac filiabus matrimonio conjunxerit, superioribus libris ostendimus; (2) ac præterea quomodo potentiam suam tamquam asylum quoddam cunctis, ob impietatem ac malitiam patria profugis, ostentans, perditorum hominum coluviam Spartam congregaverit. (3) Nunc vero, qua ratione his temporibus, quæ paulo ante notavi, socius cum esset Ætolorum, Eliensium ac Messeniolorum, iisque omnibus, ubi opus esset, opem ferre teneretur, cum ex juramento solenniter præstito, tum ex fœdere, nihilominus calcata omni fide Messeniolorum urbem violare sit aggressus, deinceps referam. \* \* \*

V. Polybii Excursus de Zenone et Antisthene, scriptoribus Rhodiis.

XIV. Sed quoniam nonnulli ex iis, qui particulares Historias condiderunt, de his quoque temporibus scripsere, quibus et ista Messeniis acciderunt, et pugnatæ sunt navales illæ pugnae, quæ a nobis expositæ sunt, fert animus, pauca de ipsis illis scriptoribus disserere. (2) Dicam autem non de omnibus, sed de iis dumtaxat, qui memoratu maxime digni atque illustres mihi videntur. Hi sunt Zeno atque Antisthenes, Rhodii: (3) quos multis ex causis nobilissimos esse existimo. Nam et illis ipsis temporibus vixerunt, et rempublicam in patria sua administrarunt, atque postremo non utilitatis propriæ causa, sed gloriæ studio, ac prout viros decet in republica versatos, ad scribendum se contulerunt. (4) Quoniam vero easdem res ac nos ipsi historiæ mandarunt, non sunt silentio prætereundi; ne historiæ studiosi, patriæ celebritate eaque opinione inducti, quod rei navalis gloria Rhodiorum propria esse videtur, si quando ab illis scriptoribus dissentiamus, illorum sententiæ libentius quam nostræ accedant. (5) Igitur ambo illi primum quidem aiunt, prælium navale ad Laden non inferius fuisse pugna ad Chium, sed longe acrius ac formidolosius: et cum particulatim in singulis pugnae momentis atque rebus gestis, tum in summa rei penes Rhodios stetisse victoriam, affirmant. (6) Ego vero scriptores paululum in patriæ suæ gratiam inclinare debere, non diffitear: sed ita tamen, ut ne talia de ea prædicent, quæ sunt rebus gestis contraria. (7) Etenim sunt alia sat multa peccata, in quæ ex veri ignorance scriptores incurrunt; quæ quidem, cum homines nati sumus, vitare difficile est. (8) Quod si etiam de industria falsum scientes scribamus, sive in patriæ, sive in amicorum gratiam, quid interest inter nos atque eos, qui ejusmodi instituto victum sibi comparant? (9) Nam quemadmodum illi, veritatem utilitate sua metiendo, scriptis suis auctoritatem detrahunt: sic viri in republica exercitati, sæpenumero omnem

προειρημένους. (10) Δι' ὃ δεῖ καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιμελῶς τοὺς μὲν ἀναγινώσκοντας παρατηρεῖν, τοὺς δὲ γράφοντας αὐτοὺς παραφυλάττεσθαι.

XV. Δῆλον δ' ἐστὶ τὸ λεγόμενον ἐκ τῶν ἐνεστώτων. Ὁμολογοῦντες γάρ οἱ προειρημένοι, διὰ τῶν κατὰ μέρος, ἐν τῇ περὶ Λάδην ναυμαχίᾳ δύο μὲν αὐτάνδρους πεντήρεις τῶν Ῥοδίων ὑποχειρίους γενέσθαι τοῖς πολεμίοις· (2) ἐκ δὲ τοῦ κινδύνου μιᾶς νηὸς ἐπαρμένους τὸν δολωνα διὰ τὸ τετρωμένην αὐτὴν θαλαττοῦσθαι, πολλοὺς καὶ τῶν ἐγγύς τὸ παραπλήσιον ποιῶντας ἀποχωρεῖν πρὸς τὸ πέλαιος· (3) τέλος δὲ μετ' ὀλίγων καταλειφθέντα τὸν ναύαρχον ἀναγκασθῆναι ταυτὸ τοῖς προειρημένοις πράττειν· (4) καὶ τότε μὲν εἰς τὴν Μυνδίαν ἀπουρώσαντας καθορμισθῆναι, τῇ δ' ἐπαύριον ἀναχθέντας εἰς Κῶ διαῖραι· (5) τοὺς δὲ πολεμίους τὰς πεντήρεις ἐνάψασθαι, καὶ καθορμισθέντας ἐπὶ τὴν Λάδην, ἐπὶ τῇ ἐκαίνων στρατοπεδεῖα ποιήσασθαι τὴν ἔκταν· (6) ἐπὶ δὲ τοὺς Μιλησίους, καταπλαγέντας τὸ γεγονός, οὐ μόνον τὸν Φίλιππον, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἡρακλείδην στεφανῶσαι διὰ τὴν ἐξοδον. (7) Ταῦτα δ' εἰρηκότες, ἃ προφανῶς ἐστὶν ἴδια τῶν ἡττημένων, ὅμως καὶ διὰ τῶν κατὰ μέρος, καὶ διὰ τῆς καθολικῆς ἀποφάσεως, νικῶντας ἀποφαίνουσι τοὺς Ῥοδίους· (8) καὶ ταῦτα, τῆς ἐπιστολῆς ἐπὶ μενούσης ἐν τῷ πρυτανείῳ, τῆς ὅπ' αὐτοὺς τοὺς καιροὺς ὑπὸ τοῦ ναυάρχου πεμφθείσης περὶ τούτων τῇ τε βουλῇ καὶ τοῖς πρυτάνεσιν, οὐ ταῖς Ἀντισθένης καὶ Ζήνωνος ἀποφάσεις\*, ἀλλὰ ταῖς ἡμετέραις.

XVI. Ἐξῆς δὲ τοῖς προειρημένοις, γράφουσι περὶ τοῦ κατὰ Μεσσηνίους παρασπονδήματος. (2) Ἐν ᾧ ρησιν ὁ Ζήνων, ὁρμήσαντα τὸν Νάβιν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος, καὶ διαβάнта τὸν Εὐρώταν ποταμὸν, παρὰ τὸν Ὀπλίτην προσαγορευόμενον πορεύεσθαι διὰ τῆς ὁδοῦ τῆς στενῆς παρὰ τὸ Πολιάσιον, ὥς ἐπὶ τοὺς κατὰ Σελλασίαν ἀφίκετο τόπος· (3) ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ Θαλάμας ἐπιβαλόντα κατὰ Φαρὰς παραγενέσθαι πρὸς τὸν Πάμισον ποταμὸν. (4) Ὑπὲρ ὧν οὐκ οἶδα, πῶς χρὴ λέγειν. Τοιαύτην γὰρ φύσιν ἔχει τὰ προειρημένα πάντα συλλήβδην, ὥστε μηδὲν διαφέρει τοῦ λέγειν, ὅτι ποιησάμενός τις ἐκ Κορίνθου τὴν ὁρμὴν, καὶ διαπορευθεὶς τὸν Ἰσθμὸν, καὶ συνάψας ταῖς Σκιρωνίσιν, εὐθέως ἐπὶ τὴν Κοντοπορίαν ἐπιβάλετο, καὶ παρὰ τὰς Μυκῆνας ἐποιεῖτο τὴν πορείαν εἰς Ἄργος. (5) Ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον παρὰ μικρόν ἐστιν, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν διάθεσιν ἔχει πρὸς ἄλληλα. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ἐστὶ καὶ τὰς Σκιράδας πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Κορίνθου, τὰ δὲ κατὰ τὴν Κοντοπορίαν καὶ Μυκῆνας, ἔγγιστα πρὸς δύσεις χειμερινάς. (6) Ὡστ' εἶναι τελῶς ἀδύνατον, ἀπὸ τῶν προηγουμένων ἐπιβαλεῖν τοῖς προειρημένοις τόποις. (7) Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τοὺς κατὰ τὴν Λακεδαίμονα συμβέβηκεν. (8) Ὁ μὲν γὰρ Εὐρώτας καὶ τὰ περὶ τὴν Σελλασίαν καίται τῆς Σπάρτης ὡς πρὸς τὰς θερινὰς ἀνατολὰς· τὰ δὲ κατὰ Θαλάμας, καὶ Φαρὰς, καὶ Πάμισον, ὡς πρὸς τὰς χειμερινὰς δύσεις. (9)

ant amore attracti, in idem atque isti vitium incidere solent.

(10) Proinde et lectores diligenter ad hoc attendere oportet, et scriptores ipsos sedulo sibi ab hac parte cavere.

XV. Atque hoc ex iis, quæ in manibus nunc habemus, perspicuum est. Nam cum auctores illi superius nominati in rerum singularum expositione fateantur, in pugna navali ad Laden duas Rhodiorum quinqueres, cum ipsis viris ab hoste esse captas; (2) et in ipso discrimine, cum navis una vulnerata, jamjamque submergenda, dolonem sustulisset, multos ex proximis navibus exemplum secutos, in altum fugisse, (3) tandemque præfectum classis, cum paucis relictum, idem invitum fecisse; (4) ac tum quidem in Myndiam tempestate ejectos, postridie inde profectos in insulam Co trajecisse; (5) hostes vero et quinqueres captas ad naves suas religasse, et, appulsis navibus ad insulam Laden, in ipsis Rhodiorum castris stationem fecisse; (6) præterea Milesios, rei eventu territos, non Philippo solum, sed etiam Heraclidum urbem ingressis coronas obtulisse: (7) hæc cum illi fateantur, quæ victos manifesto arguunt, nihilominus cum in singulis partibus, tum in generali sententia, quam de summa rei ferunt, Rhodios victores pronunciant: (8) idque, cum etiam nunc in prytaneo extant litteræ, his de rebus per id ipsum tempus a navarcho scriptæ ad senatum magistratusque Rhodiorum, quæ litteræ non Antisthenis ac Zenonis narrationi, sed nostræ, consentiunt.

XVI. Postea iidem auctores de injuria scribunt, contra federis leges Messeniis illata. (2) Quo loco Zeno ait: Nabim, Lacedæmone profectum, trajecto Eurota fluvio, juxta rivum, qui Hoplites vocatur, via, quam Sthenen seu angustam vocant, iter fecisse præter Poliasium, donec ad Sellasiæ agrum pervenit. (3) Inde Thalamas delatum per oppidum Pharas ad Pamisum fluvium venisse. (4) De quibus equidem quid dicam, non habeo. Prorsus enim idem est, ac si diceret, Corintho profectum quempiam, trajecto Isthmo, postquam Scironidas ad petras accessit, recta Contoporiam venisse, ac præter Mycenæ iter Argos fecisse. (5) Hæc enim haudquaquam levi differentia, sed plane contrario situ sibi invicem sunt opposita: quippe Isthmus et Scironia saxa ad ortum sunt Corintho; Contoporia autem ac Mycenæ proxime ad occasum hibernum. (6) Proinde fieri nullo modo potest, ut, qui iter illud teneat, ad loca superius memorata umquam accedat. (7) Eadem vero ratio est illorum Laconiæ locorum. (8) Namque Eurotas et ager Sellasiarum ad orientem æstivum Spartæ siti sunt; Thalamæ vero et Pharæ ac Pamisus amnis proxime ad occasum hibernum. (9) Quo

Ὅθεν οὐχ ὅσον ἐπὶ τὴν Σαλλασίαν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Εὐρώταν δέον ἐστὶ διαβαίνειν τὸν προτιθέμενον παρὰ Θαλάμας ποιεῖσθαι τὴν πορείαν εἰς τὴν Μεσσηνίαν.

XVII. Πρὸς δὲ τούτοις φησὶ, τὴν ἐπάνοδον ἐκ τῆς Μεσσηνίας πεποιῆσθαι τὸν Νάβιν κατὰ τὴν πύλην τὴν φέρουσαν ἐπὶ Τέγεαν. (2) Τοῦτο δ' ἐστὶν ἄλογον. Πρόκειται γὰρ τῆς Τεγέας ἡ Μεγάλη Πόλις ὡς πρὸς τὴν Μεσσηνίαν, ὥστ' ἀδύνατον εἶναι, καλεῖσθαι τινὰ πύλην παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις ἐπὶ Τέγεαν. (3) Ἄλλ' ἐστὶ παρ' αὐτοῖς πύλη Τεγεᾶτις προσαγορευομένη, καθ' ἣν ἐποίησε τὴν ἐπάνοδον Νάβις· ὃ πλανηθεὶς, ἔργιον ὑπέλαβε τὴν Τέγεαν εἶναι Μεσσηνίων. (4) Τὸ δ' ἐστὶν οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ἡ Λακωνικὴ καὶ ἡ Μεγαλοπολίτις χώρα μεταξὺ κεῖται τῆς Μεσσηνίας καὶ Τεγεάτιδος. (5) Τὸ δὲ τελευταῖον φησὶ γὰρ, τὸν Ἀλφειὸν, ἐκ τῆς πηγῆς εὐθὺς κρυφθέντα, καὶ πολλὴν ἐνεχθέντα τόπον ὑπὸ γῆς, ἐκβάλλειν περὶ Λυκόαν τῆς Ἀρκαδίας. (6) Ὁ δὲ ποταμὸς, οὐ πολλὸν τόπον ἀποσχὼν τῆς πηγῆς, καὶ κρυφθεὶς ἐπὶ δέκα στάδια, πάλιν ἐκπίπτει· (7) καὶ τὸ λοιπὸν φερόμενος διὰ τῆς Μεγαλοπολίτιδος, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐλαφρὸς, εἴτα λαμβάνων αὐξησιν, καὶ διανύσας ἐπιφανῶς πᾶσαν τὴν προειρημένην χώραν ἐπὶ σ' σταδίου, ἰσχυρὸς γίνεταί, πρὸς Λυκόαν, ἥδη προσειληφῶς καὶ τὸ τοῦ Λουσίου ρεύμα, καὶ παντελῶς ἀβατος ὢν καὶ βαρύς. \* \* \* (8) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντα μοι δοκεῖ τὰ προειρημένα, διαπτώματα μὲν εἶναι, πρόσκαιρον δὲ ἐπιδέχεσθαι καὶ παραίτησιν· τὰ μὲν γὰρ δι' ἄγνοίαν γέγονε, τὸ δὲ περὶ τὴν ναυμαχίαν διὰ τὴν πρὸς τὴν πατρίδα φιλοστοργίαν. (9) Εἴτα, τίς οὐκ εἰκότως ἂν Ζήνωνι μέμναιτο, διότι τὸ πλεῖον οὐ περὶ τὴν τῶν πραγμάτων ζήτησιν, οὐδὲ περὶ τὸν χειρισμὸν τῆς ὑποθέσεως, ἀλλὰ περὶ τὴν τῆς λέξεως κατασκευὴν ἐσπουδακε, καὶ δηλὸς ἐστὶ πολλὰς ἐπὶ τούτῳ σεμνυνόμενος, καθάπερ καὶ πλείους ἕτεροι τῶν ἐπιφανῶν συγγραφέων; (10) Ἐγὼ δὲ φημὶ μὲν, δεῖν πρόνοιαν ποιεῖσθαι καὶ σπουδάζειν ὑπὲρ τοῦ δεόντως ἐξαγγέλλειν τὰς πράξεις· δηλὸν γὰρ, ὡς οὐ μικρά, μεγάλα δὲ συμβάλλεται τοῦτο πρὸς τὴν ἱστορίαν· οὐ μὴν ἡγεμονικώτατόν γε καὶ πρῶτον αὐτὸ παρὰ τοῖς μετρίοις ἀνδράσι τίθεσθαι. (11) Πολλοῦ γε δεῖ· ἀλλὰ γὰρ ἂν εἴη καλλίω μέρη τῆς ἱστορίας, ἐφ' οἷς ἂν μάλλον σεμνυνθεῖ πολιτικὸς ἀνὴρ.

XVIII. Ὁ δὲ λέγειν βούλομαι, γένοιτ' ἂν οὕτω μάλιστα καταφανές. (2) Ἐξηγούμενος γὰρ ὁ προειρημένος συγγραφεὺς τὴν τε Γάζης πολιορκίαν καὶ τὴν γενομένην παράταξιν Ἀντιόχου πρὸς Σκόπαν ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ περὶ τὸ Πάνιον, περὶ μὲν τὴν τῆς λέξεως κατασκευὴν δηλὸς ἐστὶν ἐπὶ τοσοῦτον ἐσπουδακῶς, ὡς ὑπερβολὴν τερατείας μὴ καταλιπεῖν τοῖς τὰς ἐπιδεικτικὰς καὶ πρὸς ἐκπλήξιν τῶν πολλῶν συντάξεις ποιουμένοις· (3) τῶν γε μὴν πραγμάτων ἐπὶ τοσοῦτον ὠλιγώρηκεν, ὥστε πάλιν ἀνυπερβλήτων εἶναι τὴν εὐχέριαν καὶ τὴν ἀπειρίαν τοῦ συγγραφέως. (4) Προθέμενος γὰρ πρῶτην διασαφεῖν τὴν τῶν περὶ τὸν Σκόπαν ἑκταξιν, τῇ μὲν δεξιῇ κέρατι φησὶ τῆς ὑπωρείας ἔχεισθαι τὴν φάλαγγα

fit, non modo ut Sellasiam pervenire, sed ne Eurotam quidem trajicere debeat is, qui per Thalamas in Messeniam iter instituerit.

XVII. Insuper scribit, Nabidem Messena reversum esse per portam, qua iter est Tegeam. (2) Quod est absurdum. Namque ante Tegeam, versus ipsam Messenam, sita est Megalopolis; ut nulla porta apud Messenios ita vocari possit, ad Tegeam. (3) Est quidem apud eos porta, quæ Tegeatis appellatur, qua Nabis domum reversus est: qua re in errorem inductus Zeno, proximam Messenæ Tegeam esse existimavit. (4) Atqui aliter res habet: nam Laconicus ac Megalopolitanus ager Messeniam inter ac Tegeatidem interjacet. (5) Postremo idem Zeno affirmat: Alpheum, ab ipso statim fonte occultatum, postquam per longinqua terræ spatia subterraneus fluxit, circa Lycoam Arcadiæ oppidum sese egerere. (6) At hic fluvius, non procul a suis fontibus infra terram subiens, ac per decem stadia occultus, rursus erumpit: (7) ac deinceps per Megalopolitanum agrum fluens, initio quidem modicus, postea incremento accepto, celebris universam illam regionem permeat per ducenta stadia, et sic demum Lycoam attingit, adscito jam flumine Lusio validus omnino, nec vado permeabilis.\*\*\* (8) Enimvero cuncta hujusmodi mihi quidem peccata esse videntur, sed quæ excusationem ac veniam admittant: hæc enim ex ignorance veri profecta sunt; illud vero, de pugna navali, ex innato erga patriam amore fluxit. (9) Deinde ecquis non merito Zenonem accuset, quod non in ipsa rerum inquisitione, neque in argumenti sui tractatione, sed in dictionis elegantia plurimum studii posuit, atque in eo sæpiusculæ se jactat? quod quidem et plerique alii scriptores celeberrimi nominis fecere. (10) Ego vero curam quidem ac studium in eo collocandum esse censeo, ut res gestæ eleganter atque ornate proferantur; neque enim exigua, sed maxima inde utilitas historiæ accedit: ita tamen, ut ne prima ac potissima ea pars a viris moderatis habeatur. (11) Multum profecto abest: aliæ enim sunt præstantiores historiæ partes, in quibus vir, rerum civilium gnarus, justius sese ostendet.

XVIII. Hoc, quod dico, ex sequenti exemplo manifestum fiet. (2) Idem hic scriptor, ubi Gazæ obsidionem atque illud praelium narrat, quo Antiochus in Syria Coele ad Panium cum Scopa conflixit, in sermonis ornatu tantum studium posuisseprehenditur, ut illos etiam, qui ex professo ad ostentationem ac plausum scripta sua componunt, longo intervallo superari. (3) In rebus autem ipsis adeo negligens fuit, ut hac levitate illius atque imperitia nulla major esse possit. (4) Ordinem enim instructæ a Scopa aciei primam exponere exsorsus, in dextro quidem cornu phalangem cum modica parte equitatus ad pedem montis constituisse scribit;

μετ' ὀλίγων ἱππέων· τὸ δ' εὐώνυμον αὐτῆς, καὶ τοὺς ἱππεῖς πάντας τοὺς ἐπὶ τούτῳ τεταγμένους, ἐν τοῖς ἐπιπέδοις κεῖσθαι. (5) Τὸν δ' Ἀντίοχον ἔτι μὲν τῆς ἐωθινής ἐκπέμψαι φησὶ τὸν πρεσβύτερον υἱὸν Ἀντίοχον, ἔχοντα μέρος τι τῆς δυνάμεως, ἵνα προκαταλάβῃται τῆς ὀρεινῆς τοὺς υπερχειμένους τῶν πολεμίων τόπους· (6) τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἅμα τῷ φωτὶ διαβιβάσαντα τὸν ποταμὸν, μεταξὺ τῶν στρατοπέδων ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐκτάττειν, θιθέντα τοὺς μὲν φαλαγγίτας ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν κατὰ μέσσην τὴν τῶν πολεμίων τάξιν, τῶν δ' ἱππέων τοὺς μὲν ἐπὶ τὸ λαῖον κέρας τῆς φάλαγγος, τοὺς δ' ἐπὶ τὸ δεξιόν, ἐν οἷς εἶναι καὶ τὴν κατάφρακτον ἵππον, ἧς ἤγειτο πάσης ὁ νεώτερος Ἀντίοχος τῶν υἱῶν. (7) Μετὰ δὲ ταῦτα, φησὶ, τὰ θηρία προτάξαι τῆς φάλαγγος ἐν διαστήματι, καὶ τοὺς μετ' Ἀντιπάτρου Ταραντίνους, καὶ δὲ μεταξὺ τῶν θηρίων πληρῶσαι τοὺς τοξόταις καὶ σφενδονήταις, αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς ἑταιρικῆς ἵππου καὶ τῶν ὑπασπιστῶν κατόπιν ἐπιστήναι τοῖς θηρίοις. (8) Ταῦτα δὲ ὑποθέμενος, τὸν μὲν νεώτερον Ἀντίοχον, φησὶν, ὃν ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἔθηκε κατὰ τὸ λαῖον τῶν πολεμίων, ἔχοντα τὴν κατάφρακτον ἵππον, τοῦτον ἐκ τῆς ὀρεινῆς ἐπενεχθέντα τρέψασθαι τοὺς ἱππέας τοὺς περὶ τὸν Πτολεμαῖον τὸν Ἀερόπου, καὶ καταδιώκειν, ὃς ἐτύγχανε τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπιτεταγμένος ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐπὶ τῶν εὐωνύμων· (9) τὰς δὲ φάλαγγας, ἐπεὶ συνέβαλον ἀλλήλαις, μάχην ποιεῖν ἰσχυράν. (10) Ὅτι δὲ συμβαλεῖν ἀδύνατον ἦν, τῶν θηρίων καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν εὐζώνων προτεταγμένων, τοῦτο οὐκέτι συνορᾷ.

XIX. Μετὰ δὲ ταῦτα, φησὶ, καταπροτερουμένην τὴν φάλαγγα ταῖς εὐχερείαις καὶ πιεζομένην ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν, ἀναχωρεῖν ἐπὶ πόδα· τὰ δὲ θηρία, τοὺς ἐγκλινοτάς ἐκδεχόμενα, καὶ συμπίπτοντα τοῖς πολεμίοις, μεγάλην παρέχεσθαι χρεῖαν. (2) Πῶς δὲ ταῦτα γέγονεν ὀπίσω τῆς φάλαγγος, οὐ ῥᾶδιον καταμαθεῖν, ἢ πῶς, γινόμενα, παρείχετο χρεῖαν μεγάλην. (3) Ὅτε γὰρ ἅπαρ αἱ φάλαγγες συνέπεσον ἀλλήλαις, οὐκέτι δυνατόν ἦν, κρίναι τὰ θηρία, τίς τῶν ὑποκιπτόντων φίλιος ἢ πολέμιός ἐστι. (4) Πρὸς δὲ τούτοις φησὶ, τοὺς Αἰτωλῶν ἱππέας δυσχρηστεῖσθαι κατὰ τὸν κίνδυνον διὰ τὴν ἀσυνήθειαν τῆς τῶν θηρίων φαντασίας. (5) Ἄλλ' οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ταχθέντες ἐξαρχῇς ἀκέραιοι διέμενον, ὥς αὐτὸς φησὶ· τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος τῶν ἱππέων, τὸ μερισθὲν ἐπὶ τὸ λαῖον, ὑποπεφευγὲ πᾶν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον ἡττημένων. (6) Ποῖον οὖν μέρος τῶν ἱππέων ἦν κατὰ μέσσην τὴν φάλαγγα τὸ τοὺς ἐλέφαντας ἐκπληττόμενος; (7) ποῦ δὲ ὁ βασιλεὺς γέγονε; καὶ τίνα παρέσχηται χρεῖαν ἐν τῇ μάχῃ, τὸ κάλλιστον σύστημα περὶ αὐτὸν ἐσχηκὸς καὶ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων; ἀπλῶς γὰρ οὐδὲν εἴρηται περὶ τούτων. (8) Ποῦ δὲ ὁ πρεσβύτερος τῶν υἱῶν Ἀντίοχος, ὁ μετὰ μέρους τινὸς τῆς δυνάμεως προκαταλαβόμενος τοὺς ὑπερδεξιούς τόπους; (9) Οὗτος μὲν γὰρ οὐδὲ εἰς τὴν στρατοπεδείαν ἀνασχωρῆσαν αὐτῷ μετὰ τὴν μάχην. Εἰκότως· δύο γὰρ Ἀντιόχους ὑπέθετο τοῦ βασιλέως υἱούς, ὅντος ἑνὸς

cornu vero ejusdem sinistrum, atque omnes in eo cornu ordinatos equites, planitiem tenuisse. (5) Ceterum Antiochum prima etiamnum luce partem copiarum, praefecto majore e filiis Antiocho, praemisisse, ut editiora montium loca, quae hostibus imminabant, occuparet: (6) dein sole illucescente, trajecto cum reliquis copiis fluvio, inter utraque castra in planitie aciem instruxisse; ac phalangem quidem uno ordine mediae hostium aciei opposuisse; equitatus vero partem ad sinistrum phalangis cornu constituisse, partem ad dextrum, in quo et cataphracti erant equites, quibus Antiochus, filiorum junior, erat praefectus. (7) Deinde subdit, elephantos ante ipsam phalangem in prima acie certis intervallis ordinatos fuisse cum equitibus Tarentinis, quibus praerat Antipater; intervalla autem belluarum sagittariis ac funditoribus Antiochum complexisse; ipsum, cum Amicorum ala et corporis custodibus, post belluas stetisse. (8) Atque his ita praemissis, mox juniorem Antiochum, quem in planitie e regione sinistri hostium cornu cataphractis equitibus praefectum posuerat, eundem, ait, subito ex collibus coortum, equites, quibus Ptolemaeus Aepoi filius praerat, in fugam vertisse, ac diu persecutum esse; qui quidem Ptolemaeus Aetolos in planitie ad laevam positos ducebat: (9) ipsas autem phalanges, postquam congressae invicem sunt, acre praelium fecisse. (10) Atqui non animadvertit, prorsus fieri non potuisse, ut, in prima acie consistentibus elephantis et equitibus levique armatura, phalanges inter se congrederentur.

XIX. Postea subjicit, Macedonum phalangem, agilitati cedentem incumbentium Aetolorum, pede presso se recipisse; elephantos vero, cum cedentes recipere, atque in hostem ferrentur, magno adjumento fuisse. (2) Qua ratione autem elephantum a tergo phalangis fuerint, aut, si ibi fuerint, quo pacto magnum attulerint commodum, intelligere difficile est. (3) Simul enim ac phalanges inter se concurrerunt, discernere belluae amplius non potuerunt, uter cedentium amicus, uter hostis esset. (4) Praeterea, equitatum, ait, Aetolorum inusitata belluarum specie inter pugnandum territum esse. (5) Atqui in dextro locati cornu equites, incolumes atque integri perstiterunt, ut idem refert: ceteri vero, in sinistro cornu distributi, ab juniore Antiocho superati, terga verterunt. (6) Quinam igitur sunt equites illi, in media phalange positi, qui belluarum aspectu cohortuerunt? (7) ubinam vero rex ipse adfuit? et quem sui usum in pugna praebuit, cum lectissimum et peditum et equitum agmen circa se haberet? neque enim de his quidquam omnino dicit. (8) Ubinam vero gentium est major Antiochus, filius, qui cum parte exercitus praemissus superiora loca occupaverat? (9) Hic enim ne confecto quidem praelio in castra reversus ab illo memoratur. Atque id inerrito: duos enim Antiochi filios posuit, cum non nisi unus



τοῦ τότε συνεστρατευμένου. (10) Πῶς δὲ ὁ Σκόπας ἄμα μὲν αὐτῷ πρῶτος, ἄμα δ' ἔσχατος ἀναλέλκεν ἐκ τοῦ κινδύνου; Φησὶ γάρ, αὐτὸν ἰδόντα τοὺς περὶ τὸν νεώτερον Ἀντίοχον ἐκ τοῦ διώγματος ἐπιφαινομένους κατὰ νότου τοὺς φαλαγγίταις, καὶ διὰ τοῦτο τὰς τοῦ νικᾶν ἐλπίδας ἀπογνῶντα, ποιῆσθαι τὴν ἀποχώρησιν· (11) μετὰ δὲ ταῦτα συστῆναι τὸν μέγιστον κίνδυνον, κυκλωθείσης τῆς φάλαγγος ὑπὸ τε τῶν θηρίων καὶ τῶν ἱππέων, καὶ τελευταῖον ἀποχωρῆσαι τὸν Σκόπαν ἀπὸ τοῦ κινδύνου.

XX. Ταῦτα δέ μοι δοκεῖ, καὶ καθόλου τὰ τοιαῦτα τῶν ἀλογημάτων, πολλὴν ἐπιφέρειν αἰσχύνην τοῖς συγγραφεῦσι. (2) Διὸ δεῖ μάλιστα μὲν πειρᾶσθαι πάντων κρατεῖν τῶν τῆς ἱστορίας μερῶν· καλὸν γάρ· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνατόν, τῶν ἀναγκαιωτάτων καὶ τῶν μεγίστων ἐν αὐτῇ πλείστην ποιῆσθαι πρόνοιαν. (3) Ταῦτα μὲν οὖν προήχθη ἐῖπειν, θεωρῶν, νῦν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων, τὸ μὲν ἀληθινὸν καὶ πρὸς τὴν χρεῖαν ἀνῆκον ἐν ἐκάστοις, ἐπισεσυρμένον· (4) τὸ δὲ πρὸς ἀλαζονείαν καὶ φαντασίαν, ἐπαινούμενον καὶ ζηλούμενον, ὡς μέγα τι καὶ θαυμάσιον, ὃ καὶ τὴν κατασκευὴν ἔχει βραδυστέραν, καὶ τὴν εὐδόκησιν διλογδευστέραν, καθάπερ αἱ λοιπαὶ τῶν γραφῶν. (5) Περὶ δὲ τῆς τῶν τόπων ἀγνοίας τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν, διὰ τὸ μεγάλην εἶναι τὴν παράπτωσιν, οὐκ ὤκνησα γράψαι καὶ πρὸς αὐτὸν Ζήνωνα· (6) κρίνων, καλὸν εἶναι τὸ μὴ τὰς τῶν πέλας ἀμαρτίας ἰδία προτερήματα νομίζειν, καθάπερ ἐνιοὶ ποιεῖν εἰώθασιν· ἀλλὰ μὴ μόνον τῶν ἰδίων ὑπομνημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλλοτρίων, καθόσον οἷοι τε ἐσμέν, ποιῆσθαι πρόνοιαν καὶ διόρθωσιν χάριν τῆς κοινῆς ὠφελείας. (7) Ὁ δὲ, λαβὼν τὴν ἐπιστολὴν, καὶ γνοὺς ἀδύνατον οὔσαν τὴν μετάθεσιν, διὰ τὸ προεκδεωκέναι τὰς συντάξεις, ἐλυτήθη μὲν, ὡς ἐνὶ μάλιστα, ποιῆν δ' οὐδὲν εἶχε· τὴν γὰρ μὴν ἡμετέραν αἵρεσιν ἀπεδέξατο φιλοφρόνως. (8) Ὁ δὲ καὶ ἐγὼ παρακελεύομαι περὶ αὐτοῦ τοὺς καθ' ἡμᾶς καὶ τοὺς ἐπιγιγνομένους· ἐὰν μὲν κατὰ πρόθεσιν εὐρισκώμεθα που κατὰ πραγματείαν διαψευσόμενοι, καὶ παρορῶντες τὴν ἀλήθειαν, ἀπαραιτήτως ἐπιτιμᾶν· (9) ἐὰν δὲ κατ' ἀγνοίαν, συγγνώμην ἔχειν, καὶ μάλιστα πάντων ἡμῖν, διὰ τὸ μέγεθος τῆς συντάξεως, καὶ διὰ τὴν καθόλου περιβολὴν τῶν πραγμάτων.

(VI. Excerptum Valesianum.)

XXI. Τληπόλεμος, ὃ τὰ τῆς βασιλείας τῶν Αἰγυπτίων πράγματα μεταχειριζόμενος, ἦν μὲν κατὰ τὴν ἡλικίαν νέος, καὶ κατὰ τὸ συνεχές ἐν στρατιωτικῷ βίῳ διεγεγόνει μετὰ φαντασίας· (2) ἦν δὲ καὶ τῇ φύσει μετῴρος καὶ φιλόδοξος, καὶ καθόλου πολλὰ μὲν εἰς πραγμάτων λόγον ἀγαθὰ προσέφερετο, πολλὰ δὲ καὶ κακὰ. (3) Στρατηγεῖν μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ χειρίζειν πολεμικὰς πράξεις δυνατός ἦν, καὶ ἀνδρώδης ὑπῆρχε τῇ φύσει, καὶ πρὸς τὰς στρατιωτικὰς ὁμιλίας εὐφυῶς δέχεται· (4) πρὸς δὲ ποικίλων πραγμάτων

tunc ad bellum cum patre esset profectus. (10) Denique quonam pacto Scopas, apud hunc Scriptorem, primus simul ac prostremus ex pugna discessit? Etenim, Scopam, scribit, cum juniorem Antiochum, a persequendo reversum, a tergo phalangitis instare cerneret, tum penitus de victoria desperantem se recepisse: (11) postea vero, maximum in discrimen adductam rem esse, inclusa hinc ab elephantis, inde ab equitibus phalange; Scopamque prostremum cessisse ex discrimine.

XX. Hæc vero atque omnino hujusmodi errata magno pudori Scriptoribus esse existimo. (2) Proinde maxime quidem enitendum est, ut omnes Historiæ partes ac numeros expleamus; id enim imprimis laudabile est: sin vero illud consequi non possumus, maxime in præcipuis ac summe necessariis ejus partibus est elaborandum. (3) Atque, hæc ut nunc dicerem, eo sum adductus, quod, perinde ut in ceteris quibusque artibus ac studiis, sic etiam in historia, veram rationem, atque id quod ad usum pertinet, plerumque negligi videam; (4) quod vero ad ostentationem et ad pompam compositum est, laudari ac probari iamquam magnum aliquid atque mirabile; cum tamen id ipsum in Historia perinde ac in reliquis scribendi generibus, et elaboratu facilius sit, et ad placendum multo minoribus indigeat adjumentis. (5) Ceterum de illa locorum agri Laconici ignorance, eo quod gravis esse is error videretur, ad ipsum Zenonem litteras scribere non dubitavi; (6) hominis ingenui esse arbitratus, non ex alienis erratis gloriam captare, quod nonnulli solent, sed cum nostris, tum etiam alienis commentariis, utilitatis publicæ gratia, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere. (7) Ille autem, accepta epistola, cum exemplaria emendari non posse cerneret, quia jam in vulgus edita essent, doluit quidem quam maxime; sed facere nihil potuit: ceterum consilium nostrum benevole probavit. (8) Atque id ipsam quoque et ab æqualibus meis, et ab eis qui posthac victori sunt, ipsamet postulo, sicuti forte in hoc opere de industria mentitus, aut veritatem sciens dissimulasse compertus fuero, ut acerbè citra veniæ spem increpare ne dubitent: (9) sin vero ignorance lapsus, ut veniam indulgeant, ac maxime omnium nobis, propter operis magnitudinem rerumque copiam, quas hic complexi sumus.

VI. Res Ægypti.

XXI. Tlepolemus, qui Ægyptiaci regni negotia administrabat, ætate quidem juvenis erat, atque in militari vita assidue cum splendore versatus; (2) ingenio autem tumido, gloriæque avido, denique ad rerum administrationem et multas virtutes, et multa vitia attulerat. (3) Namque exercitum ducere, resque bellicas tractare idoneus erat imperiis, natura quoque robustus, et ad militares congressus ac sermones aptissimus. (4) Ad variarum autem rerum tra-

χειρισμὸν, δεόμενον ἐπιστάσεως καὶ νήψεως, καὶ πρὸς φυλακὴν χρημάτων, καὶ καθόλου τὴν περὶ τὸ λυσitelές οἰκονομίαν, ἀφυστάτος ὑπῆρχε πάντων. (5) Ἡ καὶ ταχέως οὐ μόνον ἐσφηλεν, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν ἡλάτωσε. (6) Παραλαβὼν γὰρ τὴν τῶν χρημάτων ἐξουσίαν, τὸ μὲν πλείστον μέρος τῆς ἡμέρας κατέτριβε σφαίρομαχῶν, καὶ πρὸς τὰ μειράκια διαμιλλώμενος ἐν τοῖς θπλοῖς. (7) ἀπὸ δὲ τούτων γιγνόμενος, εὐθέως πότους συνῆγε, καὶ τὸ πλείον μέρος τοῦ βίου περὶ ταῦτα καὶ σὺν τούτοις εἶχε τὴν διατριβήν. (8) Ὁ δὲ ποτε χρόνον τῆς ἡμέρας ἀπεμέριζε πρὸς ἐντεύξεις, ἐν τούτῳ διεδίδου, μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τὸ φαινόμενον εἰπεῖν, διεβρίπτει τὰ βασιλικά χρήματα τοῖς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος παραγενομένοις πρεσβευταῖς, καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις, μάλιστα δὲ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἡγεμόσι καὶ στρατιώταις. (9) Καθόλου γὰρ ἀνανεύειν οὐκ ᾔδει· τῷ δὲ πρὸς χάριν ὁμιλήσαντι πᾶν ἐξ ἐτοίμου τὸ φανέν ἐδίδου. (10) Τὸ λοιπὸν, ἠξάνετο τὸ κακόν, ἐξ αὐτοῦ λαμβάνον τὴν ἐπίδοσιν. (11) Πᾶς γὰρ ὁ παθὼν εὖ παρὰ τὴν προσδοκίαν, καὶ τοῦ γεγονότος χάριν καὶ τοῦ μέλλοντος ὑπερεβάλλετο τῶν τῶν λόγων ὑπερλατταῖς. (12) Ὁ δὲ, πυνθανόμενος τὸν γιγνόμενον ἐκ πάντων ἔπεινον ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐν τοῖς πότοις ἐπιχύσεις, ἔτι δὲ τὰς ἐπιγραφάς, καὶ τὰ διὰ τῶν ἀχρομαμάτων εἰς αὐτὸν φέδόμενα παίγνια κατὰ τὴν πόλιν, εἰς τέλος ἐχαινοῦτο, καὶ μᾶλλον αἶε καὶ μᾶλλον ἐξετυφούτο, καὶ προχειρότατος ἐγίνετο πρὸς τὰς ξενικὰς καὶ στρατιωτικὰς χάριτας.

nandas. (3) Post multas vero super eo contentiones, quod plures turbatores otii propter suam inopiam essent, quam divites, casus exstitit, qui bonarum partium homines plurimum adjuvit. (4) Jam pridem id operam dabat Titus Flamininus Romæ, ut Zeuxippo reditus in Bœotiam pateret, quod in bellis contra Antiochum et Philippum fideli ejus opera plurimum esset usus. (5) Is igitur illo tempore a senatu impetravit, ut ad Bœotos de Zeuxippo et ceteris, qui cum ipso exsulabant, revocando in patriam scriberent. (6) litteris acceptis, veriti Bœoti, ne, si illi ab exilio essent revocati, ab amicitia regum Macedoniae avellerentur; volentes promulgari contra Zeuxippum ejusque socios accusationes sententiasque, quibus anno superiori subscripserant, (7) \*\* atque ita duobus criminibus eos condemnarunt, altero sacrilegii, quod mensæ Jovis argenteas laminas detraxissent, altero homicidii, quod Brachyllam occidissent. (8) His peractis, Bœoti nullam rationem habuerunt literarum senatus; sed Romam missa legatione, cujus princeps Callicritus erat, denunciarunt, non posse se antiquare, quod ex legibus suis semel statuissent. (9) Eodem vero tempore, quum Zeuxippus ipse ad senatum legalus venisset, Romani, quid Bœoti decrevisset, Aetolis et Achæis significarunt, eosque jussuerunt, ut Zeuxippo reditum conficerent. (10) Achæi cum exercitu quidem adeundos Bœotos non censuerunt, sed legatos constituerunt, qui ad eos irent, monerentque, ut Romanis obtemperarent, et ut, quemadmodum jus sibi inter se reddere cœpissent, ita etiam Achæis redderent, quibus esset aliquid cum ipsis negotii. (11) Jamdudum enim lites trahebantur ex contractibus natæ; quos forte cum Bœotis Achæi contraxissent. (12) His auditis Bœoti, quum esset apud illos prætor Hippias, polliciti in præsentia, facturos quæ petebant Achæi, mox nullam penitus eorum rationem habuerunt. (13) Quapropter Philopœmenes, postquam Hippias prætura decessit, cum in ejus locum substitutus esset Alcetas, postulantis facultatem dedit res a Bœotis per vim repetendi; (14) unde belli non contemnendum inter illas gentes initium est exortum. (15) Confestim enim pecorum Myrrhichi et Simonis [pars est abacta]: quumque de præda pugnatum esset, non jam civilis controversiæ, verum odii hostilis jacta sunt principia. (16) Quod si igitur Zeuxippi reditum ab exilio senatus, uti inceperat, urgere perrexisset, bellum statim exarsisset. (17) At senatus tunc rem silentio transmisit; et Megarenses, legatione missa super contractibus \*, violentam rerum repetitionem inhibuerunt.

## II. — CONTROVERSIA RHODIORUM CUM LYCIIS.

## Legatio XXXIX.

III. Ἐγένετο Λυκίοις διαφορά πρὸς Ῥοδίους διὰ τοιαύτας αἰτίας. (2) Καθ' οὗς καιροὺς οἱ δέκα διψκούν τὰ περὶ τῆν Ἀσίαν, τότε παρεγενήθησαν πρέσβεις, παρὰ μὲν Ῥοδίων Θεαίτητος καὶ Φιλόφρων, ἀξιοῦντες, αὐτοῖς δοθῆναι τὰ κατὰ Λυκίαν καὶ Καρίαν, χάριν τῆς εὐνοίας καὶ προθυμίας, ἣν παρέσχυνται σφισι κατὰ τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον. (3) Παρὰ δὲ τῶν Ἰλιέων ἦκον Ἱππάρχος καὶ Σάτυρος, ἀξιοῦντες διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς οἰκειότητα, συγγνώμην δοθῆναι Λυκίοις τῶν ἡμαρτημένων. (4) Ὡν οἱ δέκα διακούσαντες, ἐπειράθησαν ἑκατέρων στοχάσασθαι κατὰ τὸ δυνατόν. Διὰ μὲν γὰρ τοὺς Ἰλιεῖς οὐδὲν ἐβουλεύσαντο περὶ αὐτῶν ἀνήκεστον· τοῖς δὲ Ῥοδίοις χαριζόμενοι, προσέειπαν ἐν δωρεᾷ τοὺς Λυκίους. (5) Ἐκ ταύτης τῆς διαλήψεως ἐγενήθη στάσις καὶ διαφορά τοῖς Λυκίοις πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ῥοδίους οὐκ εὐκαταφρόνητος. (6) Οἱ μὲν γὰρ Ἰλιεῖς, ἐπιπορευόμενοι τὰς πόλεις αὐτῶν, ἀπήγγελλον, ὅτι παρήτηνται τὴν ὀργὴν τῶν Ῥωμαίων, καὶ παραίτιοι γεγόνασιν αὐτοῖς τῆς ἐλευθερίας. (7) Οἱ δὲ περὶ τὸν Θεαίτητον ἐποίησαν τὴν ἀγγελίαν ἐν τῇ πατρίδι, φράσκοντες, Λυκίας καὶ Καρίας τὰ μέχρι τοῦ Μαιάνδρου δεδόσθαι Ῥοδίοις ὑπὸ Ῥωμαίων ἐν δωρεᾷ. (8) Λοιπὸν, οἱ μὲν Λύκιοι πρεσβεύοντες ἦκον εἰς τὴν Ῥόδον ὑπὲρ συμμαχίας· οἱ δὲ Ῥόδιοι, προχειρισάμενοί τινας τῶν πολιτῶν, ἐξαπέστειλλον τοὺς διατάζοντας ταῖς κατὰ Λυκίαν καὶ Καρίαν πόλεσιν, ὡς ἕκαστα δεῖ γενέσθαι. (9) Μεγάλῃς δ' οὐσίας τῆς παραλλαγῆς περὶ τὰς ἑκατέρων ὑπολήψεις, ἕως μὲν τινος οὐ πᾶσιν ἐκδηλὸς ἦν ἡ διαφορά τῶν προειρημένων. (10) Ὡς δ' εἰσελθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν οἱ Λύκιοι διελέγοντο περὶ συμμαχίας, καὶ μετὰ τούτους Ποθίων, ὁ πρύτανις τῶν Ῥοδίων, ἀναστὰς ἐφώτισε τὴν ἑκατέρων αἵρεσιν, καὶ προσεπέτιμῃσεν τοῖς Λυκίοις· πᾶν γὰρ ὑπομενεῖν ἐφασαν μᾶλλον, ἢ ποιῆσειν Ῥοδίοις τὸ προσταττόμενον.

III. Orta est inter Lycios et Rhodios controversia ex huiusmodi causa. (2) Quo tempore decem legati Romanorum res Asiae ordinabant, adierant illos Rhodiorum legati, Theætetus et Philophron, orantes, ut sibi Lycia et Caria pro benevolentia et fide, quam bello adversus Antiochum Romanis præstitissent, darentur. (3) Adierant vero eosdem et legati Iliensium, Hipparchus et Satyrus, qui pro mutua inter ipso cognatione eos rogarunt, ut Lyciis veniam delictorum darent. (4) Utraque legatione audita, conati sunt decemviri utrique genti, quod in ipsis esset, satisfacere. Nam in gratiam Iliensium nihil asperius in Lycios consuluerunt: Rhodiis vero ut gratificarentur, Lyciorum gentem eis contribuerunt. (5) Ex eo decreto motus et dissidium non contemnendum inter Lycios et Rhodios est ortum. (6) Nam Ilienses quidem, Lyciorum urbes circumeundo, nunciaverunt, sua opera placatos eis esse Romanos, et libertatem se ipsis impetrasse: (7) Theætetus vero, in patriam ubi rediit, Rhodiis renunciavit, Lyciam et Cariam usque ad Mæandrum annem Romanos dono ipsis dedisse. (8) Posthæc Lycii, missis Rhodum legatis, societatem Rhodiorum petierunt: Rhodii vero civium suorum certo numero delecto, ad res singulas ordinandas in urbibus Lyciæ et Cariæ miserunt. (9) Quumque adeo discreparent mentes et sententiæ amborum populorum, initio quidem non omnes intelligebant, quænam esset illa dissensio. (10) Postea vero quam Lycii in concionem prodierunt, et de societate ineunda verba facere cœperunt, ac deinde surgens Pothion, Rhodiorum Prytanis, sententiam utrorumque patefecit, atque etiam objurgavit Lycios; tum enimvero illi, quidvis se potius passuros, dixerunt, quam ut Rhodiis essent dicto audientes.

## III. — VARIÆ LEGATIONES, PARTIM AD CONTROVERSIAS PHILIPPI CUM EUMENE DE THRACIA, ET CUM THESSALIS PERTINENTES; PARTIM AD RES ACHÆORUM ET LACEDÆMONIORUM.

(I) Partim ex Cod. Bav. nunc primum edita; partim apud Ursinum, Ecloga XLIII.

IV. Ὅτι κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ μ' Ὀλυμπιάδα πρὸς ταῖς ρ', πρεσβεῖων παρουσίαι ἐγένοντο πρὸς Ῥωμαίους παρὰ Φιλίππου καὶ τῶν προσορούντων τῇ Μακεδονίᾳ. Τὰ δόξαντα τῇ συγλήτῳ περὶ τῶν πρέσβεων.

(2) Ὅτι κατὰ τὴν Ἑλλάδα Φιλίππου διαφορά πρὸς Θετταλοὺς καὶ Πεῤῥαιβοὺς περὶ τῶν πόλεων ὧν κατεῖχε Φίλιππος ἐκ τῶν Ἀντιοχικῶν καιρῶν τῆς Θετταλίας καὶ Πεῤῥαιβίας. (3) Ἡ γενομένη δικαιολογία περὶ τούτων ἐπὶ Κοίντου Καικιλίου περὶ τὰ Τέμπεη. Τὰ κρίθεντα διὰ τοῦ Καικιλίου.

(I.) *Designatio summorum capitum earum rerum quas hoc loco persecutus est Polybius.*

IV. Olympiade cXLVIII Legationes Romam venerunt a Philippo et finitimis Macedoniæ populis. Decreta senatus circa istas legationes.

(2) Controversia fuit Philippo cum Thessalis et Perræbis de urbibus, quas tenuit Philippus in Thessalia et Perræbia inde a temporibus Antiochicis. (3) Causa super his controversiis dicta a partibus litigantibus, ad Tempus Thessalica, coram Q. Cæcilio. Sententia a Cæcilio pronunciata.

(4) Καὶ διαφορά ἄλλη περὶ τῶν ἐπὶ Θράκης πόλεων πρὸς τοὺς παρ' Εὐμένους πρεσβευτὰς καὶ τοὺς ἐκ Μαρωνείας φυγάδας καὶ τὰ ρηθέντα περὶ τούτων ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ τὰ δόξαντα τοῖς περὶ τὸν Καϊκιλίον.

(5) Κατὰ τὴν Πελοπόννησον πρεσβευτῶν παρουσία παρὰ τε Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, καὶ παρὰ Εὐμένους, καὶ παρὰ Σελεύκου. (6) Καὶ τὰ δόξαντα τοῖς Ἀχαιοῖς ὑπὲρ τε τῆς πρὸς Πτολεμαῖον συμμαχίας, καὶ τῶν δωρεῶν τῶν προτεινομένων αὐτοῖς ὑπὸ τῶν προειρημένων βασιλέων. (7) Παρουσία Κοίντου Καϊκιλίου, καὶ μέμφεις ὑπὲρ τῶν κατὰ Λακεδαίμονα διωκμένων.

(8) Ὡς Ἀρεὺς καὶ Ἀλκιβιάδης, ὄντες τῶν ἀρχαίων φυγάδων ἐκ Λακεδαίμονος, ἐπρέσβυσαν εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ κατηγορίαν ἐποιήσαντο Φιλοποίμενος καὶ τῶν Ἀχαιῶν.

(9) Ἡ γενομένη σφαγὴ διὰ Φιλίππου τοῦ βασιλέως ἐν Μαρωνείᾳ. Παρουσία πρεσβευτῶν ἐκ Ῥώμης, καὶ τὰ προσταχθέντα διὰ τούτων. Αἰτίαι, δι' ἃς ἐγένετο Ῥωμαίοις πρὸς Περσέᾳ πόλεμος.

V. Ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν καὶ μ' Ὀλυμπιάδα πρὸς ταῖς ῤ', παρουσία ἐγένετο πρεσβευτῶν Ῥωμαίων εἰς Κλείτορα, καὶ σύνοδος τῶν Ἀχαιῶν. (2) Καὶ οἱ ρηθέντες ὑπ' ἀμφοτέρων λόγοι περὶ τῶν κατὰ Λακεδαίμονα πραγμάτων, καὶ τὰ δόξαντα τοῖς Ἀχαιοῖς. Ταῦτα κεφαλαιωδῶς.

(II.) Ecloga XL de Legationibus.

VI. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἦγον εἰς τὴν Ῥώμην παρὰ τε τοῦ βασιλέως Εὐμένους πρεσβευταί, διασφυόντες τὸν ἐξοδισμὸν τοῦ Φιλίππου τῶν ἐπὶ Θράκης πόλεων. (2) καὶ παρὰ Μαρωνιτῶν οἱ φυγάδες, κατηγοροῦντες καὶ τὴν αἰτίαν ἀναφέροντες τῆς αὐτῶν ἐκπτώσεως ἐπὶ τὸν Φιλίππον. (3) ἅμα δὲ τούτοις Ἀθαμᾶνες, Περρᾶιβοι, Θετταλοὶ, φάσκοντες, κομίζεσθαι δεῖν αὐτοὺς τὰς πόλεις, ἃς παρεῖλετο Φιλίππος αὐτῶν κατὰ τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον. (4) Ἦγον δὲ καὶ παρὰ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις, πρὸς ἅπαντας τοὺς κατηγοροῦσαντας ἀπολογισόμενοι. (5) Γενομένων δὲ πλειόνων λόγων πᾶσι τοῖς προειρημένοις πρὸς τοὺς παρὰ τοῦ Φιλίππου πρεσβευτὰς, ἔδοξε τῇ συγκλήτῃ, παραυτίκα καταστήσασαι πρεσβεῖαν, τὴν ἐπισχευομένην τὰ κατὰ τὸν Φιλίππον, καὶ παρέξουσιν ἀσφάλειαν τοῖς βουλομένοις κατὰ πρόσωπον λέγειν τὸ φαινόμενον, καὶ κατηγορεῖν τοῦ βασιλέως. (6) Καὶ καταστάθηναι οἱ περὶ τὸν Κοῖντον Καϊκιλίον καὶ Μάρκον Βαίβιον καὶ Τιβέριον Σεμπρόνιον.

(Suidas in Αἰνῶι.)

(7) Συνέβαινε δὲ τοὺς Αἰνίους [καὶ τοὺς Μαρωνίτας] πάλαι μὲν στασιάζειν, προσφάτως δὲ ἀπονέμειν τοὺς μὲν πρὸς Εὐμένην, τοὺς δὲ πρὸς Μακεδονίαν.

(4) Alia controversia de urbibus Thracicis, cum legatis Eumenis et cum exulibus ex Maronea. Causa super his dicta Thessalonicae. Sententia lata a Caecilio ceterisque Romanis legatis.

(5) In Peloponnesum advenerunt legati a Ptolemaeo rege, et ab Eumene, et a Seleuco. (6) Decreta Achaeorum de societate Ptolemaei, et de donis quae ipsis oblata sunt a praedictis regibus. (7) Adventus (in Peloponnesum) Q. Caecili, et objurgatio propter ea quae Lacedaemone peracta sunt.

(8) Quomodo Areus et Alcibiades, ex eorum numero qui olim Lacedaemone fuerant puls, Romam susceperint legationem, et accusaverint Philopomenem et Achaeos.

(9) Caedes a Philippo rege edita Maroneae. Legatorum Romanorum adventus, et eorum mandata. Causae, propter quas Romanis bellum cum Perseo est exortum.

V. Olympiade cXLVIII Clitorem (in Arcadia) Romanorum legati venerunt; et concilium Achaeorum ibi habitum. (2) Dein sermones ab utraque parte habiti de rebus ad Lacedaemonem spectantibus. Tum decreta Achaeorum. Haec summatim.

(II.) Legationes Romam missae adversus Philippum.

VI. Circa eadem tempora Romam venerunt regis Eumenis legati, denunciantes expeditionem a Philippo adversus Thraciae oppida susceptam: (2) venerunt et Maronitarum exsules, eundem regem accusantes, et exsilii sui causam ad illum referentes. (3) Cum his praeterea erant Athamanes, Perrhaebi, Thessali, aequum esse dicentes, ut urbes reciperent, quas per Antiochici belli tempus ipsis ademisset Philippus. (4) Sed et Philippi legati venere, ut omnium illorum accusationibus responderent. (5) Quum autem multae habitae fuissent disceptationes inter oratores, quos diximus, et Philippi legatos; placuit senatui, extemplo legationem mittere, quae de Philippi rebus cognosceret, et securitatem omnibus praestaret, qui coram rege exposculare et eum incusare vellent. (6) Decreti autem sunt legati Q. Caecilius, et M. Baebius, et Tiberius Sempronius.

Discordia Aeniorum et Maronitarum.

(7) Acciderat nempe, ut Aenii [et Maronitae] jam pridem inter se dissiderent, nuper vero etiam alii ad Eumenis, alii ad Macedonum partes inclinerent.



## (III) Legatio XLI.

VII. Κατὰ τὴν Πελοπόννησον, ὡς μὲν, ἔτι Φιλοποίμενος στρατηγῶντος, εἰς τε τὴν Ῥώμην ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος ὑπὲρ τῆς Λακεδαιμονίων πόλεως, πρὸς τε τὸν βασιλέα Πτολεμαῖον τοὺς ἀνανεωσομένους τὴν προϋπάρχουσαν αὐτῷ συμμαχίαν, ἐδηλώσαμεν. (2) Κατὰ δὲ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον, Ἀρισταῖνου στρατηγῶντος, οἱ τε παρὰ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως πρέσβεις ἦλθον, ἐν Μεγαλοπόλει τῆς συνόδου τῶν Ἀχαιῶν ὑπαρχούσης. (3) ἐξαπεστάλκει δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς Εὐμένης πρεσβευτὰς, ἐπαγγελόμενος ἑκάτον καὶ εἰκοσι τάλαντα δώσειν τοῖς Ἀχαιοῖς, ἐφ' ᾧ, δανειζομένους τούτων, ἐκ τῶν τόκων μισθοδοτεῖσθαι τὴν βουλὴν τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ ταῖς κοιναῖς συνόδοις. (4) Ἦκον δὲ καὶ παρὰ Σελεύκου τοῦ βασιλέως πρεσβευταί, τὴν τε φιλίαν ἀνανεωσόμενοι, καὶ δεκαναίαν μακρῶν πλοίων ἐπαγγελλόμενοι δώσειν τοῖς Ἀχαιοῖς. (5) Ἐχούσης δὲ τῆς συνόδου πραγματικῶς, πρῶτοι παρῆλθον οἱ περὶ Νικόδημον τὸν Ἡλείον, καὶ τοὺς τε ῥηθέντας ἐν τῇ συγκλήτῃ λόγους ὑφ' αὐτῶν ὑπὲρ τῆς τῶν Λακεδαιμονίων πόλεως διῆλθον τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἀνέγνωσαν. (6) ἐξ ὧν ἦν λαμβάνειν ἐκδοχὴν, ὅτι δυσ-αρεστοῦνται μὲν καὶ τῇ τῶν τευχῶν καθαίρειν καὶ τῇ καταλῦσει τῶν ἐν τῷ Κομπασίῳ διαφθαρέντων· οὐ μὴν ἀκυρόν τι ποιεῖν. (7) Οὐδενὸς δ' οὗτ' ἀντειπόντος, οὔτε συνηγορήσαντος, οὔτω πως παρεπέμφθη. (8) Μετὰ δὲ τούτους ἐπῆλθον οἱ παρ' Εὐμένους πρέσβεις, καὶ τὴν τε συμμαχίαν τὴν πατρικὴν ἀνενέωσαντο, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν χρημάτων ἐπαγγελίαν διεσαφῆσαν τοῖς πολλοῖς. (9) Καὶ πλείω δὲ πρὸς ταύτας τὰς ὑποθέσεις διαλεχθέντες, καὶ μεγάλην εὖνοιαν καὶ φιланθρωπίαν τοῦ βασιλέως ἐμφάναντες πρὸς τὸ ἔθνος, κατέπαυσαν τὸν λόγον.

VIII. Μεθ' οὗς Ἀπολλωνίδας ὁ Σικυωνίος ἀναστὰς, κατὰ μὲν τὸ πλῆθος τῶν διδομένων χρημάτων ἀξίαν ἔφη τὴν δωρεὰν τῶν Ἀχαιῶν. (2) κατὰ δὲ τὴν προαίρεσιν τοῦ διδόντος καὶ τὴν χρεῖαν, εἰς ἣν δίδονται, πασῶν αἰσχίστην καὶ παρανομωτάτην. (3) Τῶν γὰρ νόμων κωλύοντων, μηδένα, μήτε ἰδιωτῶν, μήτε τῶν ἀρχόντων, παρὰ βασιλέως δῶρα λαμβάνειν κατὰ μὴδ' ὅποιαν πρόφασιν πάντας ἅμα δωροδοκεῖσθαι προφανῶς, προσδεξαμένους τὰ χρήματα, πάντων εἶναι παρανομώτατον, πρὸς δὲ τούτοις αἰσχίστον ὁμολογουμένως. (4) Τὸ γὰρ ὀφωνιάζεσθαι τὴν βουλὴν ὑπ' Εὐμένους καθ' ἑκάστον ἔτος, καὶ βουλευέσθαι περὶ τῶν κοινῶν, καταπεπωκότας οἰοῖναι δέλεαρ, πρόδηλον ἔχειν τὴν αἰσχύνην καὶ τὴν βλάβην. (5) Νῦν μὲν γὰρ Εὐμένη διδόναι χρήματα, μετὰ δὲ ταῦτα Ἱερουσίαν δώσειν, καὶ πάλιν Σέλευκον. (6) Τῶν δὲ πραγμάτων ἐναντίαν φύσιν ἔχοντων τοῖς τε βασιλεῦσιν καὶ ταῖς δημοκρατίαις, καὶ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων διαβουλιῶν αἰεὶ γιγνομένων περὶ τῶν πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἡμῖν διαφερόντων. (7) φανερώς ἀνάγκη, δοῖναι θάτερον, ἢ τὸ τῶν βασιλέων λυσίτελες ἐπιπροσθεῖν γίγνεσθαι τοῦ ἰδίου συμφέροντος, ἢ, τούτου μὴ συμβαίνοντος, ἀχαρίστους φαίνεσθαι πᾶσιν,

(III.) *Legationes regum ad Concilium Achæorum; et Q. Cæcilii legatio ad Achæos.*

VII. Quod ad res Peloponnesi attinet, jam diximus, gentem Achæorum, quando Philopœmenes erat prætor legatos Romam misisse de civitate Lacedæmoniorum, et ad Ptolemæum regem, qui veterem cum eo societatem renovarent. (2) Hoc vero tempore, prætore Achæorum Aristæno, redierunt, qui ad Ptolemæum missi fuerant, legati, cum Megalopoli Achæorum consilium haberetur. (3) Quo etiam Eumenes legatos miserat, centum et viginti talenta se Achæis daturum pollicens, hac lege, ut fœnore legitimo occupata ea summa, e redditibus alerentur qui in publicis conventibus ad concilium convenissent. (4) Præterea venerunt etiam Seleuci legati, cum renovandæ amicitiae, tum ut decem naves longas Achæis pollicerentur. (5) Quum igitur in consilio de rebus agi serio cœpisset; primus omnium est ingressus Nicodemus Eleus, qui habitos in Romano senatu sermones de Achæis super civitate Lacedæmoniorum concilio renunciavit : deinde responsum legit a Senatu datum, (6) ex quo intelligebatur, displicuisse quidem patribus et mœnia Spartzæ dejecta, et cædem eorum qui ad Compasium fuerant occisi : at nihil tamen eorum, quæ statuissent Achæi, irritum decrevisse senatum. (7) Nemine reperto, qui vel ad repugnandum, vel ad assentiendum verba faceret, silentio ea res est transmissa. (8) Secundum hac ingressi sunt legati Eumenis, et societatem, quæ patri ipsius fuerat cum Achæis, renovavit : de pecunia etiam pollicitationem regis multitudini aperuit. (9) Quamque in eam sententiam multa disseruissent, summamque regis benevolentiam et humanitatem erga Achæorum gentem palam fecissent, dicere desierunt.

VIII. Post hos surgit Apollonidas, Sicyonius : « et, pecuniam, quæ dono offerebatur, si magnitudo illius spectaretur, dignam quidem Achæis esse, dixit : (2) sin animus donantis, et usus in quem esset oblata, rem esse turpissimam et iniquissimam. (3) Nam quum legibus cautum esset, ne quis, sive privatus, sive in magistratu constitutus, dona a rege quacumque tandem ex causa caperet; iniquissimum facinus futurum, si, accepta ea pecunia, omnes palam acceptorum munerum rei essent futuri : ad hæc dubitare neminem posse, quin summum dedecus cum ea re esset conjunctum. (4) Nam quis non videat, et probrosum et noxium fore, si quotannis publicum concilium stipendia a rege Eumene acciperet, et ad deliberandum de publicis rebus, velat esca prius deglutita, accederent. (5) Nunc pecunias largi Eumenem; mox Prusiam largiturum; Seleucum deinde facturum idem. (6) Quum autem regum et liberarum civitatum res inter se natura sua pugnent, et plurimæ ac maximæ quæque consultationes nostræ sint de controversiis, quas habemus cum regibus; (7) duorum alterum manifestum necessarium erit, aut ut regum utilitatem nostris commodis anteponamus, aut, si aliter fecerimus, ut ingrati omnibus videamur, si iis nos opponamus, a quibus mercedem acci-

ἀντιπράττοντας τοῖς αὐτῶνμισθοδόταις. (8) Διό, μὴ μόνον ἀπείπασθαι, παρεκάλει τοὺς Ἀχαιοὺς, ἀλλὰ καὶ μισεῖν τὸν Εὐμένην, διὰ τὴν ἐπίνοιαν τῆς δόσεως. (9) Μετὰ δὲ τοῦτον ἀναστὰς Κάσανδρος Αἰγινήτης, ἀνέμνησε τοὺς Ἀχαιοὺς τῆς Αἰγινήτων ἀκληρίας, ἥ περιέπισσον διὰ τὸ μετὰ τῶν Ἀχαιῶν συμπολιτεύεσθαι, ὅτε Πόπλιος Σουλπίκιος, ἐπιπλεύσας τῷ στόλῳ, πάντας ἐξηνδραποδίσατο τοὺς ταλαιπώρους Αἰγινήτας. (10) ὑπὲρ ὧν διεσαφήςαμεν, τίνα τρόπον Αἰτωλοὶ, κύριοι γενόμενοι τῆς πόλεως κατὰ τὰς πρὸς Ῥωμαίους συνθήκας, Ἀττάλῳ παραδοίεν, τριάκοντα τάλαντα παρ' αὐτοῦ λαβόντες. (11) Ταῦτ' οὖν τιθεὶς τοῖς Ἀχαιοῖς πρὸ ὀφθαλμῶν, ἤξλου τὸν Εὐμένην, μὴ διάφορα προτείνοντα θηρεύειν τὴν τῶν Ἀχαιῶν εὐνοίαν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἀποδιδόντα τυγχάνειν πάντων τῶν φιλανθρώπων ἀναντιβρίτης. (12) Τοὺς δὲ Ἀχαιοὺς παρεκάλει, μὴ δέχεσθαι τοιαύτας δωρεάς, δι' ὧν φανήσονται καὶ τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας ἀφαιρούμενοι τῆς Αἰγινήτων σωτηρίας. (13) Τοιούτων δὲ γενομένων λόγων, ἐπὶ τοσοῦτον παρέστη τὸ πλῆθος, ὥστε μὴ τολμῆσαι μηδένα συνειπεῖν τῷ βασιλεῖ, πάντας δὲ μετὰ κραυγῆς ἐκβαλεῖν τὴν προτεινομένην δωρεάν, καίτοι δοκούσης αὐτῆς ἔχειν τι δυσαντοφθάμητον, διὰ τὸ πλῆθος τῶν προτεινομένων χρημάτων.

IX. Ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις εἰσῆλθῃ τὸ περὶ τοῦ Πτολεμαίου διαβούλιον. (3) ἐν ᾧ προκληθέντων τῶν ἀποσταλέντων πρεσβευτῶν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν πρὸς Πτολεμαῖον, προελθὼν Λυκόρτας μετὰ τῶν πρεσβευτῶν, ἀπελογίσατο πρῶτον μὲν, τίνα τρόπον καὶ δοίεν παρὰ τῶν Ἀχαιῶν καὶ λάβοιεν τοὺς ὄρκους ὑπὲρ τῆς συμμαχίας. (4) εἶτα, ὅτι κομίζοιεν δωρεάν κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς, ἑξακισχίλια μὲν ὅπλα χαλκᾷ πελταστικά, διακόσια δὲ τάλαντα νομίσματος ἐπισήμου χαλκοῦ. (5) πρὸς δὲ τοῦτοις ἐπῆνεσε τὸν βασιλέα, καὶ βραχεία περὶ τῆς εὐνοίας αὐτοῦ καὶ προθυμίας τῆς εἰς τὸ ἔθνος εἰπῶν, κατέστρεψε τὸν λόγον. (6) Ἐφ' οἷς ἀναστὰς ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς Ἀρίσταινος, ἤρετο τὸν τε παρὰ τοῦ Πτολεμαίου πρεσβευτὴν, καὶ τοὺς ἐξαπεσταλμένους ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὴν ἀνανέωσιν, ποῖαν ἔχε συμμαχίαν ἀνανεωσόμενος. (7) Οὐδενὸς δ' ἀποκριναμένου, πάντων δὲ διαλαλούντων πρὸς ἀλλήλους, πλήρες ἦν τὸ βουλευτήριον ἀπορίας. (8) Ἦν δὲ τὸ ποιοῦν τὴν ἀλογίαν, ὅτι, οὐσῶν καὶ πλειόνων συμμαχιῶν τοῖς Ἀχαιοῖς πρὸς τὴν Πτολεμαίου βασιλείαν, καὶ τούτων ἐχουσῶν μεγάλας διαφορὰς κατὰ τὰς τῶν καιρῶν περιστάσεις, (9) οὐθ' ὁ παρὰ τοῦ Πτολεμαίου πρεσβευτῆς οὐδεμίαν ἐποίησατο διαστολὴν, ὅτε ἀνενοῦτο, καθολικῶς δὲ περὶ τοῦ πράγματος ἐλάλησεν, οὐθ' οἱ πεμψθέντες πρέσβεις. (10) ἄλλ' ὥς, μίᾳς ὑπαρχούσης, αὐτοὶ τε τοὺς ὄρκους ἔδωκαν καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἔλαβον. (11) Ὅθεν προφερομένου τοῦ στρατηγοῦ πάσας τὰς συμμαχίας, καὶ κατὰ μέρος ἐν ἐκάστῃ διαστελλομένου, μεγάλης οὐσίας διαφορᾶς, ἐζητεῖ τὸ πλῆθος εἰδέναι, ποῖαν ἀνανεοῖτο συμμαχίαν. (12) Οὐ δυναμένου δὲ λόγον ὑπο-

pimus. (8) Hortari igitur Achæos, non solum ut munus recusent, verum etiam ut Eumenem, quod ei talis largitionis in mentem venerit, odio habeant. (9) Surrexit post hunc Cassander, Ægineta, et Achæis in memoriam revocat Æginetarum calamitatem, in quam propterea incidissent, quoniam concilii fuissent Achæorum. Publius Sulpicius classe Æginam venisse, et miseros Æginetas venum dedisse omnes. (10) Quibus de rebus nos locuti ante sumus, ostendimusque, quomodo Ætoli, urbis potiti ex pacto fœderis, quod illis erat cum Romanis, Attalo eam tradidissent, triginta talentis addictam. (11) Hæc ille postquam ob oculos posuit Achæis, oravit Eumenem, ut non pecuniarum largitione Achæorum benevolentiam vellet captare, sed urbem redderet, seque eo facto benevolentiae testimonia summo cunctorum consensu impetraturum confideret. (12) Ab Achæis vero petebat, ne ejusmodi admitterent dona, quæ spem salutis etiam in posterum Æginetis sint ademptura. » (13) Hac oratione adeo concitata est multitudo, ut causam regis tueri nemo auderet; sed cum clamore oblatam largitionem, etsi propter vim ostensæ pecuniæ supra modum blandientem, respuerent.

IX. Secundum hæc proposita est consultatio de Ptolemæo. (2) In qua quum provocati essent hi, qui ad Ptolemæum missi ab Achæis fuerant; in medium progressus Lycortas cum ceteris legatis, primum exposuit, quonam modo et præstitissent Achæorum nomine, et exegissent a rege, iurandum: (3) addidit deinde, attulisse se donum communi Achæorum, arma ænea ad peltastas instruendos sex millia, et pecuniæ signatæ æreæ talenta ducenta. (4) Post hæc regis laudes commemoravit: tum, ubi pauca de regis benevolentia et prompto animo erga gentem Achæorum disservisset finem dicendi fecit. (5) Surgens dein Aristæus, prætor Achæorum, et ab legato Ptolemæi, ab iis, qui renovando fœderi missi ab Achæis fuerant, sciscitatur, eequam societatem renovaturus venerit? Quum responderet nemo, et mutuo sese omnes interrogarent; magna in concilio exorta est dubitatio. (7) Oriebatur autem absurditas ex eo, quod, quum plura fuissent fœdera Achæis cum regibus Ptolemæi majoribus, quæ pro conditione temporum plurimum inter se differrent, (8) neque legatus Ptolemæi ullam fecerat distinctionem, cum fœdus renovaret; sed universe de negotio fuerat locutus, neque etiam illi, quos Achæi miserant; (9) verum quasi semel dumtaxat societatem pepigissent, iurandum simpliciter, nulla adhibita distinctione, et præstiterant ipsi, et acceperant a rege. (10) Itaque promente in medium prætore omnia priora fœdera, et singula distincte expendente; quoniam longe diversa illa erant, volebat multitudo cognoscere, eequod jam fœdus renovassent. (11) Id vero docere quum neque Philoœmenes pos-

σχεῖν, οὔτε τοῦ Φιλοποίμενος, δὲ ἐποιήσατο στρατηγῶν τὴν ἀνανέωσιν, οὔτε τῶν περὶ τὸν Λυκόρταν, τῶν πρεσβευσάντων εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. (12) οὗτοι μὲν ἐσχεδιακότες ἐφαίνοντο τοῖς κοινοῖς πράγμασιν, ὃ δ' Ἀρίσταινος μεγάλην ἐφελκετο φαντασίαν, ὡς μόνος εἰδώς, τί λέγει, καὶ τέλος οὐκ εἶασε κυρωθῆναι τὸ διαβούλιον, ἀλλ' εἰς ὑπέρθεσιν ἤγαγε διὰ τὴν προειρημένην ἀλογίαν. (13) Τῶν δὲ παρὰ τοῦ Σελεύκου πρέσβων εἰσελθόντων, ἔδοξε τοῖς Ἀχαιοῖς, τὴν μὲν φιλίαν ἀναεῶσασθαι πρὸς τὸν Σέλευκον, τὴν δὲ τῶν πλοίων δωρεὰν κατὰ τὸ παρὸν ἀπείπασθαι. (14) Καὶ τότε μὲν περὶ τούτων βουλευσάμενοι, διέλυσαν εἰς τὰς ἰδίας ἑκαστοὶ πόλεις.

X. Μετὰ δὲ ταῦτα, τῆς πανηγύρεως ἀμαζούσης, ἦλθε Κόϊντος Καικίλιος ἐκ Μακεδονίας, ἀνακάμπτων ἀπὸ τῆς πρεσβείας, ἥς ἐπρέσβευσε πρὸς Φιλίππον. (2) Καὶ συναγαγόντος Ἀρισταίνου τοῦ στρατηγοῦ τὰς ἀρχὰς εἰς τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν, εἰσελθὼν ὁ Κόϊντος ἐμίμφετο, φάσκων αὐτοὺς βαρύτερον καὶ πικρότερον τοῦ δέοντος κεχρῆσθαι τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ παρεκάλει διὰ πλειόνων διορθώσασθαι τὴν προγεγενημένην ἀγνοίαν. (3) Ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταινος εἶχε τὴν ἡσυχίαν, δῆλος ὢν ἐξ αὐτοῦ τοῦ σιωπᾶν, ὅτι δυσαρεστεῖται τοῖς ὠκονομημένοις, καὶ συνευδοκεῖ τοῖς ὑπὸ Καικιλίου λεγόμενοις. (4) Ὁ δὲ Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης, ἀνθρωπος στρατιωτικώτερος, ἢ πολιτικώτερος, ἀναστὰς οὐχ ὅσον ἀπελογήθη τι περὶ τῶν Ἀχαιῶν ἀλλὰ καὶ προσυπέδειξε τῷ Καικιλίῳ διὰ τὴν πρὸς τὸν Φιλοποίμενα παρατριβὴν, ἔτερον ἐγκλημα κατὰ τῶν Ἀχαιῶν. (5) Ἐφη γάρ, οὐ μόνον τὰ κατὰ Λακεδαίμονα χειρίσθαι κακῶς, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ Μεσσηνίαν. (6) Ἦσαν δὲ περὶ τῶν φυγαδικῶν τοῖς Μεσσηνίοις ἀντιρρήσεις τινὲς πρὸς ἀλλήλους περὶ τὸ τοῦ Τίτου διάγραμμα, καὶ τὴν τοῦ Φιλοποίμενος διόρθωσιν. (7) ὅθεν ὁ Καικίλιος, δοκῶν ἔχειν καὶ τῶν Ἀχαιῶν αὐτῶν τινὰς δημογνόμους, μάλλον ἡγανάκτηε τῷ μὴ κατακολουθεῖν ἐτοίμως τοῖς ὑπ' αὐτοῦ παρακαλουμένοις τοὺς συνεληλυθότας. (8) Τοῦ δὲ Φιλοποίμενος καὶ Λυκόρτα, σὺν δὲ τούτοις Ἀρχωνος, πολλοὺς καὶ ποικίλους διαθεμένων λόγους, ὑπὲρ τοῦ καλῶς μὲν διωκῆσθαι τὰ κατὰ τὴν Σπάρτην, καὶ συμφερόντως αὐτοῖς μάλιστα τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἀδύνατον δ' εἶναι τὸ κινήσαι τι τῶν ὑποκειμένων, ἀνευ τοῦ παραδῆναι καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαια, καὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια. (9) μένειν ἔδοξε τοῖς παροῦσιν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, καὶ ταύτην δοῦναι τῷ πρεσβευτῇ τὴν ἀπόκρισιν. (10) Ὁ δὲ Καικίλιος, ὁρῶν τὴν τούτων προαίρεσιν, ἤξiou τοὺς πολλοὺς αὐτῷ συναγαγεῖν εἰς ἐκκλησίαν. (11) Οἱ δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἀρχοντες ἐκέλευον αὐτὸν δεῖξαι τὰς ἐντολάς, αἷ εἶχε παρὰ τῆς συγκλήτου περὶ τούτων. Τοῦ δὲ παρασιωπῶντος, οὐκ ἔφασαν αὐτῷ συνάξειν τὴν ἐκκλησίαν. (12) Τοὺς γὰρ νόμους οὐκ ἔβλ, ἐὰν μὴ φέρῃ τὴν ἔγγραφτα παρὰ τῆς συγκλήτου, περὶ ὧν οὐκ εἶται δεῖν συναγεῖν. (13) Ὁ δὲ Καικίλιος ἐπὶ τούτῳ ὠργίσθη, διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτῷ

set, qui prætor renovandi fœderis fuerat auctor, neque Lycortas, ceterive legati, qui Alexandriam iverant; (12) hi quidem temere atque inconsiderate rem gessisse publicam existimali sunt; Aristæus vero opinionem magnam inde retulit, ut qui solus iudicio uteretur: ac tandem nullum decretum super ea consultatione fieri est passus, sed ampliandam illam quæstionem censuit, propter prædictam absurditatem. (13) Ingressis postea Seleuci legatis, placuit Achæis, amicitiam quidem cum rege Seleuco renovare, sed navium, quas donabat, munus in præsentia non accipere. (14). His ita tum constitutis, in suam quisque patriam soluto conventu discesserunt.

X. Postea vero, quo tempore celebrabantur [Nemeorum] solennia, venit Q. Cæcilius, revertens ex Macedonia a legatione, quam ad Philippum obierat. (2) Postquam igitur Aristæus prætor principes Achæorum in Argivorum urbem convocasset, ingreditur Cæcilius, et objurgat eos; dicens, Lacedæmonios durius et asperius, quam par esset, fuisse tractatos: multis dein monet, culpam ut emendarent. (3) Ad hæc illius verba Aristæus silentium tenuit; eo ipso, quod taceret, palam faciens, displicere sibi, quæ facta essent, et orationem Cæcillii ipsi probari. (4) Diophanes vero Megalopolitanus, homo militaris vitæ quam civilis majorem usum habens, non solum non excusavit factum illud Achæorum; verum etiam, propter simultatem, quam cum Philopœmene exercebat, aliam Achæorum indicavit criminationem. (5) Dixit enim, non solum Lacedæmonios male fuisse tractatos; sed etiam cum Messeniis inique esse actum. (6) Erant autem Messeniis quædam inter ipsos controversiæ circa Titi decretum super iis qui ab exilio fuerant revocati, et circa moderationem quam ei decreto Philopœmenes adhibuerat. (7) Cæcilius igitur, qui Achæorum nonnullos secum sentire animadverteret, eo gravius indignari, quod in sententiam, quam ipse dixerat, universum concilium non statim pedibus iret. (8) Sed quum multis variisque rationibus Philopœmenes et Lycortas, et simul cum his Archo, demonstrassent, recte omnia, quæ ad Lacedæmonios pertinerent fuisse administrata, atque ex ipsorum imprimis Lacedæmoniorum utilitate; neque posse quidquam eorum, quæ facta essent, mutari, quin omnia humana divinaque jura violarentur; (9) visum est concilio, nihil moveri oportere, et in hanc sententiam legato dandum responsum. (10) Cæcilius, horum intellecta voluntate, postulat, ut concilium gentis Achæorum sibi detur. (11) Tum vero principes Achæorum ab eo petunt, scripta mandata ederet, quæ de ea re accepisset a senatu. Qui quum taceret; negare illi, se concionem multitudinis convocaturus: (12) neque enim per leges id prius licere, quam edita essent Senatus mandata scripto comprehensa de iis rebus, quarum causa postuletur concilium. (13) Cæcilius in tantam exarsit iram, quod nullum suorum postulatores admitti

συγχεῖσθαι τῶν ἀξιουμένων, ὥστ' οὐδὲ τὴν ἀπόκρισιν ἡδουλῆθαι δέξασθαι παρὰ τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' ἀναπόκριτος ἀπῆλθεν. (14) Οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὴν αἰτίαν ἀνέφερον καὶ τῆς πρότερον παρουσίας τῆς Μάρκου τοῦ Φιλοῦλου, καὶ τῆς τότε τῶν περὶ τὸν Καικίλιον, ἐπὶ τὸν Ἀρίσταινον καὶ τὸν Διοφάντην, ὡς τούτους ἀντισπασαμένους διὰ τὴν ἀντιπολιτεῖαν τὴν πρὸς τὸν Φιλοποίμενα· (15) καὶ τις ἦν ὑποψία τῶν πολλῶν πρὸς τοὺς προειρημένους ἄνδρας. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Πελοπόννησον ἐν τούτοις ἦν.

[X. α. Ὅτι Φιλοποίμην πρὸς Ἀρχῶνα τὸν στρατηγὸν λόγους τισὶ διεφέρετο· ὁ μὲν οὖν Φιλοποίμην εὐδοκῆσας ἐκ τοῦ καιροῦ τοῖς λεγομένοις, καὶ μεταγνοὺς ἐπῆναι τὸν Ἀρχῶνα φιλοφρόνας, ὡς ἐντρεχῶς καὶ πανούργως τῷ καιρῷ κεχρημένον. (2) Ἐμοὶ γέ μὴν, φησὶ ΠΟΛΥΒΙΟΣ, οὔτε τότε παρόντι τὸ βῆθ' ἐν ἐρέστῃ, ὥστ' ἐπαινοῦντά τινα κακῶς ἅμα ποιεῖν, οὔτε μετὰ ταῦτα τῆς ἡλικίας προδαινύσης· (3) πολὺ γὰρ δὴ τι μοι δοκεῖ κεχωρίσθαι κατὰ τὴν αἴρεσιν ὁ πραγματικὸς ἄνθρωπος τοῦ κακοπράγμονος, καὶ παραπλησίαν ἔχειν διαφοράν τῷ κακέντρεχ' πρὸς τὸν ἐντρεχῆ· ὁ μὲν γάρ ἐστι κάλλιστα τῶν ὄντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁ δὲ τούναντιον· ἀλλὰ διὰ τὴν νῦν ἐπιπολάζουσαν ἀκρισίαν βραχείας ἔχοντα κοινότητα τὰ προειρημένα τῆς αὐτῆς ἐπιστημῆς καὶ ζήλου τυγχάνει παρὰ τοῖς ἀνθρώποις.]

#### (IV.) Legatio XLII.

XI. Τῶν περὶ τὸν Καικίλιον ἀνακεχωρηκότων ἐκ τῆς Ἑλλάδος, καὶ διασεσφαρηκότων τῇ συγκλήτῃ περὶ τῶν κατὰ Μακεδονίαν καὶ τῶν κατὰ Πελοπόννησον, εἰσῆγον εἰς τὴν σύγκλητον τοὺς περὶ τούτων γενομένους πρεσβευτάς. (2) Εἰσελθόντων δὲ πρῶτον τῶν παρὰ τοῦ Φιλίππου καὶ παρ' Εὐμέρους, ἐτι δὲ τῶν ἐξ Αἰνίου καὶ Μαρωνείας φυγάδων, καὶ ποιησαμένων τοὺς λόγους ἀκολουθῶς τοῖς ἐν Θετταλονίᾳ βῆθ' ἐπὶ τῶν περὶ τὸν Καικίλιον· (3) ἔδοξε τῇ συγκλήτῃ, πέμπειν ἄλλιν ἄλλους πρεσβευτάς πρὸς τὸν Φίλιππον, τοὺς ἐπισκεψομένους, πρῶτον μὲν, εἰ παρακεχώρηκε τῶν ἐν Πεῤῥαίβιᾳ πόλεων κατὰ τὴν τῶν περὶ τὸν Καικίλιον ἀπόκρισιν· (4) εἴτα τοὺς ἐπιτάξοντας αὐτῷ τὰς φρουρὰς ἐξάγειν ἐξ Αἰνίου καὶ Μαρωνείας, καὶ συλλήδδην ἀποβαίνειν ἀπὸ τῶν παραθαλαττίων τῆς Θράκης ἐρυμάτων καὶ τόπων καὶ πόλεων. (5) Μετὰ δὲ τούτους εἰσῆγον τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου παραγεγονότας. (6) Οἱ γὰρ Ἀχαιοὶ πρεσβευτὰς ἀπεστάλκεισαν τοὺς περὶ Ἀπολλωνίδαν τὸν Σικυώνιον, δικαιολογησομένους πρὸς τὸν Καικίλιον ὑπὲρ τοῦ μὴ λαβεῖν αὐτὸν ἀπόκρισιν, καὶ καθόλου διδάζοντας ὑπὲρ τῶν κατὰ Λακεδαίμονα πραγμάτων (7) Ἐκ τε τῆς Σπάρτης Ἀρεὺς καὶ Ἀλκιβιάδης ἐπρέσβευσαν· οὗτοι δὲ ἦσαν τῶν ἀρχαίων φυγάδων, τῶν ὑπὸ τοῦ Φιλοποίμενος καὶ τῶν Ἀχαιῶν νεωστὶ κατηγμένων εἰς

videret, ut ne responsum quidem accipere a principibus Achæorum vulerit, sed sine responso abierit. (14) Achæi vero causam et superioris adventus M. Fulvii, et nunc Q. Cæcilii, referebant ad Aristænum et Diophanem: hos enim, quod in republica dissiderent a Philopoemene, istos sibi adjunxisse quos ei opposerent. (15) Et erant vulgo apud multitudinem Aristænus et Diophanes suspecti. Hæc igitur tum in Peloponneso gerebantur

X. α. Philopoemen primo quidem ab Archone duce in sententia quadam dicenda discrepabat: mox pro tempore Philopoemen Archonis dictis acquievit, cœpitque e contrario Archonem benevole collaudare, ceu callide solerterque occasione utentem. (2) Mihi vero, inquit Polybius, neque tunc præsentia ea dicta placebant, nempe ut laudans quispiam male simul laudato faciat; neque nunc etiam ætate maturiore rem talem probo. (3) Animi quippe habitu magnopere mihi differre videtur vir pragmaticus a malefico atque eodem fere modo discrepare vir solers a malitioso: quorum primus, ut breviter dicam, optimus in rerum natura est; secundus, omne contra est. (4) Sed propter perversitatem iudicii nostris temporibus, ea, quæ diximus, etsi dissimillima sunt, eodem tamen pretio et honore apud homines habentur.

#### (IV.) Novæ Legationes Romæ missæ in causa Philippi, tum Achæorum et Lacedæmoniorum.

XI. Cum Q. Cæcilius ceterique legati e Græcia discessissent, ac de statu Macedoniæ et Peloponnesi retulissent ad senatum, legatos, qui de illis rebus aderant, in senatum introduxerunt. (2) Et quum essent ingressi primo legati Philippi et Eumenis, deinde Æni et Maroneæ exsules, atque ea iterassent, quæ Thessaloniciæ prius dixerant apud Cæcilium et reliquos legatos: (3) Patres alios rursus legatos ad Philippum decreverunt, qui viderent, excessisset ne oppidis Perrhæbiæ, sicut Cæcilius et ceteri legati pronunciaverant; (4) juberentque, ut ab Æno et Maronea præsidia deduceret; et ompino, ut omnibus maritimæ oræ in Thracia castellis, locis, urbibus excederet. (5) Post hos, introducti sunt qui e Peloponneso venerant. (6) Nam et Achæi legatos Apollonidam Sicyonium miserant, ut Cæcilio, quod nullum responsum accepisset, rationem redderet, et omnino patres edoceret de rebus Lacedæmone gestis. (7) Etiam e Sparta Areus et Alcibiades legati Romam venerant. Ex antiquis exsulis isti erant, quos re-

τὴν οἰκεῖαν. (88) Ὁ καὶ μάλιστα τοὺς Ἀχαιοὺς εἰς ὀργὴν ἤγε, τῷ δοκεῖν, μεγάλης οὐσίας καὶ προσφάτου τῆς εἰς τοὺς φυγάδας εὐεργεσίας, ἐξαυτῆς ἐπὶ τοσοῦτον ἀχαριστεῖσθαι παρ' αὐτοῖς, ὥστε καὶ καταπρεσβεῖν, καὶ κατηγορίαν ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς κρατοῦντας τῶν ἀνελπίστως αὐτοὺς σωσάντων, καὶ καταγαγόντων εἰς τὴν πατρίδα.

XII. Ποιησαμένων δὲ καὶ τούτων πρὸς ἀλλήλους ἐκ συγκαταθέσεως τὴν δικαιολογίαν, καὶ διδασκόντων τὴν σύγκλητον, τῶν μὲν περὶ τὸν Ἀπολλωνίδαν τὸν Σικυώνιον, ὡς οὐκ ἂν δυνατόν εἴη τὸ παράπαν ἄμεινον χειρισθῆναι τὰ κατὰ τὴν Σπάρτην, ἣ νῦν χειρίζεται διὰ τῶν Ἀχαιῶν καὶ διὰ Φιλοποίμενος· (2) τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀρεῖα τάναντία πειρωμένων λέγειν, καὶ φασκόντων, πρῶτον μὲν καταλεῦσθαι τὴν τῆς πόλεως δύναμιν, ἐξηγμένου τοῦ πλήθους μετὰ βίας, εἴτ' οὖν αὐτοῖς ἐπιστραλῇ καὶ ἀπαρβήσιαστον καταλείπεσθαι τὴν πολιτείαν· (3) ἐπιστραλῇ μὲν ὀλίγοις οὔσι, καὶ τούτοις τῶν τειχῶν περιηρημένων· ἀπαρβήσιαστον δὲ, διὰ τὸ μὴ μόνον τοῖς κοινοῖς δόγμασι τῶν Ἀχαιῶν πειθαρχεῖν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἰδίαν ὑπηρετεῖν τοῖς αἰεὶ καθισταμένοις ἄρχουσι· (4) διακούσασα δὲ τούτων ἡ σύγκλητος, ἔκρινε, τοῖς αὐτοῖς πρεσβευταῖς δοῦναι καὶ περὶ τούτων ἐντολάς, καὶ κατέστησε πρεσβευτὰς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, τοὺς περὶ Ἀππίον Κλαύδιον. (5) Ἀπελογήθησαν δὲ καὶ πρὸς τὸν Καικίλιον ὑπὲρ τῶν ἀρχόντων οἱ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν πρέσβεις ἐν τῇ συγκλήτῳ, φάσκοντες, οὐδὲν ἀδικεῖν αὐτοὺς, οὐδ' ἀξίους ἐκκληήματος ὑπάρχειν, ἐπὶ τῷ μὴ συνάγειν τὴν ἐκκλησίαν· (6) νόμον γὰρ εἶναι παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς, μὴ συγκαλεῖν τοὺς πολλοὺς, ἐὰν μὴ περὶ συμμαχίας ἢ πολέμου δέῃ γίνεσθαι διαβούλιον, ἢ παρὰ συγκλήτου τις ἐνέγκῃ γράμματα. (7) Διὸ καὶ δικαίως τότε βουλευσάσθαι μὲν τοὺς ἄρχοντας συγκαλεῖν τοὺς Ἀχαιοὺς εἰς ἐκκλησίαν· κωλύεσθαι δ' ὑπὸ τῶν νόμων, διὰ τὸ μῆτε γράμματα φέρειν αὐτὸν παρὰ συγκλήτου, μῆτε τὰς ἐντολάς ἐγγράπτους ἐθέλειν δοῦναι τοῖς ἀρχουσιν. (8) Ὡν ῥηθέντων, ἀναστὰς Καικίλιος, τῶν τε περὶ τὸν Φιλοποίμενα καὶ Λυκόρταν κατηγορήσας, καὶ καθόλου τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τῆς οἰκονομίας, ἣ περὶ τῆς τῶν Λακεδαιμονίων ἐχέρητο πόλεως. (9) Ἡ δὲ σύγκλητος διακούσασα τῶν λεγομένων, ἔδωκε τοῖς Ἀχαιοῖς ἀπόκρισιν, ὅτι περὶ μὲν τῶν κατὰ Λακεδαίμονα πέμψει τοὺς ἐπισκεψομένους· (10) τοῖς δὲ πρεσβευταῖς τοῖς αἰεὶ παρ' ἐαυτῶν ἐκπεμπομένοις παρήνει προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ καταδοχὴν ποιεῖσθαι τὴν ἀρμόζουσαν, καθάπερ καὶ Ῥωμαῖοι ποιοῦνται τῶν παραγινομένων πρὸς αὐτοὺς πρεσβευτῶν.

(V.) Legatio XLIV.

XIII. Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, διαπεμφαμένων πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς Ῥώμης τῶν ἰδίων πρεσβευτῶν, καὶ δηλούντων, ὅτι δεήσει κατ' ἀνάγκην ἀποβαίνειν ἀπὸ τῶν ἐπὶ Θράκης πόλεων· (1) πυθόμενος ταῦτα, καὶ βαρέως φέρων, ἐπὶ τῷ δοκεῖν πανταχόθεν αὐτοῦ περιτέμνεσθαι

cens Philopœmenes et Achæi in patriam restituerant. (8) Quæ præcipue res iram Achæorum accendit, quod, quum tanto tamque recenti beneficio ab Achæis hi exules fuissent affecti, adeo ingrati in ipsos repente exstitisent, ut legationem adversus gentem Achæorum susciperent, et infesta jam oratione apud rerum dominos accusarent illos, a quibus præter spem servati et in patriam reducti fuissent.

XII. Quum igitur et hi utrimque legati ex mutuo consensu causam suam adversus se invicem coram dixissent; et hinc Apollonidas Sicyonius persuadere senatui contendisset, non potuisse ullo modo melius res Spartæ administrari, quam factum esset ab Achæis et Philopœmene; (2) hinc Areus contrarium demonstrare esset conatus, dixissetque, primum exhaustas esse vires civitatis, abducta per vim plebe; deinde sibi et periculoso loco versantem et libertate exutam remp. esse relictam; (3) nempe periculoso loco versantem, utpote ad paucos redactam, et hos muris nudatos; libertate vero exutam, ut quæ non solum publicis decretis Achæorum parere, sed etiam sigillatim prætoribus illorum semper ancillari cogeretur: (4) his auditis, placuit Patribus, ut de his quoque rebus iisdem legatis darentur mandata. Decreta autem est legatio in Græciam, cuius princeps Appius Claudius fuit. (5) Tum vero etiam Cæcilius in senatu responderunt legati Achæorum pro suæ gentis principibus: dicentes, nihil eos peccasse, neque jure accusari posse, quod concilium populi non convocassent. (6) Lege enim cautum apud Achæos esse, ne concilium liceret iudicare aliter, quam si de societate aut de bello foret deliberandum, aut si literas a senatu aliquis afferret. (7) Merito igitur tunc principes Achæorum consultasse quidem de convocanda multitudine, sed id quominus facerent, per leges stetisse, quoniam neque literas senatus attulisset Cæcilius, neque mandata scripta principibus dare voluisset. (8) Post hæc verba surgit Cæcilius, et Philopœmenem ac Lycortam accusat, et omnino Achæos, atque rationem qua usi erant in rebus Lacedæmoniorum componendis. (9) Senatus, omnibus auditis, quæ dicta fuerant, responsum Achæis dedit, missurum se legatos ad visendum, quomodo cum Lacedæmonii esset actum. (10) Monuit vero, ut populi Romani legatos, qui in Græciam mitterentur, semper observarent, et quanto par esset cum honore suscipere, sicut Romani facerent in iis, qui ad ipsos venirent.

(V.) Appii Claudii legatio ad Philippum et in Cretam.

XIII. Rex Philippus, a suis legatis, qui Romæ erant, permissos in id ipsum certior factus, fore illi necessario cedendum civitatibus Thraciæ, (2) ægre nuncium illum ferens, quod regni fines undiquaque imminui sibi cerneret, in iis

τὴν ἀρχὴν, ἐναπηρέισατο τὴν ὁργὴν εἰς τοὺς ταιλαιπώρους Μαρωνίτας. (3) Μεταπεμφάμενος γὰρ Ὀνόμαστον τὸν ἐπὶ Θράκης τεταγμένον, ἐκοινολογήθη τούτῳ περὶ τῆς πράξεως. (4) Ὁ δ' Ὀνόμαστος ἀναχωρήσας εἰσαπέστειλε Κάσανδρον εἰς Μαρωνίαν, συνήθη τοῖς πολλοῖς ὑπάρχοντα, διὰ τὸ ποιῆσθαι τὸν πλεῖον χρόνον ἐκεῖ τὴν διατριβήν. (5) Ἄτε τοῦ Φιλίππου πάλοι τοὺς αὐλικούς ἐγκαθεικότος εἰς τὰς πόλεις ταύτας, καὶ συνήθεις πεποιχότος τοὺς ἐγχωρίους ταῖς τούτων παρπιδημαῖς. (6) Μετὰ δὲ τινὰς ἡμέρας, ἐτοιμασθέντων τῶν Θρακῶν, καὶ τούτων ἐπεισελθόντων διὰ τοῦ Κάσανδρου νυκτὸς, ἐγένετο μεγάλη σφαγὴ, καὶ πολλοὶ τῶν Μαρωνιτῶν ἀπέθανον. (7) Κολασάμενος δὲ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τοὺς ἀντιπράττοντας ὁ Φίλιππος, καὶ πληρώσας τὸν ἴδιον θυμὸν, ἐκαπαδόκει τὴν τῶν πρεσβευτῶν παρουσίαν, πεπεισμένος, μηδένα τολμήσειν κατηγορήσειν αὐτοῦ διὰ τὸν φόβον. (8) Μετὰ δὲ τινὰ χρόνον παραγενομένων τῶν περὶ τὸν Ἀππίον, καὶ ταχέως πυθόμενων τὰ γεγονότα κατὰ τὴν Μαρωνίαν, καὶ πικρῶς τῷ Φιλίππῳ μεμφιμοιρούντων ἐπὶ τούτοις, ἐβούλετο μὲν ἀπολογεῖσθαι. (9) φάσκων, μὴ κεκοινωνηκέναι τῆς παρανομίας, ἀλλ' αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς στασιάζοντας Μαρωνίτας, καὶ τοὺς μὲν ἀποκλίνοντας πρὸς Εὐμένην κατὰ τὴν εὐνοίαν, τοὺς δὲ πρὸς ἑαυτὸν, εἰς ταύτην ἐκπεπτωκέναι τὴν ἀτυχίαν. (10) Καλεῖν δ' ἐκέλευε κατὰ πρόσωπον, εἴ τις αὐτοῦ κατηγορεῖ. (11) Τούτῳ δ' ἐποίησε, πεπεισμένος, μηδένα τολμήσειν διὰ τὸν φόβον, τῷ δοκεῖν, τὴν μὲν ἐκ Φιλίππου τιμωρίαν ἐκ χειρὸς ἔσσεσθαι τοῖς ἀντιπράξασιν, τὴν δὲ Ῥωμαίων ἐπικουρίαν μακρὰν ἀφεστάναι. (12) Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀππίον οὐ φασκόντων προσδεῖσθαι δικαιολογίας, σαφῶς γὰρ εἰδέναι τὰ γεγονότα καὶ τὸν αἴτιον τούτων, εἰς ἀπορίαν ἐνέπιπτεν ὁ Φίλιππος. (13) Καὶ τὴν μὲν πρώτην ἐντεύξιν ἄχρι τούτου προβάντες ἔλυταν.

XIV. Κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν οἱ περὶ τὸν Ἀππίον πέμπειν ἐπέταττον τῷ Φιλίππῳ τὸν Ὀνόμαστον καὶ τὸν Κάσανδρον ἐξαυτῆς εἰς τὴν Ῥώμην, ἵνα πύθῃται ἡ σύγκλητος περὶ τῶν γεγονότων. (2) Ὁ δὲ βασιλεὺς, διατραπεὶς ὡς ἐνὶ μάλιστα, καὶ ἀπορήσας ἐπὶ πολλὸν χρόνον, τὸν μὲν Κάσανδρον ἔφη πέμψειν, τὸν αὐθέντην γεγονότα τῆς πράξεως, ὡς ἐκεῖνοί φασι, ἵνα πύθῃται παρὰ τούτου τῆς ἀληθείας ἡ σύγκλητος. (3) Τὸν δ' Ὀνόμαστον ἐξηρεῖτο, καὶ παρ' αὐτὰ, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς πρεσβευταῖς ἐντυγχάνων ἀφορμὴ μὲν Ῥώμιος, τῷ μὴ οἶον ἐν τῇ Μαρωνίᾳ παραγεγενῆσθαι τὸν Ὀνόμαστον κατὰ τὸν τῆς σφαγῆς καιρὸν, ἀλλὰ μὴδ' ἐπὶ τῶν συνεγγυς τόπων γεγονέναι. (4) τῇ δὲ ἀληθείᾳ, δεδιὼς, μὴ παραγενηθεὶς εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ πολλῶν ἔργων αὐτῷ κεκοινωνηκῶς τοιούτων, οὐ μόνον τὰ κατὰ τοὺς Μαρωνίτας, ἀλλὰ καὶ τὰλλα πάντα διασαφήσῃ τοῖς Ῥωμαίοις. (5) Καὶ τέλος τὸν μὲν Ὀνόμαστον ἐξέλειπε τὸν δὲ Κάσανδρον μετὰ τὸ τοὺς πρεσβευτὰς ἀπελθεῖν ἀποστείλας, καὶ παραπέμψας ἕως Ἡπείρου, φαρμάκῳ διέφθειρεν. (6) Οἱ δὲ περὶ τὸν

seros Maronitas iram effudit. (3) Onomasto enim (is Thraciae praefectus erat) ad se venire jussu, de suo incepto egit cum ipso. (4) Qui ut in Thraciam rediit, Casandrum in urbem Maroneam misit, vulgo omnibus ibi notum ac familiarem, quod ut plurimum eo loci habitaret. (5) Pridem enim Philippus aulicos suos in illis urbibus locaverat, effeceratque, ut consuetus et familiaris esset indigenis regionum ministrorum ad se adventus. (6) Post paucos vero dies, ubi parati erant Thraeces, iis per Casandrum nocte intromisit, sit caedes ingens, multique Maronitarum pereunt. (7) Philippus, hoc modo punitis, qui suae parti adversabantur, exsatiata ira, legatorum adventum expectabat, nihil dubitans, percussis omnibus terrore, neminem hiscere adversus se ausurum. (8) Non multo post veniunt Appius et ejusdem legationis socii. Qui, re statim cognita, cum graviter eo nomine cum Philippo expostularent; ille enim vero purgare se velle, (9) et ad se haud pertinere tantum scelus contendere, verum ad cives ipsos Maronitas, qui seditione inter se dimicassent: quorum alii quum ad Eumenem suis voluntatibus inclinarent, alii ad se, ex ea contentione in illam incidisse calamitatem. (10) Denique si quis se accusare vellet, eum jubebat vocari, ut coram id faceret. (11) Hoc autem ille faciebat, persuasus neminem praeter metu prodire ausurum; propterea quod adversantibus paratum a Philippo supplicium, praesidium vero a Romanis longe erat abfuturum. (12) Negante Appio, excusatione opus esse, scire enim se certo, quae facta essent et quo auctore, coepit Philippo aqua haerere. (13) Ac primo quidem congressu hactenus productum colloquium, deinde discessum est.

XIV. Sequentie die Appius jubet Philippum, ut Onomastum et Casandrum Romam sine mora mitteret, de iis quae acciderant a patribus interrogandos. (2) Ea voce Philippus perturbari quam vehementissime, ut per diu, quid consiliiceret, animi dubius nesciret. Deinde, Casandrum quidem se missurum, respondet, a quo scelus esset patratum, ut quidem ipsi dicerent, quo possent Patres rei veritatem ex eo cognoscere. (3) At Onomastum et tum statim, et quoties postea cum legatis est locutus, semper exceptit; eo utens praetextu, quod caedis illius tempore non modo Maroneae ille, sed ne in regione quidem propinqua fuisset: (4) vera autem causa erat, quod metueret, ne, si Romam Onomastus veniret, quem multorum talium facinorum ministrum et conscium habebat, is non solum in Maronitas admissum scelus, sed etiam alia omnia Romanis indicaret. (5) Tandem, Onomasto quaestioni exempto, Casandrum cum legatis proficisci jussu, missis, qui Epirum usque eum prosequerentur, veneno sustulit. (6) Legati a Philippo ita

Ἄππιον, κατεγνωκότες τοῦ Φιλίππου καὶ περὶ τῆς εἰς τοὺς Μαρωνίτας παρανομίας, καὶ περὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἀλλοτριότητος, τοιαύτας ἔχοντες διαλήψεις ἐγωρίσθησαν. (7) Ὁ δὲ βασιλεὺς γενόμενος καθ' ἑαυτὸν, καὶ συμμεταδούς τῶν φίλων Ἀπελλεῖ καὶ Φιλοκλεῖ περὶ τῶν ἐνεστώτων, ἐγὼν σαφῶς ἐπὶ τὸ πολὺ προβεβηκυῖαν αὐτοῦ τὴν πρὸς Ῥωμαίους διαφορὰν, καὶ ταύτην οὐκ ἔτι λανθάνουσαν, ἀλλὰ καταφανῆ τοῖς πλείστοις οὖσαν. (8) Καθόλου μὲν οὖν πρόθυμος ἦν εἰς τὸ κατὰ πάντα τρόπον ἀμύνασθαι καὶ μετελθεῖν αὐτούς· πρὸς ἕνα δὲ τῶν ἐπινοουμένων ἀπόχειρος ὢν, ἐπεβάλετο, πῶς ἂν ἔτι γένοιτό τις ἀναστροφή, καὶ λάβοι χρόνον πρὸς τὰς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευάς. (9) Ἐδοξεν οὖν αὐτῷ τὸν νεώτατον υἱὸν Δημήτριον πέμπειν εἰς τὴν Ῥώμην, τὰ μὲν ἀπολογησόμενον ὑπὲρ τῶν ἐγκαλουμένων, τὰ δὲ καὶ παραιτησόμενον, εἰ καὶ τις ἄγνοια ἐγεγόνει περὶ αὐτόν. (10) Πᾶν γὰρ ἐπέπειστο, διὰ τούτου πᾶν τὸ προτεθὲν ἀνύεσθαι παρὰ τῆς συγχλήτου, διὰ τὴν ὑπεροχὴν τὴν γεγενημένην τοῦ νεανίσκου κατὰ τὴν δμῆρειαν. (11) Ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, ἅμα μὲν ἐγγίγνετο περὶ τὴν ἐκπομπὴν τούτου, καὶ τῶν ἅμα τούτῳ συνεξαποσταλησομένων φίλων. (12) ἅμα δὲ τοῖς Βυζαντίοις ὑπέσχετο βοηθήσειν, οὐχ οὕτως ἐκείνων στοχαζόμενος, ὥς ἐπὶ τῇ ἐκείνων προφάσει βουλόμενος καταπληῆξασθαι τοὺς τῶν Θρακῶν δυνάστας, τῶν ὑπὲρ τὴν Προποντίδα κατοικούντων, χάριν τῆς προκειμένης ἐπιβολῆς.

#### Legatio XLV.

XV. Κατὰ τὴν Κρήτην, κοσμοῦντος ἐν Γορτύνῃ Κύδα τοῦ Ἀντιτάλκου, κατὰ πάντα τρόπον ἑλαττούμενοι Γορτύνιοι τοὺς Κνωσσίους, ἀποτεμόμενοι τῆς χώρας αὐτῶν, τὸ μὲν καλούμενον Λυκάστιον προσέειμαν Ῥαυκίους, τὸ δὲ Διατόνιον Λυκτίους. (2) Κατὰ δὲ καιρὸν τούτον, παραγενομένων τῶν πρεσβευτῶν ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς τὴν Κρήτην τῶν περὶ τὸν Ἄππιον, χάριν τοῦ διαλύσαι τὰς ἐνεστώσας αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους διαφοράς, καὶ ποιησαμένων λόγους ὑπὲρ τούτων τῇ Κνωσσῶν καὶ Γορτυνίων πόλει· πεισθέντες οἱ Κρηταῖες ἐπέτρεψαν τὰ καθ' αὐτοὺς τοῖς περὶ τὸν Ἄππιον. (3) Οἱ δὲ, πεισθέντες, Κνωσσίους μὲν ἀποκατέστησαν τὴν χώραν· Κυδωνιάταις δὲ προσέταξαν, τοὺς μὲν δμῆρους ἀπολαβεῖν, οὓς ἐγκατέλειπον, δόντες τοῖς περὶ Χασμίωνα πρότερον, τὴν δὲ Φαλάσαρναν ἀφεῖναι, μηδὲν ἐξ αὐτῆς νοσφισαμένους. (4) Περὶ δὲ τῶν κατὰ κοινοδικαίον συνεχώρησαν αὐτοῖς, βουλομένοις μὲν, αὐτοῖς ἐξεῖναι μετέχειν· (5) μὴ βουλομένοις δὲ, καὶ τοῦτ' ἐξείναι, πᾶσις ἀπεχομένοις τῆς ἀλλῆς Κρήτης· (6) αὐτοῖς τε, καὶ τοῖς ἐκ Φαλασάρνης φυγάσιν, οἱ ἀπέκτειναν τοὺς περὶ Μενολτίον, ἐπιτρανεστάτους ὄντας τῶν πολιτῶν.

sunt digressi, ut non dubitarent, quin et sceleris Maronee admissi reus esset Philippus, et animum a Romanis alienatum haberet. (7) Philippus, per se tum rem reputans, et habita cum amicis Apelle et Philocle consultatione, satis intellexit, longe processisse suum cum Romanis dissidium, illudque non jam occultum esse, verum plerisque hominum innotuisse. (8) Et omnino quidem ad ulciscendum se modis omnibus, et injurias suas persequendas, erat paratus. Sed quoniam ad nonnulla, quæ cogitabat, imparatus adhuc erat, cogitare cœpit, quam ratione adhuc aliqua fieret mora, et ipse tempus ad bellum præparandum nancisceretur. (9) Statuit igitur, Demetrium minorem filium mittere Romam, simul ad purganda crimina, simul ad petendam veniam, si quid etiam esset a se peccatum. (10) Prorsus namque persuasum habebat, per hunc quidvis a senatu obtineri posse, quoniam in singulari honore adolescens fuerat, cum obses Romæ esset. (11) Hæc animo versans, simul necessaria parabat ad mittendum Demetrium et amicos, quos in comitatum erat illi adjuncturus; (12) simul Byzantiis promisit, opem se ipsis laturum; non tam, quod illis bene cuperet, quam ut, per speciem auxilii Byzantiis ferendi, regulis Thracum, qui super Propontidem habitant, terrorem ne ad ea, quæ moliebatur, sibi impedimento forent.

#### Urbium Cretensium dissensiones componunt legati Romanorum.

XV. In Creta, quo tempore Gortynæ Cosmas (id nomen est magistratus apud Cretenses) Cydas erat, Antitakis filius, Gortynii omnibus modis Cnossiorum vires attenuare cupientes, parte agrorum illis ademta, Lycastium, quod vocant, Rhauciis contribuerunt, Diatonium Lyctiis. (2) Ea vero tempestate quum venisset in Cretam Romana legatio, cujus princeps erat Appius, ut exortas inter ipsos seditiones componeret: postquam de iis rebus apud Cnossios et Gortynios verba fecissent, persuaderi sibi passi sunt Cretenses, ut liberum de se Appio et ceteris legatis arbitrium permitterent. (3) Hi, morem gerentes, Cnossiiis ademtum agrum restituerunt; Cydoniatisque præceperunt, ut obsides suos reciperent, quos Chasmioni prius datos postea dereliquerant, tum ut Phalasarna excederent, nihil ex ea auferentes. (4) Quod vero ad communia gentis jura spectat, permiserunt eis, si vellent, ea participare: (5) si nollent, id quoque ut liberum eis esset, modo reliqua abstinerent Creta. (6) Neque id his solum, sed et Phalasarnensibus exsilibus concesserunt, qui Menæcium, clarissimum suæ civitatis virum, occiderant.

## VII. — RES EUMENIS.

## (VII.) Excerptum Valesianum.

XVIII. Ἀπολλωνιάς, ἡ Ἀττάλου τοῦ πατρὸς Εὐ-  
 μένους τοῦ βασιλέως γαμετή, Κυζικηνὴ ᾗ γυνὴ διὰ  
 πλείους αἰτίας ἀξία μνήμης καὶ παρασημασίας. (2) Καὶ γὰρ ὅτι δημότις ὑπάρχουσα βασιλισσα ἐγεγόνει,  
 καὶ ταύτην διεφύλαξε τὴν ὑπεροχὴν μέχρι τῆς τελευ-  
 ταιάς, οὐχ ἑσαιρικὴν προσφερομένη πιθανότητα, σω-  
 φρονικὴν δὲ καὶ πολιτικὴν σεμνότητα καὶ ἀλαοκάγα-  
 θίαν, δικαίᾳ τυγχάνειν τῆς ἐπ' ἀγαθῷ μνήμης ἐστίν.  
 (3) καὶ καθόλου, ὅτι τέτταρας υἱοὺς γεννήσασα, πρὸς  
 πάντας τούτους ἀνυπέρβλητον διεφύλαξε τὴν εὐνοίαν  
 καὶ φιλοστοργίαν μέχρι τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς, καί-  
 τοι χρόνον οὐκ ὀλίγον ὑπερβιώσασα τάνδρος. (4) Πλὴν  
 οἷ γε περὶ τὸν Ἀττάλον ἐν τῇ παρεπιδημίᾳ καλὴν πε-  
 ριποιήσαντο φήμην, ἀποδιδόντες τῇ μητρὶ τὴν καθή-  
 κουσαν χάριτα καὶ τιμὴν. (5) Ἀγοντες γὰρ ἐξ ἀμφοῖν  
 ταῖν χερσὶν μέσσην αὐτῶν τὴν μητέρα, περιήεσαν τὰ  
 θ' ἱερά καὶ τὴν πόλιν μετὰ τῆς θεραπείας. (6) Ἐφ'  
 οἷς οἱ θεῶμενοι μεγάλως τοὺς νεανίσκους ἀπεδέχοντο  
 καὶ κατηξίουσαν. (7) καὶ μνημονεύοντες τῶν περὶ τὸν  
 Κλέοβιν καὶ Βίτωνά συνέκρινον τὰς αἰρέσεις αὐτῶν,  
 καὶ τὸ τῆς προθυμίας τῆς ἐκείνων λαμπρὸν τῷ τῆς  
 ὑπεροχῆς τῶν βασιλέων ἀξιώματι συναναπληροῦντες.  
 (8) Ταῦτα δ' ἐτελέσθη ἐν Κυζίκῳ μετὰ τὴν διάλυσιν  
 τὴν πρὸς Προυσίαν τὸν βασιλέα.

*Laudes Apollontadis.*

XVIII. Apollonias, regis Attali uxor, Eumenis mater,  
 Cyzico oriunda erat; mulier plurimas ob causas memoria  
 et laude digna. (2) Nam et quod plebeia cum esset, tamen  
 regina adscita est, idque fastigium usque ad exitum vitae  
 retinuit, non meretriciis illecebris, sed modestia morumque  
 gravitate quadam civili et probitate, ea propter virtutis suae  
 laudem meretur: (3) et omnino, quod, cum quatuor filios  
 peperisset, incredibilem in cunctos benevolentiam atque  
 amorem ad extremum usque spiritum conservavit, quam-  
καιρούς· (4) ὁ μὲν Ἀρίσταινος ἤγε τὴν ἀγωγὴν τῆς πολιτείας οὕτως, ὥστε πᾶν τὸ πρόσφορον Ῥωμαίοις ἐξ ἐτοίμου ποιεῖν, ἕνα δὲ καὶ πρὶν ἢ προστάξει ἐκείνους. (5) Ἐπειρᾶτο μέντοι γε τῶν νόμων ἔχῃσθαι δοκεῖν, καὶ τὴν τοιαύτην ἐφελικετο φαντασίαν, εἰκων, ὁπότε τούτων ἀντιπίπτει τις προδότηλος τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων γραφομένοις. (6) Ὁ δὲ Φιλοποίμην, ὅσα μὲν εἶη τῶν παρακαλουμένων ἀδόλουθα τοῖς νόμοις καὶ τῇ συμμάχῃ, πάντα συγκατῇναι καὶ συνέπραττεν ἀπροφασίστως· (7) ὅσα δὲ τούτων ἐκτὸς ἐπιτάττειεν, οὐχ ὁλός τ' ἦν ἐβελοντῆς συνυπακοῦσιν, ἀλλὰ τὰς μὲν ἀρχὰς ἐφη δεῖν δικαιολογεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἀξιοῦν· (8) εἰ δὲ μὴδ' οὕτως πείθοιεν, τέλος οἷον ἐπιμαρτυρομένους εἴκειν, καὶ τότε ποιεῖν τὸ παραγγελλόμενον.

[IX. a. Ὅτι τοιοῦτοις ἀπολογισμοῖς Ἀρίσταινος ἐχρῆτο πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς περὶ τῆς ἰδίας αἰρέσεως· ἐφη γὰρ οὐκ εἶναι δυνατόν καὶ τὸ δόρυ καὶ τὸ κηρύκειον ἄμα προτεινομένων συνέχειν τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν· ἀλλ' εἰ μὲν οἱό τ' ἔσμεν ἀντοφθαλμεῖν καὶ δυνάμεθα τοῦτο ποιεῖν\*\*\* Ὁ Φιλοποίμην εἰπεῖν τοῦτο τολμᾷ; \*\* καιροῖς ἕνα Ῥωμαίοις. (2) Διὰ τί ἀδυνάτων ὀρεγόμενοι, τὰ δυνατόα παρίεμεν; Δύο γὰρ ἐφη σκοποὺς εἶναι πάσης πολιτείας, τὸ τε καλὸν καὶ τὸ συμφέρον· οἷς μὲν οὖν ἐφικτός ἐστιν ἡ τοῦ καλοῦ κτήσις, ταύτης ἀντέχεσθαι δεῖν τοὺς ὀρθῶς πολιτευομένους· οἷς δ' ἀδύνατος, ἐπὶ τὴν τοῦ συμφέροντος μερίδα καταφεύγειν· (3) τὸ δ' ἑκατέρων ἀποτυγχάνειν, μέγιστον εἶναι τεκμήριον ἀδουλίας· πάσχειν δὲ τοῦτο προφανῶς τοὺς Ἀχαιοὺς ὁμολογοῦντας μὲν πᾶν τὸ παραγγελλόμενον, ἀκούσιως δὲ τοῦτο πράττοντας καὶ μετὰ προσκοπή· (4) διόπερ ἡ τοῦτ' εἶναι δεκτέον, ὥς ἔσμεν ἱκανοὶ πρὸς τὸ μὴ πειθαρχεῖν, ἢ μὴδὲ λέγειν τοῦτο τολμῶντας, ὅπακουστέον ἐτοίμως πᾶσι τοῖς παραγγελλομένοις.]

[IX. b. Ὁ δὲ Φιλοποίμην οὐκ ἐπὶ τοσούτων ἐφη δεῖν ἀμαθίαν αὐτοῦ καταγινώσκειν, ὥστε μὴ δύνασθαι μετρεῖν μήτε τὴν διαφορὰν τοῦ πολιτεύματος τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν Ἀχαιῶν, μήτε τὴν υπερβολὴν τῆς δυνάμεως· (2) ἀλλὰ πάσης ὑπεροχῆς φύσιν ἔχούσης αἰετὶ βαρύτερον χρῆσθαι τοῖς ὑποταττομένοις, πότερον, ἐφη, συμφέρεει συνεργεῖν ταῖς ὁρμαῖς ταῖς τῶν κρατούντων, καὶ μὴδὲν ἐμποδῶν ποιεῖν, ἔν' ὥς τάχιστα πεῖραν λάβωμεν τῶν βαρυτάτων ἐπιταγμάτων; ἢ τοῦναντίον, καθόσον οἱό τ' ἔσμεν, συμπαλαίοντας προσαντίχειν ἐπὶ τοσούτον, ἐφ' ὅσον μέλλομεν τελῶς" (3) Κἂν ἐπιτάττωσιν\*\* καὶ τούτων ὑπομνησάμενοι αὐτοὺς ἐπιλαμβάνομεθα τῆς ὁρμῆς, παρακαθεζόμεν ἐπὶ ποσὸν τὸ πικρὸν αὐτῶν τῆς ἐξουσίας· ἄλλως τε δὴ καὶ περὶ πελείωνος ποιούμενων Ῥωμαίων, ὥς γε τοῦ νῦν, ὡς αὐτὸς φησὶ, Ἀρίσταινε, τὸ τηρεῖν τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας καὶ τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους πίστιν. (4) Ἐάν δ' αὐτοὶ καταγνόντες τῶν ἰδίων δικαίων, αὐτόθεν εὐθέως καθάπερ οἱ δοριάλωτοι πρὸς πᾶν τὸ κελυφόμενον ἐτοί-

publicam moderabatur, ut, quidquid e re populi Romani esset, lubentissime faceret, quaedam etiam ultro, antequam populus Romanus mandasset. (5) Interim tamen operam dabat, ut leges ubique servare videretur, atque eam speciem prae se ferebat, cedens interdum, si qua lex mandatis populi Romani aperte repugnabat. (6) At Philopœmen et ipse quidem postulatis Romanorum, quaecumque a legibus ac fœdere gentis Achæorum non discedebant, sine controversia assentiebatur : (7) quaecumque vero præter leges ac fœdera imperabantur, adduci non poterat, eis sponte ut pareret; sed primo quidem rationibus contra allatis, deinde vero precibus contendendum esse aiebat : (8) quod si ne sic quidem flectere illos potuissent, tunc demum tamquam divini fidem contestatos cedere, atque imperata facere oportere.

*Institutum suum in concione defendit Aristænus, ad-versante Philopœmene.*

IX. a. Aristænus instituto suo apud Achæos patrocinabatur. Aiebat scilicet fieri non posse, ut qui hastam simul et caduceum manu præferant, ii amicitiam cum Romanis retineant : verum si resistendi vires suppetunt, idque perficere possumus. . . Philopœmen hoc dicere audeat? . . . (2) Cur, dum impossibilibus inhiamus, possibilia omittimus? Res etenim duas aiebat cuilibet politiæ esse propositas, honestum et utile. Et si honestum quidem impetrari posset, hoc præoptari abs quovis optimo cive debere : id si nequiret fieri, ad partem alteram, nempe ad utilitatem, confugiendum esse. (3) Verum enimvero neutrum consequi, id demum summæ dementiae indicium esse. Porro hoc infortunium palam accidere Achæis, qui in imperata omnia consentirent, sed ea ingratis nec sine stomacho efficerent. (4) Vel igitur abjiciendæ obedientiæ facultatem demonstrandam esse, vel si id ne verbis quidem pronunciare auderent, alacriter imperatis esse parendum.

IX. b. Philopœmen concionem admonebat, ne se adeo stultum putarent, ut nesciret quid inter Romanorum Achæorumque politiæ interesset, vel quanto illi potentia superiores essent. (2) Sed quia solet fortissimus quisque minores suos plus æquo gravare, utrum, inquit, expedit potentiorum impetum adjuvare ac nullatenus eis resistere, ita ut gravissima jussa statim experiamur? an potius pro copiis et viribus certantes obluere, quoad fieri poterit? . . . (3) Et si imperaverint . . . his in memoriam revocatis, illorum impetum inhibebimus, mitigabimusque aliquantulum eorum potentiæ acerbicatem : præsertim quia Romani, hactenus certe, ut ipse ais, Aristæne, plurimam curam præ se tulerunt sacramenta et fœdera fidemque sociis datam conservandi. (4) Quod si nos ipsi, de causæ nostræ æquitate desperantes, idcirco statim bello captorum instar ad omne

μους ἡμᾶς αὐτοὺς παρασχευάζωμεν, τί διοίσει τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος Σικελιωτῶν καὶ Τυανῶν τῶν ὁμολογουμένως καὶ πάλαι δουλευόντων; (5) Διόπερ ἔφη δεῖν, ἢ τοῦτο συγχωρεῖν, ὥς οὐδὲν ἰσχύει δίκαιον παρὰ Ῥωμαίοις, ἢ, μηδὲ τολμῶντας τοῦτο λέγειν, χρῆσθαι τοῖς δίκαιοις, καὶ μὴ προῖσθαι σφᾶς, ἔχοντάς γε δὴ μεγίστας καὶ καλλίστας ἀφορμὰς πρὸς Ῥωμαίους. (6) Ὅτι μὲν γὰρ ἤξει ποτὲ τοῖς Ἑλλήσιν ὁ καιρὸς οὗτος, ἐν ᾧ δεήσει ποιεῖν κατ' ἀνάγκην πᾶν τὸ παραγγελλόμενον, σαφῶς ἔφη γινώσκειν· ἀλλὰ πόττερα τοῦτον ὥς τάχιστα τις ἂν ἰδεῖν βουληθείη, ἢ τούναντιόν, ὥς βραδύτατα; δοκῶμεν γὰρ ὥς βραδύτατα. (7) Διὸ καὶ τούτῳ διαφέρειν ἔφη τὴν Ἀρισταίνου πολιτείαν τῆς ἑαυτοῦ· ἐκείνον μὲν γὰρ σπουδάζειν ὥς τάχιστα τὸ χρεῶν ἰδεῖν γενόμενον, καὶ συνεργεῖν τούτῳ κατὰ δύναμιν· αὐτὸς δὲ πρὸς τοῦτ' ἀντερεῖδειν καὶ διωθεῖσθαι, καθ' ὅσον ἐστὶ δυνατός. (8) Οὐ μὴν ἄλλ' ἐκ τῶν προειρημένων δῆλον, ὥς συνέβαινε γίνεσθαι τοῦ μὲν καλὴν, τοῦ δ' εὐσχήμονα τὴν πολιτείαν· ἀμφοτέρας γε μὴν ἀσφαλεῖς. (9) τοιγαροῦν μεγίστων καιρῶν τότε περιστάντων καὶ τοὺς Ῥωμαίους καὶ τοὺς Ἑλλήνας, τῶν τε κατὰ Φίλιππον καὶ (τῶν) κατ' Ἀντίοχον, ὅμως ἀμφοτέροι διετήρησαν ἀέριαια τὰ δίκαια τοῖς Ἀχαιοῖς πρὸς Ῥωμαίους. (10) φήμη δὲ τις ἐνέτρεχεν ὥς Ἀρισταίνου Ῥωμαίοις εὖνοῦ πτέρου μᾶλλον ἢ Φιλοπρόμενος ὑπόρχοντος.]

imperatum faciendum nosmet paratos exhibuerimus, quid, oro, intererit inter Achæorum gentem et Siculos et Tyanos [Tyrrhenos?] qui, ut nemo nescit, jam diu serviunt? (5) Quare vel, inquit, concedendum est nihil valere apud Romanos justitiam; vel, si id nemo affirmare audet, jure utique nostro utamur; neque res nostras pessumdemus, qui maximas pulcherrimasque occasiones bene rem gerendi cum Romanis habemus. (6) Et se quidem probe cognoscere aiebat, tempus aliquando adfore, quo Græcos oportebit imperata coactus facere: utrum tamen id citissime an potius tardissime spectare volumus? Sane arbitror, tardissime. (7) Ergo in hoc consilia sua politica ab Aristæni consiliis differre aiebat, quod hic daret operam ut quam citissime fati exitum videret, idque omni conatu urgeret; ipse autem resisteret ac pro viribus suis propulsaret. (8) Itaque ex prædictis apparet, Philoëmænis fuisse præclarum consilium, Aristæni autem honestum; utriusque tamen ad tutelam patriæ comparatum. (9) Itaque cum maximi momenti occasiones, Philippi nimirum et Antiochi bella, Romanis Græcisque supervenissent, ambo illi viri Romano in fœdere Achæos continuerunt. (10) Fama tamen manavit, Aristænum magis benevolum Romanis fuisse quam Philoëmænem.

ΤΗΣ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΕΚΤΗΣ  
ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. CALLICRATES, ROMAM LEGATUS, PRODIT LIBERTATEM ACHÆORUM.

Legatio LVIII.

I. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀναδόντος Ὑπερβάτου τοῦ στρατηγοῦ διαβοῦλιον, ὑπὲρ τῶν γεγραμμένων παρὰ Ῥωμαίων ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκ Λακεδαιμόνος φυγᾶς καθόδου, τί δεῖ ποιεῖν· (2) οἱ μὲν περὶ τὸν Λυκώρταν παρεκάλουν, μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, διότι Ῥωμαῖοι ποιοῦσι μὲν τὸ καθήκον αὐτοῖς, συνυπακούοντες τοῖς ἀκληρεῖν δοκοῦσιν εἰς τὰ μέτρια τῶν ἀξιουμένων· (3) ὅταν μέντοι γέ διδάξῃ τις αὐτούς, ὅτι τῶν παρακαλούμενων τὰ μὲν ἐστὶν ἀδύνατα, τὰ δὲ μεγάλῃν αἰσχύνῃν ἐπιφέροντα καὶ βλάβῃν τοῖς φίλοις, οὔτε φιλονεικεῖν εἰσώθασιν, οὔτε παραδιδάσθαι περὶ τῶν τοιούτων. (4) Διὸ καὶ νῦν, ἐάν τις αὐτοὺς διδάξῃ, ὅτι συμβήσεται τοῖς Ἀχαιοῖς, ἂν πειθαρχήσωσι τοῖς γραφομένοις, παραβῆναι τοὺς δροκούς, τοὺς νόμους, τὰς στήλας, ἃ συνέχει τὴν κοινὴν συμπολιτείαν ἡμῶν· (5) ἀναχωρήσουσι καὶ συγκαταθήσονται, διότι καλῶς ἐπέχομεν, καὶ παραιτούμεθα περὶ τῶν γραφομένων. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ τὸν Λυκώρταν ἔλεγον. (6) Οἱ δὲ περὶ τὸν Ὑπερβάτον καὶ Καλλικράτην πειθαρχεῖν τοῖς γραφομένοις παρήκουν, καὶ μήτε νόμον, μήτε στήλην, μήτ' ἄλλο μηδὲν τούτου νομίζειν ἀναγκαϊότερον. (7) Τοιαύτης δ' οὔσης τῆς ἀντιλογίας, ἔδοξε τοῖς Ἀχαιοῖς πρεσβευτὰς ἐξαποστεῖλαι πρὸς τὴν σύγκλητον, τοὺς διδάζοντας ἃ Λυκώρτας λέγει. (8) Καὶ παραυτίκα κατέστησαν πρεσβευτὰς, Καλλικράτην Λεοντήσιον, Λυδιάδαν Μεγαλοπολίτην, Ἄρατον Σικυώνιον, καὶ, δόντες ἐντολὰς ἀκολουθούους τοῖς προσηρμένους, ἐξαπέστειλαν. (9) Ὡν καὶ παραγενομένων εἰς τὴν Ῥώμην, εἰσελθὼν ὁ Καλλικράτης εἰς τὴν σύγκλητον, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ ταῖς ἐντολαῖς ἀκολουθῶς διδάσκειν τὸ συνέδριον, ὥστε τοὺναντίον ἐκ καταβολῆς ἐπεχείρησεν, οὐ μόνον τῶν ἀντιπολιτευομένων κατηγορεῖν θρασέως, ἀλλὰ καὶ τὴν σύγκλητον νουθετεῖν.

II. Ἐφη γάρ, αὐτοὺς τοὺς Ῥωμαίους αἰτίους εἶναι τοῦ μὴ πειθαρχεῖν αὐτοῖς τοὺς Ἕλληνας, ἀλλὰ παρακούειν καὶ τῶν γραφομένων καὶ τῶν παραγγελλομένων. (2) Δυσεῖν γάρ οὐσῶν αἰρέσεων κατὰ τὸ παρὸν ἐν πάσαις ταῖς δημοκρατικαῖς πολιτείαις· καὶ τῶν μὲν φασχόντων, δεῖν ἀκολουθεῖν τοῖς γραφομένοις ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ μήτε νόμον, μήτε στήλην, μήτ' ἄλλο μηδὲν προὔργαι· ἄλλο μὴδὲν νομίζειν τῆς Ῥωμαίων προαιρέσεως· (3) τῶν δὲ τῶν νόμους προσφερομένων, καὶ τοὺς δροκούς, καὶ τὰς στήλας, καὶ παρακαλούντων τὰ πλήθη, μὴ ραδίως ταῦτα παραβαίνειν· (4) ἀχαϊκωτέραν εἶναι παρὰ πολὺ

LIBRI VICESIMI SEXTI  
HISTORIARUM POLYBII

RELIQUÆ.

I. Ea tempestate, quum questionem in concilio movisset prætor Hyperbatus de eo quod scripserant Romani de restituendis Lacedæmoniorum exsulis, ad deliberandumque proposuisset, quid in ea re esset faciendum; (2) Lycortas Achæis auctor fuit, « ne quidquam propterea mutarent. Romanos enim facere illos quidem pro suo officio, quum miserorum hominum precibus ac voluntati quatenus æqua videatur, morem gerant: (3) ceterum ubi aliquis ipsos docuerit, eâ, quæ postulentur, partim fieri non posse, partim conjuncta esse cum ingenti sociorum populi Romani dedecore et damno; non esse moris illorum, contendere pertinaciter, et invitos ad talia compellere. (4) Itaque etiam in hac re, posteaquam cognoverint, non posse Achæos ipsorum voluntati, per literas significatæ, aliter obtemperare, nisi ut jusjurandum, leges, fœdera columnis inscripta, quibus communis eorum res publica continetur, violent; (5) discessuros a proposito, et consensuros, justam habere Achæos causam, cur moras trahant, et literis ipsorum parere detrectent. » Ita quidem Lycortas. (6) Hyperbatus vero et Callicrates exsequendi quod scripserant Romani auctores erant Achæis; hortabanturque, ne ullius legis, fœderis columnæ inscripti, aut omnino cujusquam rei alius, potiorum habendam rationem censerent. (7) Hoc pacto dissidentibus sententiis eorum, qui concilio intererant, visum Achæis faciendum, ut Romam legatos mitterent, ad illa exponenda senatui quæ disseruerat Lycortas. (8) Decreti statim sunt Callicrates Leontensis, Lydiadas Megalopolitanus, Aratus Sicyonius; quos cum consentaneis mandatis proficisci jussunt. (9) Romam ut venerunt, estque eis datus senatus, tantum abfuit Callicrates ut convenienter acceptis mandatis cum patribus ageret, ut plane e contrario aggrediretur non solum eos audacter incusare, qui a se in republica dissiderent, sed ipsum quoque senatum sui officii monere.

II. Ipsos namque Romanos in causa esse dixit, cur minus morigeros Græci se adversus illos præberent, sive aliquid ipsis scriberent sive aliquid imperarent. (2) Nam cum duæ jam sint, aiebat, factiones in omnibus civitatibus, quæ populi voluntate reguntur, cumque alii dicant, exsequi oportere omnia, de quibus scriberent Romani, neque aut legem, aut fœdus stelæ inscriptum, aut quidquam aliud duendum esse antiquius Romanorum voluntate; (3) contra alii leges in medium afferant, et jusjurandum, et positas columnas, atque iidem hortentur populos, ne illam temere migrent: (4) horum sententiam vulgo Achæorum multo



ταύτην τὴν ὑπόθεσιν, καὶ νικητικωτέραν ἐν τοῖς πολ-  
λοις. (6) Ἐξ οὗ τοῖς μὲν αἰρουμένοις τὰ Ῥωμαίων  
ἀδοξίαν συνεξακολουθεῖν παρὰ τοῖς ὄλοις καὶ διαβολῇ,  
τοῖς δ' ἀντιπράττουσι τάναντία. (6) Ἐὰν μὲν οὖν ὑπὸ  
τῆς συγκλήτου γίγνηται τις ἐπισημασία, ταχέως καὶ  
τοὺς πολιτευομένους μεταθήσεται πρὸς τὴν Ῥωμαίων  
αἵρεσιν, καὶ τοὺς πολλοὺς τούτοις ἐπακολουθήσειν διὰ  
τὸν φόβον. (7) Ἐὰν δὲ παρορᾶται τοῦτο τὸ μέρος, ἅπαν-  
τας ἀπονεύσειν ἐπ' ἐκείνην τὴν ὑπόθεσιν· ἐνδοξοτέραν  
γὰρ εἶναι καὶ καλλίω παρὰ τοῖς ὄλοις. (8) Διὸ καὶ  
νῦν ἡδὴ τινὰς, οὐδὲν ἕτερον προσφερομένους δίκαιον  
πρὸς φιλοδοξίαν, δι' αὐτὸ τοῦτο τῶν μεγίστων τυγχά-  
νειν τιμῶν παρὰ τοῖς ἰδίοις πολιτεύμασι, διὰ τὸ δοκεῖν  
ἀντιλέγειν τοῖς ὑφ' ἡμῶν γραφομένοις, χάριν τοῦ δια-  
μένειν τοὺς νόμους ἰσχυροὺς καὶ τὰ δόγματα τὰ γιγνό-  
μενα παρ' αὐτοῖς. (9) Εἰ μὲν οὖν ἀδιαφόρως ἔχουσιν  
ὑπὲρ τοῦ πειθαρχεῖν αὐτοῖς τοὺς Ἕλληνας καὶ συνυ-  
πακούειν τοῖς γραφομένοις, ἄγειν αὐτοὺς ἐκέλευε τὴν  
ἀγωγὴν, ἣν καὶ νῦν ἄγουσιν. (10) Εἰ δὲ βούλονται γί-  
γνεσθαι σφίσι τὰ παραγγελλόμενα, καὶ μηδὲνα κατα-  
φρονεῖν τῶν γραφομένων, ἐπιστροφὴν ποιήσασθαι πα-  
ρεκάλει τοῦ μέρους τούτου τὴν ἐνδεχομένην. (11) Εἰ  
δὲ μὴ, σαφῶς εἰδέναι, διότι τάναντία συμβήσεται ταῖς  
ἐπινοαίαις αὐτῶν· ὃ καὶ νῦν ἤκει γενόμενον. (12) Πρῶτον  
μὲν γὰρ, ἐν τοῖς Μεσσηνιακοῖς, πολλὰ ποιήσαντος Κοίν-  
του Μαρκίου, πρὸς τὸ μηδὲν τοὺς Ἀχαιοὺς βουλευσάσθαι  
περὶ Μεσσηνίων ἄνευ τῆς Ῥωμαίων προαιρέσεως· (13)  
παρακούσαντας καὶ ψηφισαμένους αὐτοὺς τὸν πόλεμον,  
οὐ μόνον τὴν χώραν αὐτῶν καταφθεῖραι πᾶσαν ἀδίκως,  
ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν, οὓς μὲν  
φυγαδεύσαι, τινὰς δ' αὐτῶν ἐκδότους λαβόντας, αἰκισα-  
μένους πᾶσαν αἰκίαν, ἀποκτεῖναι, διότι προεκαλοῦντο  
περὶ τῶν ἀμφισβητούμενων ἐπὶ Ῥωμαίους. (14) Νῦν  
δὲ ἅλιν ἐκ πλείονος χρόνου γραφόντων αὐτῶν ὑπὲρ  
τῆς καθόδου τῶν ἐκ Λακεδαίμονος φυγᾶν, τοσοῦτον  
ἀπέχειν τοῦ πειθαρχεῖν, ὥς καὶ στήλην ταθεῖσθαι, καὶ  
πειποιῖσθαι πρὸς τοὺς κατέχοντας τὴν πόλιν ὄρκους,  
ὑπὲρ τοῦ μηδέποτε καταλεύσεσθαι τοὺς φυγάδας. (15)  
Εἰς ἃ βλέποντας αὐτοὺς, ἡξίου πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοῦ  
μείλλοντος. »

III. Ὁ μὲν οὖν Καλλικράτης, ταῦτα καὶ τοιαῦτα  
εἰπὼν, ἀπῆλθεν. (2) Οἱ φυγάδες δ' ἐπεισελθόντες, καὶ  
βραχέα περὶ αὐτῶν διδάξαντες, καὶ τινα τῶν πρὸς τὸν  
κοινὸν ἔλεον εἰπόντες, ἀνεχώρησαν. (3) Ἡ δὲ σύγκλη-  
τος, δόξασα τὸν Καλλικράτην λέγειν τι τῶν αὐτῇ συμ-  
φερόντων, καὶ διδάχθεῖσα, διότι δεῖ τοὺς γε τοῖς αὐτῇ  
δόγμασι συνηγοροῦντας αὔξειν, τοὺς δὲ ἀντιλέγοντας  
ταπεινῶν. (4) οὕτω καὶ τότε πρῶτον ἐπεβάλετο, τοὺς  
μὲν κατὰ τὸ βελτιστον ἱσταμένους ἐν τοῖς ἰδίοις πολι-  
τεύμασιν ἑλαττοῦν, τοὺς δὲ καὶ δικαίως \* προστρέχοντας  
αὐτῇ σωματοποιεῖν. (5) Ἐξ ὧν αὐτῇ συνέβη κατὰ  
βραχὺ, τοῦ χρόνου προβαίνοντος, κολάων μὲν εὐπο-  
ρεῖν, φίλων δὲ σπανίζειν ἀληθινῶν. (6) Οὐ μὴν ἀλλὰ  
τότε περὶ μὲν τῆς καθόδου τῶν φυγᾶν οὐ μόνον τοῖς

acceptiorem esse, faciliusque eam vincere apud multitudi-  
nem posse. (5) Ex quo fieri, ut, qui Romanarum sunt  
partium, inglorii apud vulgum sint, et calumniis obnoxii;  
contrarium vero in republica sentientes diversa omnia expe-  
riantur. (6) Jam quodsi aliqua per senatum fieret animad-  
versio vel castigatio, cito et omnes civitatum principes ad  
Romanas partes esse transituros, et vulgus etiam ubique præ  
metu exemplum illorum secuturum; (7) sin hoc facere Pa-  
tres neglexerint, illicet a Romanis omnes ad contrariam fa-  
ctionem defecturos, quæ apud vulgus paratam laudem et  
honestatis opinionem habeat. (8) Jamque adeo nonnullos  
cernere esse, qui, cum aliud nihil ad magistratus ambien-  
dos afferrent, unam illam ob causam maximos in suis civi-  
tatibus honores sint consecuti, quod literis Romanorum se  
opposuerint, patriæque leges et decreta propugnauerint.  
(9) Siquidem igitur non curarent Romani, dicto sibi audien-  
tes ut essent Græci, et literis ipsorum ut obtemperarent,  
tenerent sane institutum, quo hactenus essent usi; (10)  
at si morem geri suis mandatis, neque aspernari quemquam  
vellent quæ scripsissent, patres hortabatur, ut in hanc curam  
serio incumberent. (11) Sin minus, certo scire eos debere,  
contrarium eventurum ejus, quod ipsi cogitaverint, sicut et  
in præsentia evenisset. (12) Nam et nuper, belli Messeniaci  
tempore, quum summo studio Q. Marcius id egisset, ne Ro-  
manis inconsultis quidquam Achæi super rebus Messeniorum  
decernerent, (13) illos contra, neglecto populi Romani  
imperio, ac bello etiam propria sua auctoritate decreto, non  
solum agrum omnem eorum inique vastasse, sed et civium  
clarissimos quosque partim in exilium expulisse, partim  
deditione acceptos, omni genere cruciatus vexatos, occidisse;  
idque non aliam ob causam, nisi hanc, quod de rebus con-  
troversis provocassent ad Romanos. Et nunc rursus idem  
evenisse. (14) Nam cum literas de restituendis Lacedæ-  
moniorum exsulibus ad Achæos mittere pridem Romani non  
cessent, tantum abesse, ut morem voluntati eorum gerant,  
ut fœdus icerint, et columnæ inscripserint, acjurejurando  
fidem suam obstrinxerint, numquam exsules iri restitutum.  
(15) Quæ cogitare ipsos et in posterum providere æquum  
censebat. »

III. Hæc hisque similia postquam dixit Callicrates, dis-  
cessit. (2) Secundum hæc introducuntur exsules : qui pauca  
de se locuti, nonnullis etiam in medium prolatis, quæ ad  
excitandum vulgo misericordiam valent, recesserunt. (3)  
Senatus probato consilio, quod suggererat Callicrates,  
disserentibus etiam nonnullis, oportere sane conditionem  
illorum meliorem facere, qui decreta ipsius propugnarent,  
illos vero, qui se eis opponerent, humiliores infirmioresque  
reddere : (4) ita demum instituit, omnes, qui in suis civi-  
tatibus bonarum essent partium, deprimere, eos vero, qui  
suam sectam, quo jure quave injuria, sequerentur, alere,  
omnibusque rebus ornare. (5) Ex quo paulatim factum est  
cum procedente tempore, ut senatus assentatoribus abun-  
daret, amicis veris destitueretur. (6) Tunc igitur de rebus

Ἀχαιοὶς ἔγραψε, παρακαλοῦσα συνεπισχεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς καὶ τοῖς Ἠπειρώταις· σὺν δὲ τούτοις, Ἀθηναῖοις, Βωιωτοῖς, Ἀκαρνανσίν· πάντας ὥσαντι προδιαμαρτυρομένη, χάριν τοῦ συντρέψαι τοὺς Ἀχαιοὺς. (7) Περὶ δὲ τοῦ Καλλικράτους αὐτοῦ κατ' ἰδίαν, παρασωπήσασα τοὺς συμπρεσβευτάς, κατέταξεν εἰς τὴν ἀπόκρισιν, διότι δεῖ τοιοῦτους ὑπάρχειν ἐν τοῖς πολιτευμασιν ἄνδρας, οἷός ἐστι Καλλικράτης. (8) Ὁ δὲ προειρημένος, ἔχων τὰς ἀποκρίσεις ταύτας, παρῆν εἰς τὴν Ἑλλάδα περιχαρής· οὐκ εἰδώς, ὅτι μεγάλων κακῶν ἀρχηγὸς γέγονε πᾶσι μὲν τοῖς Ἑλλήσι, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀχαιοῖς. (9) Ἐτι γὰρ τούτοις ἔβην καὶ κατ' ἐμείνου τοὺς χρόνους κατὰ ποσὸν ἰσολογίαν ἔχειν πρὸς Ῥωμαίους, διὰ τὸ τετηρηκέναι τὴν πίστιν ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις καιροῖς, ἐξ οὗ τὰ Ῥωμαίων εἰλοντο, λέγω δὲ δὲ τοὺς κατὰ Φιλίππον καὶ Ἀντίοχον.\* (10) Τοῦ δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους ἡζήμενου καὶ προκοπῆν εὐληφότες κατὰ τὸ βέλτιστον ἀπ' ὧν ἡμεῖς ἰστοροῦμεν χρόνων, αὕτη πάλιν ἀρχὴ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐγένετο μεταβολῆς, τὸ Καλλικράτους θράσος.\* (11) Ῥωμαῖοι, ὄντες ἄνθρωποι καὶ ψυχῇ χρώμενοι λαμπρῇ καὶ προαιρέσει καλῇ, πάντας μὲν ἑλεῦσι τοὺς ἐπαικότας, καὶ πᾶσι πειρῶνται χαρίζεσθαι τοῖς καταφύγουσιν ὡς αὐτούς· (12) ὅταν μὲντοι γέ τις ὑπομνήσῃ τῶν δικαίων, τετηρηκώς τὴν πίστιν, ἀνατρέχουσι καὶ διορθοῦνται σφᾶς αὐτοὺς κατὰ δύναμιν ἐν τοῖς πλείστοις. (13) Ὁ δὲ Καλλικράτης, πρεσβεύσας κατὰ τοὺς ἐνεστώτας καιροὺς εἰς τὴν Ῥώμην χάριν τοῦ λέγειν τὰ δίκαια περὶ τῶν Ἀχαιῶν, χρησάμενος κατὰ τὸν ἀντικείμενον τοῖς πράγμασιν, καὶ συνεπισκασάμενος τὰ κατὰ Μεσσηνίους, ὑπὲρ ὧν οὐδ' ἐνεκάλουν οἱ Ῥωμαῖοι, παρῆν εἰς Ἀχαΐαν, προσανατεινόμενος τὸν ἀπὸ Ῥωμαίων φόβον· (14) καὶ, διὰ τὴν ἀποκρυσθαίαν καταπληξάμενος καὶ συντρέψας τοὺς θυλοὺς, διὰ τὸ μηδὲν εἰδέναι τῶν ὑπ' αὐτοῦ κατ' ἀλήθειαν εἰρημένων ἐν τῇ συγκλήτῳ τοὺς πολλοὺς, πρῶτον μὲν ἡρέθη στρατηγός, πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ διορθωθεῖς· (15) ἐξῆς δὲ τούτοις, παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, κατήγε τοὺς ἐκ τῆς Λακεδαιμόνος καὶ τοὺς ἐκ τῆς Μεσσηνίας φυγάδας.

quidem exsulum non solum ad Achæos scripsit, hortans, ut juvarent reditum ipsorum; sed etiam ad Ætolos, Epirotas, Athenienses quoque, Bœotes et Acarnanes; quasi fidem omnium appellans, ad frangendam Achæorum potentiam. (7) De Callicrate vero nominatim, nulla ceterorum legatorum mentione facta, adjectum est responso, ita singulos in civitatibus debere esse animatos, ut Callicratem. (8) Is igitur cum his responsis gaudio ovans in Græciam revertitur; nihil cogitans, quantorum malorum cum in universum Græcis, tum maxime Achæis auctor exstitisset. (9) His enim ad illam usque diem æquo jure adhuc aliquatenus agere cum Romanis licuerat; quoniam, ex quo sectam populi Romani cœperunt sequi, fidem constanter temporibus maxime insignibus servaverant, tempora dico bellorum cum Philippo et Antiocho gestorum. \* (10) Cum ab illis temporibus, quæ Historia nostra complectitur, incrementum etiam cepisset et in præclaris institutis progressum fecisset gens Achæorum; per Callicratis audaciam factum est, ut mutationis in deterius hinc rursus fieret initium. \* (11) Romani etsi pro sua humanitate, magnitudine animi, et honesto proposito, omnium infortuniis moveri solent, et omnibus opem ferre, qui ad præsidium ipsorum confugiant, euituntur; (12) si qui tamen expertæ fidei socii juris sui illos admoneant, ut plurimum ad sese confestim redeunt, et socius admissa pro virili corrigunt. (13) Jam vero Callicrates, legatione ad populum Romanum ea tempestate functus, ut causam Achæorum tueretur; cum plane contrarium ejus fecisset, cujus causa fuerat missus; quum etiam Messeniorum negotium accivisset, licet eo nomine querela Romanorum nulla umquam fuisset audita; ubi in Achaiam est reversus, metum populi Romani omnibus incutere, (14) et renunciatione legationis suæ omnes terrere, universæ denique multitudinis animos dejicere. Itaque ergo, quod nihil quidquam eorum populus sciret, quæ revera ipse in senatu dixerat, primum quidem prætor est creatus, homo, ut cetera sileam vitia, etiam munerum largitione corruptus: (15) deinde, postquam magistratum iniisset, exsules Lacedæmoniorum et Messeniorum in suam quemque patriam restituit.

## II. — GRACCHUS IN HISPANIA.

Strabo Geogr. lib. III, p. 163.

IV. Πολυβίου δ' εἰπόντος, τριακοσίας αὐτῶν (τῶν Καλιβήρων) καταλῦσαι πόλεις Τιβέριον Γράχχον· κωμωδῶν φησι Ποσειδώνιος τοῦτο τῷ Γράχῳ χαρίσασθαι τὸν ἄνδρα, τοὺς πύργους καλοῦντα πόλεις, ὥσπερ ἐν ταῖς θριαμβικαῖς πομπαῖς. (2) Καὶ ἰσως οὐκ ἄπιστον τοῦτο λέγει· καὶ γὰρ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ ξυγγραφεῖς ῥαδιέως ἐπὶ τοῦτο φέρονται τὸ ψεῦσμα, καλλωπίζοντες τὰς πράξεις.

### *Tercentum oppida dejecit.*

IV. Quod autem Polybius scripsit, Tib. Gracchum con urbes Celtiberiæ dejecisse; id comice exagitat Posidonius, in Gracchi gratiam, inquiens, ab eo turribus urbium nomen inditum, ut sit in pompis triumphalibus. (2) Atque id fortasse non abs re dixit. Nam et bellorum duces et scriptores rerum gestarum proclives sunt ad hoc genus mendacii, ut actiones verbis exornent.

## III. — MORTUO PHILIPPO, INITIA REGNI PERSEI.

## Excerpt. Valesian.

V. Περσεύς, ἀνανεωσάμενος τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Ῥωμαίους, εὐθέως ἑλληνοκοπεῖν ἐπεβάλλετο· κατακαλῶν εἰς τὴν Μακεδονίαν καὶ τοὺς τὰ χρέα φεύγοντας, καὶ τοὺς πρὸς καταδίκας ἐκπεπτωκότας, καὶ τοὺς ἐπὶ βασιλικῶς ἐγκλήμασι παρακεχωρηκότας. (2) Καὶ τούτων ἐξετίθει προγραφὰς εἰς τε Δῆλον καὶ Δελφοὺς, καὶ τὸ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν· διδοὺς οὐ μόνον τὴν ἀσφάλειαν τοῖς καταπορευομένοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπαρχόντων κομιδὴν, ἀφ' ὧν ἕκαστος ἔφυγε. (3) Παρέλυσε δὲ καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τῶν βασιλικῶν ὀφειλημάτων, ἀφῆκε δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς ἐγκλεισμένους ἐπὶ βασιλικαῖς αἰτίαις. (4) Ταῦτα δὲ ποιήσας, πολλοὺς ἐμετεώρισε, δοκῶν καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύειν πᾶσι τοῖς Ἑλλήσιν ἐν αὐτῷ. (5) Ἐπείφαινε δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐν τῷ λοιπῷ βίῳ προστασίαν τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα. (6) Κατὰ τε γὰρ τὴν ἐπιφάνειαν ἦν ἱκανὸς, καὶ πρὸς πᾶσαν σωματικὴν χρεῖαν τὴν διατείνουσιν εἰς τὸν πραγματικὸν τρόπον εὐθετός· κατὰ τε τὴν ἐπίφασιν εἶχεν ἐπισκύνιον καὶ τάξιν οὐκ ἀνοίκειον τῆς ἡλικίας. (7) Ἐπερφεύγει δὲ καὶ τὴν πατρικὴν ἀσέλγειαν, τὴν τε περὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὴν περὶ τῶν πότους· καὶ οὐ μόνον αὐτὸς μέτριον ἔπινε δειπνῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ φίλοι. (8) Καὶ τὰ μὲν προοίμια τῆς Περσέως ἀρχῆς τοιαύτην ἔσχε διάθεσιν.

(9) Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, ὅτε μὲν ᾗδῃθη καὶ τὴν κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἐξουσίαν ἔλαβε, πάντων ἦν ἀπιστότατος καὶ παρανομώτατος· ὅτε δὲ πάλιν τὰ τῆς τύχης ἀντέπνευσε, πάντων μετριώτατος. (10) Ἐπεὶ δὲ τοῖς θλοῖς πράγμασιν ἔπαισε, πρὸς πᾶν τὸ μέλλον ἀρμολόμενος ἐπειράτο κατὰ πάντα τρόπον σωματοποιεῖν τὴν αὐτοῦ βασιλείαν.

## IV. — PAX CONFECTA INTER EUMENEM ET PHARNACEM SOCIOSQUE.

## Legatio LIX.

VI. Ὁ Φαρνάκης, ἐξαπναιῶν καὶ βαρεῖας αὐτῷ τῆς ἐφόδου γενομένης, ἔτοιμος ἦν πρὸς πᾶν τὸ προτεινόμενον· πρέσβεις γὰρ ἐξαπέστειλε πρὸς Εὐμένην καὶ Ἀριαράθην. (2) Τῶν δὲ περὶ Εὐμένην καὶ Ἀριαράθην προσδεξαμένων τοὺς λόγους, καὶ παραχρῆμα συνεξαποστελάντων πρεσβευτὰς παρ' αὐτῶν πρὸς τὸν Φαρνάκην, καὶ τούτου γενομένου πλεονάκεις παρ' ἑκατέρων, ἐκυρώθησαν αἱ διαλύσεις ἐπὶ τούτοις· « (3) Εἰρήνην ἂν ὑπάρχειν Εὐμένει καὶ Προυσίᾳ καὶ Ἀριαράθῃ πρὸς « Φαρνάκην καὶ Μιθριδάτην εἰς τὸν πάντα χρόνον. « (4) Γαλατίας μὴ ἐπιβάλλειν Φαρνάκην κατὰ μηδένᾳ « τρόπον. Ὅσαι γεγόνασιν πρότερον συνθήκαι Φαρ- « νάκῃ πρὸς Γαλάτας, ἀκύρους ὑπάρχειν. (5) Ὅμοίως

## Mores Persei.

V. Perseus, renovata cum populo Romano amicitia, confestim Græcos sibi conciliare omnibus modis cepit. Nam quotquot æris alieni causa, aut iudiciis condemnati, solum verterant, quique ob majestatis crimina patria excesserant, universos in Macedoniam evocavit; (2) edictis in insula Delo ac Delphis et in templo Itoniæ Minervæ palam propositis, quibus non modo impunitatem redeuntibus concedebat, sed etiam bonorum omnium restitutionem, quas quisque, quo tempore in exilium ivit, possedisset. (3) Pariterque qui in ipsa Macedonia inveniebantur fiscalibus debitis obstricti, iis omnia remisit; cunctosque, qui ob suspicionem aut crimen majestatis in vinculis erant, custodia liberavit. (4) His gestis multorum animos arrexerat, cum videretur præclaram omnibus Græcis spem in se ostendere. (5) Quin etiam in reliquo vitæ apparatu regiam dignitatem præferebat. (6) Nam et specie erat honesta, et corpore ad omne opus bello et pace obeundum valido; atque in vultu supercilium et dignitas non incongrua ætati ejus aderat. (7) Vitaverat enim paternam in mulieres atque in convivii intemperantiam: et in bibendo inter epulas non modo ipse moderatus erat, sed et amici qui convicti ejus utebantur. (8) Ac Persei quidem principatus hujusmodi exordium habuit.

(9) Philippus rex, postea quidem quam opibus auctus est, et Græciam in potestate habuit, omnium perfidissimus fuerat ac flagitiosissimus; ubi vero adversam fortunam esset expertus, omnium modestissimus. (10) Postremo postquam res ejus funditus labefactæ sunt, ad omnem futuri temporis casum comparans sese, regnam suum confirmare omnibus modis atque artibus erat connisus.

VI. Pharnaces, subita et gravi impressione hostium ter- ritus, ad quascumque pacis conditiones fuit paratus: quare etiam legatos ad Eumenem et Ariarathem misit. (2) Quem autem Eumenes et Ariarathes mentionem pacis æquis acce- pissent auribus, et suos statim legatos ad Pharnacem mi- sissent, idque sæpius ab utraque parte factum esset; his tandem conditionibus pax convenit: « (3) Eumeni, Pru- « siæ, et Ariarathi, cum Pharnace et Mithridate pax esto « perpetua. (4) Galatiam Pharnaces ne ingreditur ullo mo- « do. Quæcumque antea Pharnaci cum Gallis fœdera fœ- « runt, dirimuntur. (5) Paphlagonia pariter excedit, et,

« Παφλαγονίας ἐκχωρεῖν, ἀποκαταστήσαντα τοὺς οἰκή-  
 « τας, οὓς πρότερον ἐξαγῆχει, σὺν δὲ τούτοις ὅπλα  
 « καὶ βέλη καὶ τὰς ἄλλας παρασκευάς. (6) Ἀποδοῦναι  
 « δὲ καὶ Ἀριαράθῃ τῶν τε χωρίων, ὅσα παρήρητο,  
 « μετὰ τῆς προὔπαρχούσης παρασκευῆς, καὶ τοὺς δημή-  
 « ρους. (7) Ἀποδοῦναι δὲ καὶ Τίον παρὰ τὸν Πόντον »  
 « (ὃ μετὰ τινα χρόνον Εὐμένης ἔδωκε Προυσίᾳ πεισθεὶς,  
 « μετὰ μεγάλης χάριτος). (8) Ἐγράφῃ δὲ καὶ, « τοὺς  
 « αἰχμαλώτους ἀποκαταστήσαι Φαρνάκην χωρὶς λύ-  
 « τρων, καὶ τοὺς αὐτομολοὺς ἅπαντας. (9) πρὸς δὲ  
 « τούτοις, τῶν χρημάτων καὶ τῆς γάζης, ἥς ἀπήνεγκε  
 « παρὰ Μορζίου καὶ Ἀριαράθου, ἀποδοῦναι τοῖς προ-  
 « ειρημένοις βασιλεῦσιν ἑναχόσια τάλαντα. (10) καὶ  
 « τοῖς περὶ τὸν Εὐμένην τ' προσθεῖναι, τὴν εἰς τὸν πό-  
 « λεμον δαπάνην. » (11) Ἐπεγράφῃ δὲ καὶ « Μιθρι-  
 « δάτῃ, τῷ τῆς Ἀρμενίας σατράπῃ, τ' τάλαντα, διότι  
 « παραβὰς τὰς πρὸς Εὐμένην συνθήκας ἐπολέμησεν  
 « Ἀριαράθῃ. » (12) Περιελήφθησαν δὲ ταῖς συνθήκαις,  
 « τῶν μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυναστῶν Ἀρταξίας, ὃ τῆς  
 « πλείστης Ἀρμενίας ἄρχων, καὶ Ἀκουσίλοχος. (13)  
 « τῶν δὲ κατὰ τὴν Εὐρώπῃν, Γάταλος ὁ Σαουμάτης· τῶν  
 « δ' αὐτονομουμένων, Ἡρακλεῦται, Μεσημβριανοὶ, Χερ-  
 « βηνησίται, σὺν δὲ τούτοις Κυζικηνῶι. (14) Περὶ δὲ  
 « τῶν δημῶν τελευταῖον ἐγράφῃ, πόσους δεήσει καὶ  
 « τῖνας δοῦναι τὸν Φαρνάκην· ὧν καὶ παραγενθέντων,  
 « ἑαυτῆς ἀνέζευξαν αἱ δυνάμεις. (15) Καὶ τοῦ μὲν Εὐ-  
 « μένη καὶ Ἀριαράθῃ πρὸς Φαρνάκην συστάντος πολέμου  
 « τοιοῦτον ἀπέβη τὸ τέλος.

« quos prius inde eduxit, incolas restituit, et simul cum  
 « his arma tela et reliquum omnem apparatus. (6) Red-  
 « dito etiam Ariarathi loca omnia, quæ fuere ei ademta,  
 « cum omni apparatu qui ibi fuerat, itemque obsides. (7)  
 « Reddito etiam Tium, quod est ad Pontum. » (Id oppi-  
 « dum aliquanto post Eumenes Prusiæ dedit, ab eo exoratus,  
 « in magnam accipientis gratiam ) (8) Ad hoc scriptum in-  
 « fœdere : « ut captivos transfugasque omnes sine pretio  
 « Pharnaces redderet. (9) Item, ut ex ea pecunia et gaza,  
 « quam a Morzia et Ariarathe abstulisset, prædictis regibus  
 « nongenta redderet talenta; (10) Eumeni vero præterea  
 « pro belli impensis trecenta talenta penderet. » (11) Præte-  
 « rea scriptum, « ut Mithridates, præfectus Armeniæ, trecenta  
 « solveret talenta, quia bellum cum Ariarathē gessit contra  
 « fœdus, quod cum Eumene habuit. » (12) Comprehensi  
 « sunt autem eodem fœdere, e dynastis Asiæ, Artaxias, ma-  
 « joris partis Armeniæ regulus, et Acusilochus : (13) ex Eu-  
 « ropæis, Gatalus Sarmata : e liberis civitatibus, Heracleotæ,  
 « Mesembriani, Chersonesitæ, et cum his præterea Cyziceni.  
 « (14) Postremo loco adjectum de obsidibus, quot numero et  
 « cujus conditionis eos dare Pharnacem oportet : qui simul  
 « venerunt, reversæ sunt copiæ. (15) Itaque belli, quod  
 « Eumenes et Ariarathes cum Pharnace gesserunt, hic fuit  
 « exitus.

## V. — LYCIORUM LEGATIO ROMAM MISSA CONTRA RHODIOS.

### Legatio LX.

VII. Μετὰ τὴν ἀποστολὴν τῶν ὑπάτων Τιβερίου  
 καὶ Κλαυδίου, τὴν πρὸς Ἰστρους καὶ Ἀγρίους, ἡ σύγ-  
 κλητος ἐχρημάτισε τοῖς παρὰ τῶν Λυκίων ἥκουσι πρε-  
 σβευταῖς, ἥδη τῆς θερείας ληγοῦσης. (2) οἵτινες πα-  
 ρεγένοντο μὲν εἰς τὴν Ῥώμην, ἥδη καταπεπολεμημένων  
 τῶν Λυκίων, ἐξαπεστάλησαν δὲ χρόνοις ἱκανοῖς ἀνώτε-  
 ρον. (3) Οἱ γὰρ Ξάνθιοι, καθ' ὃν καιρὸν ἐμελλον εἰς  
 τὸν πόλεμον ἐμβαίνειν, ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς εἰς τε  
 τὴν Ἀχαΐαν καὶ τὴν Ῥώμην, τοὺς περὶ Νικόστρα-  
 τον. (4) οἱ τότε παραγενθέντες εἰς τὴν Ῥώμην, πολ-  
 λούς εἰς ἔλεον ἐξεκαλέσαντο τῶν ἐν τῷ συνεδρίῳ, τι-  
 θέντες ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν τε Ῥοδίων βαρύτητα καὶ τὴν  
 αὐτῶν περίστασιν. (5) Καὶ τέλος εἰς τοῦτο ἤγαγον  
 τὴν σύγκλητον, ὥστε πέμψαι πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥόδον,  
 τοὺς διασαφήςοντας, ὅτι, τῶν ὑπομνηματισμῶν ἀνα-  
 ληφθέντων, ὧν οἱ δέκα πρέσβεις ἐποίησαντο κατὰ τὴν  
 Ἀσίαν, ὅτε τὰ πρὸς Ἀντίοχον ἐχέριζον, εὗρηνται Λύ-  
 κιοι δεδομένοι Ῥοδίοις, οὐκ ἐν ὧρεϊ, τὸ δὲ πλεῖον,  
 ὡς φίλοι καὶ σύμμαχοι. (6) Τοιαύτης δὲ γενομένης  
 διαλύσεως, οὐδ' ὅπως ἤρεσκε πολλοῖς τὸ γεγονός. (7)  
 Ἐδόκουν γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ κατὰ τοὺς Ῥοδίους καὶ  
 Λυκίους διαγωνοθετεῖν, θέλοντες ἐκδαπανᾶσθαι τὰς

VII. Postquam missi fuissent Coss. Tiberius et Claudius  
 in expeditionem contra Istros et Agrios, senatus, exeunte  
 jam æstate, Lyciorum legatis operam dedit. (2) Hi Romam  
 venerant, postquam bello jam Lycii fuerant devicti, quam-  
 vis longo ante tempore fuissent missi. (3) Nam Xanthii  
 sub tempus belli imminantis et in Achaiam et Romam lega-  
 tionem miserant, cujus princeps Nicostratus. (4) Hi Ro-  
 mam ut nunc venire, multos patrum ad misericordiam com-  
 moverunt, quum et Rhodiorum crudelitatem et calamitatem  
 suam ob oculos illis ponerent. (5) Ac tandem eo senatum  
 adduxerunt, ut legatos Rhodum mitterent, qui significarent,  
 inspectis commentariis, quos decem legati in Asia fecerant,  
 quo tempore cum Antiocho res composuerant, repertum  
 esse, Lycios Rhodiis fuisse concessos, non pro munere,  
 sed potius tamquam amicos et socios. (6) Hoc negotium  
 quum ita esset transactum, multis nequaquam res proba-  
 batur. (7) Existimabantur enim Romani proposito præmio,  
 ceu fieri amat a præsidibus ludorum, Rhodios et Lycios in-  
 ter se velle committere, ad exhauriendos apparatus Rho-

παραθέσεις τῶν Ῥοδίων καὶ τοὺς θησαυροὺς· (8) ἀκηχοῦτες τὴν τε νυμφαγωγίαν τὴν νηωστὶ τῷ Περσεῖ γεγεννημένην ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὴν ἀνάπειραν τῶν πλοίων. (9) Συνέβαινε γὰρ βραχεῖ χρόνῳ πρότερον, ἐπιφανῶς καὶ μεγαλομερῶς ταῖς παρασκευαῖς ἀναπειραῖσθαι τοὺς Ῥοδίους ἅπασιν τοῖς σκάφεσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῖς. (10) Καὶ γὰρ ξύλων πλῆθος εἰς ναυπηγίαν ἐδίδото παρὰ τοῦ Περσέως τοῖς Ῥοδίοις, καὶ στελγίδα χρυσὴν ἐκάστω τῶν \*φρακτῆτων ἐδεδώρητο, τῶν νηωστὶ νευμπαγωγηκῶτων αὐτῇ τὴν Λαοδίην.

#### Legatio LXI.

VIII. Εἰς τὴν Ῥόδον παραγενομένων τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης πρεσβευτῶν, καὶ διασαφούντων τὰ δεδογμένα τῇ συγκλήτῳ, θόρυβος ἦν ἐν τῇ Ῥόδῳ καὶ πολλὴ ταραχὴ περὶ τοὺς πολιτευομένους, ἀγανακτούντων ἐπὶ τῷ μὴ φάσκειν ἐν δωρεᾷ δεδῶσθαι τοὺς Λυκίους αὐτοῖς, ἀλλὰ κατὰ συμμαχίαν. (2) Ἄρτι γὰρ δοκοῦντες καλῶς τεθεῖσθαι τὰ κατὰ Λυκίους, αὐτίς ἄλλην ἀρχὴν ἐώρων φουμένην πραγμάτων. (3) Εὐθέως γὰρ οἱ Λύκιοι, τῶν Ῥωμαίων παραγενομένων, καὶ διασαφούντων ταῦτα τοῖς Ῥοδίοις, πάλιν ἐστασίαζον, καὶ πᾶν ὑπομένειν οἷοι τ' ἦσαν ὑπὲρ τῆς αὐτονομίας καὶ τῆς ἐλευθερίας. (4) Οὐ μὴν ἄλλ' οἱ γε Ῥόδιοι, ἀκούσαντες τῶν πρεσβευτῶν, καὶ νομίσαντες ἐξηπατῆσθαι τοὺς Ῥωμαίους ὑπὸ τῶν Λυκίων, παραχρῆμα κατέστησαν τοὺς περὶ Λυκόφρονα πρεσβευτὰς, διδάζοντας τὴν σύγκλητον περὶ τῶν προειρημένων. (5) Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τούτων ἦν, ὅσον οὕτω δοκούντων πάλιν ἐπαναστήσεσθαι τῶν Λυκίων.

### VI. — DARDANII ET THESSALI LEGATIONEM MITTUNT ROMAM.

#### Legatio LXII.

IX. Ἡ σύγκλητος, παραγενομένων τῶν ἐκ τῆς Ῥόδου πρεσβευτῶν, διακούσασα τῶν λόγων, ὑπερέθετο τὴν ἀπόκρισιν. (2) Ἠκόντων δὲ τῶν Δαρδανίων, καὶ περὶ τοῦ πλῆθους τῶν Βασταρνίων, καὶ περὶ τοῦ μεγέθους τῶν ἀνδρῶν καὶ τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις τόλμης ἐξηγουμένων· (3) καὶ διασαφούντων περὶ τῆς Περσέως κοινοπραγίας καὶ τῶν Γαλατῶν, καὶ φασκόντων, τοῦτον ἀγωνιᾶν μᾶλλον ἢ τοὺς Βαστάρνας, καὶ διὰ ταῦτα δεομένων σφίσι βοηθεῖν· (4) παρόντων δὲ καὶ Θετταλῶν, καὶ συνεπιμαρτυρούντων τοῖς Δαρδανίοις, καὶ παρακαλούντων καὶ τούτων ἐπὶ τὴν βοήθειαν· (5) ἔδοξε τῇ συγκλήτῳ, πέμψαι τινὰς, τοὺς αὐτόπτας ἐσομένους τῶν προσαγγελιομένων. (6) Καὶ παραυτίκα καταστήσαντες Αὐλὸν Ποστούμιον ἐξαπέστειλαν, καὶ σὺν τούτῳ τινὰς τῶν νέων.

diorum et thesauros; (8) postquam scilicet audivissent, quomodo Rhodii nuper Persei sponsam classe ad sponsam deduxerunt, et quomodo navium suarum fecerint periculum. (9) Acciderat namque paulo ante, ut Rhodii cum insigni et magnifico apparatu omnium, quas habebant, navium experimentum agerent. (10) Perseus enim navalis materię ad classem aedificandam ingentem copiam illis fuerat largitus, qui etiam singulis remigibus, a quibus paulo ante Laodice sponsa ipsius fuerat deducta, tœniam ex auro donavit.

#### Rhodiurum legatio Romam.

VIII. Postquam populi Romani legatio Rhodum venit, et senatus decretum exposuit, tumultus et magna perturbatio inter magistratus Rhodios est orta, omnibus iniquo animo ferentibus, quod dicerent Romani, Lycios datos Rhodiis fuisse, non loco muneris, verum ut pro sociis eos haberent. (2) Nam quum res Lyciorum ordinasse recte non multo ante sibi viderentur, aliud denuo molestiarum principium sibi videbant exoriri. (3) Lycii enim, simul ac venerunt Romani, et ista Rhodiis declararunt, seditionem iterum excitaverunt, seque paratos ostenderunt omnia pati, quo legibus suis et libertati redderentur. (4) Rhodii vero, legatione audita, Romanos a Lyciis fuisse deceptos rati, legatum statim Lycophronem miserunt, qui senatum de omnibus, quę diximus, edoceret. (5) Et harum quidem rerum hic fuit tum status, quum crederentur Lycii brevi admodum tempore adversus Rhodios rebellaturi.

IX. Senatus post legationis Rhodiurum adventum, ea audita, responsum dare distulit. (2) Cum autem Dardanii venissent, et de Bastarnis exposuissent, quanta eorum multitudo, quam ingentia eorum corpora, quanta in periculis esset illorum audacia; (3) docuissent etiam de societate a Perseo inita cum Gallis, dixissentque, majori sibi Perseum quam Bastarnas esse terrori, ac propterea opem sibi ferri postulassent: (4) quum præterea Thessali, qui aderant, quę dixerant Dardanii, suo testimonio confirmassent, et auxilium etiam ipsi poposcissent; (5) decrevit Senatus, quosdam mittere, ad visendum, quid eorum esset, quę nunciabantur. (6) Et statim Aulo Postumio negotium datum, ut eo proficisceretur, suntque cum ipso proficisci jussi e junioribus nonnulli.

## VII. — RES SYRIACÆ.

Athenæus lib. X, p. 439; V, p. 193 sq.

X. Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν καλεῖ αὐτὸν Ἐπιμανῆ, καὶ οὐκ Ἐπιφανῆ, διὰ τὰς πράξεις. (2) Περὶ οὗ φησι Πολύβιος τάδε· Ὡς ἀποδιδράσκων ἐκ τῆς αὐλῆς ἐνίστε τοὺς θεράποντας, οὗ τύχοι τῆς πόλεως, αἰὲν ἐφαίνετο δεύτερος καὶ τρίτος. (3) Μάλιστα δὲ πρὸς τοῖς ἀργυροκοπέοις εὗρισκετο καὶ χρυσοχοείοις, εὐρεσιλογῶν καὶ φιλοτεχνῶν πρὸς τοὺς τορευτάς καὶ τοὺς ἄλλους τεχνίτας. (4) Ἐπειτα καὶ μετὰ δημοτῶν ἀνθρώπων συγκαταβαίνων ὥμιλει ᾧ τύχοι, καὶ μετὰ τῶν παρεπιδημούντων ξένων συνέπιπνε τῶν εὐτελεστάτων. (5) Ὅτε δὲ τῶν νεωτέρων αἰσθοιτό τινας συνευχόμενους ὅπου δῆποτε, οὐδεμίαν ἔμφασι ποιήσας παρῆν ἐπικωμαῶν μετὰ κερατίου καὶ συμφωνίας, ὥστε τοὺς πολλοὺς διὰ τὸ παράδοξον ἀνισταμένους φεύγειν. (6) Πολλάκις δὲ καὶ τὴν βασιλικὴν ἀποθέμενος ἐσθῆτα, τήθενναν ἀναλαβὼν περιῖει κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀρχαιρεσιάζων· καὶ τοὺς μὲν δεξιούμενος, τοὺς δὲ καὶ περιπτύσσων, παρεκάλει φέρειν αὐτῷ τὴν ψῆφον, ποτὲ μὲν ὡς ἀγορανόμος γένηται, ποτὲ δὲ καὶ ὡς δήμαρχος. (7) Τυχὼν δὲ τῆς ἀρχῆς, καὶ καθίσας ἐπὶ τὸν ἐλεφάντινον δίσκρον κατὰ τὸ παρὰ Ῥωμαίους ἔθος, διήκουσε τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν γιγνομένων συναλλαγμάτων, καὶ διέκρινε μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ προθυμίας. (8) Ἐξ ὧν εἰς ἀπορίαν ἦγε τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἐπεικτεῖς οἱ μὲν γὰρ ἀφελῆ τινα αὐτὸν εἶναι ὑπελάμβανον, οἱ δὲ μαίνόμενον. (9) Καὶ γὰρ περὶ τὰς δωρεὰς ἦν παραπλήσιος· ἐδίδου γὰρ τοῖς μὲν ἀστραγάλους δοξαδεύουσιν, τοῖς δὲ φοινικοδαλάνους, ἄλλοις δὲ χρυσίον. (10) Καὶ ἐξ ἀπαντήσεως δὲ τισιν ἐντυχάνων, οὐς μὴ ἠώρακε ποτὲ, ἐδίδου δωρεὰς ἀπροσδοκίτους. (11) Ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς, πάντας ὑπερέβαλε τοὺς βασιλευσάτους. (12) Τοῦτο δ' ἂν τις τεκμήραιτο ἐκ τοῦ παρ' Ἀθηναίους Ὀλυμπίου, καὶ τῶν περὶ τὸν ἐν Δῆλῳ βωμὸν ἀνδριάντων. \* \* (13) Ἐλούετο δὲ καὶ τοῖς δημοσίοις βαλανείοις, ὅτε δημοτῶν ἦν τὰ βαλανεῖα πεπληρωμένα, κεραμίων εἰσφερομένων αὐτῷ μύρων τῶν πολυτελεστάτων. (14) Ὅτε καὶ τινος εἰπόντος, μακάριοί ἐστε ὑμεῖς οἱ βασιλεῖς, οἱ καὶ τοιούτους χρώμενοι, καὶ ὀδωδότες ἡδύ· (15) καὶ μηδὲν τὸν ἄνθρωπον προσεπὼν, ὅπου κεῖνος τῇ ἐξῆς ἐλούετο, ἔπεισελθὼν, ἐποίησεν αὐτοῦ κατακυθῆναι τῆς κεφαλῆς μέγιστον κεράμιον πολυτελεστάτου μύρου, τῆς στακτῆς καλουμένης· (16) ὡς πάντας ἀναστάντας κυλιέσθαι λουόμενους τῷ μύρῳ, καὶ διὰ τὴν γλισχρότητα καταπίπτοντας, γέλωτα παρέχειν, καθάπερ καὶ αὐτὸν τὸν βασιλεῖα.

Initium regni Antiochi Epiphanis.

X. Hunc Polybius libro vicesimo sexto Historiarum Ἐπιμανῆ vocat, non Ἐπιφανῆ, ob ea quæ ab illo sunt acta. (2) Scribit enim de eo Polybius hæc: Ex regia nonnumquam elapsus insciis ministris, quacumque in parte urbis oberrans cum uno aut duobus comitibus conspiciebatur. (3) Maxime vero in argenti sculptorum aut auri fusorum officinis deprehendebatur, cum cælatoribus aliisque artificibus confabulans et de artis subtilitate disserens. (4) Præterea in plebeiorum hominum conversationem se demittens, cum his, quicumque fuissent, sermones conserebat, et cum vilissimis advenis et peregrinis compotabat. (5) Si quando juvenes quosdam quocumque in loco una convivari intellexisset, nullo adventus sui facto indicio, cum tibia et symphonia aderat lascivens et comessabundus; ut inexpectato ejus adventu territi plerique, surgentes de convivio profugerent. (6) Sæpius etiam, exuta regia veste, toga indutus in foro obambulabat veluti candidatus in comitiis; nunc hos dextra prensans, nunc illos etiam amplectens, rogansque, ut pro se suffragium ferrent, quo sive ædilis sive tribunus plebis crearetur. (7) Magistratum vero, quem petierat, adeptus, in eburnea sella curuli sedens, prout mos est Romanis, de forensibus actionibus, commerciis atque contrahentibus cognoscebat, magnoque et alacri studio jus dicebat. (8) Quibus rebus ansam dubitandi præbuit cordatis modestisque viris; quorum alii eum simplicem atque facilem virum esse judicabant, alii insanum. (9) Nam et ejusdem modi fuit ejus ingenium in muneribus dandis; ut qui aliis talos ex dorcadum cornubus dono daret, aliis palmulas, aliis aurum; (10) nonnumquam vero etiam forte fortuna occurrentes, quos numquam vidiasset, insperatis donaret muneribus. (11) In sacrificiis vero atque donariis, quæ ipsius nomine consecrabantur in urbibus, et in deorum cultu, omnes, qui [ante ipsum] regnarunt, superavit. (12) Cujus rei testis est Jovis Olympii templum Athenis, et statuæ circa aram Deli positæ. \* \* (13) In publicis balneis lavabatur, etiam cum frequentissima plebis multitudine occuparentur; pretiosissimorumque unguentorum amphoræ tunc ad eum perferri solebant. (14) Quo tempore quum aliquis diceret, beati estis vos Reges, qui talibus utentes suaviter oletis; (15) nullo homini responso dato, postridie ingressus ubi ille lavabat, maximum vas pretiosissimi unguenti, quæ stacte seu stillaticia myrrha vocatur, super caput ejus jussit effundi. (16) Quo facto, surgentes omnes, unguento sese lavaturi, catervatim advolarunt, rexque etiam ipse: sed fallente propter viscositatem vestigio lapsantes, multum risum commovebant.

ΤΗΣ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΕΒΔΟΜΗΣ  
ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

LIBRI VICESIMI SEPTIMI  
HISTORIARUM POLYBII

RELIQUIÆ.

I. INITIA BELLI PERSICI.

(1.) Legatio LXIII.

Ι. Ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ παρεγένοντο πρέσβεις, παρὰ μὲν Θεσπείων, οἱ περὶ Λασύν καὶ Καλλίαν, παρὰ δὲ Νέωνος, Ἰσμενίας· (2) οἱ μὲν περὶ Λασύν ἐγγχειρίζοντες τὴν ἑαυτῶν πατρίδα Ῥωμαίοις, ὃ δὲ Ἰσμενίας κατὰ κοινὸν πάσας τὰς ἐν τῇ Βοιωτίᾳ πόλεις διδοὺς εἰς τὴν τῶν πρεσβευτῶν πίστιν. (3) Ἦν δὲ τοῦτο μὲν ἐναντιώτατον τοῖς περὶ τὸν Μάρκιον· τὸ δὲ κατὰ πόλιν διελεῖν τοὺς Βοιωτοὺς οἰκειότατον. (4) Διὸ τοὺς μὲν περὶ τὸν Λασύν, καὶ τοὺς Χαιρωνεῖς, καὶ τοὺς Λεβαδεῖς, καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι παρήσαν ἀπὸ τῶν πόλεων, ἀσμένως ἀπεδέχοντο καὶ κατέψων· (5) τὸν δὲ Ἰσμενίαν παρεδειγμάτιζον, ἀποτριβόμενοι καὶ παρορῶντες. (6) Ὅτε καὶ συνεπιθέμενοί τινες τῶν φυγάδων μικροῦ κατέλευσαν τὸν Ἰσμενίαν, εἰ μὴ κατέφυγεν ὑπὸ τὰ δίθυρα τῶν Ῥωμαίων. (7) Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ταῖς Θήβαις συνέβαινε ταραχὰς εἶναι καὶ στάσεις. (8) Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν, δεῖν διδόναι τὴν πόλιν εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν· οἱ δὲ Κορωνεῖς καὶ Ἀλιάρτιοι, συνδεδραμηκοτες εἰς τὰς Θήβας, ἀκμὴν ἀντεποιοῦντο τῶν πραγμάτων, καὶ μένειν ἔφασαν δεῖν ἐν τῇ πρὸς τὸν Περσέα συμμαχίᾳ. (9) Καὶ μέχρι μὲν τινος ἐφάμιλλος ἦν ἡ διάθεσις τῶν στασιαζόντων· Ὀλυμπίχου δὲ τοῦ Κορωνέως πρῶτον μεταθεμένου, καὶ φάσκοντος, δεῖν ἀντέχεσθαι Ῥωμαίων, ἐγένετο καὶ ὀλοσχερὴς ῥοπή καὶ μετάπτωσις. (10) Καὶ πρῶτον μὲν τὸν Δικέταν ἠνάγκασαν πρεσβεύειν πρὸς τοὺς περὶ τὸν Μάρκιον, ἀπολογησόμενον ὑπὲρ τῆς πρὸς τὸν Περσέα συμμαχίας. (11) Μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς περὶ τὸν Νέωνα καὶ τὸν Ἰππίαν ἐξέβαλλον, συντρέχοντες ἐπὶ τὰς οἰκίας αὐτῶν, καὶ κελεύοντες αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογεῖσθαι περὶ τῶν διωκονομημένων· οὗτοι γὰρ ἦσαν οἱ τὰ περὶ τὴν συμμαχίαν οἰκονομήσαντες. (12) Τούτων δὲ παραχωρησάντων, ἑαυτῆς ἀθροισθέντες εἰς ἐκκλησίαν, πρῶτον μὲν τιμὰς ἐψηφίσαντο καὶ [δωρεὰς] τοῖς Ῥωμαίοις, εἶτα ἐνεργεῖν ἐπέταξαν τοῖς ἀρχουσι τὴν συμμαχίαν. (13) Ἐπὶ δὲ πᾶσι πρεσβευτὰς κατέστησαν τοὺς ἐγγχειριούντας τὴν πόλιν Ῥωμαίοις, καὶ κατάρχοντας τοὺς παρ' αὐτῶν φυγάδας.

ΙΙ. Τούτων δὲ συντελουμένων ἐν ταῖς Θήβαις, οἱ φυγάδες ἐν τῇ Χαλκίδι, προστησάμενοι Πομπίδην, κατηγορίαν ἐποιοῦντο τῶν περὶ τὸν Ἰσμενίαν, καὶ Νέωνα, καὶ Δικέταν. (2) Προδῆλου δὲ τῆς ἀγνοίας οὐσης τοῖς προειρημένων, καὶ τῶν Ῥωμαίων συνεπισχυόντων τοῖς φηγάσιν, (3) εἰς τὴν ἐσχάτην διάθεσιν ἔχον οἱ περὶ

(1.) *Commune Bæotum dissolvitur, et Bæoti abstrahuntur a societate Persei.*

I. Ea tempestate venerunt legati; Thespiensium quidem missu, Lasys et Callias; Neonis vero, Ismenias. (2) Lasys patriam suam Romanis tradebat: Ismenias omnes Bæotia urbes in commune fidei legatorum permittebat. (3) Id vero a proposito [Q.] Marci alienissimum erat, sicut contra consilii ejus accommodatissimum, ut separata per singulas civitates concilia Bæoti haberent. (4) Itaque Lasyn, et Chæronenses, Lebadenses, et reliquos a civitatibus missos, lætus suscipiebat et demulcebat; (5) Ismeniam vero propalam contemptim tractabat, summovens eum atque aspernans. (6) Quo quidem tempore exsules nonnulli, conspiratione facta, Ismeniam tantum non saxis obruissent, nisi sub Romanorum legatorum podium confugisset. (7) Per id tempus vigeabant Thebis tumultus et seditiones. (8) Nam alii urbem fidei Romanorum permittendam censebant; Coronæi vero et Haliartii, facto Thebas concursu, rerum acriter ad se trahebant, et in societate Persei manendum esse contendebant. (9) Ac fuerunt quidem aliquamdiu paria contententium studia. Sed postquam primus omnium Olympichus Coronæus mutata sententia adhærendum esse Romanis dixit, animorum totius multitudinis facta inclinatio est et mutatio. (10) Primo igitur Dicetan legatum proficisci ad Marcium compulerunt, qui societatem cum Perseo initam illi excusaret. (11) Neonem deinde atque Hippium ejecerunt, impetu in eorum domos facto; jusseruntque, ut universæ administrationis suæ rationem redderent: hi namque erant, quorum auctoritate contracta fuerat cum Perseo societas. (12) Qui postquam abierunt, protinus isti, cæcione advocata, honores [et munera] decreverunt Romanis; deinde magistratibus mandarunt, ut societati cum illis inenndæ operam darent: (13) postremo legatos decreverunt, qui Romanis urbem traderent, exsulesque suos reducerent.

II. Hæc dum ita geruntur Thebis, exsules, qui Chalcide erant, duce atque auctore Pompiden, Ismeniam, Neonem, et Dicetam deferre instituerunt. (2) Quum autem manifesta esset illorum culpa, et Romani exsilibus faverent, (3) ad extremum periculi et inopiæ consilii Hippias, et qui earum-

τὸν Ἰππίαν, ὥστε καὶ τῷ βίῳ κινδυνεῦσαι παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ὑπὸ τῆς ὁρμῆς τοῦ πληθους, ἥως οὐ βραχύ τι τῆς ἀσφαλείας αὐτῶν προύνοηθησαν οἱ Ῥωμαῖοι, παρακατασχόντες τὴν ἐπιφορὰν τῶν ὅχλων. (4) Τῶν δὲ Θηβαίων παραγενομένων, καὶ κομιζόντων τὰ προειρημένα δόγματα καὶ τὰς τιμὰς, ταχέϊαν ἕκαστα τῶν πραγμάτων ἐλάμβανε τὴν ἀνταπόδοσιν, ἅτε τῶν πόλεων παρακειμένων ἀλλήλαις ἐν πανί βραχεῖ διαστήματι. (5) Πλὴν ἀποδεξάμενοι τοὺς Θηβαίους οἱ περὶ τὸν Μάρκιον, τὴν τε πόλιν ἐπήνεσαν, καὶ τοὺς φυγάδας συνέβουλευσαν ἀπαγαγεῖν εἰς τὴν οἰκίαν. (6) Εὐθύς τε παρήγγειλαν πρὸςθεύειν πᾶσι τοῖς ἀπὸ τῶν πόλεων εἰς τὴν Ῥώμην, διδόντας αὐτὰς εἰς τὴν πίστιν, κατ' ἰδίαν ἑκάστας. (7) Πάντων δὲ κατὰ τὴν πρόθεσιν αὐτοῖς χωρούντων ταῦτα δ' ἦν τὸ διαλύσαι τῶν Βοιωτῶν τὸ ἔθνος, καὶ λυμῆνασθαι τὴν τῶν πολλῶν εὐνοίαν πρὸς τὴν Μακεδόνων οἰκίαν. (8) οὗτοι μὲν μεταπεμφάμενοι Σαρούσιον ἐξ Ἄργους, καὶ καταλιπόντες ἐπὶ τῆς Χαλκίδος, προῆγον ἐπὶ Πελοπόννησον. Νέων δὲ μετὰ τινας ἡμέρας ἀνεχώρησεν εἰς Μακεδονίαν. (9) Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰσμενίαν καὶ Δικέταν τότε μὲν ἀπήχθησαν εἰς φυλακὴν· μετὰ δὲ τινα χρόνον ἀπήλλαξαν αὐτοὺς ἐκ τοῦ ζῆν. (10) Τὸ δὲ τῶν Βοιωτῶν ἔθνος, ἐπὶ πολλὸν χρόνον συντετηρηκὸς τὴν κοινὴν συμπολιτείαν, καὶ πολλοὺς καὶ ποικίλους καιροὺς διαπνευγὸς παραδόξως, τότε προπετῶς καὶ ἀλογίστως ἐλόμενον τὰ παρὰ Περσέως, εἰκῇ καὶ παιδαριωδῶς ποτηθὲν, κατελύθη καὶ διεσκορπίσθη κατὰ πόλεις. (11) Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀῖλλον καὶ Μάρκιον, παραγενηθέντες εἰς τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν, ἐγρημάτισαν ταῖς συναρχαῖς ταῖς τῶν Ἀχαιῶν, καὶ παρεκάλεσαν Ἀρχωνα τὸν στρατηγὸν, χιλιούς ἐκπέμψαι στρατιώτας εἰς Χαλκίδα, παραφυλάσσοντας τὴν πόλιν μέχρι τῆς Ῥωμαίων διαβάσεως. (12) Τοῦ δὲ Ἀρχωνος ἐτοίμως συνυπακούσαντος, οὗτοι μὲν ταῦτα διαπράξαντες ἐν τοῖς Ἑλλησι κατὰ χεῖμῶνα, καὶ τῷ Ποπλίῳ συμμειξαντες, ἀπέπλεον εἰς τὴν Ῥώμην.

## (II.) Legatio LXIV.

III. Οἱ περὶ τὸν Τιθέριον καὶ Ποστούμιον κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, ἐπιπορευόμενοι τὰς νήσους, καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεις. (2) \* \* πλείστον δ' ἐν τῇ Ῥόδῳ, καίπερ οὐ προσδεομένων τῶν Ῥοδίων κατὰ τοὺς τότε χρόνους. (3) Ἡγησίλοχος γάρ, τότε πρυτανεύων, ἀνὴρ τῶν εὐδοκιμούντων, δ καὶ μετὰ ταῦτα πρὸςθεύσας εἰς τὴν Ῥώμην, ἔτι πρότερον, ἅμα τῷ φαγερὸν γενέσθαι, διότι μέλλουσι πολεμεῖν Ῥωμαῖοι τῷ Περσεῖ, τὰλλα τε παρακεκλήκει τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν αὐτῶν Ἀπιδῶν, καὶ μ' ναῦς συμβουλεύσας τοῖς Ῥοδίοις ὑποζωννύειν. (4) ἵνα, ἐάν τις ἐκ τῶν καιρῶν γένηται χρεια, μὴ τότε παρασκευάζωνται πρὸς τὸ παρακαλούμενον, ἀλλ' ἐτοίμως διακείμενοι πράττωσι τὸ κριθὲν ἑαυτῆς. (5) Ἄ τότε προφερόμενος τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ δεικνὺς ὑπὸ τὴν ὄψιν τὰς παρασκευάς, εὐδοκουμενούς τῇ πόλει τοὺς πρὸςθευτὰς ἐξαπέστειλεν. (6) Οἱ

POLYBIUS. — II.

II. Prusias, rex Bithyniæ, aspectu erat deformis, neque vero ingenio judicioque melior: homo semivir specie, et ad res bellicas prorsus ignavus et mollis. (2) Neque enim solum timidus erat, sed etiam præterea laboris impatiens, atque omnino effeminatus in omni vita et animo et corpore: (3) quod genus vitii cum omnes mortales, tum maxime Bithyni, in regibus ferre non possunt. (4) Idem ingenti libidine ad omnes corporis voluptates ardebat. (5) Discipulorum autem liberalium ac philosophiæ et doctrinæ omnis quæ in his rebus versatur, prorsus expers. (6) Denique virtutis atque honesti ne sensum quidem ullum habebat, sed interdum noctuque Sardnapali cujusdam vitam ducebat. (7) Quamobrem simul ac vel minima spes multitudini affalsit Bithynorum, omnes impetu effuso non ad defectionem modo, sed ad pœnas etiam de rege sumendas ferri cœpere.

*Masanissæ obitus et elogium.*

III. Masanissa, Numidarum in Africa rex, vir fuit nostra ætate regum optimus, et fortunatissimus: (2) qui annis plus quam sexaginta regnum tenuit, optima valetudine ac longissima vita; nam ad annum usque nonagesimum vixit. (3) Idem omnium ætatis suæ hominum robustissimo corporis habitu fuit. Quippe ubi standum esset, in iisdem vestigiis totum diem perstabat; contra, sedens in sella, non ante vesperam exsurgebat. (4) Jam vero laborem in equitando dies noctesque fortiter tolerans, nullo incommodo vexabatur. (5) Argumento ejus vigoris sit, quod nonaginta annos natus, quum ex vita decessit, quadriennem filium reliquit, nomine Stembalem, qui postea a Micipsa est adoptatus, ac præterea filios quatuor. (6) Quorum mutua concordia ac benevolentia regnum suum, quoad vixit, insidiarum omni- que domestici piaculi expers præstitit. (7) Quodque præcipuum est, ac pæne divinum: quum omnis Numidia ante

πρὸ τοῦ χρόνον ὑπαρχούσης, καὶ νομιζομένης ἀδυνάτου τῇ φύσει πρὸς ἡμέρους καρποὺς ὑπάρχειν· (8) πρῶτος καὶ μόνος ὑπέδειξε, διότι δύναται πάντας ἐκφέρειν τοὺς ἡμέρους καρποὺς οὐδ' ὅποιας ἦντον, ἐκάστῳ τῶν καρπῶν ἐν διαστάσει μυριοπλήθους ἀγροὺς κατασκευάσας παμφόρους. (9) Τῇ μὲν οὖν ἐκείνου μεταστάσει ταῦτ' ἂν τις εὐλόγως ἐπιφθέγγετο καὶ διχάλως. (10) Ὁ δὲ Σκιπίων, παραγενόμενος εἰς τὴν Κίρταν ἡμέρα τρίτη μετὰ τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον, διώκησε καλῶς πάντα.

(Plutarch. An seniori capessenda sit respublica p. 791 sq.)

(11) Μασανάσσην ἱστορεῖ Πολύβιος ὡς ἐνενήκοντα μὲν ἐτῶν ἀποθανεῖν, τετράετες καταλιπὼντα παιδάριον ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον· (12) ὀλίγῳ δὲ ἔμπροσθεν τῆς τελευτῆς, μάχῃ νικήσαντα Καρχηδονίους, θορῆναι τῇ ὑστεραίᾳ πρὸ τῆς σκητῆς ῥυπαρὸν ἄρτον ἐσθίοντα· καὶ πρὸς τοὺς θαυμάζοντας εἰπεῖν, ὅτι τοῦτο ποιεῖ \* \*.

temporis infructuosa esset, nec gignendis fructibus ullatenus idonea esse crederetur; (8) ipse primus ac solus demonstravit, nullum esse fructum, quem producere ea non posset eadem fertilitate, qua ceteræ regiones; cum agros latissimos, singulis fructuum generibus per intervalla consitos, feracissimos reddidisset. (9) Huic igitur mortuo hanc laudem jure merito quis accinat. (10) At Scipio, tertio post Masanissæ obitum die Cirtam delatus, cuncta prudentissime constituit.

(11) Masanissam narrat Polybius novaginta annos natum e vita discessisse, puerulum quatuor annorum relinquentem, a se progenitum. (12) Brevi vero ante obitum, postquam prælio vicisset Carthaginienses, postero die conspectum fuisse ante tentorium, sordidum panem comedentem: cumque mirarentur nonnulli dixisse fertur, se hoc facere.

*Paucitas hominum in Græcia ætate Polybii.*

[IV. Ἐγὼ δὲ (φησὶν ὁ ΠΟΛΥΒΙΟΣ ἐπιτιμῶν τοῖς τὴν τύχην καὶ τὴν εἰμαρμένην ἐγγράφουσιν ἐπὶ τε τὰς κοινὰς πράξεις καὶ τὰς κατ' ἰδίαν περιπετείας) νῦν βούλομαι περὶ τούτου τοῦ μέρους διαστελλασθαι, καθόσον ὁ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας ἐπιδέχεται τρόπος. (2) Ὡς μὲν γὰρ ἀδύνατον ἢ δυσχερὲς τὰς αἰτίας καταλαβεῖν ἀνθρώπων ὄντα, περὶ τούτων ἰσως ἂν τις ἀπορῶν ἐπὶ τὸν θεὸν τὴν ἀναφορὰν ποιῶτο καὶ τὴν τύχην, ὅσον ὁμοῦ καὶ ὑστὺν ἐξαισίῳ ἐπιφορὰ συνεχῆς· ἢ τάναντία πάλιν αὐχμῶν καὶ πάγων, καὶ διὰ ταῦτα φθορὰ καρπῶν· ὁμοίως λοιμικαὶ διαθέσεις συνεχεῖς, [καὶ] ἄλλα παραπλήσια τούτοις, ὧν οὐκ εὐμαρὲς τὴν αἰτίαν εὐρεῖν. (3) Διόπερ εἰκότως περὶ τῶν τοιούτων ἀκολουθοῦντες ταῖς τῶν πολλῶν δόξαις, διὰ τὴν ἀπορίαν ἰκετεύοντες καὶ θύοντες ἐξυλασκόμενοι τὸ θεῖον, πέμπομεν ἐρησόμενοι τοὺς θεοὺς, τί ποτ' ἂν ἡ λέγουσιν ἢ πράττουσιν ἡμῖν ἄμεινον εἴη καὶ γένοιτο παῦλα τῶν ἐνεστώτων κακῶν. (4) Ὡς δὲ δυνατόν ἐστι τὴν αἰτίαν εὐρεῖν, ἐξ ἧς καὶ δι' ἣν ἐγένετο τὸ συμβαῖνον, οὐ μοι δοκεῖ τῶν τοιούτων δεῖν ἐπὶ τὸ θεῖον ποιῆσθαι τὴν ἀναφορὰν· λέγω δὲ ὅσον οὕτως ἐπέσχεν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἀπαιδία καὶ συλλήβδην ὀλιγανθρωπία, δι' ἣν αἶτε πόλεις ἐξηρημώθησαν, καὶ ἀπορίαν εἶναι συνέδοικε, καίπερ οὔτε πολέμων συνεχῶν ἐσχηχότων ἡμᾶς, οὔτε λοιμικῶν περιστάσεων. (5) Εἰ τις οὖν περὶ τούτου συμβούλευσεν εἰς θεοὺς πέμπειν ἐρησομένους, τί ποτ' ἂν ἡ λέγοντες ἢ πράττοντες πλείονες γινοίμεθα καὶ κάλλιον οἰκοῖμεν τὰς πόλεις, ἄρ' οὐ μάταιος ἂν ἐφαίνετο, τῆς αἰτίας προφανοῦς ὑπαρχούσης καὶ τῆς διορθώσεως ἐν ἡμῖν κειμένης; (6) Τῶν γὰρ ἀνθρώπων εἰς ἀλαζονείαν καὶ φιλοχρημίσουσιν, ἐτι δὲ καὶ ῥοβημῶν ἐκτετραμμένων, καὶ μὴ βουλομένων μήτε γαμεῖν μήτ' ἂν γήμωσι τὰ γεινόμενα τέκνα τρέφειν, ἀλλὰ μόλις ἐν τῶν πλείστων ἢ δύο, χάριν τοῦ πλουσίου τούτους καταλιπεῖν καὶ σπα-

IV. Ego vero (ait Polybius objurgans eos qui fortunam fatumque sive in publicis rebus sive in privatis casibus accusant) volo nunc de hac quæstione disserere, quantum pragmaticæ historiæ ratio patitur. (2) Quarum rerum causas homo vel non potest intelligere, vel non sine arduo labore, has fere quispiam ob perplexitatem ad deum et ad fortunam retulerit; qualis est imbrium pluviarumque immodicarum perpetuus impetus; itemque his contrariæ siccitates et frigora, unde frugum corruptio gignitur: item pestilentiae diutinae, aliaque his similia, quorum causam nobis cognoscere difficile est. (3) Quare nos non immerito hac in re opinionibus multitudinis obsequentes, ob consilii penuriam, precibus et sacrificiis numen propitiamus, atque mitimus ad deos consulendos, quid vel dicendum vel faciendum sit, ut res nostræ melius se habeant, atque ingruentium malorum requiem nanciscamur. (4) Verum ubi causas, ex quibus vel propter quas evenerint res, comprehendere licet, non videntur mihi tales debere referri ad deos. Exemplum esto ea, quæ nostris temporibus Græciam obtinuit, sterilitas hominum, atque omnino hominum penuria, ob quam et urbes vastæ sunt, et agri infecundi, quamquam neque diutina bella neque pestilentiae nos corripuerint. (5) Si quis igitur nobis auctor fieret oracula consulendi, quidnam potissimum aut dicentes aut facientes numerum nostri generis augere possemus, urbesque felicius habitare, is nonne stultus videretur, quoniam manifesta ejus rei causa est, atque emendandæ rei in nobis facultas? (6) Nam quia homines ad fastum et avaritiam, ad ignaviamque præterea conversi, neque matrimonia inire volunt, neque liberos vel in nuptiis gentios alere, vel ex plurimis vix unum aut alterum, quo scilicet hos divites post se relinquant luxuriantesque alant; clam quidem, sed celeriter propagatum

ταλῶντας θρέψαι, ταχέως ἔλαθε τὸ κακὸν αὐξηθὲν· (7) καὶ γὰρ ἐνὸς ὄντος ἡ δυνεῖν, εἰ τούτων τὸν μὲν πόλεμος ἡ νόσος ἐνστάσα παρείλετο, δῆλον ὡς ἀνάγκη καταλείπεσθαι τὰς οἰκίσεις ἐρήμους· καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν μελιτῶν τὰ σμήνη, τὸν αὐτὸν τρόπον κατὰ βραχὺ τὰς πόλεις ἀπορουμένας ἀδυνατεῖν. (8) Ὑπὲρ ὧν οὐδὲ χρεῖα παρὰ τῶν θεῶν πυθάνεσθαι, πῶς ἂν ἀπολυθῇμεν τῆς τοιαύτης βλάβης· ὁ γὰρ τυχὼν τῶν ἀνθρώπων ἐρεῖ, διότι μάλιστα μὲν αὐτοὶ δι' αὐτῶν, μεταθέμενοι τὸν ζῆλον· εἰ δὲ μὴ, νόμους γράψαντες, ἵνα τρέφεται τὰ γινόμενα. (9) Περὶ τούτων οὖν οὔτε μάντεων οὔτε τερατειῶν χρεῖα· ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος· ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων ἐφ' ὧν ἀλήπτους ἢ δυσλήπτους εἶναι τὰς αἰτίας συμβαίνει, ὑπερευξίν· ὧν ἔν ἦν καὶ τὸ περὶ Μακεδόνας γεγεννημένον. (10) Μακεδόνες μὲν γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων πολλῶν καὶ μεγάλων ἐτετεύχισαν φιλοanthρωπῶν κοινῇ μὲν πάντες ἀπολυθέντες τῶν ἀρχικῶν ἐπιταγμάτων καὶ φόρων, καὶ μεταλαβόντες ἀπὸ δουλείας ὁμολογουμένως ἐλευθερίαν· ἰδίᾳ δὲ πάλιν καὶ τὰ πλεῖστα ἐκλυθέντες ἐκ μεγάλων [στάσεων] καὶ φόνων ἐμ[φυλίων] διὰ τῆς Ῥωμαίων [περὶ νόμους φιλοτιμίας] [ὥστε ἀπὸ] δυσμενείας μὲν ἡ βλάβης τῆς ἐν τοῖς πρότερον καιροῖς πρὸς Ῥωμ[αίους] ἔτι γεύ[σασθαι] φιλ[ίας] \* \* \* \* (\*) πολλῶν τε μετὰ μὲν τοῦ Δημητρίου, καὶ πάλιν μετὰ Περσέως, μαχόμενοι πρὸς Ῥωμαίους ἡττήθησαν· ἀνδρὶ δὲ στυγνῷ συναγωνιζόμενοι, περὶ τῆς τούτου βασιλείας ἀνδραγαθήσαντες ἐνίκησαν Ῥωμαίους. (11) Ἐξ ὧν τίς οὐκ ἂν ἐπαπορήσειεν ἐπὶ τῷ συμβάντι; τὴν γὰρ αἰτίαν εὐρεῖν τούτων δυσχερές. (12) Διόπερ ἂν τις ἐπὶ τῶν τοιούτων διαθέσεων δαιμονοβλάβειαν εἰποι τὸ γεγονὸς, καὶ μῆνιν ἐκ θεῶν ἅπασι Μακεδόσιν ἀπηντῆσθαι· δῆλον δ' ἔσται ἐκ τῶν λέγεσθαι μελλόντων. Ζήτει ἐν τῷ ΠΕΡΙ ΗΤΤΗΣ.]

id malum est. (7) Cum enim unus aut alter filius super-  
stis autem vel bellum vel incidens morbus abstulit,  
manifestum est necessario inde vacuas fieri domos : atque  
ut in apum examinibus fit, sic urbes quoque brevi tempore  
stant solitariae et invalidae. (8) Ergo huiusmodi detrimen-  
torum non est quod a diis depulsionem quaeramus : nam  
quivis homo nos admonebit, maxime quidem per nos ip-  
sos eam quaeri debere, dum studia nostra immutemus,  
aut scriptis legibus genitos liberos ali et educari jubeamus.  
(9) Ergo hac in re neque vatibus neque praestigiatoribus  
opus est. Idem vero sermo ad singulos quoque eventus  
valet. Sed enim de iis rebus, quarum causae vix aut ne vix  
quidem cognosci queunt, pronunciare supersedendum est :  
quas inter Macedonum quoque fatum recensendum est. (10)  
Etenim Macedones post multa ac magna a Romanis accepta  
beneficia, communiter quidem exonerati regis imperiis et  
tributis, aperteque servitute commutata cum libertate ; ac  
rursus pro se a magnis seditionibus et caedibus liberati  
per propriam Romanis observantiam legum : adeo ut post  
priorum temporum inimicitiam et illata detrimenta Roma-  
nis eorum gustarent adhuc amicitiam \*\*\* multis foederibus  
ictis cum Demetrio, rursusque cum Perseo, nihilominus  
Romanos bello aggressi, victi fuerunt : verum dum ho-  
mini acerbo faverent ejusque regnum strenue tuerentur,  
clade affecerunt Romanos. (11) Hos, inquam, eventus  
quis non obstupescat ? nam horum causam invenire diffi-  
cile. (12) Quare quod ejusmodi consilia ceperint Macedo-  
nes, dicendum est nescio quod fascinum iramque deorum  
adversus hanc gentem incubuisse : id quod etiam ex iis,  
quae dicenda supersunt, palam fiet.

(\*) Miseras reliquias versuum tredecim habes apud Hey-  
sium p. 87.

ΤΗΣ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ  
ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

LIBRI GRICESIMI OCTAVI  
HISTORIARUM POLYBII

RELIQUÆ.

*Proœmium libri de infortunio Græciæ.*

[I. a. Ὅτι ἡ λη' βίβλος περιέχει τὴν συντέλειαν τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀτυχίας. Καίπερ γὰρ τῆς Ἑλλάδος καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος πλεονάκις ἐπταικυίας, ὅμως οὐδ' ὅποιοις ἂν τις τῶν προτέρων ἑλαττωμάτων οἰκαιοτέρων ἐφαρμόσει τὸ τῆς ἀτυχίας ὄνομα καὶ τὴν ἔννοιαν ταύτην ὡς τοῖς καθ' ἡμᾶς γεγονόσιν. (2) Οὐ γὰρ μόνον ἀφ' ὧν ἔπαθον, ἐλεῆσαι τις ἂν τοὺς Ἕλληνας· ἐτι δὲ μᾶλλον ἐφ' οἷς ἔπραξαν ἡτυχηκεῖν νομίσει, πυθόμενος περὶ ἐκάστων τὰς ἡλιθιότητας δοκοῦντος γοῦν μεγίστου πάθους γεγονέναι τοῦ περὶ τοὺς Καρχηδονίους, οὐκ ἑλαττον ἂν τις θήσαιοτο, κατὰ δὲ τι μᾶλλον, τὸ περὶ τὴν Ἑλλάδα τότε συμβάν. (3) οἱ μὲν γὰρ τόπον ἔσχατον ἀπολογίας πρὸς τοὺς ἐπιτινυμένους περὶ σφῶν ἀπέλιπον· οὗτοι δ' οὐδ' ἀφορμὴν εὐλογοῦν ἔδωκαν τοῖς βουλομένοις σφίσι βοηθεῖν ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων. (4) Καρχηδόνιοι μὲν καὶ ἅμα ταῖς περιπετείαις ἀρδὴν ἀφανισθέντες, ἀνεπαύθητο τῶν σφετέρων εἰς τὸ μᾶλλον ἐγένοντο συμπτώματων· οἱ δὲ Ἕλληνες ἐφορῶντες τὰς αὐτῶν ἀτυχίας, καὶ οἱ παίδων παραδόσιμον ἐποίησαν τὴν ἀκκληρίαν. (5) καὶ, καθόσον τοὺς ζῶντας μετὰ τιμωρίας ἐλευσινοτέρους νομίζομεν τῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς ἐκλείποντων τὸν βίον, κατὰ τοσοῦτο καὶ τὰς τότε περιπετείας τῶν Ἑλλήνων ἐλευσινοτέρας νομιστέον τῶν συμβάντων Καρχηδονίων· ἔαν μὴ τις ἀφρονιστῶν τοῦ καθήκοντος καὶ τοῦ καλοῦ, πρὸς δὲ τὸ συμφέρον ἀποβλέπων ποιῇται τὴν ἀπόφασιν. (6) Ὅτι δὲ ἐστὶ τὸ νῦν εἰρημένον ὑφ' ἡμῶν ἀληθές, εἴποι τις ἂν ὑπομνηθεὶς καὶ παραθεὶς τὰς δοκούσας μεγίστας συμφορὰς γεγονέναι κατὰ τὴν Ἑλλάδα πρὸς τὰ νῦν ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα.]

[I. b. Μέγιστον ἡ τύχη δοκεῖ φόβον ἐπιστῆσαι τοῖς Ἕλλησι κατὰ τὴν Ἑξέρου διάβασιν εἰς τὴν Εὐρώπην· τότε γὰρ ἐκινδύνευσαν μὲν πάντες, ἔπταισαν δὲ τελέως ὀλίγιστοι, μέλιστα δὲ τούτων Ἀθηναῖοι. (2) προῖδόμενοι γὰρ ἐμφρόνως τὸ μᾶλλον, ἐξέλιπον τὴν πατρίδα μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν· βλάβην μὲν οὖν ὁ καιρὸς αὐτοῖς ἐπήνεγκε· κύριοι γὰρ γεννηθέντες οἱ βάρβαροι, πικρῶς διέφθειραν τὰς Ἀθήνας. (3) οὐ μὴν δειδὸς οὐδ' αἰσχύνῃ, τὸ δ' ἐναντίον εὐχλείαν παρὰ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις τὴν μεγίστην ἀπήνεγκαν, ὅτι πάντα ἐν ἐλάσσονι θέμενοι, τῆς αὐτῆς τύχης ἔλλαντο κοινωνεῖν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι. (4) Τοιγαροῦν καλῇ χρησάμενοι προαιρέσει, παρὰ πόδας οὐ μόνον ἀνεκτέλσαντο τὴν πατρίδα καὶ τὴν ἑαυτῶν χώραν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἡγεμονίας μετ' ὀλίγον ἡμφισβήτησαν πρὸς Λακεδαιμονίους. (5) Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν

I. a. Trigesimus octavus liber consummationem infortunii Græcorum continet. Sane cum Græcia multoties modo universa, modo pars ejus clades acceperit, nulli tamen ex antiquioribus ejusdem casibus infortunii nomen æque convenit, ut illi casui qui ætate demum nostra contigit. (2) Et profecto non solum propter ea, quæ perpeSSI sunt, Græci miserationem postulant; sed etiam factis eos male sibi consuluisse reputabit qui de unaquaque re veritatem cognoverit. Nam cum Carthaginiensium infortunium maximum esse videatur, puto fore qui casum Græcorum haud leviozem, immo vero qui majorem existimet. (3) Carthaginienses enim, si nihil aliud, certe causæ suæ aliquam defensionem posteris reliquerunt; Græci autem ne ansam quidem satis idoneam nobis suppeditant, ut eorum peccatis patrocinemur. (4) Carthaginienses in illa gravi calamitate funditus deleti sensum omnem casuum suorum in posterum tempus amiserunt: at Græci dum infortuniorum suorum spectatores supersunt ad seram usque sobolem infelicitatem suam propagaverunt. (5) Quamobrem sicuti eos qui in suppliciis supersunt, miserabiliores illis judicamus qui in his pœnis vitam amiserunt, ita Græcorum miseras majore luctu dignas arbitrari licet quam Carthaginiensium: nisi forte aliquis neque decore neque honesto considerato, solam utilitatem spectans, de rebus judicare solet. (6) Quod autem nunc vera dicamus, facile quispiam fatebitur, si Græciæ antiquiores calamitates, quæ maximæ fuisse creduntur, in memoriam revocaverit atque cum hisce, de quibus loquimur, contulerit.

I. b. Summum terrorem videtur fortuna Græcis attulisse quo tempore Xerxes in Europam trajecit. Tunc sane omnes periclitati sunt, cecidere tamen paucissimi, præsertim vero Athenienses. (2) Hi enim quod futurum erat sapienter prospicientes, patriam cum liberis et conjugibus deseruerunt. Interim in eo periculo detrimentum passi sunt: nam barbari, regione occupata, Athenas iracunde devastaverunt: (3) neque tamen cives infamiam vel ignominiam, immo potius laudem maximam, apud cunctos homines retulerunt: quia nimirum commodis suis posthabitis, a communi Græciæ fortuna discedere noluerunt. (4) Ergo egregium consilium secuti, non modo patriam suam et agros brevi recuperarunt, verum etiam de Græciæ principatu paulo post cum

ὑπὸ Σπαρτιατῶν καταπολεμηθέντες, εἰς τοῦτ' ἀνάγκης ἦλθον, ὥστε καθελεῖν τὰ τεῖχη τῆς αὐτῶν πατρίδος· ἀλλὰ καὶ τοῦτο Λακεδαιμονίων, οὐκ Ἀθηναίων ἀντις εἶναι φήσκει τοῦ γκλήμα· διότι βαρύτερον ἐχρήσαντο τῇ δοθείσῃ σφίσι παρὰ τῆς τύχης ἐξουσίᾳ. (6) Σπαρτιάται δ' ἡττηθέντες ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων [1. Θηβαίων] πάλιν ἀπέβαλον τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν, καὶ μετὰ ταῦτα τῆς τῶν ἐκτὸς ἀρχῆς ἀποστάτης, συνεκλείσθησαν εἰς τοὺς [τῆς Λακωνικῆς] ὁροῦς· οὐ δὲ τοῦτ' αἰσχρὸν, εἰ περὶ τῶν (καὶ) ἐκτὸς ἀμφισβητοῦντες ἐπὶ τοσούτων ἔπαισαν, ὥστε πάλιν ἐπὶ τὴν πάτριον ἀναχωρῆσαι δυναστείαν· διὸ τὰ γεγονότα ταῦτα συμπτώματα μὲν εἶναι φατέον, ἀτυχήματα δ' οὐδαμῶς ῥητέον. (7) Μαντινεῖς ἡναγκάσθησαν ἐκλιπεῖν τὴν πατρίδα, διοικισθέντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ διασπασθέντες οἰκῆσαι κατὰ κώμας· ἀλλὰ πάντες ἐπὶ τούτοις οὐ τὴν Μαντινέων ἀβουλίαν, ἀλλὰ τὴν Λακεδαιμονίων \* ὠνείδιον.]

[I. c. Θηβαῖοι μὲν τὰ ἔσχατα ἄρδην ἐπείδον τὴν αὐτῶν πατρίδα γενομένην ἀνάστατον, ὅτε προθέμενος Ἀλέξανδρος εἰς τὴν Ἀσίαν διαβαίνειν, ὑπέλαβε διὰ τῆς εἰς Θηβαίους τιμωρίας τῷ φόβῳ φρουρήσειν τοὺς Ἑλλήνας κατὰ τοὺς ἰδίους περισπασμούς· ἀλλὰ τότε πάντες ἡλέουν μὲν τὸν Θηβαίους ὡς ἀδίκῃ καὶ δαινὰ πεπονθότας· διεδικαίου δὲ τὴν πράξιν ταύτην οὐδεὶς Ἀλεξάνδρου. (2) Τοιγαροῦν βραχεὶ χρόνῳ τυχόντες ἐπικουρίας τινός, αὐτὶς ὥκουν τὴν πατρίδα μετ' ἀσφαλείας. Ὁ γὰρ παρὰ τῶν ἐκτὸς ἔλεος οὐ μικρὸν δῶρόν ἐστι τοῖς ἀδίκῃς ἀκλῆροῦσιν, εἰ γε πολλάκις ἰδεῖν ἔστιν ἅμα ταῖς τῶν πολλῶν ὁρμαῖς καὶ τὴν τύχην μεταβαλλομένην, καὶ τοὺς κρατοῦντας αὐτοὺς μεταμελομένους καὶ διορθομένους τὰς τῶν παραλόγως ἡτυχηκότων περιπετείας. (3) Πάλιν ἐπένετο κατὰ τινες καιροὺς Χαλκιδεῖς καὶ Κορίνθιοι καὶ τινες ἑτεραι πόλεις διὰ τὴν τῶν τόπων εὐφυῖαν τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ βασιλεῦσι, καὶ φρουρὰς εἶχον· ἀλλὰ τοὺς μὲν δουλεύοντας πάντες ἐσπούδαζον κατὰ δύναμιν ἐλευθεροῦν, τοὺς δὲ καταδουλωσασμένους ἐμ[ίσουν] καὶ πολεμίους ἡγοῦντο διὰ τέλος. (4) Καθόλου δὲ κατὰ πόλεις ἔπαιον καὶ κατὰ πόλιν ἐσφάλλοντο τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ὡς ἐπίπαν οἱ μὲν ὑπὲρ ἡγεμονίας καὶ πραγμάτων ἀμφισβητοῦντες, οἱ δὲ ὑπὸ μονάρχων καὶ βασιλέων παρασπονδούμενοι· (5) διὸ καὶ σπάνιοι ἦσαν οἷς ὄνειδος ἠκολούθει τῶν ἀκλῆρύντων, ἢ καὶ τὸ τῆς τύχης ὄνομα δι[υσώνυμον] ἀκλῆρεῖν μὲν γὰρ ἅπαντας ἡγήτεον καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν τοὺς παραλόγους συμφοραῖς περιπίπτοντας, ἀτυχεῖν δὲ μόνους τούτους, οἷς διὰ τὴν ἰδίαν ἀβουλίαν ὄνειδος αἱ πράξεις ἐπιφέρουσι. (6) Κατὰ [δὲ] τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς ἡτύχησαν ἅμα Πελοποννήσιοι, Βοιωτοὶ, Φωκεῖς, [Δωριεῖς], [Λοκροί], τινὲς τῶν τὸν Ἰόνιον κατοικούντων κόλπον, μετὰ δὲ τούτους ἐτι Μακεδόνες· οἱ γε μὴ μόνον κατὰ τὸ πλῆθος ὑπερεχρημάτισαν μεγαλείως ἐν τισὶ τῶν πρώτων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ἓνα ἀκλῆριαν ἐπίπαν οὐκ

Lacedæmonis in certamen venerunt. (5) Post hæc iterum a Spartanis victi ad tantas angustias redacti fuerunt, ut suæ ipsorum patriæ moenia demoliri coacti sint. Sed tamen et hoc Lacedæmonis culpæ vertendum, non Atheniensibus; quod illi facta sibi a fortuna potestate abusi sunt. (6) Victi a Thebanis Spartani rursus amiserunt Græcorum principatum; deinde jam ab omni in exteris imperio alieni, in Laconiae finibus sese continere cogeantur. Atqui hoc non erat turpe, siquidem de externo imperio dimicantes tam adversa fortuna usi sunt, ut rursus in patriam se regnum reciperent. Quare facta hæc dicenda sunt casus adversi, minime vero res temere perditæ. (7) Mantinenses patriam suam coacti sunt deserere, Lacedæmonis locos iis assignantibus, et distracti in pagis habitare. At omnes homines in hac re non Mantinensium inconsultam mentem, sed Lacedæmoniorum [duritiam] reprehendunt.

I. c. Thebani ad ultimum ipsam patriam suam funditus destructam inspexerunt, quando Alexander in Asiam transiurus terrore ex poena Thebanorum Græcos custodiendos esse existimavit, dum ipse aliis in partibus terræ versaretur. Tum vero omnes miserebantur Thebanos ut injusta et atrocia passos; nemo autem hoc facinus Alexandri justum esse pronuntiabat. (2) Quocirca Thebani, post breve tempus ope aliqua adjuti, patriam urbem rursus incolebant securi. Siquidem exterorum miseratio non spernendum munus accidit immerito et nullo jure miseris: nam sæpe cernere licet cum hominum plerorumque voluntate faventi etiam fortunam mutare cursum, et potentes ipsos resipiscere, infortuniaque corrigere eorum qui præter rationem adversis rebus usi sunt. (3) Rursus Chalcidenses aliquando, et Corinthii, et aliæ urbes nonnullæ, regionum ubertate illectæ, Macedoniæ reges bello appetiverunt, et custodiam Macedonicam recipere coacti sunt. Verum omnes et servientes annisi sunt pro viribus in libertatem vindicare, et oppressores eorum oderunt, inimicorumque loco habebant semper. (4) In universum igitur, alii pro principatu et republica dimicantes, alii a tyrannis et regibus post fœdera decepti, præterito tempore in singulis urbibus adversam fortunam et rerum ruinam sunt experti: (5) quorum pauci erant quos sequeretur reprehensio aut temeritatis nota: nam adversa fortuna uti aut communiter aut singuli existimandi sunt qui in casus incidunt inopinatos; inconsulti autem et temerarii, illi tantum quibus ob mala consilia sua sibi facinora reprehensionem afferunt. (6) Jam iis quæ narramus temporibus per temeritatem suam fracti sunt Peloponnesii, Boeoti, Phœcenses, Dorienenses, Locrenenses, nonnulli ex accolis Ionii maris, et post eos Macedones; qui quidem non solum universi prioribus gestis splendide enituerunt, sed neque singuli adversæ ulli fortunæ inciderant, tum vero turpi et infami

ἡκλήθησαν, ἀλλ' ἠτύχησαν ἀτυχίαν αἰσχρὰν ὡς ὀνομαστόν καὶ ἐπονεδίστον· ἅμα μὲν γὰρ ἀπιστίαν, ἅμα δ' ἀνανδρίαν ἐδειξαν, καὶ [αἱ] πράξεις αὐτοῖς ἐπὶ ἡγεγκαν διὰ τὴν ἀτ[οπ]ίαν αἰσχύνην ] ἅμα. (7) Τοιγαροῦν στερηθέντες πάντων τῶν καλῶν, οἱ μὲν ὑποστ[ε]λλόμενοι, ἐνιοὶ δὲ καὶ δ[ε]ιλίᾳ περιστάντες, εἰς τὰς πόλεις τότε παρεδέξαντο δάδους καὶ πελέκεις ἐβελοντηδόν· ἐν μεγάλῃ γὰρ ἔπῃ διὰ τὴν [ὑπερ]βολὴν τῶν ἰδίων ἀμ[αρ]τιῶν ἦσαν, εἰ] χρὴ λέγειν ἰδίων· ἐγὼ γὰρ ἡγνοηκέναι [μὲν φαίην ἂν τοὺς] πολ[λοὺς] καὶ παραπ[ει]τακέναι, τοὺς δὲ προσετώτας ] ἡμαρτ[η]κέναι, τοὺς αἰτίους ] γεγονότας τῆς ἐπὶ τοσοῦτον ἀγνοίας. ]

[I. d. Ὑπὲρ ὧν οὐ δεήσει θαυμάζειν, ἐὰν παρεκβαίνοντες τὸ τῆς ἱστορικῆς διηγήσεως ἥθος ἐπιδεικτικωτέραν καὶ φιλοτιμοτέραν φαίνωμεθα ποιοῦμενοι περὶ αὐτῶν τὴν ἀπαγγελίαν· καίτοι τινὲς ἴσως ἐπιτιμήσουσιν ἡμῖν ὡς φιλαπεχθῶς ποιοῦμενοι τὴν γραφὴν, οἷς καθήκον ἦν μάλιστα πάντων περιστέλλειν τὰς τῶν Ἑλλήνων ἁμαρτίας. (2) Ἐγὼ δὲ οὕτε φίλον οὐδέποτε· ἂν ὑπολαμβάνω γνήσιον νομισθῆναι παρὰ τοῖς ὀρθῶς φρονούσι τὸν δεδιότα καὶ φοβούμενον τοὺς μετὰ παρῆρσις λόγους· καὶ μὴν οὐδὲ πολίτην ἀγαθὸν τὸν ἐγκαταλείποντα τὴν ἀλήθειαν διὰ τὴν ἰσομένην ὑπ' ἐνῶν προσκοπὴν παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν· συγγραφὰ δὲ κοινῶν πράξεων οὐδ' ὅλως ἀποδεκτὸν τὸν ἄλλο τι περὶ πλείονος τοιούμενον τῆς ἀληθείας. (4) Ὅσῳ γὰρ εἰς πλείους διατείνεται, καὶ πλείω χρόνον ἢ τῶν ὑπομνημάτων παράδοσις, τῶν πρὸς καιρὸν λεγομένων, τοσοῦτω χρὴ μάλλον καὶ τὸν γράφοντα περὶ πλείονος ποιῆσθαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοὺς ἀκούοντας ἀποδέχεσθαι τὴν τοιαύτην αἴρεσιν. (4) Κατὰ μὲν γὰρ τοὺς τῶν περιστάσεων καιροὺς καθήκει βοηθεῖν τοὺς Ἑλλήνας ὄντας τοῖς Ἑλλήσι κατὰ πάντα τρόπον, τὰ μὲν ἀμύνοντας, τὰ δὲ περιστέλλοντας, τὰ δὲ παραιτούμενους τὴν τῶν κρατούντων ὀργήν· ὅπερ ἡμεῖς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐποίησαμεν ἀληθινῶς· (5) τὴν δ' ὑπὲρ τῶν γεγονότων τοῖς ἐπιγενομένοις διὰ τῶν ὑπομνημάτων παραδόσιν ἀμειγῇ παντὸς μίσους ἀπολείπεσθαι χάριν τοῦ μὴ ταῖς ἀκοαῖς τέρπεσθαι κατὰ τὸ παρὸν τοὺς ἀναγινώσκοντας, ἀλλὰ ταῖς ψυχαῖς διορθοῦσθαι, πρὸς τὸ μὴ πλεονάκεις ἐν τοῖς αὐτοῖς διασφάλλεσθαι. Καὶ περὶ τούτων ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν εἰρήσθω. ]

## SEMINA BELLI ACHAICI.

(Legatio CXLIII.)

Παραγενομένων ἐκ Πελοποννήσου τῶν περὶ τὸν Ἀδρήλιον πρεσβευτῶν, καὶ διασφούντων τὰ συμβεβηκότα περὶ αὐτοὺς, ὅτι παρ' ὀλίγον τοῖς ὅλοις ἐκινδύνευσαν, καὶ λεγόντων μετ' αὐτῆς καὶ καινολογίας· (2) οὐ γὰρ ὡς κατὰ περιπέτειαν ἐπ' αὐτοὺς ἤκοντος τοῦ δεινοῦ δισσάφουν, ἀλλ' ὡς κατὰ πρόθεσιν ὥρμηκόντων τῶν Ἀχαιῶν, ἐπὶ τῷ παραδειγματίζειν αὐτούς· (3) ἡ σύγκλητος ἡγανάκτησε μὲν ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, ὡς οὐδέποτε, καὶ παραχρῆμα πρεσβευτὰς κατεστήσατο τοὺς

temeritate occubuerunt; nam perfidiam simul et ignaviam ediderunt, ut gesta ipsis pudorem afferrent propter absurditatem. (7) Quare tum ornamentis omnibus exuti, alii submittentessese, alii ignavo timore perculsi, in urbes suas sponte receperunt fascas et secures. In magna enim velut muscipula inclusi erant, propter magnitudinem lapsuum suorum, si quidem suos oportet dicere; nam multitudinem equidem ignoratione errasse dixerim, at duces peccasse et tantæ absurditatis fuisse auctores.

I. d. Quamobrem haud erit mirandum, si prætergrediens historicæ narrationis morem, paulo studiosius nec sine causarum demonstratione videbor has res exponere. Et quidem fortasse nonnulli mihi succensebunt, quasi acerbe hæc scripserim, qui apprime Græcorum peccatis patrocinari debuisssem: (2) verumtamen ego nec amicū sincerum a recte sentientibus existimatum iri puto, qui libere loqui metuat: neque rursus bonum civem, qui ob præsentem nonnullorum offensam, veritatem deserat: denique publicarum rerum historicum prorsus non esse admittendum, qui non omni rei anteferat veritatem. (3) Quanto enim ad plures homines atque ad diuturnius tempus commentarius historicus, quam quotidianus sermo, extenditur; tanto impensius oportet a scriptore veritatem coli; tum et ipsos lectores institutum hoc amplecti. (4) Utique sub ipsum gerendarum rerum tempus Græcum hominem oportuit auxiliari omni ope Græcis, partim defendendo, partim excusando, partim victoris iram deprecando; quod ego, dum res gerebantur, reapse feci. (5) Verumtamen præteritarum rerum futuris lectoribus commentarios omni odio expertos relinquo: propterea quod haud in præsens lectorum auribus servio, sed animos emendare studeo, ne sæpe denuo in iisdem negotiis errent. De his hactenus a nobis dictum esto.

Quum ea legatio, cujus princeps fuerat Aurelius, Romam a Peloponneso rediisset, et quæ sibi accidissent, renunciasset, quam prope esset factum, ut et vitæ et omnium rerum periculum adirent, atque eam rem ipsi verborum inusitata atrocitate auxissent; (2) (neque enim sic illa narrabant, ut casu in tantum periculum incidisse videri possent; sed quasi certo consilio eos invasissent Achæi, ut exemplum in ipsos statuerent: ) (3) indignari senatus, ut si umquam alias, et statim legationem decernere, cujus princeps Julius



περὶ τὸν Ἰούλιον, καὶ τούτους ἐπαμπε, δοῦσα τοιαύτας ἐντολάς· (4) διότι δεῖ μετρίως ἐπιτιμῆσαντας καὶ μεμψαμένους ἐπὶ τοῖς γεγυνοῖσι, τὸ πλεῖον παρακαλεῖν καὶ διδάσκειν τοὺς Ἀχαιοὺς, μήτε τοῖς ἐπὶ τὰ χεῖριστα παρακαλοῦσι προσέγειν, μήτ' αὐτοὺς λαθεῖν τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἀλλοτριότητα διεμπεσόντας· (5) ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ποιήσασθαι τινα διόρθωσιν τῶν ἡγνοημένων, ἀπερειαμμένους τὴν ἀγνοίαν ἐπὶ τοὺς αἰτίους τῆς ἀμαρτίας. (6) Ἐξ ὧν καὶ λίαν δῆλον ἐγένετο, διότι καὶ τοῖς περὶ τὸν Αὐρήλιον ἔδωκε τὰς ἐντολάς, οὐ διασπάσαι βουλομένη τὸ ἔθνος, ἀλλὰ πτοῆσαι καὶ καταπλῆξασθαι βουλομένη τὴν αὐθάδειαν καὶ τὴν ἀπέχθειαν τῶν Ἀχαιῶν. (7) Τινὲς μὲν οὖν ὑπελάμβανον καθ' ὑπόκρισιν τοὺς Ῥωμαίους [τοῦτο ποιῆσαι] διὰ τὸ μένειν ἀτελὴ τὰ κατὰ Καρχηδόνα. (8) Τὸ δ' ἀληθὲς οὐχ οὕτως εἶχεν· ἀλλὰ παραδεγμένοι τὸ ἔθνος ἐκ πολλοῦ χρόνου, καὶ νομίζοντες, ἔχειν αὐτὸν πίστιν μάλιστα τῶν Ἑλληνικῶν, ἀνασθεῖσθαι μὲν ἔκριναν, διὰ τὸ φρονηματίζεσθαι πέρα τοῦ δέοντος, πόλεμον δ' ἀναλαβεῖν ἢ διαφορὰν ὁλοσχερῇ πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς οὐδαμῶς ἐβούλοντο.

(Legatio CXLIV.)

II. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σέξτον, προάγοντες ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς τὴν Πελοπόννησον, ἀπήντησαν τοῖς περὶ τὸν Θεαρίδαν· (1) οἱ ἦσαν πρεσβυταὶ πεμψθέντες ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, παραστησόμενοι καὶ διδάσκοντες τὴν σύγκλητον ὑπὲρ τῶν εἰς τοὺς περὶ τὸν Αὐρήλιον γενομένων ἀσεληγημάτων. (2) Οἷς καὶ συμμιζαντες οἱ προσηρημένοι, παρεκάλεσαν αὐτοὺς ἀνακάμπειν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, ὅτι περὶ πάντων τούτων ἔχουσιν ἐντολάς αὐτοὶ διαλέγεσθαι τοῖς Ἀχαιοῖς. (3) Παραγενομένων δὲ τῶν περὶ τὸν Σέξτον εἰς τὴν Πελοπόννησον, καὶ διαλεγόμενων τοῖς Ἀχαιοῖς ἐν τῇ τῶν Αἰγίων πόλει, καὶ προφερομένων πολλοὺς καὶ φιλανθρώπους λόγους· (4) καὶ τὸ περὶ τοὺς πρεσβυτάς ἐγκλημα παραπεμπόντων, ὥς καὶ σχεδὸν οὐδὲ προσδεόμενον δικαιολογίας, ἀλλὰ βέλτιον ἐκδεχομένων τὸ γεγονός αὐτῶν τῶν Ἀχαιῶν, καθόλου δὲ παρακαλούντων μὴ πορρωτέρω προβῆναι τῆς ἀμαρτίας, μήτε τῆς εἰς αὐτοὺς, μήτε τῆς εἰς τοὺς Λακεδαιμονίους· (5) τὸ μὲν σωφρονοῦν μέρος ἀσμένως ἀπεδέχετο τὰ λεγόμενα, καὶ λίαν ἐνετρέπετο, συνειδὸς αὐτῶν τὰ πεπραγμένα, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν λαμβάνον τὰ συμβαίνοντα τοῖς πρὸς Ῥωμαίους ἀντιταττομένοις. (6) Τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀνθρώπων ἀντιλέγειν μὲν οὐδὲν εἶχε τοῖς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Σέξτον λεγομένοις δικαίοις, ἀλλ' ἦγε τὴν ἡσυχίαν, ἔμενε δὲ νοσοῦν καὶ διεσθαρμένον. (7) Οἱ δὲ περὶ τὸν Δίαϊον καὶ Κριτόλαον, καὶ πάντες οἱ μετέχοντες αὐτοῖς τῆς αὐτῆς γνώμης· οὗτοι δὲ ἦσαν, ὥσπερ ἐπίτηδες, ἐξ ἐκάστης πόλεως κατ' ἐκλογὴν οἱ χεῖριστοι, καὶ τοῖς θεοῖς ἐχθροὶ, καὶ λοιμῶν αἵτιοι· (8) τὸ δὲ ἔθνος, καθάπερ ἐν παροιμίᾳ ἐστίν, οὐ μόνον τὰ διδόμενα τῇ δεξιᾷ παρὰ Ῥωμαίων ἐδέχοντο τῇ λαίᾳ χειρὶ· καθόλου δὲ καὶ συλλήδην παρέπαιον τοῖς λογισμοῖς. (9) Ὑπέλαβον γὰρ, τοὺς Ῥωμαίους, διὰ τε τὰς ἐν τῇ Αἰ-

fulit. II legati cum hujusmodi mandatis missi sunt : (4) ut leniter ac moderate increparent Achæos, et de injuria accepta cum iis exostularent; magis tamen ut eos corroborarentur, ne pessimorum consiliorum auctoribus aures præberent, neve alienari se a populi Romani amicitia per imprudentiam sinerent : (5) esse autem adhuc tempus emendandi quod peccatum fuisset, si auctores sceleris culpam præstare cogerent. (6) Ex quibus constare etiam liquido potuit unicuique, ne illa quidem mandata, quæ Aurelio data fuerant, eo spectasse, ut gentis Achæorum distraheretur concilium; sed ut, pavorē terroreque injecto, perveraciam et odium Romani nominis castigarent. (7) Erant quidem igitur, qui existimarent, simulate hæc agi a Romanis; quod Carthaginensi bello finis nondum esset impositus. (8) Sed aliter omnino res habuit. Nam quia Achæorum gentem dudum in amicitiam suam receperant, plusque in ea fideli esse credebant, quam in ullo alio Græciæ populo, terrere quidem eos decreverant, quod spiritus supra quam par esset attollerent; bellum vero suscipere, aut omnino amicitiam cum illis prorsus rumpere nullo modo volebant.

II. Sextus Cæsar, Roma in Peloponnesum tendens, in Thearidam ceterosque legatos incidit, (2) quos Achæi miserant, ut de Aurelio, qui in legatione sua fuerat fudo facinore violatus, rationem senatui redderent, et rei veritatem ipsum docerent. (3) Cum his locutus Sextus, auctor saasorque iis exstitit, in Achaïam revertendi : sibi enim esse datum negotium, ut de his omnibus cum Achæis ageret. (4) Qui postquam in Peloponnesum venit, cum Achæis in Ægesium urbe colloquium habuit. Et quum esset ejus oratio proluxa et humanitate temperata, (5) nullamque de scelere in legatos admissio faceret mentionem, ut ne excusatione quidem ulla propemodum egente, sed clementius, quam ipsi Achæi, illud factum interpretaretur; hortaretur demique eos, ut neque Romanos neque Lacedæmonios injuriis lacessere amplius vellent; (6) saniori quidem Achæorum parti gratissimi erant hujusmodi sermones : terrebat enim optimum quemque admissi facinoris conscientia, jamque ob oculos illis erant omnia mala, quæ populi Romani hostibus evenire solent. (7) At vulgus hominum, etsi quid opponeret justissimæ Sexti orationi habebat nihil, ac propterea silebat, nihilominus tamen ægram mentem et corruptam servabat. (8) At Dæzus, et Critolaus, et quicumque alij ejusdem cum istis consilii participes erant; qui ex omnibus civitatibus quasi de industria delecti fuerant, pessimus quisque, et diis exosus, pestes sœ gentis : (9) ha igitur non solum, quæ dextra dabantur a Romanis, ut est in proverbio, læva accipiebant manu; sed plane, ut verbo expeditam, delirabant. (10) Existimabant enim universi, Romanos propter bella, quæ in Africa atque Hispania gere-

θύη καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἰθέρην πράξεις, δαδίοτας τὸν ἀπὸ τῶν Ἀχαιῶν πόλεμον, πᾶν ὑπομένειν, καὶ πᾶσαν προέσθαι φωνήν. (11) Διὸ νομίσαντες ἴδιον τὸ παρὸν, ἀπεκρίθησαν φιλανθρώπως τοῖς πρεσβευταῖς, τοὺς μὲν περὶ τὸν Θεαρίδαν ὁμῶς ἀποστέλλειν εἰς τὴν σύγκλητον· αὐτοὶ δὲ παρακολουθήσαντες εἰς τὴν Τέγεαν, καὶ κοινολογηθέντες τοῖς Λακεδαιμονίοις, \* ἵνα γένηται τις ὠμολογημένη λύσις τοῦ πολέμου. (12) Ταῦτα δ' ἀποκριθέντες, ἐν τοῖς ἐξῆς ἦγον ἐπὶ τὴν πάλαι προκειμένην αὐτοῖς ἀγνοίαν τὸ ταλαίπωρον ἔθνος. (13) Καὶ τοῦτ' εἰκότως συνέβαινε γίνεσθαι, δι' ἀπειρίαν καὶ κακίαν τῶν κρατούντων.

III. Τὸ δὲ τέλος τῆς ἀπωλείας ἡνύσθη τοιῷδὲ τινὶ τρόπῳ. (1) Παραγενομένων γὰρ εἰς τὴν Τέγεαν τῶν περὶ τὸν Σέξτον, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπισπασμένων χάριν τοῦ σύμφωνον αὐτοῖς γενέσθαι πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς τὴν τε περὶ τῶν προγεγονότων ἐγκλημάτων δικαιοδοσίαν, καὶ τὴν κατὰ τὸν πόλεμον ἐποχὴν, ἕως ἂν πέμψωσι Ῥωμαῖοι τοὺς περὶ τῶν ὧων ἐπισκεφεσόμενους· (2) συνεδρεύσαντες οἱ περὶ τὸν Κριτόλαον ἔκριναν, πλείους μὲν ἄλλους διακλίνειν τὴν ἀπάντησιν, τὸν δὲ Κριτόλαον προσεῖν εἰς τὴν Τέγεαν. (3) Ὁ μὲν οὖν προειρημένος, ἦδ' ὁ σκεδὸν ἀπηλπικώτων τῶν περὶ τὸν Σέξτον, ἦλθε. (4) Γενομένης δὲ συγκαταστάσεως πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, εἰς οὐδὲν συγκατέβαιναν, φήσας, οὐκ ἔχειν ἐξουσίαν οὐδὲν οἰκονομεῖν ἄνευ τῆς τῶν πολλῶν γνώμης· ἐπανόσειν δὲ τοῖς Ἀχαιοῖς εἰς τὴν ἐξῆς, ἔφη, σύνοδον, ἥτις ἐμελλε γενέσθαι μετὰ μῆνας ἕξ. (5) Διὸ σαφῶς ἐπιγινόντες οἱ περὶ τὸν Σέξτον ἐβλοκακούντα τὸν Κριτόλαον, καὶ δυσχεραίνοντες ἐπὶ τοῖς ἀπαντωμένοις, τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους ἀπέλυσαν εἰς τὴν οἰκίαν· αὐτοὶ δ' ἐπανῆγον εἰς τὴν Ἰταλίαν, κατεγνωκότες ἀγνοίαν καὶ μανίαν τοῦ Κριτόλαου. (6) Ὁ δὲ Κριτόλαος, χωρισθέντων τούτων, ἐπιπορευόμενος κατὰ τὸν χειμῶνα τὰς πόλεις, ἐκκλησίας συνῆγε, προφάσει μὲν χρώμενος, ὅτι βούλεται τὰ ῥηθέντα πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Τεγῇ διασαφεῖν αὐτοῖς· (7) τῇ δ' ἄλλῃ, κατηγορίαν ποιούμενος Ῥωμαίων, καὶ πᾶν τὸ λεγόμενον ὑπ' ἐκείνων ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐνδεχόμενος. (8) Ἐξ ὧν δυσμείναι καὶ μίσος ἐνειργάζετο τοῖς ὅχλοις. (9) Ἀμα δὲ τούτοις παρήγγειλε τοῖς ἄρχουσι, μὴ πράττειν τοὺς ὀφειλέτας, μηδὲ παραδέχεσθαι τοὺς ἀπαγομένους εἰς φυλακὴν πρὸς τὰ χρεῖα, καὶ τοὺς ἐράνους ἐπιμόνους ποιεῖν, ἕως ἂν λάβῃ τὰ τοῦ πολέμου χρεῖαι. (10) Λοιπὸν ἐκ τῆς τοιαύτης δημαγωγίας πᾶν τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ πιστὸν ἐγίνετο, καὶ πρὸς πᾶν τὸ παραγγελλόμενον ἔτοιμον ἦν τὸ πλῆθος, περὶ μὲν οὖν τοῦ μέλλοντος ἀδυνατοῦν προνοεῖσθαι, τῇ δὲ παρ' αὐτὰ χάριτι καὶ ῥαστώνῃ δαλαζόμενον.

IV. Ὁ δὲ Κόιντος ὁ Καίκιλιος, ἐν τῇ Μακεδονίᾳ τὰς πυνθανόμενος, καὶ τὴν ἐν Πελοποννησίῳ γενομένην ἀκρίσιαν καὶ ταραχὴν, ἐξέπεμψε πρεσβευτὰς, Γναῖον Παπίριον, καὶ τὸν νεώτερον ἄλωνα μαῖνον, σὺν δὲ τούτοις Ἀῖλον Γαβίνιον, καὶ Γάϊον Φάννιον· (1) οἱ καὶ συνηγμένοι τῶν Ἀχαιῶν εἰς Κόρινθον, κατὰ τύχην ἐλθόντες εἰς τοῦτον τὸν καιρὸν, καὶ παραχθέντες εἰς τὰ πλῆθη, διετίθεντο πολλοὺς οὔτοι καὶ φιλανθρώπους λόγους παραπλησίως τοῖς τῶν περὶ τὸν Σέξτον· (2) πᾶσαν

bant, metu Achaeorum, ne et hi arma in ipsos sumerent, quidvis pati et quidvis dicere paratos esse. (11) Idcirco suum hoc tempus esse rati, legatis quidem benigne respondent: velle se nihilominus Thearidam legatum Romam ad senatum mittere; ipsi interim Tegeam irent, et cum Lacedaemoniis agerent, ut de consensu omnium finis aliquis huic bello imponatur. (12) Hoc dato responso, miseram gentem in societatem destinatae pridem malitiae suae deinceps trahunt. (13) Neque hoc sane mirum, quum et rerum omnium rudes et pravi homines essent, qui ad gubernacula publicae rei tunc sedebant.

III. Ultima vero perniciēs hoc modo est consummata. (2) Quum Tegeam profectus esset Sextus, et Lacedaemonios eo accivisset, ut communi consensu statuerent cum de satisfactione pro acceptis injuriis, tum de cessatione belli, donec mitterentur a Romanis, qui de summa rerum statuerent; (3) interim consultans Critolaus cum suis, faciendum decrevit, ut ceteri quidem ad indictum coetum non venirent, sed solus Critolaus Tegeam se conferret. (4) Eo igitur ille, postquam Sextus omnem prope jam spem ejus adventus amiserat, pervenit. (5) Ubi vero coeptum est de controversiis disputari cum Lacedaemoniis, nihil remittens Critolaus, dixit, absque populi consensu de nulla re statuere se posse; ceterum omnia se ad Achaeos proximo conventu (is post sex menses erat celebrandus) relaturum. (6) Igitur Sextus, satis intelligens, Critolaum data potestate de industria uti nolle, iniquo animo quod acciderat ferens, Lacedaemoniis domum suam dimissis, in Italiam est reversus, hoc de Critolao judicium referens, et pravi ingenii hominem esse, et plane furiosum. (7) Critolaus autem, post hujus discessum, civitates omnes per hiemem circumiens, populum ubique in concionem vocare; in speciem quidem, ut quae acta cum Lacedaemoniis essent, et cum his qui Tegeam conveniant, exponeret; (8) re autem vera, ut Romanos accusaret, omnia illorum dicta in deterius interpretans. (9) Qua ratione efficiebat, ut vulgi turba ubique inimicitias atque odium ingens Romani nominis conciperet. (10) Simul cum magistratibus egit, ut exigendi nomina jus ne esset creditoribus, neve ducentem sequi aeris alieni gratia necesse esset, ad belli finem usque debitorum solutione dilata. (11) His igitur artibus delinita plebes, quidquid ille diceret, pro certo habere, quidquid imperaret, velle exsequi. Quippe multitudo, futuri improvida, praesenti beneficio et levamento inescabatur.

IV. Tum vero Q. Caecilius, Macedoniae praeses, cognito, quam pravis consiliis, quamque perturbate res in Peloponneso administrarentur, Cn. Papirium et juniorem\*\* legatos misit, et una cum his Aulum Gabinium et C. Fannium. (2) Hi, quum Achaeorum concilium Corinthi celebraretur, forte ipsi eodem tempore illuc adveniunt, productique ad populum singulari humanitate conditos sermones habent, iis plane geminos, quibus ante Sextus fuerat usus; (3) summo studio impedire contententes,

ἐνδεικνύμενοι φιλοτιμίαν, χάριν τοῦ μὴ παραβῆναι τοὺς Ἀχαιοὺς εἰς δλοσχρεστέραν ἀπέργθειαν πρὸς Ῥωμαίους, μήτε διὰ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους προφάσεως, μήτε διὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ἀλλοτριότητος. (4) Ὡς οἱ μὲν πολλοὶ διακούοντες, οὐδαμῶς ἀνείχοντο· χλευάζοντες δὲ τοὺς πρέσβεις μετὰ θορύβου καὶ κραυγῆς ἐξέβαλον. (5) Καὶ γὰρ συνθηροῖσθαι πλῆθος ἐργαστηριακῶν καὶ βαναύσων ἀνθρώπων, ὅσον οὐδέποτε [καὶ] πᾶσαι μὲν ἐκόρυζον αἱ πόλεις, πανδημεὶ δὲ καὶ μάλιστά πως ἡ τῶν Κορινθίων. (6) Ὀλίγοις δὲ τισι καὶ λίαν ἥρεσκε τὰ λεγόμενα διὰ τῶν πρεσβευτῶν. (7) Ὁ δὲ Κριτόλαος, ὥσπερ κατ' εὐχὴν ὑποθέσεως ἐπειλημμένος, καὶ θεάτρου συνενθουσιώντος καὶ παρεστηκότος ταῖς διανοαῖς, κατανίστατο μὲν τῶν ἀρχόντων, διέσυρε δὲ τοὺς ἀντιπολιτευομένους, ἐνεπαρβήσιαζετο δὲ τοῖς τῶν Ῥωμαίων πρεσβευταῖς. (8) φάσκων, βούλεσθαι μὲν Ῥωμαίων φίλος ὑπάρχειν, δεσπότης δ' οὐκ ἂν εὐδοκῆσαι κτησάμενος. (9) Καθόλου δὲ ἐπαρῶναι, λέγων, ὡς, ἐὰν μὲν ἄνδρες ὦσιν, οὐκ ἀπορήσουσι συμμαχῶν· ἐὰν δ' ἀνδρόγυνοι, κυρίων. (10) Καὶ πολλὰ δὴ τινα πρὸς ταύτην ὑπόθεσιν ἐμπορεύων καὶ μεθοδεύόμενος, ἐκίνηε καὶ παρώξυνε τοὺς ὄχλους. (11) Ἐποίει δ' ἐμφάσεις καὶ περὶ τῶν μὴ τυγχόντως χρῆσθαι ταῖς ἐπιβολαῖς· ἀλλὰ καὶ τῶν βασιλείων τινας, καὶ τῶν πολιτευμάτων ἑνια κοινωνεῖν αὐτῷ τῆς προθέσεως.

V. Τῶν δὲ τῆς γερουσίας βουλομένων ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ καλῶναι αὐτὸν τῶν τοιοῦτων λόγων· περισπασάμενος τοὺς στρατιώτας, κατανίστατο, κελεύων προσελθεῖν, ἔγγισαι, τολμῆσαι τινα μόνον ἀψασθαι τῆς χλαμύδος. (1) Καθόλου δ' ἔφη, πολὺν ἤδη χρόνον παρακατεσχηκώς αὐτὸν, οὐκ ἐτι δύνασθαι καρτερεῖν, ἀλλ' ἔρειν τὸν ἀντιπάλον. (2) Δεῖν γὰρ οὐ Λακεδαιμονίους, οὐδὲ Ῥωμαίους ἀγωνιᾶν οὕτως, ὡς τοὺς ἐξ αὐτῶν συνεργούντας τοῖς ἐχθροῖς· εἶναι γὰρ τινας, τοὺς πλείον Ῥωμαίους εὐνοούντας καὶ Λακεδαιμονίους, ἢ τοῖς σφετέρους πράγμασι. (3) Καὶ τούτων πίστιν ἔφερεν. Ἐφη γὰρ, Εὐάγρορα νὺν Αἰγίαια, καὶ τὸν Τριταῖα Στρατήγιον, πάντα τὰ λεγόμενα δι' ἀπορρήτων ἐν ταῖς συναρχίαις διασαφεῖν τοῖς περὶ τὸν Γναῖον. (4) Τοῦ δὲ Στρατηγίου συμμεμικῆναι μὲν τοῖς ἀνθρώποις ὁμολογούντος, καὶ μετὰ ταῦτα συμμεμικῆναι φάσκοντος, φίλοι οὖσι καὶ συμμαχοῖς, ἀνηγγελέναι δὲ ὀρκιζόμενος μηδὲν τῶν ἐν ταῖς συναρχίαις εἰρημένων· ὀλίγοι μὲν τινες ἐπίστευον, οἱ δὲ πλείους προσεδέχοντο τὰς διαβολὰς. (5) Ὁ δὲ Κριτόλαος παροξύνας τοὺς ὄχλους, διὰ τῆς τούτων κατηγορίας ἔπεισε τοὺς Ἀχαιοὺς, πάλιν ψηφίσασθαι, λόγῳ μὲν τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμον, ἔργῳ δὲ τὸν πρὸς Ῥωμαίους. (7) καὶ προσμετρήσεν ἕτερον ψήφισμα παράνομον, ὥστε κυρίους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, ὅς ἂν ἐπὶ στρατηγία ἀρῆσονται· δι' αὐτὸν τινὰ μοναρχικὴν ἀνέλαβεν ἐξουσίαν. (8) Οὗτος μὲν οὖν ταῦτα διοικησάμενος, ἐγίνετο περὶ τὸ πραγματοκοπεῖν καὶ Ῥωμαίους ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας, οὐδενὶ λόγῳ τοῦτο πράττων, ἀλλὰ πάντων ἀσεβειῶν καὶ παρανομωτάτους ἐπιβαλόμενος. (9) Τῶν δὲ πρέσβειων ὁ μὲν Γναῖος εἰς Ἀθήνας ἀπήρεν, κἀκείθεν εἰς Λακεδαίμονα, προσεδρεύων τοῖς κατοικοῖς, ὁ δ' Αὔλος εἰς Ναύπακτον, οἱ δὲ δύο μέχρι τῆς τοῦ Καικιλίου παρουςίας ἔμειναν ἐν ταῖς Ἀθήναις. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἐν τούτοις ἦν.

ne Achæi, vel propter discordias quæ illis erant cum Lacedæmoniis, vel propter alienatam mentem ab ipsius populi Romani amicitia, odium illius penitus susciperent. (4) Hæc quum audiret multitudo, non se continuit; sed legatos subsannans, cum tumultu ac clamore concione ejecit. (5) Tanta enim hominum in officinis degere assuetorum, et sordidas artes exercentium, turba convenerat, quanta vix temere alias: et quum omnes tunc civitates stultitia, quasi populari quodam morbo, tenerentur, Corinthiorum tamen præ ceteris publica exstitit amentia insignita. (6) Pauci quidam fuere, quibus legatorum oratio apprimè placebat. (7) At Critolaus, exoptatam occasionem nactus, et concionem etiam pariter secum furentem et alienatam mente, adversus magistratus cœpit insurgere, calumniari quicumque a se in republica dissentirent, licenterque insultare Romanorum legatis, (8) dicens, amicum quidem se velle Romanorum esse; dominos non passurum. (9) Bacchatus denique est, Achæis dicens, Si viri essent, socios non defuturos; sin autem semiviri, dominos. (10) Multa item alia in eam sententiam mendacium mercatorum ad instar jactans, et ad fallendum comminiscens, hominum facem commovebat atque concitabat. (11) Quin etiam ex dictis factisque suis intelligi volebat, non temere hæc se moliri; verum et regum nonnullos, et quasdam etiam respublicas conspirare secum in eodem proposito.

V. Quum vero reprehendere ipsum senatus vellet, et, ne ejusmodi sermones haberet, impedire; secedere jussis militibus qui ipsum stipabant, contra surrexit, jubens accedere quemquam et appropinquare sibi, audereque vel chlamydem suam attingere. (2) Postremo dixit, quum perdiu se continuisset ægre, temperare jam sibi amplius non posse, quominus animi sui sententiam aperiret. (3) Scilicet, debere Achæos non tam ab Lacedæmoniis aut Romanis timere, quam civibus, suo ex numero, qui cum hostibus facerent: esse enim nonnullos, qui Romanis et Lacedæmoniis magis, quam suæ reipublicæ, faverent. (4) Cujus accusationis ut fidem faceret, adjecit, Evagoram Ægiensem et Strategium [sive Stratum] Tritæensem omnia, quæ arcano dicerentur in conventibus magistratuum, Cnæo (Papirio) solere renunciare. (5) Strategio vero, locutum quidem se cum Romanis, fatente, et posthac etiam locuturum confirmante, utpote qui amici ac socii gentis Achæorum essent, sed renunciassè illis nihil eorum, quæ in conventibus magistratuum essent dicta, ut qui silentium jurasset; pauci fuere, qui fidem illius verbis haberent; plures pronis auribus calumnias admiserunt. (6) Critolaus vero, criminatione istorum concitata multitudinè, persuasit Achæis, ut denuo bellum decernerent, verbis quidem adversum Lacedæmonios, revera adversus Romanos. (7) Ac præterea iniquum alterum decretum expressit, ut summam (illius belli administrandi) potestatem haberent illi viri, quos prætores elegissent. Hoc ille pacto effecit, ut solus in Achæorum gente monarchicam, prope dixerim, potentiam obtineret. (8) Atque his ita præstructis, sedulo id cœpit agere, ut res novas moliretur, et Romanos aggrediretur, sine causa ille quidem, sed potius rem ausus maxime impiam atque injustissimam. (9) E legatis Cnæus Athenas est profectus, inde Spartam, temporum occasiones eo loci prætolaturus: Aulus Naupactum abiit; reliqui duo, ad Cæcilii adventum usque, Athenis substituerunt. Et tum in Peloponneso rerum facies erat.

ΤΗΣ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΕΝΝΑΤΗΣ  
ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

LIBRI TRICESIMI NONI  
HISTORIARUM POLYBII

RELIQUÆ.

*Ex Proœmio libri.*

[I. a. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ, διότι τινὲς ἐπιλήφονται τῆς πραγματείας, φάσκοντες, ἀτελῆ καὶ διεφθαρμένην ἡμᾶς πεποιῆσθαι τὴν ἐξήγησιν τῶν πραγμάτων· ἐπιβαλλόμενοι λόγου χάριν διεξέναι τὴν Καρχηδόνας πολιορκίαν, κάπναιτα μεταξὺ ταύτην ἀπολείποντες καὶ μεσολαβήσαντες σφᾶς αὐτοὺς, μεταβαίνομεν ἐπὶ τὰς Ἑλληνικάς, κἀντεῦθεν ἐπὶ τὰς Μακεδονικάς ἢ Συριακάς ἢ τινὰς ἐτέρας πράξεις· (2) ζητεῖν δὲ τοὺς φιλομαθοῦντας τὸ συνεχές, καὶ τὸ τέλος ἱμεῖρεν ἀκοῦσαι τῆς προθέσεως· καὶ γὰρ τὴν ψυχαγωγίαν καὶ τὴν ὥφελειαν οὕτω μᾶλλον συνεκτρέχειν τοῖς προσέχουσιν. (3) Ἐμοὶ δ' οὐχ οὕτω δοκεῖ, τὸ δ' ἐναντίον· μάρτυρα δὲ τούτων ἐπικαλεσαίμην ἂν αὐτὴν τὴν φύσιν, ἥτις κατ' οὐδ' ὅποιαν τῶν αἰσθήσεων εὐδοκεῖ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν κατὰ τὸ συνεχές, ἀλλ' αἰ μεταβολῆς ἐστὶν οἰκεία, τοῖς δ' αὐτοῖς ἐγκυρεῖν ἐκ διαστήματος βούλεται καὶ διαφορᾶς. (4) Εἴη δ' ἂν τὸ λεγόμενον ἐναργές, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἀκοῆς, ἥτις οὔτε κατὰ τὰς μελωδίας οὔτε κατὰ τὰς λεκτικὰς ὑποκρίσεις εὐδοκεῖ συνεχῶς ταῖς αὐταῖς ἐπιμένειν στάσεις· ὁ δὲ μεταβολικὸς τρόπος, καὶ καθόλου πᾶν τὸ διεβριμμένον, καὶ μεγίστας ἔχον ἀλλαγὰς καὶ πυκνότητας, αὐτὴν κινεῖ. (5) Παραπλησίως καὶ τὴν γεῦσιν εὖροι τις ἂν οὐδὲ τοῖς πολυτελεστάτοις βρώμασιν ἐπιμένειν δυναμένην, ἀλλὰ σικχαίνουσιν, καὶ χαίρουσιν ταῖς μεταβολαῖς, καὶ προσηγεστέως ἀποδεχομένην πολλὰς καὶ τὰ λιτὰ τῶν ἐδεσμάτων, ἢ τὰ πολυτελῆ, διὰ τὸν ξενισμὸν. (6) Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τὴν ὄρασιν ἴδοι τις ἂν γινόμενον· ἥμισυ γὰρ δύναται πρὸς ἐν μένειν ἀτενίζουσα· κινεῖ δ' αὐτὴν ἢ ποικιλία καὶ μεταβολὴ τῶν ὁρωμένων. (7) Μάλιστα καὶ περὶ τὴν ψυχὴν τοῦτο τις ἂν ἴδοι συμβαῖνον· αἱ γὰρ μεταλήψεις τῶν ἀτενισμῶν καὶ τῶν ἐπιστάσεων οἷον ἀναπαύσεις εἰσὶ τοῖς φιλοπόνοις τῶν ἀνδρῶν.]

[I. b. Διὸ καὶ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων οἱ λογιώτατοι δοκοῦσί μοι προσαναπεπαῦσθαι τῷ τρόπῳ τούτῳ· τινὲς μὲν οὖν μυθικαῖς καὶ διηγηματικαῖς κεκρημένοι παρεκβάσει, τινὲς δὲ καὶ πραγματικαῖς· ὥστε μὴ μόνον ἐν αὐτοῖς τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις ποιεῖσθαι τὰς μεταβάσεις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκτὸς περιλαμβάνειν· (2) λέγω δὲ οἷον· ἐπειδὴν τὰ κατὰ τὴν Θεσσαλίαν ἐξηγούμενοι καὶ τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φεραίου πράξεις, μεταξὺ τὰς κατὰ Πελοπόννησον Λακεδαιμονίων ἐπιβολὰς διηγῶνται, καὶ πάλιν τὰς ἀπ' Ἀθηναίων, ἔτι δὲ τὰς κατὰ Μακεδονίαν ἢ τὴν Ἰλλυρίδα· κάπναιτα διατρέφοντες λέγουσι τὴν Ἰφικράτους εἰς Αἴγυπτον στρατείαν, καὶ τὰ Κλεάρχῳ πραχθέντα παρανομήματα κατὰ τὸν Πόντον. (3) Ἐξ ὧν κεκρημένους μὲν ἅπαντας εὖροι

I. a. Non sum inscius fore nonnullos, qui opus meum sint reprehensuri, imperfectam dicentes atque vitiosam a me fieri rerum narrationem; qui Carthaginis, puta, obsidionem describere exorsus, mox hac omissa meque ipsum interpellans ad Græcas, dein Macedonicas vel Syriacas vel alias res transgrediar. (2) Atqui, aiunt, a studiosis series rerum exposcitur, nemoque est qui non exitum incepti negotii audire aveat. Itaque voluptatem æque et utilitatem narrationi continuæ comites fieri. (3) Mihi vero non ita, sed omnino contra videtur. Testem porro naturam ipsam invoco, quæ nulla in re sub sensus nostros cadente constantiam perpetuitatemque tuetur: imo semper variationibus gaudet, et ad eadem per intervalla tantum et diverso semper modo vult redire. (4) Dictis meis evidentia constat, primo quidem si auditum consideremus, qui neque in cantibus musicis, neque in alloquiis per verba conceptis, eosdem sonorum status constanter sectatur; sed modulationum varietas, atque omnino quidquid est volubile, maximasque habet vices et crebritates, sensus nostros ilico commovet: (5) Similiter et gustum comperimus ne in pretiosissimis quidem constantiam posse servare cibis; sed fastidientem, varietate gaudentem, ac libentius sæpe vilia quælibet edulia recipere quam pretiosa, novitatis scilicet gratia. (6) Denique eadem visus quoque natura est, qui minime potest in re una aliqua contuenda consistere, sed varietate ac mutatione objectorum movetur. (7) Maxime vero omnium animus hoc modo afficitur. Nam mutationes cogitationum atque curarum studiosis hominibus pauas quædam sunt et requies.

I. b. Igitur sapientissimus quisque antiquorum historicorum videtur mihi ea, quam dixi, ratione interquiescere solitus. Alii enim mythicis et ad oblectandum compositis digressionibus utuntur, alii vero etiam pragmaticis, ita ut non in ipsius tantummodo Græciæ locis vagentur, verum etiam externa amplectantur. (2) Ejus rei exemplum pono; nempe cum res Thessalicas Alexandrique Phereæ acta attingunt, inter narrandum Lacedæmoniorum in Peloponneso conatus, rursus que Atheniensium, nec non Macedonicas et Illyricas res exponunt: deinde parumper morati, dicunt Iphicratis in Ægyptum expeditionem, Clearchique per Pontum commissa scelera. (3) Jam vero cuique patet, uti quidem omnes

τις ἂν τῷ τοιοῦτῳ χειρισμῷ, κεχρημένους γε μὴν ἁτάκτως, ἡμῖς δὲ τεταγμένως. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ μνησθέντες πῶς Βράδυλλις ὁ τῶν Ἰλλυριῶν βασιλεὺς καὶ Κερσοβλέπτης ὁ τῶν Θρακῶν κατεκτείναντο τὰς δυναστείας, οὐκέτι· προστιθέασι τὸ συνεχές, οὐδ' ἀνατρέχουσιν ἐπὶ τὸ ἀκόλουθον ἐκ διαστήματος, ἀλλὰ καθάπερ ἐν ποιήματι χρῆσάμενοι, πάλιν ἐπανάγουσιν ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ὑποθέσεις· (4) ἡμεῖς δὲ πάντας διηρημένοι τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τῆς οἰκουμένης καὶ τὰς ἐν τούτοις πράξεις, καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔφοδον αἰε ποιοῦμενοι, κατὰ τὴν τάξιν τῆς διηγήσεως, ἔτι δὲ καθ' ἕκαστον ἔτος ὀρισμένους ἐξηγούμενοι τὰς κατὰ τὴν ἱστορίαν πράξεις ἐνεστηκυίας, ἀπολείπομεν πρόδηλον τοῖς φιλομαθοῦσι τὴν ἐπαναγωγὴν ἐπὶ τὸν συνεχῆ λόγον καὶ τὰς μεσολαβήσας αἰε τῶν πράξεων, ὥστε μηδὲν ἑλλειπὲς γίνεσθαι τοῖς φιληκόοις τῶν προειρημένων. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσούτων.]

## EX HISTORIA EXCIDII CARTHAGINIS.

## Excerptum Valesianum.

I. Ἀσδρούβας, ὁ στρατηγὸς Καρχηδονίων, κενόδοξος ἦν καὶ ἀλαζών, καὶ πολὺ κεχωρισμένος τῆς πραγματικῆς καὶ στρατηγικῆς δυνάμεως. (2) Πολλὰ δ' εἰσι σημεῖα τῆς ἀκρισίας αὐτοῦ. Πρῶτον μὲν γὰρ παρῆν ἐν πανοπλίᾳ, ἥνικα Γολοσσῇ συνεγγίγето, τῷ τῶν Νομάδων βασιλεῖ, πορφυρίδα θαλαττιᾶν ἐπιτεπορημένος, μετὰ μαχαίροφόρων δέκα. (3) Ἐπειτα προβάς ἀπὸ τῶν δέκα ὅσον εἰκοσι πόδας ἀπέστη, καὶ προβεβλημένος τάφρον καὶ χάρακα, κατένευε τῷ βασιλεῖ προῖέναι πρὸς αὐτόν, καθῆκον γίνεσθαι τούναντιόν. (4) Οὐ μὴν ἄλλ' ὁ Γολοσσῆς, ἀφελῶς ἔχων Νομαδικῷ τινι τρόπῳ, μόνος προσῆει πρὸς αὐτόν· καὶ προσεγγίσας ἤρετο, τίνα φοβούμενος τὴν πανοπλίαν ἔχων ἦκε. (5) Τοῦ δ' εἰπόντος, ὅτι Ῥωμαίους· Οὐκ ἂν ἔρ', ἔφησεν ὁ Γολοσσῆς, ἔδωκας σαυτὸν εἰς τὴν πόλιν, μηδεμίαν ἔχων ἀνάγκην. Πλὴν τί βουλεῖ καὶ τί παρακαλεῖς; φησὶν. (6) Ὁ δ' Ἀσδρούβας, Ἐγὼ, φησὶ, πρεσβευτήν σε παρακαλῶ γενέσθαι πρὸς τὸν στρατηγόν, καὶ πᾶν ἀναδέχεσθαι διότι ποιήσομεν τὸ προσταττόμενον· μόνον ἀπόσχεσθε τῆς ταιλαιώρου πόλεως ταύτης. (7) Καὶ ὁ Γολοσσῆς, Παιδικὴν δοκεῖς μοι, φησὶν, ἀξίωσιν ἀξιοῦν, ὦ βέλτιστε. (8) Ὑπερ ὧν γὰρ ἐξ ἀκραίου πρεσβεύομενοι, ἔτι καθήμενοι ἐν Ἰτύχῃ Ῥωμαίων, οὐκ ἐδύνασθε πείθειν, τί νῦν ἀξίως ταῦτά σοι συγχωρεῖσθαι, περιτετειγμένους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ σχεδὸν ἅπαζ ἀπεναντίας τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας. (9) Ὁ δ' Ἀσδρούβας, ἀγνοεῖν αὐτόν, ἔφη. Καὶ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἔξωθεν συμμάχοις ἀκμὴν καλὰς ἐλπίδας ἔχειν (οὐ γὰρ που τὰ περὶ τοὺς Μαυρουσίους ἡχηκοί), καὶ τὰ περὶ τῶν ὑπαίθρων δυνάμεων ὅτι σώζονται, καὶ οὐκ ἀπελπίζειν τὰ κατ' αὐτούς· μάλιστα δὲ πεποιθέναι τῇ τῶν θεῶν συμμαχίᾳ καὶ ταῖς ἐν ἐκείνοις ἐλπίσιν. (10) Οὐ γὰρ περιόψεσθαι σφῶς προφανῶς παρασπονδουμένους, ἀλλὰ πολλὰς δώσεις ἀπορμαῖς πρὸς σωτηρίαν. (11) Διὸ

hoc narrationis genere, sed nullo ordine, nos vero certo quodam consilio. Nam illi, postquam commemorarunt quod pacto, Bradyllis Illyriorum et Cersobleptes Thracum reges imperia adepti sunt, nequaquam seriem rerum continuant, neque saltem ex intervallo ad illam redeunt; sed sicuti in poemate res tractant, ubi semel ea digressionem usi fuerunt, ad id, quod ab initio propositum erat, solent reverti. (4) Ego vero, distributis orbis terræ nobilissimis partibus, rebusque per eas gestis, tum unum eundemque egressum semper facitans, prout ordo narrationis postulat, insuper per annos singulos distincte atque e regione alterutrarum res gestas ponens, patentem studiosis relinquo ad susceptum ab initio propositum atque ad intercepta passim acta redditum: ita ut seduli lectores nihil ex ante dictis veluti mancum desiderant. De his hactenus.

## Asdrubalis ingenium et casus.

I. Asdrubal, dux Carthaginiensis, ingenio erat vano et jactabundo, et in rebus gerendis ab imperatoria virtute longe aberat. (2) Vanitatis autem illius multa sunt documenta. Primum enim, colloquium habiturus cum Gulussa, Numidarum rege, lorica et reliquis tectus armis accessit, chlamydem ex purpura marina gestans, fibula astrictam, decemque stipatus satellitibus. (3) Deinde a satellitio progressus viginti fere pedum spatio, vallo ac fossa munitus, regi per nutum significavit, ut ad se accederet; quam utique contrarium fieri debuisset. (4) Sed Gulussa, ut erat simplici cultu, more gentis Numidarum, solus ad eum accessit. Cumque appropinquasset, interrogavit, cujusnam metu thorace omnibusque armis contectus venisset. (5) Ille cum Romanos metuere se dixisset: Recte vero, inquit Gulussa; ni enim ita esset, numquam te in urbem inclusisses, nulla præsertim necessitate impulsus. Sed agendum, quid est quod postulas? (6) Ego vero, ait Asdrubal, a te peto, ut apud imperatorem Romanum legationem obire velis, ac spondere, nos imperata cuncta esse facturos: modo ab hac misera civitate abstinete! (7) At Gulussa, Puerile, inquit, videtur esse, quod flagitas, vir bone. (8) Quæ enim rebus adhuc integris, legatione missa, sedentibus etiam tum Uticæ Romanis, impetrare non potuistis, qua nunc ratione adductus tibi concedi postulas, cum undique terra ac mari operibus circumdatus, nulla propemodum salutis reliqua spe, tenere? (9) Asdrubal vero, falli eum, respondit: nam et foris sociorum auxiliis plurimum se confidere (quippe nondum acceperat nuncium de Mauris) et copias suas, quæ regioni præsiderent, adhuc salvas esse; neque porro se ipsos de rebus suis desperare: maxime vero in ope deorum immortalium spem repositam habere. (10) Non enim neglecturos deos injurias Pœnis illatas, ac fœderum violationem; sed multas ad salutem opportunitates sibi oblatu-

παρακαλεῖν ἤξλου τὸν στρατηγὸν, καὶ τῶν θεῶν ἔνεκεν καὶ τῆς τύχης, φείσασθαι τῆς πόλεως· εἰδὸτα σαφῶς, διότι, μὴ δυνάμενοι τυχεῖν τούτου, κατασφαγῆσονται πρότερον, ἢ παραχωρήσουσι ταύτης. (12) Τότε μὲν οὖν ταῦτα καὶ παραπλήσια διαλεχθέντες ἐχωρίσθησαν, ταξάμενοι μετὰ τρίτην ἡμέραν πάλιν συμπορεύεσθαι.

II. Τοῦ δὲ Γολοσσῷ μεταδόντος τῷ στρατηγῷ περὶ τῶν εἰρημένων, γελᾶσας ὁ Πόπλιος, Ταῦτα μέλλων ἀξιοῦν, ἔφη, τοιαύτην καὶ τηλικαύτην ἀσέβειαν εἰς τοὺς αἰχμαλώτους ἡμῶν ἐνεδείξω, καὶ νῦν ἐπὶ τοῖς θεοῖς τὰς ἐλπίδας ἔχεις, παραβεβηκώς [τοὺς τῶν θεῶν] καὶ τοὺς τῶν ἀνθρώπων νόμους. (2) Τοῦ δὲ βασιλέως βουλομένου τι προσπομιμνήσκειν τὸν Σκιπίωνα, καὶ μάλιστα, διότι δεῖ συντέλειαν ἐπιτίθεσθαι τοῖς πράγμασι· (3) χωρὶς γὰρ τῶν ἀδῆλων καὶ τὴν κατάστασιν τῶν ὑπάτων ἦδη συνεγγίζειν, ἥς δεῖν, ἔφη, στοχάζεσθαι, μὴ, τοῦ χειμῶνος προκαταλαβόντος, ἐπελθὼν ἕτερος ἀκονίτι λάβῃ τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ἐκείνου πόνων· (4) καὶ δὴ τούτων λεγομένων, ἐπιστήσας ὁ στρατηγὸς ἐκέλευσεν ἀναγγέλλειν, διότι δίδωσι τὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ καὶ γυναίκῃ, καὶ τέκνοις, καὶ δέκα τῶν συγγενῶν φιλῶν οἰκίαις, σὺν δὲ τούτοις δέκα τάλαντα λαβεῖν ἐκ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων, καὶ τῶν οἰκετῶν ἐξαγαγεῖν οὐδ' ἀναιρήται. (5) Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Γολοσσὴς ἔχων τὰ φιλόφρονά, συνῆε πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν. (6) Ὁ δὲ πάλιν ἐξεπορεύετο μετὰ μεγάλης ἀξίας ἐν τῇ πορφυρίδι καὶ τῇ πανοπλίᾳ βάδην, ὥστε τοὺς ἐν ταῖς τραγῳδίαις τυράννους πολὺ τι προσοφείλειν. (7) Ἦν μὲν οὖν καὶ φύσει σάρκινος, τότε δὲ καὶ κοιλίαν εἰλήφει, καὶ τῷ χρώματι παρὰ φύσιν ἐπιχεκαυμένος ἦν, ὥστε δοκεῖν ἐν πανηγύρει που διατῆσθαι παραπλησίως τοῖς σιτευτοῖς βουσί, ἀλλὰ μὴ τηλικούτων καὶ τοιούτων κακῶν προστατεῖν, ὧν οὐδ' ἂν ἐφίκοιτο τῷ λόγῳ διεξῶν οὐδεὶς. (8) Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ συνῆλθε τῷ βασιλεῖ, καὶ διήκουσε τῶν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ προτεινομένων, πολλὰκις τὸν μηρὸν πατάξας, τοὺς θεοὺς καὶ τὴν τύχην ἐπικαλεσάμενος, οὐδέποτε ταύτην ἔσεσθαι τὴν ἡμέραν ἔφασκεν, ἐν ᾗ συμβῆσεται τὸν ἥλιον Ἀσδρούβαν βλέπειν ἅμα καὶ τὴν πατρίδα πυρπολούμενην· (9) καλὸν γὰρ ἐντάφιον εἶναι τοῖς εὖ φρονούσι τὴν πατρίδα καὶ τὸ ταύτης πῦρ. (10) Ὡσθ', ὅτε μὲν εἰς τὰς ἀποφάσεις αὐτοῦ τις βλέψῃ, θαυμάζειν τὸν ἄνδρα καὶ τὸ μεγαλόψυχον τῶν λόγων· ὅτε δ' εἰς τὸν χειρισμὸν τῶν πραγμάτων, τὴν ἀγεννίαν καταπλήττεσθαι καὶ τὴν ἀνάνδριαν· (11) ὅς πρῶτον μὲν, τῶν ἄλλων πολιτῶν διαφθειρομένων ὁλοσχερῶς ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, πότους αὐτὸς συνῆγε καὶ δευτέρας τραπέζας παρετίθετο πολυτελεῖς, καὶ διὰ τῆς ἰδίας εὐξίας παρεδειγμάτιζε τὴν ἐκείνων ἀτυχίαν. (12) Ἄπιστον μὲν γὰρ ἦν τὸ τῶν ἀποθνήσκόντων πλῆθος· ἀπιστον δὲ τὸ τῶν αὐτομολούντων καθ' ἡμέραν διὰ τὸν λιμόν. (13) Ἐπειτα τοὺς μὲν διαχλευάζων, οἷς δ' ἐνυβρίζων, καὶ φονεύων, καταπλήττετο τοὺς πολλούς· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ συνέχευε τὴν ἐξουσίαν, ᾗ μόλις ἂν χρῆσαιτο τυ-

ros. (11) Proinde rogabat, ut imperatorem moneret, deorum ac fortunæ causa civitati parcere ut vellet; et pro certo haberet, ni id impetrarint, prius omnes mactandos esse, quam deditionem facturos. (12) His tum ac similibus dictis e colloquio discesserunt, constituto rursus in perendinum diem congressu.

II. Ubi vero Gulussa sermones utrimque habitos imperatori renunciavit, subridens Scipio: Hæccine, inquit, postulaturus, tali tantaque impletate in captivos es nostros usus, et nunc in deorum ope spem positam habes, quum divina et humana jura violaris? (2) Inde Rex Scipionem admonere cum institisset, utile esse ipsius rationibus, finem bello imponere; (3) nam præter incertos casus martemque communem, comitia quoque consularia prospiciendum esse, ne, si interim præterisset hiems, superveniens deinde alius titulum ac lauream ipsius laborum sine sudore interciperet: (4) hæc cum animadverteret Scipio, Gulussam id Hasdrubali renunciare jussit, ipsi, uxorie ac liberis, et propinquorum amicorumque familiis decem, veniam ac securitatem Scipionem concedere: præterea decem talenta ut ex bonis suis capiat, ac servos, quoscumque ex omni familia selegisset. (5) His mandatis satis humanis Gulussa tertio die ad conductum cum Hasdrubale colloquium venit. (6) At ille rursus paludamento purpureo armisque omnibus ornatus, cum magno apparatu lentoque gressu, processit; prorsus ut tyrannos, qui in tragædiis spectantur, longe ab ea pompa abesse diceret. (7) Et erat ille quidem natura corpulentus, tunc vero majorem etiam in modum excreverat hominis obesitas, et colore præter naturam erat adusto atque fusco, ut in mercatu alicubi degere videretur instar saginatorum boum, non civitatem regere tot ac tantis circumdatam calamitatibus, quantas nemo facile ne oratione quidem satis exprimere possit. (8) Ceterum congressus cum Gulussa, et auditis conditionibus, quæ ipsi ab imperatore Romano offerebantur, femur identidem percutiens, deorumque ac fortunæ invocans fidem, numquam eum diem adfore dixit, quo Hasdrubal solem simul aspiciat et patriam igne vastatam: (9) patriæ enim conflantis ruinam bene animatis viris pulcherrimum rogi ornamentum esse. (10) Ita quidem, ut, si quis dicta illius spectaverit, miraturus sit hominem, orationisque pondus et gravitatem obstupescet: sin ejusdem in administrandis rebus intueatur rationem, miraturus sit ignaviam hominis ac mollietiem. (11) Qui primum quidem, reliquis civibus fame funditus pereuntibus, ipse convivia agitabat, et secundas mensas opipare instructas apponebat, suæque cutis nitore ac pinguedine aliorum calamitatem tradebat. (12) Eorum enim, qui quotidie præ fame aut peribant, aut transfugiebant, numerus credi vix potest. (13) Et inter hæc ille, aliis illudens, alios contumelia afficiens, atque etiam occidens, terrori erat multitudini. Atque hujusmodi artibus in infe-

ραννος ἐν εὐτυχούσῃ πόλει, καὶ ἐν δεδυστυχηκυῖα πα-  
τρίδι. (14) Διὸ καὶ λίαν δοκῶ καλῶς ἡμῖν εἰρῆσθαι,  
διότι προστάτας πραγμάτων ὁμοιοτέρους τῶν παρὰ τοῖς  
Ἕλλησι τότε καὶ παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις ὑπαρξάντων  
οὐκ ἂν εἴβοι τις βραδύως. (15) Τοῦτο δ' ἔσται δῆλον, ὅταν  
ἐκ παραθέσεως τὸν ὑπὲρ ἐκείνων ποιησώμεθα λόγον.

lici etiam patria potestatem eam retinuit, qua vix ullus in  
civitate fortunata tyrannus uteretur. (14) Quamobrem non  
sine causa dixisse mihi videor, reipublicæ principes simi-  
liores his, qui per id tempus et Carthagine et in Græcia fu-  
erunt, haud facile posse reperiri. (15) Id vero aliquanto  
clarius erit, cum utrosque invicem comparabimus.

(Ammianus Marcellin. lib. XXIV, cap. 7.)

(16) Imperator (Julianus, oppugnans Pirisaboram, Babyloniae urbem), cuneatim stipatus, densatisque clypeis ab ictu  
sagittarum defensus, prope portam venit hostilem, crasso ferro crustatam. Et licet saxis et glande ceterisque telis  
cum periculo salutis premeretur, fodicare tamen paratos valvarum latera, ut aditum patefaceret, vocibus inorepans  
crebris, non ante discessit, quam telorum congerie, quæ superjaciebantur, se jam cerneret obruendum. Evasis cum  
omnibus tamen, paucis levius vulneratis, ipse innoxius, verecundo rubore suffusus. Legerat enim, Æmilianum Sci-  
pionem, cum Historiarum conditore Polybio Arcade, et triginta militibus, portam Carthagini impetu simili subfodisse.  
Sed fides recepta scriptorum veterum recens factum defendit. Æmilianus enim testudine lapidea tectam successerat portam :  
sub qua tutus et latens, dum moles saxeas detegunt hostes, urbem nudatam irrupit. Julianus vero locum patentem  
aggressus, obumbrata cæli facie fragmentis montium et missilibus, ægre repulsus abscessit.

(Plutarchus in Apophthegmatibus Regum, p. 200.)

(17) Ἐπεὶ δὲ παρελθὼν (δ Σκιπίων) εἰς τὸ τεῖχος, τῶν  
Καρχηδονίων ἐκ τῆς ἀκρας ἀμυνομένων, τὴν διὰ μέσου  
θάλασσαν οὐ πᾶν βραδείαν οὔσαν, τοῦ Πολυβίου συμ-  
βουλευόντος αὐτῷ κατασπείραι τριβόλους σιδηροῦς, ἣ  
σανίδας ἐμβάλλειν κεντρωτάς, ὅπως μὴ διαβαίνοντες  
οἱ πολέμιοι προσμάχωνται τοῖς χώμασιν· ἔφη γέλοϊον  
εἶναι, κατελιηφότας τὰ τεῖχη, καὶ τῆς πόλεως ἐντὸς  
ὄντας, εἶτα πράττειν, ὅπως οὐ μαχοῦνται τοῖς πολεμίοις.

(17) Cum transcendisset Scipio muros Carthagini, et  
Carthaginienses ex arce se defenderent, ac mare inter castra  
ipsius et arcem non esset profundum; consulente Polybio,  
ut ferreos murices spargeret, aut tabulis vada consterneret  
clavos eminentes habentibus, ne transire hostes ad oppu-  
gnandum aggerem possent, respondit: Ridiculum esse,  
captis muris intra urbem progressos, hoc jam agere, ne  
cum hoste sit pugnandum.

(Suidas in Ἑκταλῆ.)

(18) Τότε μὲν οὖν ἀμφοτέροι τὴν ἑκταλὴν ἐπὶ τοῦ χώ-  
ματος ἐποίησαντο, οἱ τε Ἑκταλῆ καὶ οἱ Καρχηδόνιοι.

(18) Tunc igitur utrique, et Romani et Carthaginienses,  
in aggere pernoctarunt.

(Suidas in Σμῶνδ; et Συνέπασε.)

III. Ὁ δὲ σμῶνδ Ἀσδρούβας συνέπασε τῷ στρα-  
τηγῷ πρὸς τὰ γόνατα, ἐπιληλησμένος τῆς μεγαλοῦρῃ-  
μοσύνης.

III. Superbus vero ille Asdrubal imperatori ad genua ac-  
cidit, superioris magniloquentiæ oblitus.

[III. a. Τοῦ Ἀσδρούβου τοῦ τῶν Καρχηδονίων στρα-  
τηγοῦ ἱκέτου παραγενομένου τοῖς τοῦ Σκιπίωνος γό-  
νασιν, ὁ στρατηγὸς ἐμβλέψας εἰς τοὺς συνόντας, Ὁρᾷτε,  
ἔφη, τὴν τύχην, ὧς ἄνδρες, ὡς ἀγαθὴ παραδειγματίζειν  
ἔστι τοὺς ἀλογίστους τῶν ἀνθρώπων· (1) οὗτός ἐστιν  
Ἀσδρούβας ὁ νεωστὶ πολλῶν αὐτῷ φιλανθρώπων προτει-  
νομένων ὑφ' ἡμῶν ἀπαξίων, φάσκων δὲ κάλλιστον ἐντά-  
φιον εἶναι τὴν πατρίδα καὶ τὸ ταύτης πῦρ· νῦν πάρεστι  
μετὰ στεμμάτων δεόμενος ἡμῶν, τυχεῖν τῆς ζωῆς, καὶ  
πάσας τὰς ἐλπίδας ἔχων ἐν ἡμῖν· (2) ἂ τίς οὐκ ἂν ὑπὸ  
τὴν ὄψιν θεασάμενος ἐν νῷ λάβοι, διότι δεῖ μηδέποτε  
λέγειν μηδὲ πράττειν μηδὲν ὑπερῆφανον ἀνθρώπον  
ὄντα; (3) Καὶ προσελθόντες τινὲς τῶν αὐτομόλων ἐπὶ  
τὸ πέρας τοῦ τέγγους παρητοῦντο τοὺς προμαχομένους  
ἀνασχεῖν μικρόν· τοῦ δὲ στρατηγοῦ κελεύσαντος ἐπισχεῖν,  
ἤρξαντο τὸν Ἀσδρούβαν λοιδορεῖν, οἱ μὲν εἰς ἐπιτοκίαν,  
φάσκοντες αὐτὸν πολλάκις ἐπὶ τῶν ἱερῶν ὁμωμοκέναι  
μὴ προλείπειν αὐτοὺς, οἱ δὲ εἰς ἀνανδρίαν καὶ καθόλου

III, a. Cum Asdrubal, Carthaginiensium princeps, ad  
Scipionis genua supplex accidisset, Romanus imperator  
præsentem intuens, Videte, inquit, quam valida fortuna sit  
ad monstrandam et evincendam hominum stultitiam. (2)  
Hic est Asdrubal, qui multam clementiam a nobis nuper  
ipsi exhibitam respuit, cum diceret pulcherrimum esse  
sepulcrum patriæ cinerem: nunc autem cum supplicibus  
infulis adest vitæ beneficium postulaturus, spe sua omni  
in nobis collocata. (3) Quo viso spectaculo, quis non  
cogitet, nihil esse superbe dicendum faciendumve ab eo  
qui homo natus sit? (4) Tum et transfugæ aliquot, tecto  
conscenso, rogabant eos qui in prima acie præliabantur, ut  
parumper impetum inhiherent: cumque imperator cessare  
jussisset, creperunt Asdrubalem maledictis incessere, partim  
eum perjurum et pellant, propterea quod sæpe ad aram  
jurasset se illos non proditum; partim ei ignaviam ani-

τὴν τῆς ψυχῆς ἀγεννίαν· καὶ ταῦτα ἐποιοῦν μετὰ χλευασμοῦ καὶ λοιδορίας ἀσυροῦς καὶ δυσμενικῆς.]

[ (β) Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τούτον ἡ γυνή, θεωροῦσα τὸν Ἀσδρούβαν προκαθήμενον μετὰ τοῦ στρατηγοῦ, προήλθεν ἐκ τῶν αὐτομάλων, αὐτὴ μὲν ἐλευθερίως καὶ σεμνῶς ἡμυρισμένη, τοὺς δὲ παῖδας ἐν χιτωνίσκοις ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους προσειληφύια ταῖς χερσὶ μετὰ τῶν ἰδίων ἐνδυμάτων. (γ) καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὀνομαστὶ προσεφώνει τὸν Ἀσδρούβαν· τοῦ δ' ἀποσιωπῶντος καὶ νεύοντος εἰς τὴν γῆν, τὰς μὲν ἀρχὰς τοὺς θεοὺς ἐπεκαλεῖτο καὶ τῷ στρατηγῷ μεγάλας ἐπανήγε τὰς χάριτας, διότι τὸ μὲν ἐκείνου μέρος οὐκ αὐτὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τέκνα σώζεται. Βραχὺ δ' ἐπισχοῦσα τὸν Ἀσδρούβαν ἤρετο, πῶς αὐτὸς μὲν [θαβρουντῶς] κατ' ἰδίαν παρὰ συστρατήγων παρλιζοῖτο τὴν δωρεάν αὐτ[οπτον ποιῶν ἀναιδῶς], ἀλλ' (δλον) αἰσχίστως καταλείπων τὰ πράγ[ματα καὶ] τοὺς ἀστούς αὐτῷ πιστεύοντας, ὑπέλθοι πρὸς τοὺς πολεμίους· πῶς δὲ πρὸς τούτους τολμᾷ καθῆσθαι νῦν θαλλοὺς ἐ/ων, πρὸς οὓς [ὠμνυ] πολλάκις οὐδέποτε ταύτην ἐσεσθαι τὴν ἡμέραν, ἐν ἣ συμβήσεται τὸν ἥλιον ἅμα καθορᾶν Ἀσδρούβαν [ζῶντα] καὶ τὴν πατρίδα πυρπολουμένην· οὐ μὴν ἀλλ' ἐξ οὗ ἦν \*\*\* [13 versus] τούτου κάλλιον ἔπος ἐπιμετ[ροῦν], καθαπερὶ τοῦτ' εἴρηται τὸ παρ' [Ὀμήρῳ, ὁ Πόπλιος] ἐπεστρέψας ἐξαυτῆς καὶ λαθόμενος μου τῆς δεξιᾶς, ὦ Πολύβιε, ἔφη, καλὸν μὲν, ἀλλ' οὐκ οὐδ' ὅπως δέδια καὶ προφοβοῦμαι, μὴ ποτὲ τις ἄλλος τούτῳ τὸ παράγγελμα δώσει περὶ τῆς ἡμετέρας πατρίδος. (7) [Ἐὰν ἀποφάσεως ἄλλην καὶ] πραγματικωτέραν καὶ νουνεχεστέραν οὐ βῆδιον εἰπεῖν· τὸ γὰρ ἐν τοῖς μεγίστοις κατορθώμασι καὶ ταῖς τῶν ἐκέρῳν συμφοραῖς ἔννοιαν λαμβάνειν τῶν οἰκείων πραγμάτων καὶ τῆς ἐναντίας περιστάσεως, καὶ καθόλου προχειρον εἶναι ἐν ταῖς ἐπιτυχίαις τὴν τῆς τύχης ἐπισφάλειαν, ἀνδρὸς ἐστὶ μεγάλου καὶ τελείου καὶ συλλήδῃν ἀξίου μνήμης.]

(Suidas in Φιλανθρωπ.)

(2) Ὁ δὲ Ἀσδρούβας ἐβουλήθη, τούτῳ συμμίζας, καὶ φιλανθρωπηθεὶς, ἀπελθεῖν εἰς τοὺς ἔξω τόπους.

(Appianus in Punicis cap. 132.)

(3) Ὁ οὖν Σκιπίων, Καρχηδόνα ὄρων τότε ἄρδην τελευτῶσαν ἐς πανωλεθρίαν ἐσχάτην, λέγεται μὲν δακρῦσαι, καὶ φανερὸς γενέσθαι κλαίων ὑπὲρ πολεμίων.

(4) Ἐπὶ πολὺ δ' ἔννοος ἐφ' ἑαυτοῦ γινόμενός τε, καὶ συνιδὼν, ὅτι καὶ πόλεις καὶ ἔθνη καὶ ἀρχὰς ἀπάσας δεῖ μεταβαλεῖν, ὥσπερ ἀνθρώπους, δαίμονα, καὶ τοῦτ' ἔπαθε μὲν Ἴλιον, εὐτυχῆς ποτε πόλις, ἔπαθε δὲ ἡ Ἀσσυρίων καὶ Μήδων καὶ Περσῶν ἐπ' ἐκείνοις ἀρχὴ μεγίστη γενομένη, καὶ ἡ μάλιστα ἐναγχος ἐκλάμψασα ἡ Μακεδόνων, [φῆναι] εἶτε ἐκὼν, εἶτε προφυγόντος αὐτὸν τοῦδε τοῦ ἔπους·

Ἔσεται ἡμαρ, ὅταν ποτ' ὀλῶν ἡ Ἴλιος ἱρῇ,  
καὶ Πριάμος, καὶ λαὸς εὐμμελὺς Πριάμοιο.

(6) Πολυβίου δ' αὐτὸν ἐρομένου σὺν παρρησίᾳ (καὶ γὰρ ἦν αὐτοῦ καὶ διδάσκαλος), ὅτι βούλοιτο ὁ λόγος φασίν, οὐ φυλαχόμενον ὀνομάσαι τὴν πατρίδα σαφῶς, ὑπὲρ τῆς ἀρα, ἐς τάνθρωπεια ἀφορῶν, ἔδεδει. (7) Καὶ τότε μὲν Πολύβιος, αὐτὸς ἀκούσας, συγγράφει.

POLYBUS.—II.

mique humilitatem exprobrantes : atque hæc cum irrisione sædoque et acerbo convicio faciebant.

(5) Per idem tempus uxor quoque Asdrubalis, observato viro, quem Romanus imperator sibi assidere jusserrat, processit e transfugarum numero, ipsa quidem liberaliter splendideque ornata, pueros autem in tuniculis ex utroque latere habens, quos manu tenebat vestibus suis implicitos. (6) Et primo quidem Asdrubalem nomine inclamavit; qui cum taceret terram intuens, illa principio deos testes invocavit, Romanoque imperatori multas gratias egit, quod per eum non ipsa solum, sed etiam liberi servati sint. Deinde post breve silentium ex Asdrubale quæsit, quomodo ipse audacter assideret propter collegam imperatorem, donum suum impudenter oculis aspiciens, turpissime desertis rebus et civibus patriæ ipsi fidentis, ad hostes confugiens; et quomodo in eorum conspectu considerare sustineret cum supplicibus ramis, apud quos sæpe juraverit nunquam illam fore diem, qua sol simul inspiciat viventem Asdrubalem et patriam incensam : imo vero ex quo \* \* \* pulchriorem hac vocem . . . , sicut illud Homeri dictum, Scipio (pronuntiavit), deinde ad me conversus et preliensa manu mea : O Polybi, pulchrum, sed nescio quomodo metuo ne forte alius aliquando hoc verbum de nostra sit patria prolaturus. (7) Qua sententia aliam magis pragmaticam prudentioremve difficile est edere. Namque in suis summis prosperitatibus atque in adversis inimicorum casibus, de propria re serio cogitare, et de possibili adversitate, atque omnino in felicitate habere præ oculis fortunæ lubricitatem, hoc demum magni perfectique viri est atque, ut breviter dicam, memoria digni.

(2) Asdrubal vero, cum illo congressus, et humaniter exceptus, in extera loca proficisci statuit.

(3) At Scipio, Carthaginem funditus tunc deleri extinguique videns, illacrimasse dicitur, et propalam dessevisse fortunam hostium. (4) Quum vero diu meditabundus secum cogitasset, urbium, populorum, imperiorum omnium, non minus quam singulorum hominum, mutationi ohnoxiam esse fortunam; idque et Ilium, fortunatam quondam urbem, et Assyriorum et Medorum et post istos Persarum imperium, amplissimum omnium, et, quod nuper etiam adhuc splenduerat, Macedonicum, esse expertum; sive con-ulto, sive mentem præcurrente lingua, versus illos Poetæ pronuntiavit :

Namque dies aderit, quo concidet Ilion ingens,  
et Priamus, Priamique ruat plebs armipotens.

(6) Et a Polybio pro familiaritate (fuerat enim is præceptor Scipionis) interrogatus, quid sibi vellent ea verba; non dubitavit ingenue fateri, cogitationem incidisse sibi patriæ, cui timeret, vices rerum humanarum considerans. (7) Hoc quidem ipse Polybius, qui ex ore ejus ea verba audivit, memoriæ prodidit.



ΤΗΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ  
ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

LIBRI QUADRAGESIMI  
HISTORIARUM POLYBII

RELIQUÆ.

I. — BELLUM ACHAICUM.

Excerpta Valesiana.

1. Πυθέας ἦν μὲν ἀδελφὸς Ἀκατίδους τοῦ σταδιεύς, υἱὸς δὲ Κλεομένους· κακῶς δὲ βεβιωκώς, καὶ δοκῶν ἐκάστῳ παρακερῆσθαι τὴν πρώτην ἡλικίαν. (2) Ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν πολιτείαν θρασὺς καὶ πλεονέκτης καὶ δι' Εὐμένους καὶ Φιλεταίρου σωματοποιησάμενος τὰς προειρημένας αἰτίας.

*Pytheas Baotarches.*

I. Erat Pytheas, Acatidis stadiodromi frater, Cleomenifilius, qui nequiter vixerat et primam juventutem, ut fama ferebat, prostituerat cuivis. (2) Eadem vero audacia et cupiditate in republica gerenda est usus; quam culpam Eumenis et Philetæri favore et gratia auxit.

(Orosius V, 3.)

Polybius Achivus, quamvis tunc in Africa cum Scipione fuerit, tamen, quia domesticam cladem ignorare non potuit, semel in Achaia pugnatum Critolao duce asserit. Dicum vero adducentem ex Arcadia militem, ab eodem Metello prætore oppressum cum exercitu docet.

II. Τοῦ Κριτολάου τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν μετ' ἡλλαχότος, καὶ τοῦ νόμου κελεύοντος, ἐπὶ τὴν συμβῆ τι περὶ τὸν ἐνεστῶτα στρατηγὸν, τὸν προγεγονότα διαδέχασθαι τὴν ἀρχήν, ἔως ἂν ἡ κατήκουσα σύνοδος γένηται τῶν Ἀχαιῶν. (2) ἐπέβαλε τῷ Διαίῳ, χειρίζειν καὶ προεστάναι τῶν κοινῶν πραγμάτων. (3) Διόπερ ἐκπέμψας εἰς τὰ Μέγαρα, καὶ παραγενόμενος εἰς Ἄργος, ἔγραψε ταῖς πόλεσι πάσαις, τῶν οἰκογενῶν καὶ πατρῶων τοὺς ἀμάρζοντας ταῖς ἡλικίαις εἰς μυρίους καὶ δισχιλίους ἐλευθεροῦν, καὶ καθοπλίσαντας πέμπειν εἰς τὴν Κόρινθον. (4) Ἐμέρισε δὲ ταῖς πόλεσι τὴν ἐπιβολὴν τῶν σωμάτων εἰκῇ καὶ ἀνίσως, καθάπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐπραττεν. (5) Οἷς δ' ἂν ἑλλείπῃ τὸ τῶν πατρῶων πλῆθος, ἀναπληροῦν ἔδει τὴν ἐκάστοις καθήκουσαν μοῖραν ἐκ τῶν ἄλλων οἰκετῶν. (6) Θεωρῶν δὲ τὴν ἀπορίαν τὴν ἐν τοῖς κοινοῖς ἰσχυρὰν οὔσαν διὰ τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους γεγονότα πόλεμον, ἐπαγγελίας ποιέσθαι συνηγάγε, καὶ κατ' ἰδίαν εἰσφέρειν τοὺς εὐπόρους, οὐ μόνον τοὺς ἀνδρας, ἀλλὰ καὶ τὰς γυναῖκας. (7) Ἄμα δὲ τούτοις παρήγγειλε, πανδημεῖ τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις ἀθροίζεσθαι μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Κόρινθον. (8) Ἐξ ὧν συνέβαινε γίνεσθαι τὰς πόλεις πλήρεις ἀκρίσιας, παραχῆς, δυσθυμίας. (9) Καὶ τοὺς μὲν ἀπολωλότας ἐπήνουν, τοὺς δ' ἐκπορευομένους ἡλέουν, καὶ προσκατεκάλοντο πάντες ὥσανει προορώμενοι τὸ μέλλον. (10) τὴν δὲ τῶν οἰκετῶν ἀνάστασιν καὶ τὸν ἐπισυρμὸν βαρέως ἔφερον, ὥς ἂν τῶν μὲν ἡλευθερωμένων ἄρτι, τῶν δὲ λοιπῶν πρὸς τὴν ἐλπίδα ταύτην μεμεταωρισμένων. (11) Ἄμα δὲ τούτοις

II. Post obitum Critolai, prætoris Achæorum, cum legibus statutum esset, si quid humanitus prætori hujus anni occidisset, ut is, qui superiori anno prætor fuisset, in ejus locum substitueretur, donec legitimi conventus Achæorum dies advenisset; (2) cura et administratio reipublicæ ad Dicum pertinebat. (3) Is igitur cum præsidium militum in oppidum Megara misisset, Argos ingressus, literas ad omnes Græciæ civitates dedit, quibus mandabat, ut ex vernis atque alumnis florentissimos ætate, ad duodecim hominum milia, manumitterent, armisque instructos Corinthum destinarent. (4) Hanc tironum præstationem temere et inæqualiter, qui illius et in aliis rebus mos erat, singulis urbibus indixit. (5) Quibus vero alumnorum numerus deerat, ii ex aliis quibushlibet servis portionem suam implere tenebantur. (6) Sed cum publicam inopiam videret ob bellum, quod cum Lacedæmonis nuper gestum erat, locupletissimos quoque, cum viros, tum mulieres, collationem pecunias polliceri ac præstare singulos coegit. (7) Simul vero edixit, ut omnes puberes armati Corinthum convenirent. (8) Proinde per omnes passim civitates justitium ac tumultus et desperatio animorum erat. (9) Conctique, eos, qui in bello ceciderant, beatos prædicantes, horum, qui proficiscebantur vicem dolebant; et, quasi eventum animo præsagentes universi, in gemitus effundebantur. (10) Porro motus servorum et neglectum herilis imperii moleste ferebant; cum alios recens manumissos viderent, reliquos vero eadem spe libertatis arrectos atque inflatos. (11) Interim simul viri quodam

οἱ μὲν ἄνδρες εἰσφέρειν ἡναγάζοντο παρὰ τὴν αὐτῶν προαίρεσιν οἱ τις ἔχειν δοξείν, αἱ δὲ γυναῖκες, ἀφαιρούμεναι αὐτῶν καὶ τῶν ἰδίων τέκνων τὸν κόσμον, ὥσπερ ἐπίτῃδες εἰς αὐτὸν τὸν θλαθρὸν εἰσέφερον.

III. Ἀπάντων δὲ τούτων ἐν ἐνὶ καιρῷ συμβαινόντων, ἡ τῶν κατὰ μέρος αἰεὶ προσπιπτόντων κατάπληξις ἀφηρεῖτο τῶν ἀνθρώπων τὴν ὑπὲρ τῶν θλων ἐπίστασιν καὶ διαλήψιν, δι' ἧς ἐμελλον προνοεῖσθαι, ὅτι πάντες εἰς πρόδηλον θλαθρὸν ἄγονται μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν. (α) Λοιπὸν, ὅσον ὑπὸ χειμάρβρου τινὸς λάθρου προωθούμενοι καὶ φερόμενοι μετὰ βίας, ἐπηκολούθουν τῇ τοῦ προστώτος ἀνύξῃ καὶ παρακοπῇ. (β) Ἡλείοι μὲν γὰρ καὶ Μεσσηνιοὶ κατὰ χώραν ἔμειναν, προσδοκῶντες τὸν ἀπὸ τοῦ στολοῦ κίνδυνον· οὐδὲν ἂν τῶν παρόντων ὄνῃσιν, εἴπερ ἐφάνη τὸ νέφος ἐκαῖνο κατὰ τὴν ἐξαρχῆς πρόθεσιν. (γ) Πατρεῖς δὲ καὶ τὸ μετὰ τούτων συντελικὸν βραχεῖ χρόνῳ πρότερον ἐπταίει κατὰ τὴν Φωκίδα, καὶ ἦν τὸ συμβαῖνον πολλῶν τῶν κατὰ Πελοπόννησον ἐλκενότερον. (δ) Οἱ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ζῆν παραλόγως αὐτοὺς ἐξῆγον, οἱ δὲ ἔφηνον ἐκ τῶν πόλεων ἀνοδίας, πρὸς οὐδὲν ὀρισμένον ποιούμενοι τὴν ἀναχώρησιν, διὰ τὴν ἐκπληξιν τῶν γιγνομένων ἐν ταῖς πόλεσι. (ε) Καὶ οἱ μὲν ἔγον, ἐκδώσαντες ἀλλήλους τοῖς πολεμίοις, ὡς ἀλλοτρίους γεγονότας Ῥωμαίων· οἱ δὲ ἐμῆνυν καὶ κατηγόρουν τῶν πέλας, οὐδενὸς ἐπιζητούντος κατὰ τὸ παρὸν τὴν τοιαύτην χρεῖαν· οἱ δὲ μεθ' ἱκετηρίας ἀπήντων, ὁμολογοῦντες παρεσπονηκέαν, καὶ πυθανόμενοι τί δεῖ πάσχειν, μηδέπω μηδενὸς ἐπιζητούντος λόγον ὑπὲρ τούτων. (ζ) Πάντα δ' ἦν πλήρη ἀρχομένης φαρμακείας τῶν βριπτούντων ἑαυτοὺς εἰς τὰ φρέατα καὶ κατὰ κρημνῶν ὥστε κατὰ τὴν παροιμίαν πᾶν ἐχθρὸν ἐλεῆσαι, θεασάμενον τὴν τότε περιπέτειαν τῆς Ἑλλάδος. (η) Τὸν μὲν γὰρ προτοῦ χρόνον ἐσφάλοντο, καὶ τοῖς θλοῖς ἐπταῖον ἐνίοτε, ποτὲ μὲν ὑπὲρ πραγμάτων διαφερόμενοι, ποτὲ δὲ παρασπονδούμενοι διὰ τῶν μοναρχῶν. (θ) κατὰ δὲ τοὺς νῦν λεγόμενους καιροὺς ἡτύχησαν ἀτυχίαν ὁμολογουμένην, διὰ τὴν τῶν προστώτων ἀβουλίαν καὶ διὰ τὴν ἰδίαν ἀνοίαν. (ι) Οἱ δὲ Θηβαῖοι ἐκλιπόντες πανδημεῖ τὴν πόλιν ἐρημον τελείως κατέλιπον· ἐν οἷς καὶ Πυθείας, εἰς Πελοπόννησον ἀποχωρήσας μετὰ γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων, ἡλῆτο κατὰ τῆς χώρας.

[III. α. Παράδοξος αὐτῷ ἐφάνη ἡ ἀπάντησις τῶν πολεμίων. — Ἀλλὰ μοι δοκεῖ κατὰ τὴν παροιμίαν, κατὰ κενοὶ λογίζονται, λοιπὸν εἰκότως τοῖς τοιοῦτοις τὰ πρόδηλα παράδοξα φαίνονται.]

IV. Τοῦ Διαίου παρόντος εἰς τὴν Κόρινθον, καθεσταμένου στρατηγοῦ διὰ τῶν πολλῶν, ἦγον οἱ περὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν παρὰ τοῦ Καικιλίου. (α) Καθ' ὃν προδιαδούς τὴν φήμην, ὡς συμφρονούντων τοῖς ἐχθροῖς, παρέβαλε τοὺς ἀνθρώπους τοῖς ὄχλοις, ὥστε μετὰ πάσης

opes omnes suas conferre inviti adigebantur; matres autem familias demtum sibi ac liberis suis ornatum quasi de industria in pestem ac perniciem suam conferebant.

III. Quæ cum simul omnia fierent, horror eorum, quæ quotidie singulatim accidebant, sensum ad cogitationem de ipsa rerum summa hominibus adimebat: qua quidem cogitatione facile prospicere potuissent, sese omnes cum uxoribus ac liberis in perniciem certissimam præcipites trahi. (2) Itaque quasi torrentis cujusdam impetu abrepti, et violenter impulsus, ductoris dementia ac vesaniam sequebantur. (3) Elidenses quidem ac Messenii, domi manentes, classis Romanæ adventum pavidi exspectabant; quibus nulla res tum saluti esse potuisset, si ea procella, quo ab initio tendebat, eo incubuisset. (4) Patrenses vero, cum iis qui eadem formula censebantur, paulo antea in Phocide cladem erant passi? eratque eorum casus omnium Peloponnesiorum maxime miserabilis: (5) alii enim, desperato consilio, mortem sibi consciscabant; alii, e patria fugientes, temere vagabantur, quo tenderent incerti, metu eorum quæ in civitatibus gerebantur. (6) Hi abibant, sese invicem in manus hostium tradituri, tamquam Romanorum partibus adversatos: illi deferebant accusabantque proximos, cum ejusmodi operam nemo tum ab eis requireret: alii, vela menta supplicum prætendentes, foedus abs se violatum esse ultro fatebantur, et, quænam poena sese maneret, ipsi interrogabant; cum nemo esset, qui rationem horum adhuc postularet. (7) Jamque hominibus quasi malo carmine incantatis, plena ceperunt esse omnia eorum, qui se in puteos ac per scopulos præcipitabant; prorsus ut hostis etiam, quod proverbio dicitur, casum qui tunc fuit Græciæ miseraturus fuisset. (8) Nam superiori quidem memoria Græci clades subinde erant experti, nonnumquam etiam funditis collapsi erant, sive ob mutuas inter se de republica dissensiones, sive regum perfidia decepti. (9) Sed his temporibus, de quibus nunc loquimur, ex ducum temeritate, suaque ipsorum amentia, maximis calamitatibus conflictati sunt. (10) Thebani etiam, e patria vulgo omnes profugientes, prorsus vacuum reliquerunt urbem. Inter quos et Pytheas, cum uxore et liberis in Peloponnesum transgressus, hac illas palabundus per regionem errabat.

III. α. Cui præter exspectionem occursum hostium emicuit. Verum ut mihi videtur, secundum proverbium « vani vana ratiocinantur », merito hujusmodi hominibus notissima quæque velut insolita et enormia apparent.

IV. Cum Diaeus, prætor a plebe constitutus, Corinthi adesset, Andronidas cum amicorum nonnullis a Q. Cæcilio Metello advenit. (2) Sed Diaeus ante eorum adventum cum famam præseminasset, hostibus illos favere, multitudini cunctos tradidit. Itaque comprehensi vincitque cum omni

ὑβρεως συλληφθέντας ἀναχθῆναι δεδεμένους. (3) Ἦκε δὲ καὶ Φίλων, ὁ Θεσσαλὸς, πολλὰ φιλόφρων καὶ Ἀχαιοῖς προτιμῶν. (4) Ὅν ἀκούοντες συνέπραξάν τινας τῶν ἐκ τῆς χώρας ἐν οἷς ἦν καὶ Στρατίος, ἡδὴ γηραιὸς ὢν, ὃς ἐμπλεκόμενος καὶ λιπαρῶν ἐδεῖτο τοῦ Δαίου, πεισθῆναι τοῖς ὑπὸ τοῦ Καικιλίου προτεινομένοις. (5) Οἱ δὲ, συνεδρεύσαντες, τοῖς μὲν ὑπὸ τοῦ Φίλωνος λεγομένοις οὐ προσεῖχον. (6) Οὐκ ἐνόμισαν γὰρ κοινὴν εἶναι τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ σφέτερον συμφέρον καὶ τὴν αὐτῶν ἀσφάλειαν ἐν πλείεσσι τιθεμένων ταῦτα λέγειν. Πρὸς τοῦτον τὸν σκοπὸν ἐβουλεύσαντο περὶ τῶν ἐνεστώτων εἰ καὶ πάντων ἅμα διήμαρτον. (7) Σαρῶς γὰρ σφισι τὰ πεπραγμένα συνειδότες οὐδαμῶς ἐδύναντο πιστεῦσαι, διότι τύχοιεν ἂν τινος ἑλέου παρὰ Ῥωμαίων. (8) Τὸ δ' ὑπὲρ τῶν πραγμάτων καὶ τῆς τῶν πολλῶν σωτηρίας παθεῖν, τι δέοι γενναίως, οὐδ' ἐν νῷ καθάπαξ ἐλάβανον· ὅπερ ἦν ἀνδρῶν φιλοδόξων καὶ προστατεῖν φασκόντων τῆς Ἑλλάδος. (9) Ἀλλὰ γὰρ πῶς ἐμέλλε καὶ πόθεν παραστήσεσθαι τοῦτο τὸ φρόνημα τοῖς προειρημένοις; Ἦσαν γὰρ οἱ βουλευόμενοι Δαῖος καὶ Δαμόκριτος, ἀρτί τῆς καθόδου τετευχῶς, διὰ τὴν ἐνεστώσαν ἀριστίαν, σὺν δὲ τοῦτοις Ἀλκαμένης, Θεοδέκτης, Ἀρχικράτης. (10) Ὑπὲρ ὧν, τίνες ἦσαν, καὶ τίνα φύσιν ἕκαστος εἶχε, καὶ τίνα προαίρεσιν καὶ βίον, εἰρηται διὰ πλείονων.

[\* (11) Καὶ ἐβουλευέτο περὶ τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς· ὁμοιον ποιῶν ὡς εἰ τις ἀπειρος ὑπάρχων τοῦ νεῖν καὶ μέλλων αὐτὸν ῥίπτειν εἰς τὸ πέλαγος, περὶ μὲν τοῦ ῥίψαι μὴ βουλευοίτο, ῥίψας δὲ διανοοίτο περὶ τοῦ πῶς ἂν ἐκνήξαιτο πρὸς τὴν γῆν.]

V. Ὅθεν ἐν τοιούτοις ὄντος τοῦ διαβουλίου, καὶ τὸ τέλος ἀκόλουθον ἐξέβη τῶν δοξάντων. (2) Παραυτίκα μὲν οὖν συνέκλεισαν οὐ μόνον τοὺς περὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν καὶ Λάγιον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑποστράτηγον Σωσικράτη, ἐπενέγκαντες αἰτίαν, ὅτι προστατῆσαι τοῦ διαβουλίου, καὶ συναποφῆναι τὸ πέμπειν πρὸς τὸν Καικίλιον, καὶ συλλήβδην πάντων εἰη τῶν κακῶν αἰτίας. (3) Ἐς δὲ τὴν ἐπαύριον καθίσαντες δικαστὰς, τοῦ μὲν Σωσικράτους κατεδίκασαν θάνατον, καὶ δῆσαντες καὶ στρεβλοῦντες προσεκαρτέρουν, ἕως διέφθειραν τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲν εἰπόντα τῶν ἐκείνους προσδοκωμένων. (4) Τὸν δὲ Λάγιον, καὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν, καὶ τὸν Ἀρχίππον ἀφῆκαν· ἅμα μὲν τοῦ πλήθους εἰς ἐπίστασιν παραγενομένου ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Σωσικράτη παρανομίας, ἅμα δὲ τοῦ Δαίου λαθόντος παρὰ μὲν Ἀνδρωνίδου τάλαντον, παρὰ δὲ Ἀρχίππου μ' μναῖς. (5) Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοῦ σκάμματος ὢν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐδύνάτο λῆξαι τῆς περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀναισχυντίας καὶ παρανομίας ὁ προειρημένος. (6) Παραπλήσια δὲ τοῦτοις ἐπραξε καὶ βραχεῖ χρόνῳ πρότερον εἰς Φιλίνον τὸν Κορίνθιον. Προθεῖς γὰρ αἰτίαν, ὅτι διαπέμπεται

contumelia perducti sunt. (3) Philo etiam Thessalus tum advenit, benignas Achæis conditiones ferens. (4) Quibus auditis nonnulli assensum præbebant, inter quos et Stratius erat jam affecta ætate, qui Dæum amplexus supplex orabat, ut pacis conditiones a Cæcilio oblatas acciperet. (5) Sed Dæus et qui cum eo sentiebant, re deliberata, nihil Philonis sermonibus commovebantur: (6) quippe qui existimarent, handquaquam communem omnium salutem spectari, sed utilitatis atque incolumitatis propriæ causa hæc ab iis proponi. Huiusmodi opinione præventi, consilium de summa republica inierunt, quo fit, ut omni parte aberraverint. (7) Consilii enim sibi ipsi facinorum suorum, numquam in animum inducere poterant, fore ut Romani veniam ipsis indulgerent. (8) Fortiter vero pro republica omnes casus tolerare, nullumque periculum pro communi salute detrectare, ut viros decebat gloriæ cupidos, qui se principes ac moderatores Græciæ ferebant, id vero ne in mentem quidem ipsis veniebat. (9) Sed enim, quonam tandem pacto, aut unde, ejusmodi magnitudo animi antedictis hominibus accidere potuisset? Erant enim, qui principes tum in concilio sedebant, Dæus atque Damocritus, hic nuper ab exsilio revocatus ob publicam temporum perturbationem; cumque his Alcámenes, Theodectes et Archicrates: (10) quorum hominum quæ indoles ac natura fuerit, quæque instituta vitæ ratio, pluribus supra commemoravi.

(11) Reditum ad lares proprios meditabatur; hand aliter se gerens, ac si quis nandi imperitus in mare se projicere vellet, et de projiciendo quidem minime deliberaret, postquam autem se præcipitasset, tum demum cogitaret quonam pacto ad litus enatare posset.

V. Igitur cum ex hujuscemodi hominibus concilium constaret, consentanea quoque decreta prodierunt. (2) Namque illico Andronidam et Lagium in carcerem compegere, simulque Sosicratem, prætoris vicarium, crimini dantes, quod cum concilio præsideret, et mittendæ ad Cæciliam legationis et omnium omnino malorum auctor fuisset. (3) Postridie constitutis iudicibus, Sosicratem quidem capitali sententia damnarunt, vinctumque omni tormentorum genere ad necem usque cruciarunt: qui quidem pro spe atque expectatione eorum nihil dixit. (4) Lagium vero et Andronidam et Archippum dimisere; partim quia plebs ob sævitiam in Sosicratem exercitam, non mediocriter commota erat; partim quia Dæus talentum ab Andronida, ab Archippo quadraginta minas acceperat. (5) Nam nec ad ipsum, ut aiant, sulcum stans, ab huiusmodi impudentia ac scelere abstinere poterat. (6) Idem paulo antea præstiterat in causa Philini Corinthii. Criminatus enim, quod ad Menalcidam clam

πρὸς Μεναλκίδαν, καὶ τὰ Ῥωμαίων φρονεῖ, τὸν τε Φιλῖνον καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ μαστιγῶν καὶ στρεβλῶν ἐν συνόψει πάντας ἀλλήλων, οὐ πρότερον ἔληξε, πρὶν ἢ διέφθειρε τὰ μεῖράκια καὶ τὸν Φιλῖνον. (7) Τοιαύτης δὲ τῆς ἀνοίας καὶ τῆς ἀκρισίας συμβαινούσης περὶ πάντας, οἷαν οὐδ' ἂν ἐν βαρβάροις εὗροι τις βράδιως, δῆλον, ὡς εἰκότως ἂν τις ἐπιζητήσῃ, πῶς οὐκ ἄρδην ἀπώλοντο πάντες. (8) Ἐγὼ γὰρ ἂν εἴποιμι, διότι δοκεῖ μοι καθάπερ ἂν εἰ τύχῃ τις ἀντερείσαι παροῦργος καὶ τεχνυκὴ πρὸς τὴν ἀνοιαν καὶ μανίαν τῶν ἡγουμένων, ἥτις ἐξωθουμένη πάντῃ καὶ πάντως ὑπὸ τῆς ἀνοίας τῶν προεστώτων, βουλομένη δὲ κατὰ πάντα τρόπον σώζειν τοὺς Ἀχαιοὺς, ἐπὶ τὸ καταλειπόμενον ἦλθεν, ὥσπερ ἀγαθὸς παλαιστής. (9) Τοῦτο ἦν, τὸ ταχέως σφῆλαι καὶ βράδιως ἡττῆσαι τοὺς Ἕλληνας· ὅπερ ἐποίησε. (10) Διὰ γὰρ τοῦτο συνέβη, μήτε τὴν Ῥωμαίων ὀργὴν καὶ θυμὸν ἐκκαυθῆναι πορρωτέρω, μηδ' ἔλθεῖν τὰς ἐκ τῆς Λιθύνης δυνάμεις, μήτε τοὺς προεστώτας, ὄντας μὲν οἷους εἶπον, ἐπιλαβομένους δὲ προτερήματος, ἀποδείξασθαι τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν εἰς τοὺς δημοφύλους. (11) Τί γὰρ εἰκὸς ἦν πράξει τοούτους κατὰ τῶν ἰδίων, ἐπιλαβομένους ἀφορμῆς τινος ἢ προτερήματος, δῆλόν ἐστιν ἐκ τῶν προειρημένων διὰ τὸ κατὰ λόγον. (12) Ἀπαντες δὲ τότε τὴν παροιμίαν ταύτην διὰ στόματος εἶχον, ὡς, Εἰ μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα, οὐκ ἂν ἐσώθημεν. [Ὡσανεῖ, εἰ μὴ κακοὶ ἀπώλοντο, οὐκ ἂν ἡ Ἑλλάς διασώσαστο.]

VI. Αὐλὸς Ποστούμιος ἄξιος γέγονεν ἐπισημασίας ἀπ' ἐντεῦθεν. (1) Οἰκίας μὲν γὰρ ἦν καὶ γένους πρώτου, κατὰ δὲ τὴν ἰδίαν φύσιν στωμίλος καὶ λάλος, καὶ πέρπερος διαφερόντως. (2) Ἐπιθυμήσας δὲ εὐθέως ἐκ παίδων τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς καὶ διαλέκτου, πολλὸς μὲν ἦν ἐν τοῦτοις καὶ κατακορῆς· ὥστε δ' ἐκείνων καὶ τὴν αἵρεσιν τὴν Ἑλληνικὴν προσκόφαι τοῖς περσευτέροις καὶ τοῖς ἀξιολογωτάτοις τῶν Ῥωμαίων. (3) Τέλος δὲ καὶ πόημα γράφειν καὶ πραγματικὴν ἱστορίαν ἐνεχείρησεν, ἐν ᾗ διὰ τοῦ προοιμίου παρεκάλει τοὺς ἐντυχάνοντας, συγγνώμην ἔχειν, εἰ, Ῥωμαῖος ὢν, μὴ δύναται κατακρατεῖν τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου, καὶ τῆς κατὰ τὸν χειρισμὸν οἰκονομίας. (4) Πρὸς δὲ οἰκείως ἀπηντηκέναι δοκεῖ Μάρκος Πόρκιος Κάτων· θαυμάζειν γὰρ ἔφη, πρὸς τίνα λόγον ποιεῖται τοιαύτην παραίτησιν. (5) Εἰ μὲν γὰρ αὐτῷ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον συνέταττε γράφειν ἱστορίαν, ἴσως εἶδει προφέρεσθαι ταῦτα καὶ παραιτεῖσθαι. (6) μηδεμιᾶς δ' ἀνάγκης οὐσης, θέλοντιν ἀπογράφασθαι, κάπειτα παραιτεῖσθαι, συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν βαρβαρίζῃ, τῆς ἀπάσης ἀτοπίας εἶναι σημεῖον. (7) καὶ παραπλήσιον, ὡς ἂν εἰ τις, εἰς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀπογραφάμενος πυγμὴν ἢ παγκράτιον, παρελθὼν εἰς τὸ στάδιον, ὅτε δέοι μάχεσθαι, παραιτοῖτο τοὺς θεωμένους, συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν μὴ δύνῃται μήτε τὸν πόνον ὑπομένειν, μήτε τὰς πληγὰς. (8) Δῆλον γὰρ, ὡς εἰκὸς γέλωτα τὸν τοιοῦτον ὀφλεῖν, καὶ τὴν δίκην ἐκ χειρὸς λαμβάνειν.

nuntios mitteret, et Romanis faveret, ipsum cum adolescentibus filiis alterum in alterius conspectu tormentis ac virgis ad mortem cecidit. (7) Cum igitur ea fuerit omnium amentia et ejusmodi stoliditas, cujusmodi ne apud barbaros quidem facile possit reperiri, jure merito aliquis quaesierit, qui factum sit, ut non funditus omnes perierint. (8) Equidem sic existimo, fortunam quamdam ingeniosam et callidam restitisse ductorum dementiae ac furori: quae fortuna, quum a stoliditate istorum hominum propelleretur, et tamen gentem Achaeorum omnino servare vellet, ad id, quod reliquum erat, quemadmodum boni luctatores facere solent, se convertit; (9) videlicet, ut celeriter Graeci prosternerentur, ac nullo negotio vincerentur, quod quidem ab illa est praestitum. (10) Namque eo factum est, ut neque ira ac furor Romanorum ulterius exardesceret; neque legiones ex Africa transportarentur; neque ipsi Achaeorum principes, his moribus praediti, quos supra memoravi, prosperae alicujus pugnae successu elati, insigne aliquod specimen impletatis suae in populares suos ederent. (11) Quid enim in suos hi facturi erant, si quum opportunitatem secundumque eventum nacti fuissent, clarum et consequens est ex iis, quae antea retuli. (12) Tunc vero illud vetus dictum in omnium ore versabatur: Nisi celeriter periissemus, numquam salvi fuissemus. Quasi dicas; si mali cives non periissent, Graecia non fuisset servata.

VI. Hoc loco non sine notatione nobis praetereundus Aulus Postumius est. (2) Erat hic e clarissima familia oriundus, sed ingenio garrulus fuit et loquacior, ac singulari levitate praeditus. (3) Qui, cum statim a puero Graecanicam linguam ac disciplinam adamavisset, nimis in his et ad nanscam usque putidus fuit, adeo ut ipsis causa apud viros aetate et auctoritate eminentissimos populi Romani Graecanica institutio male audiret. (4) Denique et poema et Historiam rerum gestarum scribere est aggressus, in cujus procemio veniam a lectoribus sibi concedi postulat, si forte civis Romanus Graecae dictionis elegantiam, et in ipsa rerum tractatione congruam dispositionem, plane assequi non potuerit. (5) Cui facete respondisse fertur M. Porcius Cato: qui, mirari se, quid spectans ille veniam ejusmodi flagitaret. (6) Etenim si concilium Amphictyonum id illi mandasset, ut Historiam conscriberet, fortasse hujusmodi deprecatione opus fuisset. (7) Cum vero nulla necessitate impulsus ultro scripτοrem te sis professus, veniam postea petere, si forte barbare sis locutus, extremae imprudentiae est, (8) et perinde, ac si quis, inter pugiles aut pancratio certaturos nomen suum in gymniciis ludis professus, postmodum stadium ingressus, ubi pugnandum esset, a spectatoribus peteret, veniam ut sibi darent, si laborem et plagas ferre non posset. (9) Quare, ut hujusmodi vir manifesto risum simul praesentesque penas debiturus est; ita

Ὅπερ ἔδει καὶ τοὺς τοιοῦτους ἱστοριογράφους, ἵνα μὴ κατετόλμων τοῦ καλῶς ἔχοντος. (10) Παραπλησίως δὲ καὶ κατὰ τὸν λοιπὸν βίον ἐζηλώκει τὰ χεῖριστα τῶν Ἑλληνικῶν. Καὶ γὰρ φιλήδονος ἦν καὶ φυγόπονος. (11) Τοῦτο δ' ἔσται ὁμολογία ἐξ αὐτῶν τῶν ἐνεστῶτων. Ὅς πρῶτος, παρὼν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις, καὶ ὅν καιρὸν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν ἐν Φωκίδι μάχην, σκηψάμενος ἀσθένειαν εἰς Θήβας ἀνεχώρησε, χάριν τοῦ μὴ μετασχεῖν τοῦ κινδύνου. (12) συνελεσθείσης δὲ τῆς μάχης, πρῶτος ἔγραψε τῇ συγκλήτῳ περὶ τοῦ κατορθώματος, προδιασπαρῶν τὰ κατὰ μέρος, ὥς μετεσχηκῶς αὐτὸς ἀγῶνων.

(Strabo Geograph. lib. VIII, p. 381.)

VII. Πολύβιος δὲ τὰ συμβάντα περὶ τὴν ἀλωσιν (τῆς Κορίνθου) ἐν οἴκτου μέρει λέγων, προστίθῃσι καὶ τὴν στρατιωτικὴν ὀλιγωρίαν, τὴν περὶ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα καὶ τὰ ἀναθήματα. (2) Φησὶ γὰρ ἰδεῖν παρὼν ἐξβριμμένους πίνακας ἐπ' ἐδάφους, πεττεύοντας δὲ τοὺς στρατιωτάς ἐπὶ τούτων. (3) Ὁνομάζει δ' αὐτοὺς, Ἀριστείδου γραφὴν τοῦ Διονύσου, ἐφ' οὗ τινες εἰρήσθαι φασὶ τὸ Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον· καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν καταπονούμενον τῇ τῆς Διῆανειρας χιτῶνι.

[VII. a. Ὅτι διὰ τὴν προϋπάρχουσαν τοῦ πληθους πρὸς Φιλοποίμενα εὐνοίαν, οὐ καθέλκον τὰς εἰκόνας αὐτοῦ ἐν πόλεσι τισιν οὐσας· οὕτως μοι δοκεῖ πᾶν τὸ γινόμενον ἀληθινῶς, ἐνεργάζεσθαι τινα δυσεξάλειπτον εὐνοίαν τοῖς εὖ παθοῦσι. — Διὸ καὶ δικαίως εἰποῖ τις τὸ περιφερόμενον, οὐ θύρα, τὸ δὲ λεγόμενον, ἀλλ' ἀμφοδὴ διέψευσται.]

(Plutarch. in Philopœm. extr.)

VIII. Οὐδὲν δὲ πολλῶν μὲν εἰκόνων τοῦ Φιλοποίμενος, μεγάλων δὲ τιμῶν, ἀς αἱ πόλεις ἐψηφίσαντο, (a) Ῥωμαῖος ἀνὴρ, ἐν τοῖς περὶ Κόρινθον ἀτυχήμασι τῆς Ἑλλάδος, ἐπεχείρησεν ἀνελθεῖν ἀπάσας, καὶ διώκειν αὐτόν· ἐνδεικνύμενος, ὥσπερ ἔτι ζῶντα, Ῥωμαίοις πολέμιον καὶ κακόνουν γενέσθαι. (3) Λόγων δὲ λεχθέντων, καὶ Πολυβίου πρὸς τὸν συκοφάντην ἀνταιπόντος, οὐδ' ὁ Μόμμιος οὕτε οἱ πρέσβεις ὑπέμειναν ἀνδρὸς ἐνδοξοῦ τιμὰς ἀφανίσαι.

(Excerptum Valesianum ex Polybio.)

(4) Ἐπειδὴ αὐτὸς (γὰρ ὁ Πολύβιος) διδάσκειν διὰ πλειόνων ἀκολουθῶν τοῖς ἐν ἀρχαῖς ἡμῖν εἰρημένοις περὶ ἀνδρός. (6) Ταῦτα δ' ἦν, ὅτι διαφερόντο μὲν πρὸς Ῥωμαίους πολλάκις ὑπὲρ τῶν ἐπιταττομένων, διαφερόντο δὲ ἐπὶ τοσούτων, ἐφ' ὅσον διδάσκειν καὶ πείθειν ὑπὲρ τῶν ἀμφοδιστομένων· οὐδὲ τοῦτο ποιεῖν εἰκῆ. (8) Πείραν δὲ τῆς προαιρέσεως αὐτὸν ἀληθινῶς, ἐφη, καὶ, τὸ δὲ λεγόμενον, ἐκ πυρὸς παρεσχῆσθαι χάριν, κατὰ τοὺς Φιλίππικους καὶ κατὰ τοὺς Ἀντιοχικούς καιρούς. (7) Πλείστην γὰρ ἔχοντα βοτῆν τότε τῶν Ἑλλή-

etiam tales historiæ scriptores explodi oportebat, ne quid supra vires aggredi auderent. (10) Ceterum idem Postumius in reliqua omni vitæ ratione pessima quæque Græcorum studia æmulatus fuerat. Nam et voluptatibus deditus erat, et impatiens laboris, (11) ut ex iis rebus, quas præ manibus habemus, liquido apparet. Qui cum primus in Græciam pervenisset, quo tempore in Phocide pugnatum est, valetudinem causatus Thebas recessit, ne discrimini interesset. (12) Terminato autem proelio, primus ad senatum de re feliciter gesta litteras scripsit, singula quæque narrans, quasi ipse pugnae interfuisset.

VII. Polybius, quæ in excidio Corinthi evenerunt, narrando deplorans, militarem contemtum artificiorum ac donariorum inter alia commemorat. (2) Ait enim, se præsentem vidisse tabulas humum projectas, ac milites super iis talis indentes: (3) nominatque eas, Bacchum ab Aristida pictum (in quem nonnulli dictum illud putant, Nihil ad Bacchum), et Herculem Dejaniræ tunica excruciatum.

VII. a. Propter diuinam populi erga Philopœmenem benevolentiam, statuæ ejus, quæ in aliquot urbibus stabant, non sunt dejectæ. Sic mihi videntur vera merita efficere indelebilem amorem in iis, qui beneficio affecti fuerunt. — Propterea merito dici potest famigeratum illud proverbium, Non janua, sed vico aberravit.

VIII. Multæ erant Philopœmenis statuæ, magnique ei a civitatibus decreti honores. (2) Quæ cuncta Romanus quidam eo tempore, quo capta Corintho in calamitate fuit Græcia, abrogare et evertere est conatus; perinde atque vivum etiam tum accusans atque denuncians, quod hostis et infensus fuisset Romanis. (3) Quæ de re cum essent sermones habiti, et contra calumniatorem istum, Polybius verba fecisset, neque Mummius neque legati passi sunt deleri indicti viri gloriam.

(4) Scilicet Polybius contra docere ac demonstrare pluribus cœpit, Philopœmenem, quod et superioribus libris ostendimus, (5) ejusmodi fuisse, qui mandatis populi Romani interdum quidem adversaretur, sed hactenus tantum, ut in rebus controversis proponeret suaderetque ea, quæ sibi videbantur; neque id umquam temere fecisse. (6) Specimen vero illustre animi illius, et sinceræ erga populum Romanum benevolentiae testimonium extitisse bello Philippi et Antiochico. (7) Nam cum illis temporibus

ων, καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ δυνάμειν καὶ τὴν τῶν Ἀχαιῶν ἀλθινωτάτα διατετηρηκέναι τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν· (8) μετασχόντα τοῦ δόγματος τοῖς Ἀχαιοῖς, ἐν ᾧ γεγραμμένῳ πρότερον τῆς Ῥωμαίων διαβάσεως Ἀντιόχῳ καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς τὸν ἀπὸ τῆς χώρας πολεμον ἐξήνεγκαν, τῶν ἄλλων Ἑλλήνων σχεδὸν πάντων ἀπηλλοτριωμένων τῆς Ῥωμαίων φιλίας. (9) Ὃν οἱ δέκα διακούσαντες, καὶ τὴν προαίρεσιν ἀποδεξάμενοι τοῦ λέγοντος, συνεχώρησαν καταμόνους αὐτῷ τὰς τιμὰς δπάρχειν ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι. (10) Λαβόμενος δὲ τῆς ἀφορμῆς ταύτης Πολύβιος, εἰκόνας ἡτήσατο τὸν στρατηγόν, καίπερ ἤδη μετακεκομισμένας εἰς Ἀχαρνανίαν ἐκ Πελοποννήσου, λέγων δὲ τὴν Ἀχαιοῦ, καὶ τὴν Ἀράτου, καὶ Φιλοποίμενος. (11) Ἐν οἷς ἀγασθὲν τὸ πλήθος αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν, ἑστῆσαν αὐτοῦ λίθινην εἰκόνα.

IX. Μετὰ τὴν κατάστασιν τῶν δέκα, ἣν ἐποίησαντο ἐν τῇ Ἀχαιᾷ, οὗτοι οἱ δέκα τῷ ταμίᾳ, τῷ μέλλοντι πωλεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ Διαίου, συνέταξαν, ὅ τι ποτ' ἂν ἐκλεξασθαι βουλευθῇ τῶν ὑπαρχόντων ὁ Πολύβιος, ὑφελόντα καὶ δόντα δωρεάν, τὰλλα πωλεῖν τοῖς ὠνουμένοις. (2) Ὁ δὲ προειρημένος τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ προσδέξασθαι τι τῶν τοιούτων, ὥς καὶ τοὺς φίλους παρεκάλεσε, καθόλου μηθεὶς ἐπιθυμῆσαι τῶν ὑπὸ τοῦ ταμίου πωλουμένων. (3) Συνέβαινε γάρ, τοῦτον, ἐπιπορευόμενον τὰς πόλεις, πάντων τῶν τῷ Διαίῳ κοινωνησάντων πωλεῖν τὰς οὐσίας, τῶν καὶ κατακριθέντων, ὅσοι μὴ παῖδας ἢ γονέας εἶχον. (4) Ὃν τινες μὲν οὐ προσέσχον, οἱ δὲ κατακολουθήσαντες τῇ συμβουλῇ, καλλίστην δόξαν ἐξηγέγκαντο παρὰ τοῖς πολίταις.

X. Ταῦτα δὲ διοικήσαντες ἐν ἑξ μηνσιν οἱ δέκα, καὶ τῆς ἐαρινῆς ὥρας ἐνισταμένης, ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Ἰταλίαν· καλὸν δείγμα τῆς Ῥωμαίων προαιρέσεως ἀπολειπόντες πᾶσι τοῖς Ἑλλήσιν. (2) Ἐνετειλάντο δὲ τῷ Πολυδίῳ χωρίζεσθαι, τὰς πόλεις ἐπιπορευθῆναι, καὶ περὶ ὧν οἱ ἄνθρωποι ἀμφιβέβηκον διευκρινίσαι, μέχρι οὗ συνήθειαν ἔχουσι τῇ πολιτείᾳ καὶ τοῖς νόμοις. (3) Ὁ δὲ καὶ μετὰ τινὰ χρόνον ἐποίησε, πρὸς τὸ τοὺς ἀνθρώπους στέρεαι τὴν δεδομένην πολιτείαν, καὶ μηδὲν ἀπόρημα κατ' ἰδίαν, μήτε κατὰ κοινὸν ἐκ τῶν νόμων γενέσθαι περὶ μηδενός. (4) Διὸ καὶ καθόλου μὲν ἐξαρχῆς ἀποδεχόμενοι καὶ τιμῶντες τὸν ἄνδρα, περὶ τοὺς ἐσχάτους καιροὺς καὶ τὰς προειρημένας πράξεις εὐδοκούμενοι κατὰ πάντα τρόπον, ταῖς μεγίσταις τιμαῖς ἐτίμησαν αὐτὸν κατὰ πόλεις [καὶ ζῶντα, καὶ μεταλλάξαντα]. (5) Πάντες δ' ἔκριναν κατὰ λόγον τοῦτο ποιεῖν. Μὴ γὰρ ἐξεργασαμένου τούτου καὶ γράψαντος τοὺς περὶ τῆς κοινῆς δικαιοδοσίας νόμους, ἀκριτα πάντα ἦν καὶ πολλῆς γέμοντα ταραχῆς. (6) Διὸ καὶ τοῦτο καλλίστον Πολυδίῳ πεπεῖσθαι νομιστέον, πάντων τῶν προειρημένων.

XI. Ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, μετὰ τὸ χωρισθῆ-

unus omnium Græcorum maxima auctoritate polleteret, cum ob suam, tum ob gentis Achæorum potentiam, constanter eum in amicitia ac fide erga populum Romanum perman- sisse : (8) auctorem etiam et approbatorem fuisse decreti illius, quo Achæi, nondum transgressis in Græciam Roma- nis, bellum Antiocho atque Ætolis indixerunt, cum ceteri fere Græci omnes a partibus et a causa populi Romani alienati essent. (9) Quibus auditis, decem legati, studium et consilium Polybii comprobantes, Philopœmenis memoriam servarunt, ejusque honores omnes in civitatibus illibatos passi sunt manere. (10) Hac Polybius occasione arrepta, imagines Achæi Aratique et Philopœmenis, quæ jam ex Pe- loponneso transportatæ in Acarnaniam erant, a procon- sule petiit : (11) cujus rei causa Achæi, virtutem ipsius lau- dantes, statuum ei e marmore posuerunt.

IX. Rebus in Achaia probe constitutis, decem Legati quæstori, qui auctionem honorum Diæi facturus erat, in mandatis dederunt, ut, quidquid Polybius ex illius bonis optare ac seligere vellet, seposito gratisque donato, cetera licitantibus adjudicaret. (2) Sed Polybius multum abfuit ut quidquam eorum acciperet ; quin et amicos hortatus est, nihil ut eorum, quæ a quæstore venundabantur, concupiscerent. (3) Etenim quæstor populi Romani, singulas civi- tates circumiens, quicumque consiliorum Diæi participes fuerant, quique a decem legalis condemnati erant, eorum omnium, exceptis his, quibus liberi aut parentes supersti- tes essent, facultates hasta posita vendebat. (4) Ceterum consilium Polybii nonnulli insuper habuerunt : quicumque autem ei paruerunt, maximam laudem a popularibus suis retulere.

72. (Ibid.) † Ὅσον δ' ἐν χρόνῳ τὸ ἡγούμενον τοῦ στρατεύματος ἐπιστῇ, τοσούτον ἀνάγκη χρόνον δι' ὅλου τοῦ στρατεύματος γίνεσθαι τὴν ἐπίστασιν.

73. ('Ηρμόσαντο.) Πολύβ. Οἱ δὲ στρατιῶται πάντα ἡρμόζοντο πρὸς τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον.

nec imperium ducis audiebant, nec de futuro ullo modo erant solliciti.

LIV. Proelii ex composito pugnat et statarlis multi utrimque ceciderunt.

LV. Oportet illos, qui bellum recte et prudenter gerere volunt, quemadmodum in morbis, non minorem habere rationem accidentium, quæ deinde accesserunt, quam malorum, quæ initio adfuerunt.

LVI. Et cum (brevis) enumerasset ea, ob quæ in prælio superiorem se fore putabat, rem eis persuasit.

LVII. Romani vero afflatu quodam numinis erant repleti; et animorum alacritatem invicto robore munientes, etc.

LVIII. Alios beneficiis, alios vero pænis, ut aliis etiam exemplo sint, insignes reddere.

LIX. Res vero civitatum graviorem nactæ sunt animadversionem et mutationem.

LX. Senatus, hanc rem majori cura dignam esse iudicans, etc.

LXI. Illi autem, verbis (illius) persuasi, hostibus irruptentibus corpora sua objecerunt, ac fortiter occubuerunt.

LXII. Ille vero urbem fraude ac dolo occupare studuit, proditoribus a longo jam tempore in ea subornatis.

LXIII. Omnis incantationis et præstigiarum et amuletorum periculum fecerunt.

LXIV. Prorsus autem omnia, perpetua serie, ab initio ad finem usque, negligenter et perperam facta esse.

LXV. Se autem vera ista dicere, fidem se sufficientem aiebat facturum.

LXV. a. Ille vero ait, se dicta probare, si modo fides sibi daretur.

LXVI. Stulte ac pueriliter de præsentibus iudicantes.

LXVII. Ille vero vocavit cives, quotquot opulentes habebantur.

LXVIII. Quamvis plura habeam dicenda, vereor tamen, ne cui vestrum verbosior esse videar, quam sit necesse.

LXIX. Occasioni imminentes, cum hoste rursus congregari cupiunt.

LXX. Cum autem ex sententia militum potestas ei ab imperatore esset facta, novum plane et insperatum auxilium rebus præsentibus attulit.

LXXI. Ille vero proficiscebatur, subinde subsistens.

LXXII. Quamdiu primum agmen subsistit, tamdiu necesse est et reliquos in toto exercitu milites gradum sistere.

LXXIII. Milites autem omnia præparabant in reditum ad penates.

74. (Ibidem.) Οἱ δὲ ἡμέραντο πρὸς τὴν βούλησιν, καὶ συνέθεντο δέκα τάλαντα δώσειν.

75. (Ἱμείρω.) Τὸ ἱμεῖρυν τοῦ βίου καὶ φιλοζωεῖν, τῆς μεγίστης ἀγενείας ἐστὶ σημεῖον καὶ κακίας.

76. (Ἱππαρέσεων.) Πολύβ. Παραπλήσιόν τι πάθος ἔφασκε τοῖς ἐπὶ τῶν ἱππαρέσεων· ὅον εἰκὸς ἐφιστάμενοι ἐκ τῶν αἰρομένων πυρσῶν.

77. (Ἱσολογία.) † Διαφευσθεὶς δὲ τῆς κρίσεως, ἐν οὐδενὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἱσολογίαν ἔξειν οὐδέποτε πρὸς τὸ συνέδριον.

78. (Καθήκοντα.) Πολύβ. Τολμῶσι πέρα τοῦ δέοντος, καὶ ποιοῦσι παρὰ τὸ καθήκον.

79. (Καθήρηντο.) † Οἱ δὲ πλείονες καθήρηντο τὰς γνώμας ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τῆς πίστεως τῆς πρὸς βασιλέας, ὑπὸ τοῦ περιδεοῦς ἀφίσταντο.

80. (Καθιγμένους.) Ὁ δὲ βασιλεὺς, καθιγμένους καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, ἐγένετο πρὸς ἀναζυγήν.

81. (Καθιζόμενοι.) Πολύβ. Πάντας μὲν γὰρ οἱ βασιλεῖς καὶ φίλους προσαγορεύουσι καὶ συμμάχους, τοὺς κοινωνήσαντας τῶν αὐτῶν ἐλπίδων· καθιζόμενοι δὲ τῶν πράξεων, παραπόδας οὐ συμμαχικῶς, ἀλλὰ δεσποτικῶς χρῶνται τοῖς πιστεύουσι.

82. (Καταβολή.) Ἐκ καταβολῆς πεντήκοντα ναῦς ναυπηγήσασθαι πεντήκοντα δὲ ὑπαρχουσῶν καθέλκειν ἐκ τῶν νεωρίων.

83. (Ibidem.) Πολύβ. Οἱ δὲ πειραταὶ, θεασάμενοι τὸν ἐπίπλου τῶν Ῥωμαϊκῶν πλοίων, ἐκ μεταβολῆς ἐποιοῦντο τὴν ἀναχώρησιν.

84. (Ibidem.) Τῶν δὲ Μακεδόνων ἐκ μεταβολῆς συνεισάντων τοῖς βαρβάροις, εὐθὺς ἐκκλίναντες ἔφευγον.

85. (Καταπορευθέντων.) Πολύβ. Ὅν οὐχ οἷόν τε ἀναλαβεῖν, μὴ οὐχὶ καταπορευθέντων τῶν πεφυγαδευμένων.

86. (Καταταχόμενοι.) Καταταχόμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ καιροῦ, ἡναγκάσθησαν μένειν τὸν ἐπίπλου.

87. (Κατεριθεομένου.) † Τὸ δ' ἐναντίον κατεριθεομένου τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς χώρας ἀπεχομένου, καὶ κατὰ τὴν δικαιοδοσίαν ἐξακριβοῦντος ἐπιμελῶς, ἔλαθον ἐκλυθέντες ταῖς διανοαῖς, κατολιγώρησαντες τῆς σφῶν αὐτῶν ἀσφαλείας.

88. (Κοιταῖος.) Ὁ δὲ παρήγγειλεν ἔρχεσθαι κοιταίους.

89. (Κομιδή.) Πολύβ. Τῆς εἰς τοῦμπροσθεν κομιδῆς καὶ τῆς θλῆς ἐπιβολῆς ἀπέστη.

90. Λάχνη.

91. (Λεῖπεσθαι.) Πολύβ. Πάντων τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἐνεργημάτων μεγίστην ῥοπήν ἔχουσι, καὶ πρὸς τὸ λείπεσθαι, καὶ πρὸς τὸ νικᾶν, αἱ ψυχαὶ τῶν ἀγωνιζομένων.

92. (Μεθοδικῶς.) † Πάντα δὲ τὰ λεγόμενα μεθοδικῶς περὶ τῶν Τάξεων ἐπωπτευκῶς, εἰ καὶ τις ἕτερος τῶν καθ' ἡμᾶς.

93. (Μνησικαχεῖν.) Πολύβ. Τοῦ μνησικαχεῖν ἐπὶ

LXXIV. Illi vero consilium probarunt, et pacti sunt, decem talenta se daturus esse.

LXXV. Vitæ amore ac desiderio teneri, animi maxime humilis et ignavi signum est.

LXXXVI. Dicebat hunc casum similem esse illis, qui in ludis equestribus, cum equi ad cursum emittuntur, accidere solent. Tunc enim faces in altum sublatae [ut cursus signum] exspectantur.

LXXVII. Cum eventus iudicii spem ejus fefellisset, (existimavit) se in nulla re controversa pari esse honore et privilegio cum iis, qui iudices sedent.

LXXVIII. Audent ultra quam decet, et contra officium faciunt.

LXXIX. Plerique vero animo ita sunt alienati, ut præ timore a fide erga reges deficerent.

LXXX. Rex autem, et hac re ex sententia gesta, castra movit.

LXXXI. Reges enim amicos et socios vocant omnes eos, quibus adiutoribus utuntur ad consequenda ea, ad quæ aspirant: postquam vero rebus potiti sunt, e vestigio non ut socii, sed ut domini agunt cum his, qui fidem eorum sunt secuti. [V. XV, c. 24, a.]

LXXXII. A fundamento quinquaginta naves ædificare [jussit, vel statuerunt]; et quinquaginta, quæ jam paratæ erant, ex navalibus in mare deducere.

LXXXIII. Piratæ vero, conspicati classis Romanæ adventum, cursu retro converso se receperunt.

LXXXIV. Postquam autem Macedones agmine converso impetum fecerunt in barbaros, confestim inclinantes fugam ceperunt.

LXXXV. Quæ[urbs]recuperari non poterat, nisi exsilibus patriæ restitutis.

LXXXVI. Cum tempus eos oppressisset, adventum classis hostilis exspectare coacti sunt.

LXXXVII. Rege vero pro contraria sententia contendente, et regionem intactam relinquire, et studiose operam dante, ut suum cuique accurate tribueretur, animos sensim remittere cœperunt, securitatis suæ nulla ratione habita.

LXXXVIII. Ille autem eos circa illud tempus venire jussit, quo homines cubitum ire solent.

LXXXIX. A consilio ulterius proficiscendi et a toto illo conatu destitit.

XC. Varro in *Lana*. LANA, Græcum; ut Polybius et Callimachus scribunt.

XCI. In rebus bellicis, vel ad cladem, vel ad victoriam, maximum omnium momentum afferunt animi pugnantium.

XCI. Qui omnia, quæ de acie instruenda secundam artem dicuntur, inspexerat [et norat], si usquam alius eorum, qui nunc vivunt.

XCI. Romani vero ne minimam quidem suspicionem

τοῖς γεγονόσιν οὐδ' ἦντινα οὖν ἔμψαν ἐποίουν οἱ Ῥωμαῖοι.

94. (Μύωψ.) Πολύβ. Ὁ δὲ προσθεὶς τοὺς μύωψας ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ἤλαυνε κατὰ κράτος.

95. (Νοῦν.) Πολύβ. Νοῦν ἔχειν καὶ τόλμαν δεῖ τοὺς στρατηγούς, ἅπερ ἐστὶ κυριώτατα πρὸς τὰς ἐπι-σφαλεῖς καὶ παραβόλους πράξεις.

96. (Νουνεχῶς.) Νουνεχῶς ἐδόχουν πολιτεύεσθαι πρὸς τοὺς τότε καιρούς.

97. (Ὁρθή.) Πολύβ. Διόπερ ὥς οὐδέποτε μᾶλλον ὀρθή καὶ περίφοβος ἢ τῶν Ῥωμαίων πόλις ἐγεγόνει, παραδοκῶσα τὸ συμβησόμενον. — Τὰ ἔθνη τῆς Ἰβη-ρίας ὁρθῶς αὐτοῖς ἀντικαθιστάμενα.

98. (Ὁχλος.) † Οὐτε ἐξετάσαι τὸν ἄνθρωπον οἷόν τε ἦν ἀκριβῶς, ἀσθενεῖα σώματος ὀχλούμενον, οὔτε ἔρωτῆν, εὐλαβεῖα τοῦ ὀχλώδους.

99. (Παλίγκυρτος.) Πολύβ. Τῶν γὰρ πολεμίων αὐτομάτως καθάπερ ἐς παλίγκυρτον αὐτοὺς καθεκτότων, δυνάμενος κρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν, τούτους παρέλιπε.

100. (Παραβάλλεσθαι.) Λοιπὸν ἦν, παραβάλλεσθαι καὶ τολμᾶν.

101. (Παράθεσις.) Βουλόμενος δ' ἐκ παραθέσεως ὑπόδειγμα ποιεῖσθαι τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως, ἥς ἔχει πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ, καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας, ἐπολιόρκει.

102. (Παρατετολμηκότες.) Πολύβ. Παρατετολμη-κότες, καὶ τελῶς ἀπελπίσαντες τὴν σωτηρίαν.

103. (Περικλασμένοις.) † Ἐνέδραν εἶχεν ἐν τόποις περικλασμένοις καὶ δυσθεωρήτοις.

104. (Περικοπή.) † Ἄτε μηδεμίαν ἐχούσης πα-γματικὴν ἔμψαν τῆς περικοπῆς αὐτῶν. — Ὁ δὲ προῆγε, ποιήσας εὐστολον τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν περι-κοπὴν τῆς ἐκδημίας.

105. (Περιβρῶς.) † Ἐπὶ ὄχθου τινὸς ἀποτόμου καὶ περιβρῶγος ἐπετείζον αὐτοῖς φρούριον, ἱκανὸν φυ-λάττεσθαι τοσούτη στρατιᾷ.

106. (Πλαδαρόν.) Πολύβ. Τὰ μὲν ἄλλα καλῶς ἔχειν αὐτῷ πρὸς τὴν γρίαν, τὸ δὲ δόρυ πλαδαρόν εἶναι.

107. (Πνεύσας.) † Ἐτι δὲ τῷ προσπνεύματι συν-ηλαμένων καὶ μαχομένων ἐκ διαιρέσεως ταῖς μαχαί-ραις, παραστάς τις ἐκ τῶν ὅπισθεν ὑπὸ τὴν μάλῃν παρέσφαξε.

108. (Προσαναταθεῖς.) Ὁ δὲ, βραχέα προσανατα-θεῖς, κατένευσε ποιήσιν. — Τὰ μὲν παρακαλῶν, τὰ δὲ προσανατεινόμενος.

109. (Προσαστειασάμενος.) † Ὁ δὲ, παρακαλέσας αὐτὸν, καὶ τι προσαστειασάμενος τοιούτον.  
Αἰεὶ δ' ὀπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἡρέθονται.

110. (Προσδέξασθαι.) Προσδέξασθαι δὲ, τὸ δὴ λαγόμενον, πρὸς τὰς πλευράς τοὺς πολεμίους.

111. (Προσεπιμετρῶν.) † Προσεπιμετρῶν δὲ τῷ δεομένῳ, πρὸς τὸ παρὰ πάντων ὁμολογουμένως γίγνε-σθαι τὴν ἐπὶ τούτοις χάριν.

illis praebebant [vel, speciem prae se ferebant], se ob prae-teritas injurias infensos illis esse.

XCIV. Ille vero, subditis equo ab utraque parte calcari-bus, effuso cursu ruebat.

XCV. Belli duces et prudentia et audacia praeditos esse oportet: quippe sine quibus nullum facinus audax vel cum periculo conjunctum perficere queas.

XCVI. Rempubicam, pro illorum temporum ratione, prudenter administrare videbantur.

XCVII. Quare Romanorum civitas metu erat suspensa ut numquam magis, anxie expectans quid eventurum esset. — Gentes Hispaniae pertinaciter [recta fronte] ipsis resi-stentes.

XCVIII. Neque tormentis admotis examinari homo ille poterat, quod infirmitate corporis vexaretur, neque interro-gari, propter metum hominum turbulentorum.

XCIX. Cum enim hostes, qui tamquam in nassam ipsi se induerant, in potestatem suam facile redigere posset, e manibus eos dimisit. [Nero, ut videtur, Carthaginienes in Hispania.]

C. Reliquum erat, ut periculis se exponerent, et fortiter aliquid auderent.

CI. Cum autem illustri aliquo exemplo in utramque partem ostendere vellet, quomodo tractare decrevisset eos, qui se fidei ipsius committerent, quique contra contumaces se praeberent, urbem oppugnare cepit. [Fort. Hannibal.]

CII. Caeca audacia in periculum ruentes, ut qui omnem salutis spem penitus abjicissent.

CIII. Insidias collocatas habebat in locis confragosis et aspectui non facile patentibus.

CIV. Quippe apparatus eorum exterior haud sane effica-cem speciem habebat. — Ille vero progressus est, expeditis comitatu et apparatu itineris.

CV. In abscisso quodam et circumabrupto colle oppo-suerunt illis castellum, quod a tanto exercitu satis communis custodiri posset.

CVI. Cetera quidem recte ab eo ad usum parata esse; hastam vero infirmam.

CVII. Dum vero acriter concurrebant, et caesim rem ge-rebant, pone quidam adstans sub maxilla eum percussit.

CVIII. Ille vero, pauca comminatus, se id facturum annuit. — Partim rogans, partim vero comminans.

CIX. Ille vero eum hortatus est, dictis suis Homericum illud urbane adjiciens: Semper juniorum virorum elati sunt animi.

CX. Admittere vero, quod vulgo aiunt, ad latera hostes.

CXI. Plus semper dans petenti, quam peteret; ut propter hanc liberalitatem sine controversia ab omnibus gratia sihi haberetur.

112. (Προσηρκεύτος.) Ὁ δὲ κατεσκεύασε στοὰς, καὶ διὰ τούτων προσηρκεύτος τῷ τείχει τὰς κριοφόρους μηχανὰς, \*\*.

113. (Προσκήνιον.) Ἡ δὲ τύχη, παρελκομένη τὴν πρόφασιν καθάπερ ἐπὶ προσκήνιον, παρεγύμνωσε τὰς ἀληθεῖς ἐπινοίας.

114. (Πρόστιμα.) Οἱ δὲ ἔδωκαν τῷ βασιλεῖ πεντήκοντα τάλαντα, πρόστιμον τῆς ἁμαρτίας.

115. (Πρωτόπειρος.) Ὁ δὲ, νέος ὢν κομιδῇ, καὶ πρωτόπειρος τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων, καὶ νεωστὶ γευόμενος τῆς ἐπὶ πλεῖον προαγωγῆς, φιλότιμος καὶ φιλόνηκος καὶ φιλόπρωτος ἦν.

116. (Ῥαβδοῦχος.) Πολύδ. Παρὴν ραβδοῦχος παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, καλῶν τὸν βασιλέα.

117. (Στείλασθαι.) Ὅλῳι δὲ τινες, δεδιότες, μή ποτ' οὐ δυνάμενοι στείλασθαι, καταφανεῖς γένωνται, ἀνέφερον τὸ χρυσόν.

118. (Στύπη.) † Πηγνύντες εἰς τὴν γῆν ὄρθα τὰ στύπη, ψαύοντα ἄλλῃλων, ἐν ἡμικυκλίου σχήματι.

119. (Συνεπισπεῦσαι.) † Ὁ δὲ ἐκέλευε τοὺς κρατίστους, συνεπισπεῦσαι τὰς ἀμάξας.

120. (Συντάξας.) Πολύδ. Συντάξας ἐλαύνειν κατὰ σπουδὴν ὅσον ἔχει δυνάμεις.

121. (Σύνταξις.) Πολύδ. Ταῦτα ἐν ταῖς πρὸ τοῦ συντάξεσι δεδηλώκαμεν.

122. (Συστήσας.) Πολύδ. Τοῦτον ἐξαπέστειλε, συστήσας ἱππεῖς πεντακοσίους, δυνάμενους ἔτι πονεῖν.

123. (Σωματοποιεῖν.) Οἱ δὲ ἠναγκάζοντο παντὶ τῷ λεγομένῳ προσέχειν, καὶ πᾶσαν ἐλπίδα σωματοποιεῖν καὶ προσδέχεσθαι.

124. (Σωματοποίησας.) † Ἐμοῦ δὲ ταχέως συγκαταθεμένου, καὶ σωματοποίησαντος τὴν ἐπιβολὴν, τῷ βλάπτειν διότι ὀρέγεται τοιαύτης ὑποθέσεως.

125. (Ibidem.) Ὁ δὲ ἔφασκε, δεῖν μὴ προτεσθαι τοὺς ἐχθροὺς ἐκ τῶν χειρῶν, μηδὲ σωματοποιεῖν τὴν τολμᾶν αὐτῶν φυγομαχουῦντας.

126. (Ibidem.) Ὁ δὲ, βραχείας ἐπιλαδόμενος ἐλπίδος ἐκ τῶν πολιορκουμένων, ἐσωματοποιοῖε ταύτην.

127. (Ibidem.) Καὶ αὖθις Πολύδ. Ὁ δὲ, ὡς κηδεμονικὸς φίλος, πᾶν ἐμνηχάτο, δι' οὗ τὰ τῶν ἐχθρῶν σωματοποίησει, τοῖς δὲ σφετέρους πράγμασι περιστήσει τοὺς μεγίστους κινδύνους.

128. (Τελεσιουργήσας.) Πολύδ. Περὶ τὸ τῆς τάφρου χεῖλος τελεσιουργήσας τὴν πρᾶξιν.

129. (Τύλος.) Πολύδ. Τῆς πέτρας αὐτοῖς δυσχερστίας παρεχούσης, διὰ τὸ δεῖν τρήμα ποιεῖν ἐν αὐτῇ, τοῖς τύλοις κρατοῦσι τὴν σύριγγα τὴν προσαγομένην.

130. (Τύχη.) Πολύδ. Εἰ χρὴ Τύχην λέγειν ἐπὶ τῶν τοιούτων, καὶ μὴ ποτε αὕτη μὲν κενῶς κληρονομεῖ ταύτην τὴν φήμην, αἴτιοι δ' εἰσιν οἱ χειρίζοντες τὰς πράξεις, τῷ ταῖς αὐταῖς ἐπιτρέχειν σεμνότητα καὶ μέγεθος, ποτὲ δὲ τοῦναντίον.

131. (Ibidem.) Τύχη, παρ' Ἑλλήσιν, ἀπρονόητος κόσμου διοικήσις· ἢ φορὰ ἐξ ἀδήλων εἰς ἀδήλων καὶ

CXII. Ille vero porticus (vel vineas) construxit; per quas cum arietes admovissent ad murum, etc.

CXIII. Fortuna vero causam, quæ prætendebatur, velut in proscenium protrahens, vera consilia aperuit.

CXIV. Illi vero pro delicto regi multam solverunt quinquaginta talentorum.

CXV. Ille vero, cum esset admodum juvenis, et in rebus bello gerendis tiro, et ad altiorē dignitatis gradum nuper demum promotus, ambitiosus erat et contentiosus et principatus cupidus.

CXVI. Aderat lictor, ab imperatore missus, qui regem accersebat.

CXVII. Pauci autem nonnulli, verentes, ne occultare non possent, sed deprehenderentur, protulerunt aurum.

CXVIII. Defigentes in terra erectos stipites, sese mutuo tangentes, figura semicirculi.

CXIX. Ille vero jussit fortissimos quosque accelerare plaustra.

CXX. Cum eum jussisset, ut maturato itinere quidquid haberet copiarum adduceret.

CXXI. Hoc in superioribus libris demonstravimus.

CXXII. Hunc emisit, traditis ei quingentis equitibus qui laborem tolerare poterant.

CXXIII. Illi vero cogebantur omni dicto audientes esse, et omnem spem alere et admittere.

CXXIV. Equidem vero cum statim assentiret, et conatum ejus comprobarem confirmaremque, quod viderem, illum talis rei cupidum esse.

CXXV. Ille vero dicebat, non oportere e manibus dimittere hostes, neque audaciam ipsorum detractione pugnae corroborare.

CXXVI. Ille vero, exigua spe arrepta, quæ ab obsessis ipsi affulserat, auxilium eam atque aluit.

CXXVII. Ille vero, tamquam sollicitus amicus, omnia moliebatur, quibus opes hostium augeret, res vero ipsorum in maxima pericula conjiceret.

CXXVIII. Cum ad fossæ labium facinus perfecisset.

CXXIX. Cum rupes multum negotii eis faceretur, quod perforanda esset, clavis ligneis pervicerunt, ut cuniculum, quem (ad urbem) agere inceperant, perficerent.

CXXX. Si modo talia Fortunæ tribuere oportet, nec potius temere illa talem famam obtinuit, causæque omnis referenda ad eos est, qui negotia administrant, quod eisdem rebus nunc gravitas et magnitudo inest, nunc contra.

CXXXI. Fortunam Græci [id est gentiles] intelligunt gubernationem mundi absque providentia, vel rerum decur-

αὐτόματον. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ Θεὸν ὁμολογοῦμεν διοικεῖν τὰ πάντα, καὶ Πολύβιος φησί. Τύχην δὲ λέγει ὁ Θουκυδίδης τὸν πόλεμον.

132. (Υπερισθίσις et Ἡμιολίσις.) Ταχὺ δὲ τοὺς κέλητας καὶ τὰς ἡμιολίας ὑπερισθίσις, ἀνήχθη, σπεύδων καταλαβεῖν τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον.

133. (Φαντασία.) Εἰδὼς γάρ, ὅτι φαντασία περὶ αὐτὸν ἔστιν, ὥς ἔχοντα χρήματα μεθ' αὐτοῦ πλείω, ἡρμόσατο πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐνδεχομένως.

134. (Ibid.) Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι μετὰ μεγάλης φαντασίας καὶ συμπαθείας τοῦ δήμου προσῆγον ἐπὶ τὰς πράξεις.

135. (Hesychius.) Φρεατοτύπανα, ὄργανά τινα, παρὰ Πολυδίῳ.

136. (Φρονηματισμός.) † Θεασάμενοι δὲ τὸν φρονηματισμὸν τῶν ἀνθρώπων ἐν τε ταῖς κατ' ἰδίαν ἡμιολίαις, καὶ ταῖς κατὰ κοινὸν ἐντεύξεσιν, ἐξ αὐτῆς ἐπανήλθον ἐς τὸν στρατηγόν.

137. (Φυλάκεια.) Πολύβιος φησὶν· Ὁ δὲ κατέσχευεν ἀμφότερα τὰ κατεσκευασμένα φυλάκεια, πεντήκοντα πόδας διαστώτα ἀλλήλων.

138. (Χορηγία.) Πολύβ. Μὴ οἶον κατὰ θάλατταν τὰς παρασκευὰς καὶ τὰ χορηγία παρακομίζειν τοῖς στρατοπέδοις, μηδὲ ἐπὶ ὑποζυγίων, ἀλλ' ἐν πῆραις δέχ' ἡμερῶν ἔχοντας ἐφόδια.

139. (Ψυχαγωγοῦντες.) Πολύβ. Οὗτοι μὲν περὶ ταῦτα διέτριβον, ψυχαγωγοῦντες τὰς δυνάμεις.

140. (Φωτίζειν.) Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι νομίσαντες ἤδη τὸν καιρὸν παραδιδόναι φωτίζειν τὸ κατὰ τὴν ἐντολήν ἀπόρρητον.

sum ex obscuris in obscura et casus fortuitos. Nos vero Christiani profitemur, Deum omnia gubernare : idemque dicit Polybius. Thucydides vero bellum vocat Fortunam.

CXXXII. Cum autem celoces et hemiolias Isthmum celementer trajecisset [*Philippus*], in altum provectus est, Achæie in concilium coactis supervenire studens.

CXXXIII. Cum enim sciret, opinionem de se esse, quod magnam pecuniæ vim secum haberet, composuit se, quoad fieri commodum erat, ad illam pinionem. [*Hannibal apud Cretenses.*]

CXXXIV. Romani [imperatores] cum magno speciosoque comitatu populi, spes omnes metusque participantis, ad res gerendas proficiscebantur.

CXXXV. Vocabulo Φρεατοτύπανα instrumentorum quoddam genus designatur apud Polybium.

CXXXVI. Cum autem superbiam et fastum illorum hominum, tam in privatis colloquiis, quam in publicis congressibus vidissent, confestim ad imperatorem redierunt.

CXXXVII. Ille autem ambo castella, quinquaginta pedes a se invicem exstructa, in potestatem suam redegit.

CXXXVIII. Fieri non poterat, ut commeatus aut apparatus mari deferrentur exercitibus, neque per jumenta, sed in peris gestare decem dierum viatica oportebat.

CXXXIX. Illi quidem his rebus tempus terebant, militum animos demulcentes.

CXL. Romani existimantes permittere jam tempus, ut enunciaretur arcanum quod in mandatis habebant.



# ARGUMENTA CAPITUM.

## LIBER PRIMUS.

- Cap. I. — Proœmium auctoris. Fructus historiæ. Historiæ Romanæ præstantia.
- Cap. II. — Imperii Romani cum aliis comparatio. Historia pragmatica.
- Cap. III. — Princeps institutum auctoris. Historia ejus, unum corpus diversa complectens. In gratiam Græcorum scripta. Libri duo priores præmissi, velut præparatio.
- Cap. IV. — Res Romanæ cum omnium gentium rebus connectæ. Historia universalis. Ex disiectis membris non licet judicari de toto.
- Cap. V. — Transitus ad ipsum argumentum. Initium paulo altius repetendum.
- Cap. VI. — Pars prior præparationis. Res ante bellum Punicum primum. Romani Italiam subigunt.
- Cap. VII. — Mamertini Messanam occupant. Rhegium a præsidio romano opprimitur (A. Urb. 474). Supplicio afficiuntur perfidi (A. Urb. 483).
- Cap. VIII. — Mamertini premuntur a Syracusanis. Hiero prætor Syracusanorum (A. Urb. 478).
- Cap. IX. — Hiero rex Syracusanorum (A. Urb. 485).
- Cap. X. — Mamertini, alii Romanos advocant, alii Pœnos. Deliberant Romani de Mamertinis.
- Cap. XI. — Auxilium ferendum decernunt (A. Urb. 490). Hiero Pœnis sese jungit. Appius Claudius Messanam trajicit. Fugat Hieronem.
- Cap. XII. — Appius Claudius pellit Pœnos. Instituti ratio scriptoris.
- Cap. XIII. — Pars posterior præparationis. Argumentum libri I et II, quibus hæc pars continetur. Ratio tractandi res his libris comprehensas. Bellum Punicum I.
- Cap. XIV. — Philinus et Fabius historici. Officium historici. Veritas lumen historiæ.
- Cap. XV. — Philini errores.
- Cap. XVI. — Bellum magna vi suscipitur (A. Urb. 491). Legionum Romanarum ratio. Foedus cum Hierone.
- Cap. XVII. — Apparatus Pœnorum Agrigenti. L. Postumius, Q. Mamilius Coss. (A. Urb. 492). Obsidio Agrigenti. Severa Romanorum disciplina.
- Cap. XVIII. Obsidio Agrigenti. Hannibal præfectus Agrigenti. Hanno, prætor Pœnorum, capit Erbesum. Romani obsessos Agrigentum obsessi ab Hannone.
- Cap. XIX. — Praelio profligatur Hanno. Hannibal cum suis evadit ex urbe. Agrigentum captum a Romanis.
- Cap. XX. — Majora consilia agitant Romani. L. Valerius, T. Octacilius Coss. (A. Urb. 493). De ingrediendo mari cogitant Romani. Classem parant, qui nullam antea bellicam navem habuerant.
- Cap. XXI. — Ratio exercendi remiges. Exit prima classis Romana (A. Urb. 494). Cn. Cornelius Cos. Captus ad Liparam a Boode Pœno. Plures naves amittit Hannibal præfectus classis Punicæ.

- Cap. XXII. — Duilii pugna navalis. Corvi structura. Usus in pugna navali.
- Cap. XXIII. — Duilii victoria navalis.
- Cap. XXIV. — Egesta obsidione liberata. Macella capta. Hamilcar cædit auxilia Romanorum. Romani in Sardinia victores (A. Urb. 495 et seq.). Hannibal in crucem actus. Aulus Atilius, C. Sulpicius Coss. (A. Urb. 496). Plures Siciliæ urbes capiunt.
- Cap. XXV. — C. Atilii anceps pugna navalis ad Tyndaridem (A. Urb. 497). Augentur utrinque classes (A. Urb. 498).
- Cap. XXVI. — M. Regulus, L. Manlius Africam petunt. Copiæ navales. Triarii navales. CDXX viri in quaque navi. Acies navalis Romanorum Triquetra.
- Cap. XXVII. — Acies Pœnorum. Eorum duces. Prælium navale ad Ecnomun. Triplex prælium navale.
- Cap. XXVIII. — Vincunt Romani.
- Cap. XXIX. — In Africam appellant Coss. Capiunt Clupeam. Populantur regionem. M. Regulus in Africa manet.
- Cap. XXX. — Pœni duces suos convocant. Reguli successus in Africa. Imperite rem gerunt Pœni. Fugantur a Regulo. Capitur Tunes.
- Cap. XXXI. — Undique premuntur Pœni (A. Urb. 499). Dura eis imperat Regulus.
- Cap. XXXII. — Xanthippus dux Pœnorum.
- Cap. XXXIII. — Xanthippus et Regulus.
- Cap. XXXIV. — Committitur prælium. Reguli clades. Capitur a Pœnis.
- Cap. XXXV. Monita scriptoris. Fructus historiæ.
- Cap. XXXVI. — Xanthippus domum redit. M. Æmilius, Ser. Fulvius Coss. Africam petunt. Capiunt Punicam classem.
- Cap. XXXVII. — Victicis classis naufragium. Infesta navigationi signa. Pertinax audacia Romanorum.
- Cap. XXXVIII. — Novæ Pœnorum spes in Sicilia. Asdrubal Lilybæi (A. Urb. 500). Nova classis Romanorum. Aul. Atilius, Cn. Cornelius Coss. Panormum Pœnis eripiunt.
- Cap. XXXIX. — (A. Urb. 501). Coss. cum classe hærent in syrti. Alterum ingens naufragium. Pœnis mari cedunt Romani. Coss. in Sicilia pedestribus copiis (A. Urb. 503). Pavent elephantos. Thermam et Liparum capiunt. C. Atilius, L. Manlius Coss. (A. Urb. 504).
- Cap. XL. — (A. Urb. 503) Cæcilius et Asdrubal ad Panormum. Cæditur fugaturque Asdrubal.
- Cap. XLI. — Novam classem parant Romani (A. Urb. 504). Lilybæum obsident.
- Cap. XLII. — Siciliæ situs et figura. Himilcon præfectus Lilybæi.
- Cap. XLIII. — Lilybæum prodere conantur mercenarii. Alexonis Achæi fides. Irrita Lilybæi proditio.
- Cap. XLIV. — Subsidium mittitur Lilybæo. Hannibal intrat in hanc urbem.
- Cap. XLV. — Erumpunt Pœni ex Lilybæo. Frustra tentant machinas Romanorum.
- Cap. XLVI. — Hannibal Rhodius. Securus Lilybæum navi intrat. Fidenter exit. Item sæpe facit Rhodius et alii.



- Cap. XLVII. — Portum Lilybæi obstruunt Romani. Capitur Hannibal Rhodius.
- Cap. XLVIII. — Erumpunt obsessi ex Lilybæo. Et opera Romanorum incendunt. Circumvallat urbem Romani.
- Cap. XLIX. — (A. Urb. 505). P. Claudius Cos. Drepana tentat. Adherbal prefectus Drepanorum.
- Cap. L. — P. Claudius ab Adherbale male accipitur ad Drepana.
- Cap. LI. — Fugatus classem perdit P. Claudius.
- Cap. LII. — Adherbalis gloria. P. Claudii infamia. L. Junius Cos. in Siciliam mittitur.
- Cap. LIII. — Classi Romanæ ad Lilybæum insidiatur Carthalo.
- Cap. LIV. — L. Junius Cos. Lilybæum navigat. Classem naufragio amittit.
- Cap. LV. — Mare omittunt Romani. L. Junius Erycem occupat. Venus Erycina.
- Cap. LVI. — Amilcar Barca (A. Urb. 507 sqq.). Amilcar et Romani ad Panormum.
- Cap. LVII. — *Æquus Mars* inter utrosque.
- Cap. LVIII. Amilcar et Romani ad Erycem (A. Urb. 510 sqq.). Gallorum gallinaceorum pugna.
- Cap. LIX. — Classem denuo parant Romani. (A. Urb. 511). Sumptibus privatorum parata classis. C. Lutatius cum classe ad Drepana (A. Urb. 512).
- Cap. LX. — Hanno prefectus classis Pœnorum. Lutatius et Hanno ad *Ægusam*.
- Cap. LXI. — Proelium navale ad *Ægusam*. C. Lutatius victor Pœnorum.
- Cap. LXII. — Pacem petunt Pœni per Amilcarem Barcam. Laus Amilcaris. Pacis conditiones.
- Cap. LXIII. — (A. Urb. 513) Pax concluditur cum Pœnis. Belli gesti magnitudo. Mira classium commissarum moles. Consilio et virtute, non casu, parva potentia Romanorum.
- Cap. LXIV. — Promissus liber de forma reipublicæ Romanæ. Pœni cum Romanis collati.
- Cap. LXV. — Bellum Romanorum cum Faliscis. Bellum Africanum Pœnorum cum mercenariis. Inexpiable et alias memorabile.
- Cap. LXVI. — Origo belli Africi. Afri et mercenarii Pœnorum in Africam trajiciuntur. Carthagine mittuntur Siccam. Stipendii debiti rationes exaggerant.
- Cap. LXVII. — Seditio mercenariorum. Horum periculosa turba. Hanno sedare tumultum nequit. Tunete seditiosi castra ponunt.
- Cap. LXVIII. — Omnia pollicentur Pœni. Majora semper postulant mercenarii. Gescon res committitur.
- Cap. LXIX. — Spendius et Mathos irritant commitiones. Sæviunt in nolentes secum facere. Duces a rebellibus constituuntur.
- Cap. LXX. — Gesconem comprehendunt. Bellum suscipiunt apertum (A. Urb. 514). Concitant Afros adversus Pœnos. Uticam et Hipponem obsident.
- Cap. LXXI. — Pœnorum res angustæ.
- Cap. LXXII. — Durum imperium Pœnorum in subditos. Feminae cum viris rebellionem favent.
- Cap. LXXIII. — Pœnorum apparatus. Hippo et Utica obsessæ a rebellibus. Carthaginis situs.
- Cap. LXXIV. — Hanno imperite rem gerit ad Uticam. Rursus ad Gorzam.
- Cap. LXXV. — (A. Urb. 515) Amilcar Barca Uticam obsidione liberat. Bacara fluvium vado trajicit. Custodes pontis a tergo adoritur.
- Cap. LXXVI. — Profligat rebelles Amilcar.
- Cap. LXXVII. — Rursus Amilcarem premit Spendius. Autaritius Gallus et Afri Numidæque cum Spendio.

- Cap. LXXVIII. — Narava Numida ad Amilcarem transit. Amilcar acie vincit rebelles.
- Cap. LXXIX. — Mercenarii in Sardinia deficiunt a Pœnis. Omnis Sardinia defectio. In Africa rebelles commentis suorum ducum confirmantur. Spendius irritat rebelles.
- Cap. LXXX. — Autaritius sæva suadet. Sæviunt rebelles in humaniores. Gesconem misere trucidant.
- Cap. LXXXI. Sæva alia consilia capiunt. Animorum ulcera insanabilia.
- Cap. LXXXII. — Pœnorum duces Amilcar et Hanno. Hi discordes inter se. Commeatus Pœnorum perit naufragio. Hippo et Utica deficiunt ad rebelles. Ab istis obsessa Carthago.
- Cap. LXXXIII. — Hiero juvat Pœnos. Quibus nec Romani desunt.
- Cap. LXXXIV. — Rebelles premit Amilcar (A. Urb. 516). Ars imperatoria quantum præstet radi audaciæ. Fama pressi rebelles se mutuo vorant.
- Cap. LXXXV. — Amilcar dedit se Spendius. Necatur multitudo rebellium.
- Cap. LXXXVI. — Matho rebellis obsidet Tunete. Spendius in cruce suspensus. Hannibal a Mathone captus. In crucem agitur.
- Cap. LXXXVII. — Hanno et Amilcar in concordiam reducti. Premunt Mathonem. Acie victus capitur Matho.
- Cap. LXXXVIII. — Pacata Africa. Hippo et Utica receptæ. Finis belli Africi. Sardinia Romanis cedunt Pœni. Novum tributum recipiunt.

## LIBER SECUNDUS.

- Cap. I. — Nexus historiæ. Amilcar in Hispania (A. Urb. 517 - 525). Asdrubal succedit Amilcar.
- Cap. II. — Res Illyricæ (A. Urb. 523). Agron rex Illyriorum. *Ætoli* Medionem oppugnant. De titulo manubiarum litigant prætores *Ætolorum*.
- Cap. III. — Agron juvat Medionem. Clades *Ætolorum* ad Medionem.
- Cap. IV. — Consilium *Ætolorum* in ipsos vertit fortuna. Moritur Agron. Teuta regina Illyriorum. Infestat maria (A. Urb. 524).
- Cap. V. — Phœnice proditur Illyriis a Gallis mercenariis. Scerdilaidas dux Illyriorum. Epirotæ acie victi ab Illyriis.
- Cap. VI. — *Ætoli* et Achæi succurrunt Epirotis. Induciae Epirotorum cum Illyriis. Epirotarum et Acarnanum fœdus cum Illyriis. Imprudentia Epirotarum.
- Cap. VII. — Gallorum mercenariorum perfidia.
- Cap. VIII. — Mare infestat Teuta. Issam obsidet. C. et L. Coruncanii, legati ad eam. Occiditur unus e legatis.
- Cap. IX. — Dyrrachium dolo capiunt Illyrii (A. Urb. 525). Mox expelluntur. Corcyram obsident.
- Cap. X. — Classem auxiliarem Achæorum profligant ad Paxos insulam. Marcus Cerynensis. Corcyra Illyriis se dedit. Demetrius Pharius, Corcyrae prefectus.
- Cap. XI. — Bellum Romanorum Illyricum. Cn. Fulvius A. Postumius Coss. Demetrius Pharius et Corcyrenses Romanis se tradunt. Mox Apollonia et Dyrrachium. Ardæi subacti. Partheni, Atintani, Issæi, in fidem recepti. Damnum ad Nutrium acceptum. Demetrius a Romanis Illyrico præficitur.
- Cap. XII. — Pax Illyriis data (A. Urb. 526). Legatio Romana ad Græcos de rebus Illyricis. Romani Isthmicorum ludorum participes facti.
- Cap. XIII. — Res Hispanienses. Asdrubal Novam Carthaginem condit. Fœdus cum Romanis.
- Cap. XIV. — Res Gallicæ. Gallia Cisalpina. Italiæ figura triquetra. Figura et fines Gallie Cisalpinæ.

Cap. XV. — Ubertas Cisalpinæ. Galli Alpini. Galli Transalpini.

Cap. XVI. — Apenninus mons. Padus fluvius.

Cap. XVII. Etrusci superiore Italia pulsî a Galliis. Transpadani Galli. Cispadani. Vitæ ratio Gallorum Cisalpinorum.

Cap. XVIII. — Irruptiones Gallorum in ditionem Romanam (A. Urb. 364, 393, 404, 426).

Cap. XIX. — (A. Urb. 455). Galli in agro Camerta cædunt Romanos (A. Urb. 458 sqq.). Cæduntur a Romanis. L. Cæcilius prætor cadit in pugna (A. Urb. 471). Delentur Galli Senones. Sena colonia.

Cap. XX. — Cæduntur Boii cum Etruscis ad Vadimonem lacum. Victi pacem petunt (A. Urb. 472). Bellis Gallicis durantur Romani ad alia.

Cap. XXI. (A. Urb. 517). Novi motus Gallorum. Boii suos reges occidunt. Lex agraria C. Flamini (A. Urb. 522). Gravis belli Gallici origo.

Cap. XXII. — (A. Urb. 523 sqq.) Insubres et Boii concitant Gæsatæ. Metus Romanorum.

Cap. XXIII. — (A. Urb. 529). Erumpit bellum Gallicum Cisalpinum. Veneti et Cenomani favent Romanis. (A. Urb. 529). L. Æmilius Cos. Ingentes apparatus Romanorum.

Cap. XXIV. — Copiæ Romanorum et sociorum. Legio Romana.

Cap. XXV. — Galli Etruriam populantur. Cæduntur Romani ad Fæsulam.

Cap. XXVI. — Succurrit L. Æmilius et servat reliquos. Domum repetunt Galli.

Cap. XXVII. — Abeuntibus occurrit C. Atilius Cos. ex Sardinia rediens. Galli inter duos hostes.

Cap. XXVIII. — Acies bifrons Gallorum. Nudi pugnant Gæsatæ. In certamine equitum cadit C. Atilius. Prælium ad Telamonem.

Cap. XXIX. — Aciei bifrontis commoda et incommoda. Gallorum bellicus clamor. Maniæ.

Cap. XXX. — Profligantur Gæsatæ a jaculatoribus Romanis. Reliquis Gallorum exercitus armorum genere victus cæditur.

Cap. XXXI. — Cæsorum numerus. L. Æmilius persequitur victoriam. Novi Coss. Boies in deditionem accipiunt (A. Urb. 530).

Cap. XXXII. — P. Furius C. Flaminius Insubribus bellum inferunt. Signa aurea Insubrium. Cenomanorum auxilia suspecta Romanis (A. Urb. 531).

Cap. XXXIII. — Vincantur Insubres consilio tribunorum. Gladii Gallorum inepti. Flamini temeritas.

Cap. XXXIV. — (A. Urb. 532.) Pax negatur Insubribus. Acerras obsident Coss. Marcellus prælio victor ad Clastidium. Cn. Scipio Acerras capit et Mediolanum.

Cap. XXXV. — Deditio Insubrium et finis belli Gallici. Lusus fortunæ memorabiles. Irruptionibus barbarorum resistendi ratio.

Cap. XXXVI. — (A. Urb. 533.) In Hispania Annibal succedit Asdrubali.

Cap. XXXVII. Transitus ad reliquam partem præparationis. Res Græcorum. Institutum auctoris. Res Achæorum eorumque fœdus.

Cap. XXXVIII. Nomen Achæorum. Fœdus Achaicum. Huius populi vetera instituta.

Cap. XXXIX. — Græci Italici asciscunt instituta Achæorum. Lacedæmonii et Thebani arbitris utuntur Achæis.

Cap. XL. — Instaurati fœderis Achaici auctores. Aratus, Philopomen, Lycortas.

Cap. XLI. — (Olymp. 124.) Instauratio fœderis Achaici. Fœdus pristinum. Civitates fœderatæ duodecim Fœdus

dissolutum a Macedonibus. Instauratio initium (124 Olymp. A. Urb. 470 sqq.).

Cap. XLII. — Laus Achæorum.

Cap. XLIII. — Marcus Cerinensis prætor Achæorum (Olymp. 131, A. Urb. 500). Aratus Achæis Sicyonem attribuit (A. Urb. 504), Corinthum et Megara (134 Olymp. A. Urb. 511). Aratus prætor opponit se Macedonibus et Ætolis. Antigonus Gonatas rex Macedoniae.

Cap. XLIV. — Achæi socii Ætolorum adversus Demetrium. Tyranni posita tyrannide accedunt Achæis (Olymp. 136, A. Urb. 521 sqq.). Lydiadas tyrannus Megalopolis.

Cap. XLV. — Ætoli favent Antigono Dosoni et Cleomeni adversus Achæos. Ætolorum consilia pervertit Aratus.

Cap. XLVI. — Cleomenes rex Lacedæmoniorum plura oppida Achæorum capit. Bellum Cleomenicum (Olymp. 139, A. Urb. 529).

Cap. XLVII. — Aratus molitur societatem cum Antigono Dosone.

Cap. XLVIII. — In eam rem utitur Megalopolitarum opera. Nicophanes et Cercidas Megalopolitæ. Legati ad Antigonum.

Cap. XLIX. — Mandata legatorum.

Cap. L. — Promittit societatem Antigonus. Soli bellum suscipiunt Achæi, duce Arato.

Cap. LI. — Cladibus afficiuntur Achæi ad Lycæum, ad Ladocea, ad Hecatombæum. Achæi et Aratus advocant Antigonum.

Cap. LII. — Cleomenes plura Achæorum oppida capit. Ei Corinthii se dedunt. Acrocorinthum Antigono offert Aratus. Antigonus in Peloponneso.

Cap. LIII. — Argos occupant Achæi. Recipere illam frustra tentat Cleomenes.

Cap. LIV. — Antigonus occupat Acrocorinthum. Præsidia Cleomenis expellit. Huic plurima oppida eripit (A. Urb. 530).

Cap. LV. — Cleomenes in Megalopolin irrumpit. In cives sævit. Thearces Clitorius.

Cap. LVI. — Phylarchus historicus adversatur Arato. Exagerat res tristes: velut in his quæ de Mantinea narrat. Aliud est tragedia, aliud historia. Diverse rei causæ variant rem.

Cap. LVII. — Mantinea Cleomeni se tradiderat. Recepta ab Arato et benigne habita. Mantinenses grati agnoscunt humanitatem Achæorum.

Cap. LVIII. — Iterum ad Cleomenem deficiunt perfidi Mantinenses. Achæorum præsidium interficiunt. Perfidia gravissimis poenis digna. Phylarchi mendaces tragediæ de Mantinensibus.

Cap. LXIX. — De Aristomacho Argivo tragedias movet Phylarchus.

Cap. LX. — Merito suo occisus Aristomachus.

Cap. LXI. — Non solum iniqua, sed et præclare facta narrare debet historicus. Megalopolitæ generose respuunt beneficia Cleomenis. Horum virtutem tacet Phylarchus.

Cap. LXII. — Exagerat iste prædam ex Megalopoli. Tenuis Peloponnesiorum opes.

Cap. LXIII. — Pugnantia scribit Phylarchus. Cleomenes Argivum agrum populatur (Olymp. 139, A. Urb. 531).

Cap. LXV. — Antigonus in Laconicam ducit. Cleomenis castra et acies ad Sellasiam.

Cap. XVI. — Castra Antigoni ad Gorgylum fluvium. Acies Antigoni et Cleomenis.

Cap. LXVII. — Prælium. Philopomenis prudens consilium.

Cap. LXVIII. — Philopomenem laudat Antigonus. Imperitia Euclidæ fratris Cleomenis. Fugatur iste.

Cap. LXIX. — Philopomenis fortitudo. Prælium inter reges

- commissum. Clades Lacedæmoniorum. Cleomenes Alexandriam fugit.
- Cap. LXX. — Mox domum redit Antigonos Doson. Honoribus cumulat a Græcis. Mors ejus.
- Cap. LXXI. — Consilium auctoris. Circa idem tempus obeunt plures reges. Connexio libri I et II cum sequentibus.

## LIBER TERTIUS.

- Cap. I. — Incipit uberior et propria auctoris historia. Ejus institutum.
- Cap. II. — Argumentum partis II et principalis Historiarum.
- Cap. III. — Idem.
- Cap. IV. — Argumentum appendicis partis II Historiarum.
- Cap. V. — Argumentum partis III.
- Cap. VI. — Disputatur de causis belli Punici II vel Hannibalici. Discrimen inter principium, causam et prætextum. Exempli gratia bellum Alexandri cum Persis.
- Cap. VII. — Causa, prætextus, et principium belli Romanorum cum Antiocho. Inter hæc notandum discrimen.
- Cap. VIII. — Fabii sententia de causis belli Punici secundi.
- Cap. IX. — De fide scriptoris recte æstimanda. Prima causa belli Punici secundi.
- Cap. X. — Altera et maxima causa. Tertia belli causa.
- Cap. XI. — Hannibal jurat perpetuum odium in Romanos.
- Cap. XII. — In pace odium non posuerant Pœni. Monitum auctoris.
- Cap. XIII. — Initia belli Hannibalici (A. Urb. 533). Hannibal subigit Olcades.
- Cap. XIV. — Vaccæos subigit. A Carpetanis opprimitur (A. Urb. 534). Mox ipsos opprimit. Hispania ulterior pæne tota paret Pœnis.
- Cap. XV. — Saguntinorum legationes ad Romanos. Legatio Romanorum ad Hannibalem. Ferocia et malæ artes Hannibalis. Carthaginem proficiscuntur legati Romani.
- Cap. XVI. — Res Illyricæ. Demetrius Pharius deficit a Romanis. L. Æmilius Cos. Mittitur in Illyricum (Olymp. 140. A. Urb. 535).
- Cap. XVII. — Situs Sagunti. Eam oppugnat Hannibal. Expugnatur Saguntus.
- Cap. XVIII. — Bellum Illyricum cum Demetrio Phario. Æmilius Cos. vi capit Dimalum. Pharum aggreditur. *Stratagema Æmilii.*
- Cap. XIX. — Fugatur exercitus Demetrii. Hic ad Philippum profugit. Messenæ perit Demetrius. Pharus capta et Illyricum receptum. Triumphat Æmilius.
- Cap. XX. — Sagunto capto quid fecerint Romani. Fabula de pueris Romanis in senatum admissis. Chæræe et Sosili nugæ. Legatio Romana Carthaginem missa.
- Cap. XXI. — Pœni cum Romanis de jure disceptant. Romani verbis contendere nolunt.
- Cap. XXII. Primum fœdus Romanorum cum Pœnis (A. Urb. 245). Vetusta lingua latina. Monita auctoris de isto fœdere.
- Cap. XXIV. — Alterum fœdus (A. Urb. 406). Monita auctoris.
- Cap. XXV. — Fœdus proximum ante bellum Punicum I (A. Urb. 474). Juramentum per Jovem lapidem.
- Cap. XXVI. — Fœderum tabulæ æneæ. Philini error circa illud fœdus.
- Cap. XXVII. — Fœdus post bellum Punicum I. Fœdus post bellum Africanum. Fœdus cum Asdrubale.
- Cap. XXVIII. — Monita auct. de jure Rom. bello Punico I.
- Cap. XXIX. — Jura Romanorum bello Punico II. Ratum esse debuit fœdus cum Asdrubale. Ex superiori fœdere novis etiam sociis cautum erat.

- Cap. XXX. — Saguntini socii Romanorum ante tempora Hannibalis. Alio respectu injuste susceptum a Pœnis bellum Punicum II. Alio respectu, jure.
- Cap. XXXI. — Cur his immoratus sit auctor. Rerum præteritarum cognitio ad res nunc gerendas necessaria. In historia, causæ adjuncta et consequentia debent exponi.
- Cap. XXXII. — Molem operis sui excusat auctor. Fructus historiæ universalis.
- Cap. XXXIII. — Optionem pacis et belli Pœnis dant Romani. Hannibal parat expeditionem in Italiam (A. Urb. 535). Africam præsidio Hispanorum firmat. Hispaniæ præsidia petit ex Africa. Tabulæ æneæ Hannibalis in Lacinio.
- Cap. XXXIV. — Gallorum nuncios exspectat Hannibal (A. Urb. 536). Gallorum nuncii. Copias contrahit et hortatur Hannibal.
- Cap. XXXV. — Iberum transit et Hispaniam citeriorem subigit. Hannonem Hispaniæ citeriori præficit. Pyrenæum superat.
- Cap. XXXVI. — Geographia cum historia jungenda. Quatuor mundi plagæ.
- Cap. XXXVII. — Tres majores terræ partes, Asia, Africa Europa. Narbo fl. Iberia.
- Cap. XXXVIII. — Ignotæ terræ australes et boreales. Situm locorum animo complecti debet lector.
- Cap. XXXIX. — Longitudo ditionis Pœnorum in Africa. Longitudo viæ ab Hannibale confectæ. Signa milliaria.
- Cap. XL. — (A. Urb. 536) P. Cornelius T. Sempronius Coss. Rebellunt Boii et Insubres. Mutinam obsident. L. Manlius prætor. Fugatur et obsidetur a Boiis.
- Cap. XLI. — P. Scipio in Hispaniam navigat. T. Sempronius Carthaginem cogitat obsidere. P. Scipio Massiliæ exponit copias. Hannibal ad Rhodanum.
- Cap. XLII. — Trajicere flumen parat. Alia parte præmittitur Hanno Bomilcaris filius.
- Cap. XLIII. — Rhodanum trajicit Hannibal.
- Cap. XLIV. — Numidæ equites exploratum missi. Magilus regulus ex Gallia Circumpadana. Hannibal ad Rhodanum hortatur suos.
- Cap. XLV. — Speculatores Numidæ fugati ab equitibus Scipionis. Scipio versus castra Hannibalis proficiscitur.
- Cap. XLVI. — Trajectio elephantorum.
- Cap. XLVII. — Juxta Rhodanum progreditur Hannibal. Aliorum fabulæ de itinere Hannibalis.
- Cap. XLVIII. — Fabulæ de itinere Hannibalis. Prudenter iter instituit.
- Cap. XLIX. — P. Scipio redit in Italiam. Fratrem in Hispaniam mittit. Hannibal ad insulam inter Rhodanum et Isaram. Regulo hujus regionis opem fert adversus fratrem.
- Cap. L. — Hannibal ascendens Alpes, infestatur ab Allobrogibus.
- Cap. LI. — Hos cædit ac reprimat.
- Cap. LII. — Alpes ascendere pergit. Specie pacis decipitur ab Alpiniis.
- Cap. LIII. — Ab illis pæne opprimitur. Summa juga Alpium descendit.
- Cap. LIV. — E vertice montium Italiam suis ostentat. Descendere incipit. Via longo præcipitio interrupta.
- Cap. LV. — Nives insuperabiles. Viam per prærupta munit Hannibal.
- Cap. LVI. — Superatis Alpibus Italiam ingreditur. Reliquarum copiarum numerus. P. Scipio ad Padum accedit.
- Cap. LVII. — Rerum in natura memorabilium enarratio etiam ad historiam pertinet. Sed seorsum et ex professo ea tractanda. Catiliones in legendis historiis.
- Cap. LVIII. — Multa fabulose narrarunt veteres. Nec mirum, ob difficultates olim oblatas.

- Cap. LIX. — Præsenti tempore melius cognosci multa poterunt. Itinera auctoris eo consilio suscepta.
- Cap. LX. — Residuum exercitum refecit Hannibal. Taurinos subigit, expugnata eorum urbe.
- Cap. LXI. — Hannibal et Scipio mirantur alter alterius eventum. Romæ magna trepidatio. Advocatur T. Sempronius e Sicilia.
- Cap. LXII. — Spectaculo captivorum suos hortatur Hannibal.
- Cap. LXIII. — Oratio ad milites.
- Cap. LXIV. — P. Scipio inter Padum et Ticinum. Milites hortatur.
- Cap. LXV. — Prælium equestre ad Ticinum. Fugatur equitatus Scipionis.
- Cap. LXVI. — Scipio vulneratus cis Padum regreditur. Hannibal fluvium superat. Ei se jungunt Galli. Scipio et Hannibal ad Placentiam.
- Cap. LXVII. — Galli auxiliares Romanorum transeunt ad Hannibalem. Boii cum eodem societatem ineunt. Scipio ad Trebiam se recipit.
- Cap. LXVIII. — Eum sequitur Hannibal. Trebiam trajicit Scipio. Ei conjungitur T. Sempronius.
- Cap. LXIX. — Clastidium proditione capit Hannibal. Galli ab eo infestati opem poscunt Romanos. Pugna equestris. Dubia Sempronii victoria.
- Cap. LXX. — Sempronius invito Scipione pugnae avidus. Et Hannibal dimicandi cupidus.
- Cap. LXXI. — Hic insidias præparat. Loca varia insidiis apta. Mago in insidiis collocatus. Hannibal ad pugnam elicit Sempronium.
- Cap. LXXII. — Romanus dux aciem educit brumali die. Trebiam ægre trajicit. Hannibalis acies. Numidarum pugnandi genus. Juncti duo exercitus consulares.
- Cap. LXXIII. — Pugna ad Trebiam.
- Cap. LXXIV. — Cæduntur Romani. Pars illorum perumpit per hostes et Placentiam fugit. Victores Pœni. Omnes elephantos, uno excepto, amittunt.
- Cap. LXXV. — Frustra cladem celat Sempronius. Romanorum novi apparatus. Cn. Servilius C. Flaminius Coss. designati. Hiero rex auxilia mittit Romanis.
- Cap. LXXVI. — Cn. Scipio Hispaniam usque ad Iberum fluvium subigit. Hannonem et Indibilem capit. Asdrubal palantes Romanos cædit. Cn. Scipio Tarracone hibernat.
- Cap. LXXVII. — (A. Urb. 537) C. Flaminius Cn. Servilius Coss. Hannibal in Gallia Cisalpina hibernat. Sociorum Romanorum benevolentiam captat.
- Cap. LXXVIII. — Capillamenta Hannibalis. Diversi aditus e Gallia Cisalpina in ditionem Romanorum. Viam per paludes eligit Pœnus.
- Cap. LXXIX. — Per hanc petit Etruriam. Molestum iter per paludes.
- Cap. LXXX. — Etruriam ingressus Hannibal. Flaminium ad pugnam elicere cogitat.
- Cap. LXXXI. — Explorare indolem adversarii summa virtus imperatoria. Qua parte peccat ille, ea aggrediendus est.
- Cap. LXXXII. — Fæsulam prætergressus Hannibal vastat agros. Frustra monentibus aliis, hostem sequitur Flaminius.
- Cap. LXXXIII. — Situs locorum. Insidias disponit Hannibal. Convallem insidiis clausam intrat Flaminius.
- Cap. LXXXIV. — Pugna ad Trasimenum lacum. Mors Flaminii Coss. Clades misera Romanorum. Sex millia perruptis hostibus evadunt. Maharbali se dedunt.
- Cap. LXXXV. — Captivis Romanis fidem non servat Hannibal. Socios Romanorum liberos dimittit. Romæ consternatio. Senatus dignitatem servat.
- Cap. LXXXVI. — Servilius opem mittit Flaminio. Nova clades C. Centenii. Hannibal per Umbriam et Picenum petit mare Adriaticum.
- Cap. LXXXVII. — Equos et viros refecit. Limopsorus. Afri Romano more armati. Carthaginem nuncium mittit Hannibal. Q. Fabius Maximus dictator creatus. Insignia et jura dictatoris. M. Minucius magister equitum.
- Cap. LXXXVIII. — Veteribus vini equos curat Hannibal. Apulia. Fabius dictator Servilium Coss. classi præficit. Fabius et Hannibal ad Æcas.
- Cap. LXXXIX. — Cautè versatur Fabius. Merito cunctabatur.
- Cap. XC. — Dictatoris prudens consilium. Ei obtrectat magister equitum. Pœni in Samnium transeunt. Beneventum, Venusiam, Falernum et Campanos campos petit Hannibal. Nulla urbs Italiæ defecit ad Pœnos.
- Cap. XCI. — Situs et opulentia planitie Campanæ. Campi Phlegrei.
- Cap. XCII. — Hannibal ad Vulturum. Vastat Campaniam, parum impediens Fabio. Redeunt insidias struit Fabius.
- Cap. XCIII. — Insidias Fabii callide eludit Hannibal. Boves accensis cornibus.
- Cap. XCIV. — Falluntur Romani. Nil proficit Fabius. Salvus per fauces elabitur Hannibal. Male audit Fabius. Romam proficiscens, frustra monet Minucium.
- Cap. XCV. — Res Hispaniæ (A. Urb. 537). Amilcar classi præfectus. Cn. Scipio. Massilienses amici Romanorum.
- Cap. XCVI. — Cn. Scipio prælio navali vincit Pœnos. Classis Pœnorum circa Sardiniam. Servilius persequitur classem punicam.
- Cap. XCVII. — P. Scipio cum nova classe in Hispaniam mittitur. Coniunctim agunt Cn. et P. Scipiones. Iberum transeunt.
- Cap. XCVIII. — Saguntî servantur obsides Pœnorum. Abilyx, nobilis Hispanus. Bostar, dux Carthaginensis sub Asdrubale. De obsidibus cum Bostare agit Abilyx.
- Cap. XCIX. — Abilyx cum Scipionibus agit de obsidibus. Obsides tradit eis. Obsides Romani remittunt ad suos.
- Cap. C. — Hannibalis castra ad Gerunium. Hanc urbem capit. Frumentum eo conveyit.
- Cap. CI. — Minucius copias ducit absente Fabio. Hannibal ad Gerunium. Minucius velitatione superior.
- Cap. CII. — Cædit frumentatores Hannibalis. Castra sua ægre defendit Hannibal. Lætitia et spe exsultat Minucius.
- Cap. CIII. — Romæ Minucium laudant omnes, Fabium vituperant. Res inaudita, duo simul Dictatores. Fabius et Minucius inter se dividunt legiones.
- Cap. CIV. — Diasidium Romanorum commodum Hannibali. Minucio insidias parat. Ille fraudem non sentit.
- Cap. CV. — Premitur ab hoste. Servatur a Fabio. Dictatori reconciliatur magister equitum.
- Cap. CVI. — (A. Urb. 538) Novi Coss. L. Æmilius C. Terentius. Cn. Servilius M. Regulus Procos. L. Postumius prætor mittitur in Galliam. Cn. Servilius bene rem administrat.
- Cap. CVII. — Hannibal arcem Cannæ occupat. Romanis comæteum eripit. Prælio decernere constituunt Romani. Omnium spes in Æmio. Octo legiones consulares. Legio Romana.
- Cap. CVIII. — Æmilius cos. hortatur milites.
- Cap. CIX. — Oratio Æmilii ad milites.
- Cap. CX. — Romani ad Cannam. Dissident inter se Coss. Æmilius et Tereutius. Alternis diebus imperant consules, Levi prælio victores Romani. Duplicia eorum castra ad Aufidum.
- Cap. CXI. — Hannibal hortatur suos.
- Cap. CXII. — Pugnam detrectat Æmilius. Pugnandi stultio

- ardet Varro. Romæ metus omnium. Romanorum superstitio.
- Cap. CXIII. — Terentius aciem instruit ad Aufidum prope Cannam. Hannibalis acies lunata.
- Cap. CXIV. — Arma Penorum. Gladii Hispanorum et Gallorum. Duces utrisque aciei.
- Cap. CXV. — Pugna Cannensis.
- Cap. CXVI. — L. Æmilius cadit in prælio. Cadunt Regulus et Servilius. Vivus evadit Terentius.
- Cap. CXVII. — Clades Cannensis. Romanorum pereunt LXX millia. Capiuntur X millia.
- Cap. CXVIII. Effectus pugne Cannensis. Inferior Italia ad Hannibalem deficit. Romani de retinenda Italia desperant. Prætor Romanorum in Gallia Cisalpina cum exercitu perit. Brevi tamen se recipit Respublica.

## LIBER QUARTUS.

- Cap. I. — Connexio cum superioribus. Argumentum hujus libri. Res Græcorum (Olymp. 140). Recapitulatio rerum Achæicarum ex libro II.
- Cap. II. — Cur ab hac Olympiade historiam suam incipiat auctor. Primum ibi desinit Aratus; dein res istæ auctoris ætati proximæ sunt. Nova ubique rerum facies circa id tempus. Bellum sociale Achæorum et Philippi cum Ætolis et Lacedæmoniiis.
- Cap. III. — Causæ et origo belli. Ætoli pacis impatientes. Materiam belli querunt adversus Achæos (Olymp. 139, 3. A. Urb. 533). Dorimachus Trichoniensis. Phigaleæ residet nomine Ætolorum. Piratis favet adversus Messenios.
- Cap. IV. — Sciron ephorus Messeniorum expostulat cum Dorimacho. Bellum meditatur Dorimachus.
- Cap. V. — Ariston prætor Ætolorum infirmus. Res administrat Scopas. Hunc ad bellum adversus Messenios incitat Dorimachus. Bellum decernit Scopas. Apocleti Ætolorum.
- Cap. VI. — Piratas emittunt Ætoli. Clam tentant Peloponnesum. Timoxenus prætor Achæorum. Taurion Peloponneso præfectus ab Antigono. Aratus prætor designatus Achæorum (Olymp. 139, 4. A. Urb. 534). Messeniam populantur Ætoli.
- Cap. VII. — Messeniiis opem decernunt Achæi. Achæorum armis diffidit Timoxenus. Aratus init præturam ante tempus.
- Cap. VIII. — Arati ingenium et mores. Indoles animi discedens ipsa secum. Ejus rei exempla.
- Cap. IX. — Achæi in armis conveniunt. Ætolos Peloponneso excedere jubent. Parant abire Ætoli.
- Cap. X. — Aratus abeuntes observat. Arato diffidunt Ætoli. Iter avertunt adversus Achæos.
- Cap. XI. — Aratus male consulit rebus suis. Commodum tempus locumque omittit.
- Cap. XII. — Pugna Achæorum cum Ætolis ad Caphyas. Fugantur Achæi. Exitus pugne.
- Cap. XIII. — Per Isthmum redeunt Ætoli. Causa belli Socialis.
- Cap. XIV. — Accusatur Aratus in conventu Achæorum. Excusat se et liberaliter absolvitur.
- Cap. XV. — Decreta Achæorum adversus Ætolos. Ætolorum absurdum decretum.
- Cap. XVI. — Sociorum responsa. Ætolorum insolentia. His Lacedæmonii clam favent. Illyrii ultra Lissum navigant. Scerdilaidas Ætolis se jungit adversus Achæos.
- Cap. XVII. — Ariston prætor Ætolorum stolidè dissimulat. Cynæthenses exules, reduces ab exilio, produnt patriam.
- Cap. XVIII. — Proditione Polemarchorum Cynætham capiunt Ætoli.
- Cap. XIX. — Clitoriam frustra tentant. Sacrum deæ pæcus abigunt, Cynætham comburunt. Demetrius Pharius frustra insectatur redeuntes Ætolos. Aratus imbellis.
- Cap. XX. — Arcadum virtus. Feritas Cynæthensium. Musicæ studium Arcadibus necessarium. Philoxeni et Timothei nomi. Musicæ imperitum esse nefas est apud Arcades.
- Cap. XXI. — Cur Musicæ studium necessarium sit Arcadibus. Coeli influxus in hominum ingenium. Cynæthenses neglectu musicæ efferati. Hortatur auctor ad hujus studium.
 450. XXXVII, 4, 1 — 5.  
 451. XXXVII, 4, 5 — 12.  
 452. XXXVII, 4, 12. XXXVIII, 1 a, 1 — 5.  
 453. XXXVIII, 1 a, 5 sqq; 1 b, 1 — 5.  
 454. XXXVIII, 1 b, 5; 1 c; 1 d, 1.  
 455. XXXVIII, 1 d, 1 sqq. XXXIX, 1 a, 1.  
 456. XXXIX, 1 a, 1 sqq.  
 457. XXXIX, 1 b.  
 458. XXXIX, 3 a, 1 — 6.  
 459. XXXIX, 3 a, 6 et 7. XL, 3 a; 4, 11; 5, 5 et 12.  
 460. XL, 8 a; 13; 14, 1 — 3.  
 461. XL, 14, 4 — 6.

# INDEX HISTORICUS ET GEOGRAPHICUS.

Quæ capita præfixos habent numeros duos, hic indicantur altero, uncis incluso. Sciendum est autem, transposita inter se esse *capita* 21 - 25 *libri X*; *capita* 4 - 7 *libri XI*; *capita* 7 - 12 *libri XII*. *Libri XVI cap.* 10 *nunc est cap.* 16; *libri XXII caput* 23 *nunc libri XXI caput* 16; *libri XXIII capita* 16 *et* 17 *nunc sunt libri XXI capita* 19 *et* 20.

Abba, urbs Africae, laud procul Carthagine; in quam se recepit Syphax castris amissis, XIV, 6, 12; 7, 5.

Abia, urbs Messeniæ; a Messeniis avulsa, separatim in fœdus Achaicum recipitur, XXV, 1, 2.

Abila (τά), urbs Galaaditidis, capta ab Antiocho Magno, V, 71, 2. Victo Scopas, recepta ab eodem, XVI, 39, 3.

Abilyx (*Libio* Abelux *vel* Abelox), nobilis Hispanus, obsides Hispanorum Sagunti custoditos, decepto Bostare, Scipionibus fratribus tradit, III, 98 sq.

Abrupolis, rex Thraciæ, auri fodinas ad Pangæum invadit, post Philippi obitum, XXII, 22 a, 2. E regno suo a Perseo depellitur, *ibid.* § 2 et 3.

Abstinentiæ exempla apud Romanos frequentia, rariora apud Græcos, XVIII, 17 *extr.* et seq. XXXII, 8.

Abydus, ad fauces Propontidis, IV, 44, 6. Situs ejus et et portus, XVI, 29. Arisbe, oppidum agri Abydeni, V, 111, 5. Abydum a terra et mari oppugnat Philippus, XVI, 30; desperatissima consilia capiunt Abydeni, et fortissime pugnant; sed quum propellere hostem non possent, perire omnes maluerunt, quam ei se tradere, 31-35. Eo M. Æmilius, legatus Romanoorum, venit ad Philippum, quocum expostulat frustra, XVI, 34. Ea excedere jubetur Philippus, XVII, 2, 4; XVIII, 27, 4.

Academia, XVI, 27, 1. In ea philosophi et eorum auditores inanibus argumentis studium impendunt, XII, 26 c. Ex ea philosophus Carneades, Roman legatus, XXXIII, 1, 9.

Acarnanes (Ἀκαρνανεῖς; IV, 30, 2) et Acarnania. Quam ab Epiro separat sinus Ambracicus, IV, 63, 6. Acarnanes et Epirotæ fœdus faciunt cum Illyriis, et ab illo tempore adversantur Ætolis et Achæis, II, 6, 9 sq. Illyriis septem naves auxilio mittunt adversus Ætolos et Achæos, Corcyræis opem ferentes, II, 10. De dividendis eorum oppidis societatem cum Alexandro Epiro fecerunt Ætoli, II, 45, 1; IX, 34, 7; 38, 9. Fœdere Antigoni cum Achæis comprehensi, IV, 9, 4; 15, 1 sq.; 25, 3. Invitati ad bellum Sociale adversus Ætolos, generose bellum suscipiunt; candidus imprimis et ingenuus honestissimusque, si quis alius, populus Græciæ, IV, 30, 1 sqq. Classem jungere cum Philippo jubentur ad Cephaleniam, V, 3, 3. Prætor eorum Aristomachus copias suas jungit Philippo Ætoliam invadenti, V, 6, 1 sq. Acarnaniam incursat et populatur Agetas prætor Ætolorum, V, 96, 1. In Strati agrum incursionem facientes, panico terri, re infecta redeunt, V, 96, 3. Lysisci Acarnanis oratio ad Lacedæmonios, pro Macedonibus adversus Ætolos et Romanos, IX, 32 sqq. Desperata eorum conjunctio, IX, 40, 4 sqq.; XVI, 32, 1 *et* 3. Adversus Ætolos, Romanos et Illyrios opem Philippi implorant, X, 41, 3.

Ceniadæ urbs iis adempta ab Ætolis (IX, 39, 2), ipsi restituitur ex pacis lege Ætolorum cum Romanis, XXII, 15, 14. Ad eos legatus belli Persici causa, C. Popillius, XXVIII, 5. Concilium gentis Thurii actum, *ibid.* § 1.

Acatides, stadiodromus, frater Pythææ, XL, 1, 1.

Acatium, genus navigii minoris, I, 73, 2.

Acerræ, oppidum Insubrium, obsessum et captum a Romanis, II, 34.

Acesimbrotus, Rhodiorum navarchus et legatus ad colloquium inter T. Flaminium et Philippum, XVII, 1, 4; 2, 3 sqq.

Acetum ex loti baccis, XII, 2, 8.

Achæi, et Achaia. Achæi succurrunt Epirotis adversus Illyrios, II, 6. Contra eos Epirotæ et Acarnanes fœdus faciunt cum Illyriis, II, 6, 9 sq. Cum Ætolis decem navibus auxilio veniunt Corcyræis adversus Illyrios, sed ab his navali pugna ad Paxos vincuntur, II, 9 seq. Iis et Ætolis Romani res a se adversus Illyrios gestas per legatos renunciant, II, 12, 4. Sociali fœdere juncti, eisdem legibus, ponderibus, etc., eodemque magistratu utuntur, II, 37, 9 sqq. Achæorum nomen cunctis Peloponnesiis commune factum, quum Achæi per se non fuissent maximus Peloponnesi populus, II, 38. Nusquam obtinuit status magis popularis, major juris æquabilitas et libertas, quam apud eos, *ib.* § 6. Eorum instituta et leges asciscunt civitates Magnæ Græciæ, II, 39. Primus ipsorum rex Tisamenus, postremus Ogygus, II, 41, 4 sq.; IV, 1, 5. Primum fœdus Achaicum, democratia XII urbibus constans, II, 41, 5 sqq.; oppidatim dirimitur a regibus Macedoniæ, II, 40, 5; 41, 9 sq.; IV, 1, 5. Instauratur, II, 41, 1 *et* 11 sq. et ad totam paullatim Peloponnesum extenditur, auctoribus præsertim Arato, Philopœmene et Lycorta, II, 40, 1 sq. Confer Aratus, Philopœmen, Lycortas. Achæi, instaurato fœdere, scribam communem habuerunt, et duos Prætores; dein nonnisi unum Prætozem, quorum primus Marcus Cerynensis, II, 43, paulo post, Aratus, *ibid.* A Romanis, pro præstita eis opera, nihil unquam aliud, nisi libertatem civitatum Peloponnesi, petierunt, II, 43, 5 sqq. Cum Ætolis fœdus jungunt, eisque in bello adversus Demetrium strenuam operam navant, II, 44, 1, 46, 1. Fœderi Achaico accedunt Megalopolitani, Argivi, Hermionenses, Phliasii, II, 44, 5 sqq. Cleomenem et Lacedæmonios hostes declarant; hinc bellum Cleomenicum, II, 46 *extr.* et sqq. Eorum amicus Ptolemæus *Evergetes*, II, 47, 2. Sed is dein, spretis Achæis, Cleomenem juvat, II, 51, 2. Vincuntur a Cleomene ad Lycæum montem, ad Ladocea, et ad Hecatombæum, II, 51, 3; 55, 2. Eorum conventus sub hiemis initium Ægii agitur, II, 54, 3 *et* 13; IV, 7, 1; 26, 7 sq.; 82, 7; XVI, 27, 4; XXVIII, 3, 7 *et* 10. *Ibi*



dem ex lege agi debuit; V, 1, 6 sq. : *sed et sæpe aliis in locis est actum; velut* Clitore, XXIII, 5, 1; Corinthi, XXIX, 8, 8; XXXIII, 15, 2; XXXVIII, 4, 2; Megalopoli, XXIII, 7, 2, XXIV, 12, 12; Sicyone, V, 1, 9; XXV, 1, 5; XXVIII, 11, 9; XXIX, 9, 6. *Semel illum conventum non σύνοδον aut ἐκκλησίαν vocat Polybius, sed σύγκλητον*, XXIX, 9, 6; in quam non modo τῆν βουλὴν magistratus ait solere convenire, sed et omnes cives annis triginta majores. Conventus Prætori creando, s. Comititia prætoria (τὰς ἀρχαιεσιὰς), agebant circa Pleiadum ortum (æstatis initio), IV, 37, 2 sq.; V, 1, 1; 30, 7; IV, 82, 1, 7. Ἡ καθήκουσα σύνοδος, IV, 7, 1, 6, 10; 26, 7. Mantinenses, qui ab ipsis defecerant, vi recipiunt et perhumaniter tractant, II, 57. Prætor Timoxenus, IV, 6 sq. Post Cleomenicum bellum exercitia militaria neglexerunt, IV, 7, 6 sq. Messeniis auxilium decernunt adversus Ætolos, IV, 7. Infelicitur cum his pugnant ad Caphyam, IV, 12. Decreta de Bello Sociali adversus Ætolos, IV, 15, et 25. Avita amicitiae jura renovant cum Philippo, IV, 26, 7 sq. Societatem ineunt cum Polyrrheniis Cretensibus; quibus auxilio mittunt 200 milites, IV, 55, 2. In commune Achæorum nihil amplius contribuere decreverunt Dymæi, Pharæenses et Trilæenses, quum auxilium a prætore adversus Ætolos nullum acciperent, IV, 66, 4 sqq. Achæos in servitutem redigere conatur Apelles, IV, 76; 82, 2 sqq. Prætor Eperatus, IV, 82, 8; V, 1. Decretum de stipendio solvendo militibus Philippi, V, 1, 11 sq. Prætor Aratus, V, 30, 7; 91 seqq. Pacem cum Ætolis faciunt et Bello Sociali finem imponunt, V, 105. Prætor rursus Timoxenus, V, 106, 1. Prætor Euryleo; præfectus equitum Philopœmen, X, 24, 1; 25, 6. Adversus Ætolos (*qui cum Romanis et Altolato societatem contraxerant*), et Lacedæmonios opem implorant Philippi, X, 41, 2. Equites eorum exercet Philopœmen, X, 24 seq.; 21 seq. Qui imperitiam ducum castigat, et disciplinam omnem militarem apud Achæos restituit, XI, 8-10. Eodem duce, Machanidam et Lacedæmonios acie vincunt, Tegeam capiunt et Laconicam impune deprædantur, XI, 11-18. Omnis juvenus in unum diem Tegeam a Philopœmene convocata, incursionem facit in Laconicam, XVI, 36 sq. Achæis edicunt legati Romanorum, populum rom. bellum indixisse Philippo, ni ab injuria in Græcos abstineret, XVI, 27, 4. Philippus concitat eos ad bellum cum Romanis, XVI, 38 : sed illi, decreto facto, a Macedonum partibus ad Romanos transeunt, XVII, 6, 7. In colloquio Philippi cum T. Quintio, Corinthum et Argos a Philippo repetunt, XVII, 2, 5; 6, 8. Post bellum Philippicum Romæ per legatos societatem petunt Romanorum; sed litem eis movent Eleorum, Messeniorum et Ætolorum legati, XVIII, 25, 6. Adversus eos et Romanos Antiochus advocatur ab Ætolis, III, 3, 3. Eumeni auxilia mittunt adversus Antiochum, XXI, 7, 1 sq. M. Æmilius Lepidus consul, literis ad commune Achæorum scriptis, increpat eos ob res Lacedæmone prave administratas, XXIII, 1, 1 sq.; *conf.* c. 7, 5 sq. Legatos Romam mittunt, prætore Philopœmene, XXIII, 1, 4; 7, 1; et ad Ptolemæum Epiphanem, XXIII, 1, 6; 7, 1. Philopœmen ipsis facultatem dat, res a Bœotis per vim repetendi; unde belli initium, XXIII, 2, 10 sqq. Prætor Aristæus; et concilium gentis Megalopoli actum, quo conveniunt legati Roma et Alexandria redeuntes, tum legati regum Eumenis et Seleuci, dona pollicentes, et Cæcilius legatus Rom., XXIII, 7-10; *conf.* c. 4, 5 sq. Achæorum magistratus, Argis congregati, Q. Cæcilio negant conventum gentis, eo quod scriptum Senatus mandatum non haberet, XXIII, 10, 10 sqq.; 12, 5 sqq. *Sic* Tito Quintio, XXIV, 5, 16 sq. Romæ in senatu ac-

cusantur a Q. Marcio; qui legatis eorum, auxilia adversus Messenios petentium, responsum dari curat, e quo patebat, non impedituros Romanos, si qui populi a societate Achæorum vellent discedere; legati ipsi Romæ retinentur, XXIV, 10, 1 et 8 sqq.; *conf.* XXV, 1, 3. Ptolemæus Epiphanes iis decem naves dono offert, ad quas accipiendas nominantur legati, Lycortas, Polybius, Aratus junior; sed morte regis præpeditur legatio, XXV, 7. Prætor Hyperbatus, XXVI, 1, 1. Exsulum Lacedæmoniorum causa legati Achæorum Romam mittuntur; in his Callicrates, adulator Romanorum, proditor suæ gentis et auctor malorum, XXVI, 2, 13. Prætor Callicrates, XXVI, 3, 14; Archo, XXVII, 2, 11; rursus Archo, XXVIII, 6, 9; 7, 6. Quo prætore, per Polybium consuli Romano auxilia offerunt adversus Perseum; quæ ille non accipit, XXVIII, 10 seq. Auxilia ab iis petunt Ptolemæi fratres, et duces Lycortam et Polybium; sed illi legatos mittunt ad pacem inter Ptolemæos et Antiochum Epiphanem conciliandam, XXIX, 8-10. Absque suo incommodo, 30 aut 40 millia militum armare possunt, XXIX, 9, 8. Per legatos Romæ pro exsulibus suis (qui ob belli Persici culpam Romam erant evocati, et per Italiæ municipia distributi, XXX, 10, 6 sqq.; XXXII, 9, 5) frustra deprecantur, XXXI, 8; rursus, præcipue pro Polybio et Stratio, XXXII, 7, 14 sqq. : rursus, XXXIII, 1, 3 sqq. et c. 2 : rursus, XXXIII, 13 : ad extremum liberantur exsules Achæorum, intercedente Catone, XXXV, 6. Delios, qui imperium Atheniensium fugientes in Achaïam commigraverant, civitate donant, XXXII, 17. Et Rhodii et Cretenses auxilia petunt ab iis ad bellum quod inter se gesserunt : auctore Callicrate, neutri populo auxilia mittuntur, XXXIII, 15. Concilium Corinthi habitum, *ibid.* § 3. A beis auxilia petunt adversus Pseudophilippum, Thesalorum legati, XXXVII, 1 d, 3. Litteris Manilii consulis obtemperantes, Polybium Lilybæum mittunt, XXXVII, 1 e, 1 sqq. — Belli Romanorum Achaici semina, XXXVIII, 1-5. Controversias et bellum habent cum Lacedæmonis, c. 2, 11; 3, 2 sqq.; XL, 2, 6. Fortuna, cum servatos Achæos vellet, fecit ut nullo negotio vincerentur, et celeriter subigerentur, XL, 5, 8 sqq. Vincuntur Achæi a Mummio pugna ad Isthmum commissa, III, 32, 3; XL, 14, 4. Ex mandato decem legatorum, Polybius res Achaïæ ordinat, XL, 10. — Achæorum *nescio quis, ad præturam (puto) nominatus*, deprecatur honorem, *fragm. histor.* 1.

Achæi Phthiotæ, liberi renunciantur ex Scto Romanorum, XVIII, 29, 5. Thessalis eos attribuit T. Quintius cum decem legatis, *ib.* 30, 7. *Quibus ex locis intelligitur*, Phthiotas omnes nomine Achæorum designari a Polybio. Gente Achæus dicitur Phaxidas, V, 65, 3 : *idem* Melitæensis perhibetur, V, 63, 11, *quippe ex Melitæa, Phthiotidis oppido*.

Achæus, princeps et auctor gentis Achæorum. Imaginem ejus, e Peloponneso in Acarnaniam a Romanis jam deportatam, a Mummio repetiit et obtinuit Polybius, XL, 8, 10.

Achæus, filius Andromachi, fratris Laodices, quæ uxor fuit Seleuci Callinici, patris Antiochi Magni, IV, 51, 4; VIII, 22, 11. Ejus uxor Laodice, V, 74, 5; VIII, 21, 7; Mithridatis filia, regis Ponti, VIII, 22, 11, soror Laodices, uxoris Antiochi Magni, V, 43, 1 sqq. Seleucum Ceraunum, Callinici filium, trans Taurum comitatus, cædem Seleuci ulciscitur; et sub Antiocho, Seleuci successore, Asiæ cis Taurum præfectus, Attalo quas ille sibi subjecerat Asiæ regiones eripit : mox diadema et regium nomen ipse sibi asciscit, IV, 2, 6; IV, 48; V, 40, 7; 57, 5. Expeditionem adversus Antiochum in Syriam molitur, sed eam ob seditionem in exercitu ortam omittit, et Pi-

sidiam populatus domum redit, V, 57. Sardibus in Lydia sedes habet, V, 57, 4. *Conf.* Sardes. Ab eo auxilia contra Rhodios petunt Byzantii, IV, 48, 1 et 13. Ejus pater Andromachus, Alexandriae captivus, precibus Rhodiorum condonatur, IV, 51. Fictam Achæi epistolam Hermæas Antiocho offert, qua significatur Ptolemæum cum Achæo facere, V, 42, 7 sq. Nuncios ad hunc mittit Antiochus, accusans eum et fidem ejus obtestans, V, 57, 1 sq. Haud dubie cum Ptolemæo Philopatore consilia communicat Achæus, V, 66, 3, intercedentibus Nicomacho et Melancoma Rhodiis, VIII, 17, 9 sq. Eum fœdere cum Antiocho comprehensum vult Ptolemæus, V, 68, 12. Pedlenissensibus, Pisidiam incolentibus, Garsyeridem cum exercitu auxilio mittit adversus Selgenses, V, 72 sq.; deinde ipse Selgam venit, proditione Logbasis capturus urbem, sed spe frustratus pacem cum Selgensibus facit, 74-76; interim Milyadem et majorem Pamphyliæ partem sibi subjicit, 77, 1. At dum ad Selgas hæret, Attalus ei Æolidem et Mysiam eripit, 77, 2 sqq. Ab Achæo timet Antiochus post pugnam ad Raphiam, V, 87, 2. Sardibus eum obsidet Antiochus et urbem capit, VII, 15. sqq. Arcem Achæus tenens, V, 17, 4, per Bolidem, a Sosibio ad se liberandum missum, proditur Antiocho, VI, 17 sqq.; et præter opinionem captus, c. 22, supplicio ab eo afficitur, c. 23.

Achaia, occupatur a Tisameno, II, 41, 4. Achæiæ civitates XII, primum fœderatæ, II, 41, 6. *Confer* Achæi.

Achelous amnis, Acarnaniam ab Ætolia determinans, Stratum urbem præterfluit, IV, 63, 7 et 11, *coll.* 64, 1; V, 13, 10. *Conf.* V, 6, 6; 7, 3 et 6.

Achradina, pars urbis Syracusarum: eam classe oppugnat Marcellus, VIII, 6, 1.

Achriana, Hyrcaniæ urbs, X, 31, 14.

Acies. Acies navalis M. Atilii et L. Manlii, quatuor classibus constans, triquetra, rostri figura, I, 26. Acies ad forcipis figuram, ἐν ἐπικριπῶ, I, 27, 4; V, 82, 9; XII, 21, 6. Bifrons Gallorum ad Telamonem, II, 28 seq. Hannibalis et Romanorum ad Trebiam, III, 72. Lunata, ὑποεὐθεῖς, III, 113, 8. *Conf.* Pugna. Equitum acies qua altitudine instruitur ad pugnam, XXII, 18, 3. Quot equites in acie capiat stadium, XII, 19, 9; quot pedites, XII, 20 sqq. Aciei instruendæ ratio usitata apud Romanos, paululum immutata a Scipione in pugna cum Hannibale, XV, 9, 7 sqq. Romanæ aciei comparatio cum phalange Macedonica, XVIII, 11 sqq.

Acilius. Manius Acilius Glabrio consul, capta Heraclea, Ætolos in fidem recipit, non intelligentes quid hoc esset fidei Romanorum se permittere, XX, 9 sqq. Vincit Antiochum ad Thermopylas, XX, 8 *fine*. Amphissum obsidet, ubi successor ei venit L. Scipio, XXI, 2; provincia decedit, XXI, 3, 13.

Acræ, Ætolia oppidum, V, 13, 8.

Acriæ, oppidum Laconia, V, 19, 8.

Acrocorinthus quum præsidio Antigoni Gonatæ teneretur, proditione capitur ab Arato, II, 43, 4; 45, 3; IV, 8, 4. Antigono *Dosoni* in pignus societatis et amicitia offertur ab eodem et ab illo accipitur, II, 51, 6 et c. 52. Spatium inter Acr. et Oneos montes fossa et vallo munit Cleomenes, II, 52, 5. Acr. et Ithomatham servare suadet Philippo Demetrius Pharius, VII, 11, 3. Post bellum Philippicum illud præsidio tenent Romani, XVIII, 28, 42. *Conf.* Corinthus.

Acte vel Acta, orientalis ora Peloponnesi, V, 91, 8.

Actium, fanum Acarnanum (*ad verbum*, Templum Littorale); ibi angustissimus est sinus Ambracicus, IV, 63, 4.

Acusilochus, Asiæ dynasta, fœdere Eumenis cum Pharnace comprehensus, XXVI, 6, 12.

Adæus, præfectus Bubasti urbis, XV, 27, 6.

Adæus, Berœensis Macedo, Persei legatus ad Gentium, XXVIII, 8.

Addua. Vide Adua.

Adherbal (Ἀδράβαζ), dux Carthaginiensium, præfectus urbis Drepanorum, I, 46, 1; 49, 4, pugna navali ad Drepana vincit P. Claudium, et classem ejus disperdit, I, 49-52. Ejus trierarchus et præcipuus amicus Hannibal, Amilcaris filius, I, 44, 1, et collega Carthalo, ejus tamen imperio subjectus, I, 53, 1.

Adiganes, magistratum nomen apud Seleucienses ad Tigrim, V, 54, 10.

Adimantus, ephorus Lacedæmon., Philippo favens adversus Ætolos, per seditionem occiditur, IV, 22; deinde falso accusatur apud Philippum ut auctor tumultus, 23, 5 et 8.

Adis vel Adin, Adys vel Adyn, urbs non poenitenda Africae, capta a Regulo, I, 30, 5.

Admetus, a Philippo necatus, XXIV, 8, 9.

Adrene vel Adrane, oppidum Thraciæ, XIII, 10, 6.

Adrianus ager. Vide Hadrianus.

Adriaticum mare, vel Adrias, I, 2, 4; II, 16, 4; 17, 5; III, 86, 8 sq.; 87, 1; 88, 1. Adriaticus sinus, II, 14, 4 et 11; 16, 7 (ubi plur.). Intimus Adriatici sinus recessus, II, 14, 6; 16, 7; III, 47, 4; XXXIV, 6, 10. Ad introitum sinus Adriatici (*scil. e Ionio mari navigantibus*) ad dextram est Oricus, oppidum Epiri, VII, 19, 2.

Adrumetum, urbs Africae (*metropolis Byzaceniæ*, Ἀδρούμης), XV, 5, 3. Ibi castra habet Hannibal, ex Italia reversus, *ibid.* Eodem post pugnam ad Zamam fuga se recipit, XV, 15, 3.

Adua vel Addua, fluv. superioris Italiae, seu Gallia Cisalpinae, exit e lacu Lario, XXXIV, 10, 21. Qua Adua in Padum influit, consules intrant in Insubrium fines, II, 32, 2.

Æacidae bello gaudent veluti epulis, juxta Hesiodum, V, 2, 6.

Æacæ, oppidum Italiae, in Apuliæ et Samnii confinibus. III, 88, 9.

Ædilis. In Ædiliū ærario Romæ servantur tabulae æneæ fœderum, in Jovis Capitolini templo, III, 26, 1. Ædilis creatur Scipio Afric. major simul cum fratre, X, 4 seq. Ædilitas maximus honos qui juveni patricio Romæ confertur, X, 4, 1.

Ædui (Ἀἰδύες) fortasse legendum pro Ἀρδυες, III, 47, 3.

Ægæ, oppidum Æolidis; cujus cives, Ægeenses, quum prius Achæo se tradidissent, tradunt se Attalo, V, 77, 4. Damna eis illata sarcire tenetur Prusias, XXXIII, 11, 8.

Ægeum mare, XVI, 34, 1.

Ægates. Vide Egusa.

Ægeaten, Ἀγέατην, mendose (ut videtur) mss̄ti vocant Telecleum, quod in Τεγέατην mutarunt editores, XXXIII, 1, 3.

Ægesta, oppidum Siciliae; obsidione liberatur a C. Duilio, I, 24, 2. Cives Ægestani, *ibid.*

Ægienses; Vide Ægium.

Ægina insula, a Romanis occupata, IX, 42 a.

Æginetæ captivi, de redemptione Publium rogantes male primum habiti, mox in gratiam veniunt, IX, 42 a. A P. Sulpicio in servitum redacti sunt, et ab Ætolis Attalo venditi, pretio 30 talentorum, XXIII, 8, 9, sqq.; XI, 6, 8. Ægineta Casander, XXIII, 8, 9.

Ægira, urbs Achaiae, ex XII primis fœderatis, II, 41, 8, sita ad sinum Corinthiacum, inter Ægium et Sicyonem, IV, 57, 5 sq. Per proditionem capta ab Ætolis, servatur virtute civium, et plurima pars Ætolorum occiditur, IV, 57 seq.

*Ægina*, oppidum ad mare in finibus Oxybiorum Ligurum, XXXIII, 7, 2, vi capitur a Romanis, 8, 2.

*Ægium*, urbs Achaiae, ex XII primis olim fœderatis, II, 41, 8. *Ægienses* mox eis civitatibus se adjunxerunt quæ fœdus instaurarunt, ejecto præsidio Macedonico, II, 42, 13 sq. *Ægii* conventum agunt Achæi appetente hieme; eodem venit Antigonus Doson, II, 54, 3; et rursus anno sequenti, *ib.* § 13. *Add.* IV, 7, 1; 26, 7 sq.; 82, 7; XVI, 27, 4; et XXVIII, 3, 10. *Conf.* Achæi. Ex lege semper *Ægii* agi conventus Achæorum debuit; sed Aratorum causa Sicyonem transtulit eum Philippus, V, 1, 6 sqq. Tridui itinere abest a Megalopoli, II, 55, 1. Inter *Ægium* et Sicyonem est *Ægira*, IV, 57, 5. Naves suas *Ægium* mittit Philippus, V, 101, 4; et ipse eo cum exercitu venit, 102, 5.

*Ægos flumen*; pugna navalis ibi facta, I, 6, 1; in qua Lacedæmonii ab Hermocrate Siculo adjuti, XII, 25 p. 6.

*Ægosages vel Ægosagæ*, in Asiam invitati ab Attalo, cum eo *Eolidem* et Mysiam Achæo eripiunt; dein eis sedes assignantur ad Hellespontum, V, 77 seq; effuse depopulantur urbes ad Hellespontum; hinc Troade ejecti ab Alexandrensibus, Abydenorum fines infestantes, deleti sunt a Prusia, V, 111. *Conf.* Tectosages et Rigosages.

*Ægosthenense vinum dulce*, VI, 2, 4. 'Ο Αἰγασθένειος, *Fragm. Hist.* 2.

*Ægusa vel Ægusa insula*, ante Lilybæum sita, una ex *Ægati*bus, I, 60, 4: ad eam pugna committitur navalis inter C. Lutatium et Hannonem, qua 50 naves Punicæ demersæ sunt, 70 captæ, I, 60 seq. Sed *Ægusæ vel Ægusæ* insulæ, inter Lilybæum et Africam sitæ, eadem quæ *Ægates*, I, 44, 2.

*Ægyptus et Ægyptii*. Vide Ptolemæi, *Ægypti reges*. — *Ægyptiacas* res ante Olymp. CXL gestas multi scripsere; quare nil opus fuit ut altius eas repeteret Polybius, II, 37, 6. Res *Ægyptiacas* plurimum annorum simul uno libro XIV complexus est, XIV, 12. *Ægypti* turbæ sub finem regni Ptolemæi Philopatoris, III, 2, 8. *Conf.* XIV, 12. Optimates rebelles domiti sub Ptolemæo Epiphane XXIII, 16. *Ægypto* manus injicit Philippus, III, 2, 8, si ibi vera *vulgaris scriptura*. *Ægypti* reges tenebant etiam Cœlesyriam et Cyprum, tum et opportunissima loca per omnem Asiæ oram a Pamphylia ad Hellespontum, item Lysimachiam, Anum et Maroneam, aliasque Thraciæ urbes, V, 34, 7 sq.; et Ptolemæus etiamnum Philopator multas Sami naves habuit, et magnum militum numerum aluit Ephesi, V, 35, 11. *Ægyptii*, victoria ad Raphiam inflati, arma capiunt contra Ptolemæum Philopat., V, 107, 1 sqq.; III, 2, 4; XIV, 12, 4. Ex *Ægypto* Romani frumentum petunt in annonæ inopia bello Hanniblico, IX, 44. Ea potitur Antiochus Epiphanes, excepta Alexandria, XXVIII, 16, 1; XXIX, 1, 1. Eam Ptolemæis servavit Romani, exire jussu per Popillium Antiocho Epiph., XXIX, 11, 11. *Ægyptii* in ira crudelissimi, XV, 33, 10.

*Ægys, oppidum Laconiae, in Arcadiæ confinibus*. Hinc *Ægyptiacus* ager, ἡ Αἰγυπτος χώρα, II, 54, 3.

*Æmilia*, soror L. *Æmilii*, patris naturalis Scipionis minoris, uxor Africani majoris, avi adoptivi Scipionis minoris, XXXII, 12: ejus hæres Scipio minor pretiosum apparatus, quem moriens illa ei reliquerat, donat matri suæ, repudiata a L. *Æmilio*, *ibid.*

L. *Æmilius Papus*, Cos. Ariminum mittitur ad prohibendos Gallos, II, 23, 5. Ariminum in Etruriam properat ad succurrendum Romanis, qui a Gallis ibi premebantur, II, 26. Duplici acie cædit Gallos, cum collega e Sardinia redeunte, 27-31.

L. *Æmilius Paulus* Cos. mittitur in Illyricum, adversus

Demetrium Pharium rebellem, III, 16, 7; IV, 37, 4. Bellum ibi fortiter gerit, III, 107, 8; Dimalum et Pharium urbes vi capit, et, victo fugatoque Demetrio, Illyricum omne, quod sub Demetrio fuerat, recipit, III, 18 seq., IV, 66, 8. Ex Illyrico triumphat, III, 19, 12 sq.; IV, 66, 8. Consul iterum cum C. Terentio, III, 106, 1; V, 108, 10; omnium animos et spem in se convertit, III, 107, 8; 108, 1; hortatur milites, 108 seq.; pugnandi consilium non probat, nec tamen impedire potest, 110; alternis diebus cum C. Terentio imperium habet, 110, 4; pugnam oblatam ab Hannibale detrectat, 112; dextrum cornu tenet in pugna Cannensi, 114, 6; fortissime pugnans cadit, optimus civis, 116.

L. *Æmilius Paulus, superioris filius*. Ejus concio ad populum Romanum de bello Macedonico, XXIX, 1 a sqq. Ante ejus expeditionem adversus Perseum nil bello in Macedonia proficiebant Romani, XXIX, 1 d. 3. Consul Perseum acie vincit, XXIX, 6; XVIII, 18, 4. Stupet Macedonicam phalangem, XXIX, 6, 11 sq. Ejus concio coram Perseo captivo, XXIX, 8 b. sq. Hibernat in Macedonia, XXIX, 8, 11. Ad Cibratas scribit de Polyarato Romam mittendo, XXX, 9, 18. Civitates Græciæ obit, XXX, 15. Quas elaborandas Perseus curaverat columnas, suas iis statuas imponit, *ibid.* 1 sq. Ludos celebrat in Macedonia, XXXI, 3, 1. Septuaginta oppida Epiri evertit, XXX, 15, 5 sq. Vir abstinentissimus, XVIII, 18, 4 sqq.; XXXII, 8. Moritur, XXXII, 8, 1; 14, 1. Ejus duo filii naturales, Fabius et Scipio, XVIII, 18, 6; XXXII, 14.

Lucius *Æmilius Regillus*, classis Romanæ præfectus bello Antiochico, XXI, 6, 1; 8, 3 sqq. Pugna navali ad *Myonæsum* vincit Antiochum, 9, 13, 10, 1; XXII, 7, 16. Triumphans Romam redit, XXII, 7, 17.

M. *Æmilius Paulus*, Cos. Cum Ser. Fulvio, capit CIX navales Pœnorum, I, 36; classem Rom. infando naufragio amittit, 37.

M. *Æmilius* Lepidus. Eo consule, Romani agrum Picenum, Gallis Senonibus ademtum, dividunt colonis, II, 21, 7.

M. *Æmilius* Lepidus, minimus natu e legatis ad reges Antiochum et Ptolemæum missis, ad Abydum urbem expulstat cum Philippo, et ab eo ut juvenis ridetur, XVI, 34. Consul, deinde Pontifex Maximus, XXIII, 1, 2; idemque princeps senatus, XXXII, 22, 5. Ejus consilia sequitur legatus Ptolemæi, XXVIII, 1, 8. Charopem Epirotam Romæ domo sua prohibet, XXXII, 22, 5.

*Æmus sive Hæmus*, mons Thraciæ; magnitudine et altitudine inferior Alpibus, XXXIV, 10, 15. Ex eo utrumque mare, Adriaticum et Pontum Euxinum, conspici posse, ait Polybius, negat Strabo, XXXIV, 12, 1 sq.

*Ænæ (sive Anææ)* fanum, Ecbatanæ, auro et argento abundans, X, 27, 12 sq.

*Æneas Tacticus*, scripsit commentarios περί τῶν Στρατηγικῶν, id est, de Officio Imperatoris, X, 44, 1. Ejus ratio signa dandi per faces, emendata a Polybio, X, 44 sq.

*Ænian (s. Ænianum)* sinus, idem qui Maliacus, inter *Locros* *Epicnemidos* et *Thessaliam*, X, 42, 5.

*Ænus*, urbs maritima Thraciæ. *Conf.* Maronea. Ora Thraciæ, ubi sunt hæ urbes, in regum *Ægypti* erat potestate, V, 34, 8. *Conf.* Lysimachia. — *Ænii*, inter se dissident, alii ad Eumenem, alii ad Macedonas inclinantes, XXIII, 6, 7; 13, 9. Exsulæ *Æni* et Maronæ apud senatum Rom. queruntur de Philippo, XXIII, 11, 2. Ex iisdem urbes præsidia deducere jubet Philippus, XXIII, 11, 4. Easdem a senatu Rom. dono sibi petit Attalus, XXX, 3, 3; promittit senatus, 3, 5. Sed mox revocato promissæ liberas eas declarat, 3, 7.

*Æolia*. s. *Æolis*. *Æoliae* urbes Achaëo eripit Attalus, V, 77, 2; eadem dein occupavit Antiochus Magnus, XXI, 10, 4.

*Æolice* insulae, vide *Liparae*, I, 25, 4.

*Æolus*, cur ventorum promiscundus rexque ventorum fictus ab Homero, XXXIV, 2, 4 sqq. et II, 15-20.

*Æpium* s. *Æpius*, oppidum Triphyliae, IV, 77, 9, in dedicationem accipitur a Philippo, IV, 80, 13.

*Ærarium* Romanum in potestate est senatus, VI, 13, 1. In ædiliū ærario, in Jovis Capitolini templo, conservantur æneae tabulae fœderum, III, 26, 1.

*Ærenosii*, populus Hispaniæ citerioris, subacti ab Hannibale, III, 35, 2.

*Æschvion*, Acarnan, Romanis favens, XXVIII, 5, 1.

*Æsculapii* fanum, prope Agrigentum, I, 18, 2; Ambraciae, XXII, 10, 2; Carthagine Nova, X, 10, 8; Pergami, XXXII, 25, 1. *Æsculapii* statua, Phryomachii opus, rapta a Prusia, XXXII, 25, 4.

*Æthale*, insula Etruscorum, XXXIV, 11, 4.

*Æthalea* : Sic vocatur Lemnus insula, *ibid.*

*Æthiopia* : Circa eam sese contingunt Asia et Africa, III, 38, 1. Utrum a meridie ejus continens sit terra, an mari ea ambiatur, nemo affirmare potest, *ibid.* — *Æthiopes* Daratitæ, XXXIV, *Æthiopes* Perorsi. *ibid.*

*Ætna*. Post eam, maximus Siciliæ mons Eryx est, I, 55, 7.

*Ætoli*, et *Ætolia*. Medionem urbem Illyridis oppugnant; et jam de titulo manubiarum inter se litigantes, II, 2; ab Agrone, rege Illyriorum, magna clade afficiuntur, II, 3 sqq. Gens superbia ferox, II, 3, 3; 4, 6; cui innata est improbitas et prava cupiditas, II, 45, 1; 49, 3. Nec pacis nec belli jura norunt, IV, 67, 4; nil turpe putant, dummodo quastus adsit, II, 46, 3; IX, 38, 6 : assueti ex raptō vivere et ferinam quamdam agere vitam, IV, 3, 1. Eorumdem avaritiam odit T. Quintius, XVIII, 17, 1. Succurrunt Epirotis adversus Illyrios, II, 6; eis adversantur Acarnanes et Epirotæ, fœdere icto cum Illyriis, 6, 9 sq. Cum Achaïs suppetias veniunt Coryræis, obsessis ab Illyriis, II, 9 seq. Iis et Achaïs Romani per legatos renunciant victoriam suam de Illyriis et pacem eis datam, II, 12, 4 sq. Cupiditati eorum se opponit Aratus, II, 43, 9. Cum iis fœdus jungunt Achaï, eosque jurant in bello adversus Demetrium, Philippi patrem, II, 44, 1; 46, 1. Invidia accessionum tacti, quibus creverat resp. Achaëorum, cum Antigono Philippi tutore et cum Cleomene societatem contrahere adversus Achaëos student; sed consilia eorum pervertit Aratus, II, 45 seq. Antea cum Alexandro, Epiri rege, pactum fecerant de dividenda Acarnania, II, 45, 1, IX, 34, 7; et cum Antigono Gonata, de dissolvenda rep. Achaëorum, II, 45, 1; IX, 34, 6, 38, 9. Quum Antigoni Dasonis metu quieti fuissent, spreta Philippi pueritia, prætextum quæsiere rebus Peloponnesi se immiscendi, IV, 2. *Hinc* Bellum Ætolorum et Lacedæmoniorum cum Achaïs et Philippo, Bellum Sociale, III, 2, 3; IV, 3-27; 57-*fin.*; V, 1-30; 91-103. Ætolici impetus et avaritiæ plenus juvenis Dorimachus, IV, 3, 5. Ætoli pirate, e Messenia prædam agentes, Phigaliæ morantur, quæ socia erat et in potestate Ætolorum, IV, 3, 8; 79, 6 sq. Eorum prætor Aristō, *ubi vide*. Eos ad bellum Messeniis inferendum hortatur Dorimachus, IV, 5. Socios et amicos habent Eleos, IV, 5, 4. Duce Scopa, Messeniam incursant, IV, 6. Magis habiles ad viritum pugnandum extra aciem, quam in acie, IV, 8, 10. Ad Caphyas prælio vincunt Achaëos, IV, 12. Astutum et absurdum decretum faciunt adversus Achaëos, IV, 15, 8. sqq. Insolenter ridet eos qui de eorum injuriis queruntur, 16, 4. Cum iis clam societatem ineunt Lacedæmonii, 16, 5.

Denuo, cum Illyriis, in Achaïam irrumpunt, IV, 16, 11, et Cynatham proditione capiunt, IV, 18, et comburant, 19, 6. Dianæ fanum Lusis spoliunt, 18, 9 sqq.; 19, 4. Inde per Rhium domum abeunt, frustra eos persequente Demetrio Phario, 19, 6 sqq. Querelæ sociorum de Ætolorum injuriis, IV, 25. Fit decretum de bello inferendo Ætolis, *ibid.* Potestatem templi Delpici, Amphictyonibus ademptam, sibi solis vindicaverant, 25, 8. Laconicam etiam populati erant, ducibus Charixeno et Timæo, IV, 34, 9. *Conf.* IX, 34, 9. Eorum prætor Scopas, IV, 27, creatus pro more comitiis autumnalibus, IV, 37, 2. Ex fœderis lege, mille milites auxilio mittunt Cnoissii Cretensibus, IV, 53, 8. Vicissim mille Cretenses accipiunt a Cnoissii, 55, 4. Per Epirum in Ætoliam intrat Philippus et plura oppida capit, IV, 61 seqq. Interim Ætoli, duce Scopa, Macedoniam devastant, et Dium diruunt cremantque, 62; dein, prætorē Dorimacho, Epirum devastant, et templum Dodonæum cremant, 67; socios non minus quam hostes spoliunt, 79, 3. In Ætoliam denuo expeditionem suscipit Philippus, et Thermum devastat, ubi conventum agere Ætoli consueverant, V, 6 sqq. Per Rhodiorum et Chiorum legatos Philippum sociosque Rhium ad colloquium invitāt, sed ipsi ad diem non adsumt, V, 28 seq. Agetas prætor Acarnaniam et Epirum incursat, etc? V, 91, 1, et c. 96. Naupactum congregati, pacem faciunt cum Philippo sociisque, et finis imponitur Bello Sociali, V, 103-105. In Ætoliam profugit Lycurgus, rex Spartæ, V, 29, 8 sq. Ætolis intercedentibus, Ptolemæus Philopator Antiochum legationibus differt, V, 63, 5; 91, 1. Lacedæmonios ad suas et Romanorum partes trahere student contra Philippum, IX, 28 sqq. Soli olim contra Antipatrum oculos attollere ausi erant; soli restiterant Brenno, IX, 30, 3. Cum Romanis et Attalo arma sociant contra Philippum et Achaëos, IX, 30, 7 sqq. X, 41, 1. Ejus societatis conditiones, IX, 39, 3; XI, 6, 2 sqq.; XVIII, 21, 7. In ea se primos periculis obijci queruntur, Romanos in subsidiis stare, X, 23. Legatus Rhodiorum in plurium legatorum congressu (*Jorsan in Achaëorum conventu*), gravi oratione eos hortatur; ut bello adversus Philippum et Græcos assistant, et Romanorum societati renuncient, XI, 5-7. Assiduitate belli et luxu obarati, pace facta cum Philippo et Achaïs, Dorimachum et Scopam nominant ad novas leges et novas tabulas conficiendas, XIII, 1; *Fragm. hist.* 68. De pace cum Philippo facta *vide ibid.* et XV, 23, 8; XVII, 1, 14. XVIII, 21, 8. Lysimachenses, Calchedonios, Cianos, eorum socios Philippus post illam pacem ab hac societate abstraxit et sibi adjunxit, Cianos etiam in servitutem redegit, XV, 23, 7 sqq.; XVII, 3, 11 sqq.; 4, 7. Naupacti cum iis de bello adversus Philippum redintegrando agunt legati Romanorum, XVI, 27, 4. Eorum prætor Phœneas interest colloquio Philippi cum T. Quintio, XVII, 1, 4; 3, 1. Ætolicam et theatralem orationem ibi habet Alexander Isius Ætolus, XVII, 4, 1. Ætolorum mos lege sancitus, spoliū de spolio capiendi; qui Ætoliam prius ex Ætolia erant sublaturi, quam illam legem abrogaturi, XVII, 4, 8; 5, 1 sq. Plerosque eorum non esse græcos, contendit Philippus, XVII, 5, 8. Victi Philippo, non expectatis Romanis, castra ejus spoliunt, XVIII, 10, 4. Eorum avaritiam, dominandū libidinem, et jactantiam odit T. Quintius; ipsi Quintium a Philippo corruptum suspicantur, XVIII, 17. Philippum prorsus regno ejectum volunt et oppida sibi petunt, quæ eis negat Quintius, XVIII, 19, 5 sqq.; 20, 11 sqq. Inde semina belli Romanorum Ætolici et Antiochici, 22, 1 sq. Prætor eorum Alexamenus, XVIII, 26, 11. Carpunt senatusconsultum de pace Philippo data, XVIII, 28. In conventu Thermico cum iis agit Cn. Cornelius, unus e decem le-

gatis T. Quintio adjunctis, XVII, 31, 5 sqq. Iræ suæ indulgentes, Antiochum advocant adversus Romanos et Achæos, III, 3, 3. Per Apocletos suos deliberant cum Antiocho, XX, 1, 1. *Conf.* Apocleti. Bellum eorum cum Romanis infelix, III, 3, 6. Capta a M. Acilio Heraclea, fidei Romanorum se permittunt, XX, 9. Consule durius cum eis agente, bellum continuant, 10; legatos Romam mittunt, quibus anceps responsum dat senatus, XXI, 1, 3 sqq. Pro ipsis apud Scipiones intercedunt Athenienses, et iudicium sex mensium impetrant, XXI, 2 seq. et 6, 2. Quom non convenisset pax, mittitur adversus eos M. Fulvius consul; interim illi Amphilochem, Aperantiam et Dolopiam recipiunt, a Philippo præreptas, XXII, 8. Capta Ambracia urbe, pacem iis dat Fulvius, XXII, 9-13: quæ, intercedentibus Atheniensibus, Romæ confirmatur, 14. Formula fœderis, 15. Ad eos legati mittuntur, belli Persici causa, C. Popillius et Cn. Octavius, XXVIII, 3, 2; 4, 1 sqq. In Ætolia, post bellum Persicum, civilium cædium omnia plena, XXX, 14. Tranquillitas restituitur, mortuo Lycisco, XXXII, 20 a et 1 sqq., 21, 1.

Afri, Αἰῶνες, Afri et Numidæ, semel victi, bidui aut tridui viam solent recedere, I, 74, 7. Afros Romano more armat Hannibal, III, 87, 3; 114, 1. Macedonico more armati, in exercitu Ptolemæi Philopat., V, 65, 8.

Africa, ἡ Ἀῶνη. Eo primum trajiciunt Romani, Regulo et Manlio Coss., I, 29. Primi eorum ibi in Africa successus, tum clades, 29-34. Africæ populi, Pœnis subjecti, ab eisdem deficient, et cum rebellibus mercenariis faciunt, I, 70, 9. Durissime tractati a Pœnis tempore belli Siculi, I, 72. Inde in Hispaniam, et ex Hispania eodem milites mutui præsidii causa trajecit Hannibal, III, 33, 8 sqq. Res Africæ et Italiæ rebus Græcorum misceri coepit, V, 104, 4. — Una est e tribus terræ partibus, inter Nilum et Columnas Herculis, III, 37, 2 et 5. In Æthiopia contingunt se Asia et Africa, III, 38, 1. Longitudo ditionis Pœnorum in Africa, III, 39, 2 sqq. Ejus fertile solum, XII, 3 sqq.: quamquam omnem arenosam, siccam et sterilem putaverat Timæus, *ibid.* Animantium ibi cum domesticarum, tum ferarum copia, XII, 3, 3 sqq. Totius longitudo XXXIV, *in fine fragm. lat. Alia de Africæ geographia, ibid.*

Africanus junior, XXXV, 4, 7. *Vide* Cornelius Scipio.

Africum Bellum, I, 70, 7. *Vide* Mercenariorum bellum cum Pœnis.

Africus ventus, λιβ, X, 10, 1.

Agathagetus, Rhodius, suadet civibus, ut jam inde ab initio belli Persici Romanis se adjungant, XXVII, 6, 3; XXVIII, 2, 3.

Agatharchus, unus e filiis Agathoclis, Syracusarum regis, interfectus (ut ferebatur) ab avo Hippocratis et Epicydis, VII, 2, 4.

Agatharchus, legatus Hieronymi regis, Carthaginem missus, VII, 4, 1.

Agathoclea, meretrix, in potestate habuit Ptolemæum Philopatorem, XIV, 11, 5; 12, 3; soror Agathoclis, exosa Alexandrinis post mortem Philopatoris, XV, 25, 8; 26, 1-3. Macedonibus frustra ubera exserit, quibus puerum regem aluisse se ait, 31, 13; ad supplicium quæritur, 32, 11; nuda cum sororibus et cognatis adducitur, et a populo discerpitur, 33, 7 sqq.

Agathocleæ nomen Aristomenes filiz suæ dedit, XV, 31, 9.

Agathocles, e figulo rex Syracusarum, XII, 15, 6; XV, 35, 2. Ejus mercenarii, origine Campani, vi potiuntur Messana urbe, I, 7. Africæ partem sibi subjicere est conatus, XV, 35, 6. Ejus temporibus in fide Pœnorum manserat Utica, I, 82, 8. Acerba maledictio eum persequitur Timæus, contra cujus calumnias eum defendit Polybius,

VIII, 12, 12; XII, 15. Siciliæ tyrannus, initio regni sævissimus, dein clementissimus, IX, 23, 2; iudice Scipione, in administratione rerum solertissimus, et cum judicio audacissimus, XV, 35, 6. Ejus filius Agatharchus: *vide suo loco.*

Agathocles, Cenanthes filius, amicus Ptolemæi Philopatoris, XIV, 11, 1; cum Sosibio præest administrationi rerum, V, 63, 1; XV, 34, 5 sq. Ejus consilio Antiochus M. in Cœlesyria legationibus differtur interim dum bellum parant Ægyptii, V, 63, 2 sqq. Dinonem Dinonis filium interficit, XV, 25 a sq. Falsi nominis tutor Ptolemæi Epiphanis, crapula, lascivia, et insolentia, odium in se et seditionem concitat Ægyptiorum, XV, 25. Frustra Macedonum opem implorat, 26-32; in vincula abductus, confoditur ab amicis ne ab inimicis cruciaretur, 33. Nulla virtute fuerat conspicuus, 34.

Agathynus, Corinthius, Leucade cum navi in portu stans juxta Illyriorum naves, violata fide ab eis capitur, V, 95, 3.

Agathyrna, Siciliæ oppidum, IX, 27, 10 sq.

Agelaus, Naupactius: per eum Scerdilaidas Illyrius societatem facit cum Ætolis, IV, 16, 10. Dorimachus prætor eum et Scopam Eleis suppetias mittit, V, 3, 1. Gravem orationem de pace habet, V, 103 *extr.* et seq.: quæ oratio commovit Philippum et socios, 105, 1 sqq.; 107, 5. Prætor creatur Ætolorum, mox vero ab eisdem reprehenditur ob pacem factam, 107, 5 sq.

Agema Macedonicum, distinguitur a cetratis in exercitu, Philippi, V, 25, 1; a cetratis pariter et a phalange in exercitu Ptolemæi Philopatoris, ubi Agema e tribus fere millibus constabat, V, 65, 1 sqq.; 84, 4. Validissimum habebatur equitum corpus, XXXI, 3, 8.

Agepolis, Rhodiorum legatus ad Q. Marcium Philippum cos. et ad C. Marcium Figulum, classis præfectum, XXVIII, 14, 6; 15, 1 sqq. Romam legatus, XXIX, 4, 4, et c. 7; XXX, 4, 2.

Ager. Flamini lex de dividendis agris, II, 21, 7 sq. Apud Lacedæmonios æquali modo inter cives distributus, VI, 45, 3; 48, 3: non item apud Cretenses, 46, 1.

Agasander, s. Agasarchus, Megalopolitanus, pater Ptolemæi, præfecti Ægypti, XVIII, 38, 8.

Agasias, Achæorum legatus in Macedoniam ad gratulandam ducibus Romanis victoriam de Persæo, XXX, 10, 3.

Agasilaus, rex Lacedæmoniorum; ejus in Asiam transitus patefecit ignaviam Persarum, III, 6, 11. Commode Spartæ auxilio venit, quum in eo esset ut caperetur ab Epaminonda, IX, 8, 6. Quæcunque ab eo gesta sunt, contraria erant sociali Græcorum rationi, IX, 23, 7 sq.

Agasilaus alius junior, filius Eudamidæ, pater Hippomedontis, IV, 35, 13.

Agasilochus sive Hegesilochus, Rhodiorum prytanis, monet cives suos, ut cum Romanis spes suas jungant bello Persico, XXVII, 3, 3 sqq. Romam legatus, XXVIII, 2, 1; 14, 5 et 8. Legatus in Macedoniam ad L. Æmiliū cos. et ad Perseum, XXIX, 4, 4.

Agasipolis, Agesipolidis filius, Cleombroti nepos, puer admodum, rex creatur Spartæ post mortem Cleomenis; ei tutor datur Cleomenes, Cleombroti filius, patruus pueri, IV, 35, 10 sqq. Romam legatus missus, capitur a piratis et occiditur, XXIV, 11, 1 sq.

Agesipolis, pater superioris, *ibid.*

Agesipolis, Dymæus, bello captus ab Eleis, V, 17, 4.

Agetas, prætor Ætolorum, V, 91, 1; Acarnaniam et Epirum incursat, V, 96, 1 sq. Phanotensium urbem prodicione capturus, suis artibus luditur, 96, 6.

Agminis Romani ratio, VI, 40. Agminis coactores, οὐραγοί, VI, 24, 2.

**Agones**, populus Gallicus Cisalpinus, II, 15, 8: *nisi legendum Ἐγώνες vel Ἀγώνες. Conf. Agones.*

**Agrai vel Agræi**, populus Ætolicus, non Græcos, XVII, 5, 8. *Conf. Agrianes*, et *Agrii*.

**Agrianes** (*idem qui Agrai vel Agræi*), in exercitu Antigoni Dosonis, II, 65, 2; in Philippi exercitu Antiochi adversus Ptolemæum, V, 79, 6.

**Agrirentum**, urbs Siciliæ; arx et horreum belli Pœnorum, I, 17. Obsidetur a Romanis, *ibid.* et seqq., qui obsidentur ipsi ab Hannone, I, 18 sq. Capitur a Romanis, 19. Pœni urbem quidem præsidio tenuerant, sed cives libertate et legibus suis passi erant frui, II, 7, 7, *coll.* I, 43, 8. Tunc Galli mercenarii Pœnorum, qui eam custodiebant, diripere urbem conati erant, sed eam servavit Alexo, *ibid.* et II, 7, 8. Receptum a Pœnis bello Punico tertio, proditur Romanis: *ea occasione* situs urbis et præstantia *describitur*, IX, 27. Colonia erat Rhodiorum, *ibid.* § 8. Nominis origo, IX, 27. Phalaridis taurum nunquam ibi exsistisse contendit Timæus, XII, 25.

**Agrius** fluvius, IX, 27, 5.

**Agrii**, Ἀγριοί; *idem qui Agrai vel Agræi, si vera lectio*, XXVI, 7, 1: *ubi Σάρδους vel Σαρδόνους fortasse ex Livio scribendum pro vulgato Ἀγρίους.*

**Agrinium**, oppidum Acarnaniæ, V, 7, 7.

**Agron**, rex Illyriorum, Pleurati filius, II, 2, 4; pacta cum Demetrio, Philippi patre, mercede, Medionis ab Ætolis obsessos adjuvat, et magna clade afficit Ætolos, II, 2 seq: inde lætitia elatus, potui et commissationi indulget; unde in pleuritidem incidit, qua brevi tempore abripitur, II, 4. Ei mortuo in regnum succedit vidua Teuta, II, 4, 7.

**Ala**. Alæ sociorum in exercitu Romano, VI, 26, 9. Ala (ὤα) *vel* cohors regia Philippi, X, 42, 6. Amicorum ala; *vide Heteri*.

**Alabandenses**, *cives urbis Alabandæ* in Caria, comæatus præbent Philippo, XVI, 24, 6: tamen eorum agrum diripit Philippus, *ibid.* 8. Orthosiam invadentes, acie vincuntur a Rhodiis, XXX, 5, 15. Alabandensis Menedemus, V, 79, 6.

**Alba**, urbs Italiae. Ibi vitam finivit Philippus, Persei filius, XXXVII, 1 d, 2. Albam usque penetrant Galli cum exercitu, II, 18, 6.

**Albinus**. *Vide Postumius.*

**Alceus** scilicet ridere consueverat Isocratem grammaticum, XXXII, 6, 5.

**Alcamenes**, Lacedæmonius, occisus a factione Ætolica, IV, 22, 11.

**Alcamenes**, Dicei sodalis, prætoris Achæorum, XL, 4, 9.

**Alces** in Alpihus, XXXIV, 10, 8 sq.

**Alcetas**, Bœotorum prætor, XXIII, 2, 13.

**Alcibiadis** consilio, Athenienses, Chrysopolim tenentes, portoria exegerunt a navigantibus in Pontum, IV, 44, 4.

**Alcibiades** Spartanus, e veterum exsulum numero, Romam legatus, ingratus adversus Achæos, XXIII, 4, 8; 11, 7 sq.; 12, 2 sq.; XXIV, 4, 3.

**Alcithus**, Xenophontis filius, legatus Achæorum ad Ptolemæum Philometorem, XXVIII, 10, 9; 16, 3.

**Aletes**, metallorum argenti in Hispania inventor, ut heros ab incolis colitur, X, 10, 11. Tumulus prope Novam Carthaginem ab eo denominatus, *ibid.*

**Alexamenus**, Ætolorum prætor, XVIII, 26, 11 sq.

**Alexander**, Philippi filius, rex Macedoniæ. Usque ad ejus regnum substitit fœdus pristinum Achæorum, II, 41, 6 et 9. Primi successores ejus Seleucus, Ptolemæus et Lysimachus, circa unum idemque tempus omnes e vivis excesserunt, II, 71, 5; *cf.* 41, 2. Ejus trajectio in Asiam non erat causa, sed initium belli contra Persas, III, 6, 14. Philippi patris molitiones in rem suam contulit, XXII,

22 b, 4. Ejus imperium in Asia remotissimas et parum cognitatas olim regiones patefecit itineratoribus, III, 59, 3. Ejus severitatem in Thebanis exercitam (*cf.* V, 10, 6.) non imitatus est Philippus in Lacedæmonios, IV, 23, 8 et c. 24. A Thebanis et Persis pœnas sumens, a templis tamen et locis Diis sacratis abstinuit, V, 10, 6. Ejus merita in Græcos, IX, 34, 1 sqq. Ut de ejus genere prognatus videretur, sollicitè laboravit Philippus Demetrii, V, 10, 10. Ab eo neglecta fuerat Artabazanis dynastia, V, 55, 9. Magna pars gloriæ ejus comitibus ipsius ac ministris debetur, VIII, 12, 7 sqq. Callisthenem assentatorem suum interfecit, XII, 12 c, 2. Ejus pugnam cum Dario in Cilicia pugnatam imperite descripsit Callisthenes, XII, 17-22. Cum Dario in aperto potissimum campo bellum gessit, urbes raro exscidit auf perdidit, XVII, 3, 5.

**Alexander**, Acmeti filius, dux copiarum Antigoni in pugna adv. Cleomenem, Macedonibus chalcaspidibus præfectus, II, 66, 5.

**Alexander alius**, in eadem Antigoni acie equitatu præfectus, II, 66, 7; minus perite rem gerit quam juvenis Philopœmen, 68, 1 sqq. *Hic idem videtur esse atque ille Alexander*, quem satellitio et custodiæ corporis præpositum Philippo reliquit idem Antigonus, Philippi tutor, IV, 87, 8 sq: quem apud Philippum calumniatus est Apelles, 87, 5. Idem a Philippo Thebas mittitur ad persequendum Megaleam, V, 28, 6 sq. Ejus studium et benevolentia in Philippum laudatur, VII, 10, 6.

**Alexander, Ætolus**, per prodicionem in Ægiram urbem irrumpit, IV, 57: in certamine occiditur, 58.

**Alexander, Ætolus**: *vide Alexander Isius*, et *Alex. Trichoniensis*.

**Alexander**, Antigoni pater, legati Persei ad Bœotos, XXVII, 5, 1.

**Alexander**, Attali legatus Romam, XVII, 10, 11.

**Alexander Balas**, qui Antiochi Epiphanis filius perhibebatur, Romam adducitur ab Heracleide, XXXIII, 14, 1. Quamvis manifesta fuerit fraus, impetrat tamen a senatu, ut in Syriæ regnum restitueretur; *sic enim intelligendus locus*, XXXIII, 16, 9, *coll.* § 13.

**Alexander**, Epiri rex. Cum eo societatem jungunt Ætoli de subigenda et dividenda Acarnania, II, 45, 1; IX, 34, 7.

**Alexander**, Isius cognomine, gente Ætolus, cum Phænea interest colloquio T. Quintii cum Philippo, et invectivam habet in Philippum, XVII, 3: quam ille Ætolicam et theatralem dicit, 4, 1. Ab Ætolis legatus mittitur Romam, XVII, 10, 9. Rursus cum Phænea interest colloquio Titi cum sociis de pace Philippo danda, XVIII, 19, 5. sqq. *coll.* 20, 11; 21, 3. Rursus legatus Romam cum Phænea, XXII, 8, 11, senex, 9, 14: sed interceptus ab Epirotis, quam pretium redemptionis, ditissimus licet, solvere nollet, in custodia servatus est, mox vero Romanorum jussu absque pretio liberatus, XXII, 9.

**Alexander**, Molonis frater, Persidi præfectus sub Antiocho Magno, V, 40, 7; cum fratre, Mediæ satrapa, deficit ab Antiocho, V, 41, 1; 43, 5 sq. Victo Molone ab Antiocho, se ipse jugulat, V, 54, 5.

**Alexander Pheræus**, Thessaliæ tyrannus, in vincula conjicit Pelopidam Thebanum, VIII, 1. *Obliterata quædam de eo*, XXXVIII, 1 b, 1.

**Alexander**, Phocidi præfectus a Philippo, decipit Ætolos, Phænotensium arcem se eis traditurum pollicens, V, 66, 4 sqq.

**Alexander Trichoniensis**, dux Ætolorum, carpit extremum agmen Philippi, Thermo regredientis, V, 13, 3. Dorimacho et Scopæ legumlatoribus resistit, XIII, 1 a sqq.

**Alexandri Turris** in Thessalia, XVIII, 10, 2.

**Alexandria Egypti**. Eo fugit, ibique perit Cleomenes, *ubi*



*vide*. Eo Ptolemæus Philopator contrahit milites mercenarios, quos extra Ægyptum aluerat, V, 63, 8 et 10. Ibi viget rationalis medicina, XII, 25 d, 3. Ibi et Carthagine in publicis tumultibus non minus pueruli quam viri tumultuantur, XV, 30, 10. Ea pæne potitur Antiochus Epiphanes, XXVIII, 18, 1; XXIX, 1, 1. Ibi tria genera degunt hominum, XXXIV, 14.

Alexandria Troas, V, 111, 3. Cives ejus urbis liberant Ilienses ab obsidione Gallorum, et Gallos universa Troade ejiciunt, *ibid.* Alexandrenses benigne compellantur ab Attalo, ob servatam fidem, V, 78, 6. Ea se cessurum pollicetur Antiochus Scipionibus, XXI, 10, 3; 11, 2.

Alexis, arcis Apameæ custos; ejus opera utitur Hermeas ad perdendum Epigenem, V, 50, 10 sqq.

Alexo, gente Achæus, militans apud Pænos, sua fide impedit proditorem mercenariorum Agrigenti et Lilybæi, I, 43, 8 sqq. *coll.* II, 7, 7.

Aliphera, urbs olim Arcadiæ et Megalopoli contributa, a Lydiada tyranno Eleis permutando concessa, IV, 77, 10; 78, 1 sqq. Eam oppugnat capitque Philippus, IV, 78, 6 sqq. Alipherenses, IV, 78, 8; 77, 10.

Allobroges, Galliæ populus inter Rhodanum et Alpes, III, 49, 13; infestant Hannibalem Alpes conscendentem, III, 50 seq.

Alorus, urbs Macedoniæ. Alorita Cnopias, V, 63, 12; 65, 7.

Alpes. Earum juga incipiunt a Massilia et locis Sardoo mari superjectis, pertinentque usque ad ultimum Adriatici sinus recessum, II, 14, 6, per 2200 stadia, II, 14, 9; XXXIV, 10, 17. Alpes et Appenninus mons coincidunt supra Massiliam, haud procul a Sardoo mari, II, 14, 8. Hannibalis transitus per eas, III, 47-56. Ante Hannibalem Galli plus semel cum magnis exercitibus eas erant transgressi, III, 48, 6. Nono die ad summa juga pervenit Hannibal, III, 53, 9. Cacumina perpetuis nivibus tecta, 55, 1 et 9. Veluti arx sunt universæ Italiæ, 54, 2. Earum magnitudo et memorabilia, XXXIV, 10, 8 sqq. Quatuor per eas transitus. *ibid.* §. 18.

Alpheus, fluvius Peloponnesi, Hercæam urbem alluit, IV, 78, 2. Pontem in Alpheo ad Hercæam instaurat Philippus, IV, 77, 5. *Memoratur* XII, 4 d, 5. Per decem stadia sub terra occultatur, XVI, 17, 5 sqq. *ubi et alia de ejus cursu.*

Althæa, urbs princeps Olcadum in Hispania, expugnata ab Hannibale, III, 13, 5 sqq.

Amæocritus, prætor Bæolorum, XX, 4, 2.

Amanicæ (Ἀμανίδες) Pylæ, XII, 17, 2.

Ambracia, urbs et regio; Ambracius sinus: *vide in Ambracia.*

Ambracus, IV, 61, 7, et Ambracia, XVII, 10, 10; XXII, 9, 2 et 5; 13, 9: urbs bene munita Ætolorum, olim Pyrrhi regia, XXII, 13, 9. Ejus situs, IV, 61, 7. Ad eam obsidendam Philippum hortantur Epirotæ, qui potiundæ Ambraciæ, *id est* ditionis Ambraciotarum, avidi erant, IV, 61. Urbem capit Philippus, et Epirotis tradit, 63. Eandem oppugnat Fulvius consul, XXII, 9, 1-6. *et c.* 10 seq. Intecedente Amyndandro, Ambraciote urbem Romanis tradunt, XXII, 12. Statuas et tabulas pictas ex urbe aveli curat Fulvius, 13, 9. Ibi exsulant Thurio profugi, XVII, 10, 10. — Ambracii sinus, descriptio, IV, 63, 4 sqq.; V, 6, 13. Per eum ex Epiro in Acarnaniam trajicit Philippus, IV, 63, 4; per eundem redit, 66, 4. In eundem rursus anno sequente invehitur, ex Cephallenia et Leucade veniens, et Limnæam portum petens, V, 5, 12 et 14. Ambraciota Lamius; *vide suo loco.* Ambraciota *ne scio quis, cujus nomen corruptum*, ab Ætolis Romam missus, XXII, 8, 11.

Ambrysus, urbs Phocidis, ab Ætolis tentata, IV, 25, 2.

Amicorum ala; *vide* Hæteri.

Amilcar senior, dux copiarum pedestrium Pænorum in Sicilia, cædit auxiliares Romanorum, dissidentes a Romanis, I, 24. *Idem*, dux classis, ad Tyndaridem minas prospere pugnat, I, 25 *coll.* 27, 6. In pugna navali cum Regulo cornu sinistro præfectus, vincitur fugaturque, I, 27 seq. Revocatur ex Sicilia in Africam adversus Regulum, I, 30. Ejus filius Hannibal, *diversus a Barcæ filio*, I, 44, 1.

Amilcar, cognomine Barca, I, 56, 1, pater Hannibalis, I, 64, 6; II, 1, 6, dux classis Pænorum, agrum Locrorum Bruttiorumque in Italia populatur; inde ad Ercten, inter Erycem montem et Panormum, castra posuit, Romanis imminens, Panormum tenentibus, I, 56. Multis ad Panormum certaminibus cum Romanis per tres annos continuos singulari fortitudine et mira industria defunctus est, 57. Erycem urbem in medio monte sitam occupat, ubi rursus per biennium certavit, 58. Barcam, cujus audacia nil fuit terribilius, Eryce in classem recepturus erat Hanno, ad pugnam navalem cum Lutatio, I, 60, 3 et 8. Hannone, priusquam ad Erycem appellere posset, victo, summa rerum Amilcari traditur; qui pacem petit a Romanis, prudentis ducis officio functus, 62. Dux consilio et virtute omnium suæ ætatis præstantissimus, I, 64, 6. Icto fœdere cum Lutatio et Romanis, reliquiis copiarum Eryce Lilybæum deductis (unde in Africam erant deducendæ), imperium deponit, 66. Ei infensi sunt mercenarii rebelles in Africa, quod ab eo se neglectos putarent, I, 68, 12. Bello cum mercenariis præficitur, idque bellum probabili cum successu gerit, 75-78. Humanitatem ejus, qua in captivos utitur, suspectam faciunt rebelles, 79, 8. Ei collegam Hannonem dant Pæni, orantque ut graviter bellum persequatur, 81. Copias jungit cum Hannone; sed, ob ducum discordiam, nil recte geritur, 82. Hannibalem collegam nanciscitur, et cum eo bene rem gerit, juvante Navara Numida, 82, 12 sqq.; 84 seq. Hannibale ab hostibus victo et in cruceum actum, cum Hannone in gratiam redit, 87; et junctis cum eo viribus finem bello Pænorum Africo imponit, 88. In Hispaniam missus, multis ibi populis imperio Pænorum subjectis, nono anno fortiter pugnans occumbit, II, 1. Ejus in Romanos ira, præcipua causa fuit secundi belli Punici, III, 9, 6 sqq.; 10, 7; 12, 2 sq., quum filium Hannibalem perpetuum odium Romanorum jurare fecisset, III, 12.

Amilcar alius, classi Asdrubalis præfectus in Hispania, III, 95, 2 (*pro quo Livius Himilco*). *Adde* VIII, 3, 8.

Amilcar alius, legatus Pænorum Romam missus initio tertii belli Punici, XXXVI, 3, 8.

Ammonius, Barcæus, dux partis copiarum Ptolemæi Philopatoris, V, 65, 8.

Amorgus, insula maris Ægei, *Fragm. hist.* 7.

Amphaxitis, Macedoniæ regio, V, 97, 4.

Amphictyonibus Ætoli potestatem templi Delphici ademerunt; eosdem in subjiendo potestati eorum templo et in legum instauratione se adiutores recipiunt Achæi eorumque socii, IV, 25, 8. *Memoratur* XL, 6, 6.

Amphidamus (alii Amphidamas), dux Eleorum, a Philippo captus cum suis, IV, 75, 6; Olympiam captivus ductus, sine pretio a Philippo Elidem dimittitur, pollicitus se Eleos ad Philippi partes tracturum, IV, 84, 2-8. Quum destinata perficere non potuisset, Elide elabitur et ad Philippum se confert, ubi Aratos contra Apellis calumnias defendit, 86.

Amphilochi, populus Ætolicus, non Græcus, XVII, 5, 8. Regio Amphilochia recipitur ab Ætolis, XXII, 8, 3 sqq. Argos Amphilochicum; *vide suo loco.*

Amphipolis, urbs Macedoniae. Ibi Cydas Cres cum Chimaro congregitur ad præparandas res Eumenis et Persei, XXIX, 1 c, 1.

Amycæ campus, prope Antiochiam; eum perfluit Orontes, V, 59, 10.

Amyclæ, oppidulum prope Spartam, V, 18, 3. Ejus situs et memorabilia, 19, 1 sq. Castra ibi habet Philippus, V, 20, 12; 23, 7.

Amynder, rex Athamanum. Ei per legatos significant Romani, se Philippum bello petiuros, ni Græcia abstineat, XVI, 27, 4. Cum T. Quintio interest colloquio cum Philippo, XVII, 1, 3. Ingenio est flexilis; Romam legatus mittitur a T. Quintio, XVII, 10, 7. Rursus interest colloquio Quintii cum Philippo, victo ad Cynoscephalas, XVIII, 19, 3 sq. Quintius et decem legati, victo Philippo, ei permiserunt tenere castella, quæ ille belli tempore ademerat Philippo, XVIII, 30, 13. Eum dedi sibi ab Ætolis postulat M. Acilius, cum a Romanis defecisset, XX, 10, 5. Cum Antiocho se junxisset, et a Philippo Athamania esset pulsus, restitutus in regnum per Ætolos, legatos Romam mittit et ad Scipiones in Asiam, culpam deprecans, et Philippum accusans, XXII, 8, 1 sq. Conf. Liv. XXXVIII, 1-3. Hortatu ejus, Ambracienses urbem suam tradunt Romanis, XXII, 12.

Amyneas (Ἀμύνεας, sive potius Ἀμύνης, ut sit nomen decurtatum ex Ἀμύνανδρος, et idem vir qui Amynder alias), rex Athamanum, gener Scerdilaidæ Illyrii, IV, 16, 9.

Amyntas, Philippi pater, II, 48, 2.

Amyricus campus, in Thessalia, V, 99, 5.

Anacleteria (proclamatio et inauguratio solennis Regis, qui hactenus pupillus sub tutoribus fuerat). Ptolemæi Epiphanis, filii Philopatoris, XVIII, 38, 3; Ptolemæi Philometoris, XXVIII, 10, 8: ni ibi minor Ptolemæus (Physcon) intelligendus.

Anææ (sic potius quam Ænæ) fanum Ecbatanæ, X, 27, 12.

Anagnia, Ἀνάγνεια, oppidum Latii, prope viam qua Romam itur ad Circæum montem: eo servulos præmittit Demetrius, XXXI, 21, 6; 22, 2; 23, 2 sq.

Anamareæ, populus Gallicus, Galliæ Cispadanæ, inter Boios et Insubres, haud procul Massilia, ut mendose vulgo legitur pro Placentia, ut videtur, II, 32, 1. Conf. Ananes.

Ananes, populus Gallicus Cispadanus, Boiis ab ortu, II, 17, 7. Idem qui Ἀνάπαρις dicuntur II, 32, 1, et Ἀνδρες II, 34, 5. In eorum finibus erat Clastidium oppidum, II, 34, 5.

Anariacæ. Vide Aniaracæ.

Anas, Hispaniæ fluvius, XXXIV, 9, 12, et in fine, in fragm. lat.

Anaxidamus, Achæus, in exercitu Philopœmenis adversus Machanidam, XI, 18, 1.

Anaxidamus altius, si vera scriptura, amicus Machanidæ, XI, 18, 3, et 5, nisi forte Archidamus ibi legendum.

Anaxidamus, legatus Achæorum. Romam missus ad deprecandum pro exsilibus, XXXI, 6, 1, coll. c. 8. Rursus eodem mittitur, XXXIII, 2. Videtur Megalopolitanus fuisse: XXXIII, 2, 2.

Ancara, oppidum Italiæ, cives Ancaratæ, VIII, 38, 3.

Ancyra, urbs Galatiæ, XXII, 22, 1.

Ancyra, oppidum Illyrici, XXVIII, 8, 11.

Anda, Africæ oppidum, intelligendum XIV, 6, 2.

Andania, oppidum Messeniæ, V, 92, 6: ubi pro ἘνδανῶντιQUE Ἀνδανίων legendum.

Ἀνδοβάνης. Vide Indibilis.

Andosini, si vera lectio, populus Hispaniæ cis Iberum, III, 35, 2.

Andranodorus suadet Hieronymo regi Syracusarum, ut,

relictis Romanis, Hannibalis partibus se adjungat, VII, 2 et 5. Corrige Adranodorus.

Andreas, archiater Ptolemæi Philopatoris, in tentorio regio pro rege occisus, V, 81, 6.

Andres. Vide Ananes.

Androlochus, Eleus, captus a Lyco, proprætore Achæorum, V, 94, 6.

Andromachus, Achæi pater, frater Laodices, uxoris Seleuci Callinici, matris Antiochi magni; captivus Alexandriæ, liberatur deprecantibus Rhodiis, IV, 51; VIII, 22, 11.

Andromachus, Aspendius, hortatur milites Ptolemæi Philopatoris, V, 64, 4; 83, 3. In pugna ad Raphiam fortiter se gerit, 85, 9. Prætor Cœlesyriæ et Phœnicæ relinquitur a Ptolemæo, 87, 6.

Andromachus, Ptolemæi Philometoris legatus Romam, XXXIII, 5, 4.

Andronicus, Attali legatus Romam, XXXII, 26, 2.

Andronidas, cum Callicrate nititur, ne Ptolemæis auxilia mittantur ab Achæis, XXIX, 10, 1. Exosus Achæis sicut Callicrates, XXX, 20. A Metello ad Diaem missus bello Achæico, pacis condiciones Achæis offert, frustra, XL, 4, 1 sqq.; victus abducitur, et nonnisi soluto pretio dimittitur, ibid. et c. 5.

Androsthenes, Cyzicienus, Antiocho M. gazam ex India devehit, XI, 34, 12.

Aneroestus, vel Aneroestes, rex Gæsatorum Gallorum, II, 22, 2; cum præda domum redeundum censet, II, 26, 5 sqq. Prælio victus a Romanis, sibi et necessariis suis manus infert, II, 31, 2.

Anianes. Vide Ananes.

Aniaracæ, populus a septemtrione Mediæ incolens, V, 44, 9. Rectius fortasse Ἀναριάκας, Anariacæ.

L. Anicius, debellatis Illyriis, Gentium in triumpho ducens, ridiculos ludos edit, XXX, 13. In Epiro nobilissimos viros condemnaverat, XXXII, 21, 6. Legatus mittitur in Asiam, ad vindicandam injuriam Attalo a Prusia illatam, XXXIII, 6.

Anien s. Anio fluvius: per eum copias trajicit Hannibal Romam petens, IX, 5, 9. Pontibus rescisis constles hostem per alveum hujus fluvii regredi cogunt, IX, 7, 4.

Animalis ἰδιόμορφου (Alcis) in Alpibus descriptio, XXXIV, 10, 8.

Annales antiqui in domorum parietibus descripti, V, 33, 5. Annona vilis in Gallia Cisalpina, II, 15; in Lusitania, XXXIV, 8, 4 sqq. Annonæ inopia et caritas Romæ, IX, 44.

Annus. Vide Olympias. Annorum 53 res gestas persequitur principalis pars historiæ Polybii, I, 1, 5; III, 9, 4, 2. Annus legitimus capessendi rempubl. apud Achæos, tricesimus, XXIX, 9, 6; conf. XXV, 7, 4.

Antalcidas. Pax Antalcidica, I, 6, 2. Post illam Lacedæmonii edixerunt, se liberas dimittere Græcas civitates, nec tamen Harmostas revocaverunt, IV, 27, 5. Ea pace urbes Græcas (Asiæ) Persis tradiderunt, pro quarum libertate diuicantes vicerant Persas, VI, 49, 5.

Antanor, Eleus, bello captus a Lyco, proprætore Achæorum, V, 94, 6.

Antenor, Persei legatus Rhodom, XXVII, 4 et 11.

Antias populus Latii primo fœdere Romanorum cum Pœnis comprehensus, III, 22, 11; et rursus secundo fœdere, III, 24, 16.

Anticyra, oppidum maritimum Phocidis, ad sinum Corinthiacum: inde T. Quintius, Elatea Phocidis veniens, Corinthum transiit XVIII, 28, 7. Eo ex Epiro navigat A. Hostilius, Thessaliam inde petens, XXVII, 14, 6.

Antigonea, urbs Epiri: per fauces ad eam in Epirum intrat Scerdilaklas Illyricus, II, 5, 6; 6, 6.



- Antigonia solennia, XXVIII, 16, 3; celebrantur Sicyone, XXX, 20, 3.
- Antigonus, Alexandri filius, legatus Persei ad Boeotos, XXVII, 5.
- Antigonus Cocles, primus Syriam et CoeleSyriam obtinuit; quæ, eo devicto, Seleuco cesserunt, V, 67; XXVIII, 17, 7. Cuncti successores Alexandri bellum adversus eum gesserunt, XVII, 3, 5.
- Antigonus *Dodon*, tutor Philippi, Demetrii filii, nomine ejus administrat regnum Macedoniæ, II, 45, 2; XX, 6, 7. Antigonus novissimus, IX, 29, 7. Ejus amicitiam quaerunt Ætoli, ob invidiam adversus Achæos. II, 45; quorum professus inimicus est, ob interceptum ab Arato Acrocorinthum, II, 45, 3. Cum eo clam societatem molitur Aratus ad bellum Cleomenicum, et legatos ad eum mittit duos Megalopolitanos, II, 47-49. Societatem Arato promittit, 50. In Peloponnesum advocatur ab Achæis, eique traditur Acrocorinthus in fidei pignus, 51 seq. In Achæorum conventu dux sociorum nominatur adversus Cleomenem, 54, 3 sq. Ejus auspiciis jurejurando sancitur societas inter Achæos, Epirotas, Phocenses, Macedonas, Boeotos, Acarnanes et Thessalos, IV, 9, 4. Multas Cleomeni urbes eripit, II, 54, 6 sqq. De ejus crudelitate in Mantinenses immerito queritur Phylarchus, II, 56. Macedonibus domum in hiberna dimissis, Argis quiescit, Cleomene interim in Megalopolitanos sævientem et agrum Argivum populante, et querentibus de Antigono Achæis, II, 54 *extr.*, 55 et 64. Ætatis initio in Laconicam ducit exercitum, et prælio ad Sellasiam ad Olympum et Evam colles vincit Cleomenem, II, 65-69; V, 24, 8 sq. Repentina invasione Sparta potitur, Spartanos humaniter tractat, et pristinam remp. eis restituit, (V, 9, 8 sqq.; IX, 36), honoribusque ab Achæis cumulat domum rediit, II, 70; communi pace omnibus Græcis præstita, IV, 3, 8. Illyrios, qui Macedoniam invaserant, prælio vincit: in quo nimia vocis contentione usus, moritur ex rejectione sanguinis, et regnum juveni Philippo relinquit, II, 70. Vivus sapienter et regnum et pupillum Philippum rixerat; moriens, testamento rebus in posterum prudenter providit, IV, 87: industrius, prudens, fidem colens, II, 47, 5; 70, 7. Rei castrensium magnum usum habuit, II, 66; V, 35, 9. In prælio ad Sellasiam Megalopolitanos aeneis clypeis armavit, IV, 69, 5. Dona mittit Rhodiis, terræ motu afflictis, V, 89, 6. Uxor ejus, Chryseis, V, 89, 7. Megalopolitanis Prytanem legumlatorem misit, V, 93, 8. Ejus res adversus Lacedæmonios gestas ipsis in memoriam revocat Chlæneas Ætolus, ut eos a Macedonum amicitia ad Ætolos traheret, IX, 29, 7, sqq. Vicissim humanitatem Antigoni eisdem in memoriam revocat Lyciscus Acarnan, IX, 36. In Asiam profecturus, ad Larymnam cum navibus in sicco hæsit; ubi quum ab hostibus opprimi posset, servatus est benevolentia Neonis Boeoti, XX, 5.
- Antigonus Gonatas, Demetrii *Polioretis* filius, IX, 34, 6, ab Ætolis incitatus, Achæorum concilia dissolvit, II, 43, 9; 45, 2; IX, 34, 6. Civitatibus Achæorum partim præsidia imponit, partim tyrannos præficit, II, 41; 43; 44, 1; IX, 29, 5 sq. Ejus conatibus se opponit Aratus, II, 43, 9.
- Antilibanus. Inter cujus et Libani radices est Marsyas campus, V, 45, 9: in eorumdem confinibus oritur Orontes fluvius, V, 59, 10.
- Antimachus res Persei gerit in colloquio ad Demetriadis mœnia cum Cyda Cretensi, XXIX, 1 c, 1.
- Antinous, Epirota Molossus (XXX, 7, 2), per Charopis calamitas bello Persico cogitur ad Perseum confugere, ne Romam insons abduceretur, XXVII, 13. Molossorum gentem ad Perseum abstraxit; ad extremum fortiter occubuit, XXX, 7, 2 sq. (*Videtur sibi ipse mortem conscivisse: conf.* § 8, et c. 8, 3.)
- Antiochia, ad Orontem, V, 59, 10, princeps urbs Syriæ, ex quo Seleucia in Ptolemæorum venerat potestatem, V, 58, 4 sqq. Sedes Antiochi M., qui ibi Laodicem salutari reginam jubet, et ad bellum se comparat, V, 43, 4. Sedes item Demetrii *Soteris*, XXXII, 4, 1. Eam ex clade ad Raphiam accepta redit Antiochus Magnus, V, 87, 1. Antiochensium agro imminet Coryphæus mons, V, 59, 5.
- Antiochia Mygdoniæ, V, 51, 1.
- Antiochicum bellum, III, 32, 7. Antiochica tempora, XXV, 9, 3. *Vide* Antiochus Magnus.
- Antiochis, soror Antiochi Magni, Xerxi regi Armenorum copulata, VIII, 25, 5.
- Antiochiorum*, Antiochi factio Phocææ in Æolide, XXI, 4, 2.
- Antiochus Epiphanes; *vide post* Antiochus Magnus.
- Antiochus Magnus, frater Seleuci *Cerauni*, filius natu minor Seleuci Callinici; fratri Seleuco succedit in regnum Olymp. 139, II, 70, 4, 6; IV, 2, 7; 48, 10; V, 40, 5 sqq. Regnante fratre, ipse in superiori Asia vitam egerat, V, 40, 5. Adversus Molonem, Mediæ satrapam rebellem, Xenonem et Theodotum Hemolium mittit, V, 41 sq. Nuptias celebrat cum Laodice, Mithridatis filia, V, 43, 1 sqq.; quæ filium ei parit, 55, 4. Propter ætatem totus est in potestate Hermææ, 45, 7. CoeleSyriam invadit, cum Ptolemæo Philopatore de ea contendens, V, 45, 8 sqq.; 46, 1 sqq.; I, 3, 1; II, 71, 9; III, 1, 1; 2, 4; V, 1, 5; sed ad nuncium victoriarum Molonis recedit, V, 46, 5; et ad bellum cum Molone per se gerendum sese comparat, V, 49. Molonem prælio vincit, et omnem rebellionem sopit, V, 53 seq. Seleucienses, sævientem in eos Hermæa, humaniter tractat, 54, 9 sqq. Expeditionem suscipit adversus Artabazanem, 55. Momente Apollophane medico, Hermæam occidi curat, 56. Ab expeditione adversus Molonem suscepta domum redit, 56, 14. Nuncios ad Achæum mittit, defectionem ejus accusans, et fidem ejus obtestans, 57, 1 sqq.; 58, 1. Bellum CoeleSyriacum adversus Ptolemæum Philopatorem instaurat; Seleuciam ad mare oppugnat, et in deditionem accipit, V, 58-61. Fauces ad Gerra et Brochos, tum ad Berytum occupat; et Tyrum ac Ptolemaidem, a Theodoto traditas, accipit, V, 61 sq.; IV, 37, 5. Legationibus Ægyptiorum, dum illi bellum parant, differri se patitur, V, 63 seqq.; et induciis factis cum Ptolemæo, exercitum in hiberna reducit, 66. Per hiemem legationibus agere cum Ptolemæo pergit, *ibid.* et c. seq. Anno insequenti, terra marique bellum inchoat, Nicolaum ex angustiis ad Platanum et Porphyreonem depellit; Philoteriam, Scythopolin, Atabyrium, Abila, Gadara, Rabbatamana capit, et majori parte CoeleSyriæ in potestatem redacta, Ptolemaidem hibernatum concedit, V, 68-71, *coll. c.* 29, 8. Insequeute anno, pugna ad Raphiam victus, pacem a Ptolemæo petit et accipit, tota rursus CoeleSyria et Phœnicia Ptolemæo decedens, V, 79-87. Ad bellum adversus Achæum rebellem se accingit, facta cum Attalo societate, V, 87, 6; 107, 4. Achæum Sardibus oppugnat, VII, 15; et urbe potitur, Lagoræ audacia, 18. Achæum dolo capit et supplicio afficit, arcemque Sardiolum potitur, VIII, 22 sq. Xerxem, Armenorum regulum in Mesopotamia, confirmat in regno, et sororem suam ei in matrimonium dat, VIII, 25. Per Mediam adversus Arsacem in Parthiam ducit exercitum; et inde, superato Labo monte, in Hyrcaniam, X, 27-31. Ex Hyrcania Bactrianam petit, Euthydemum regem acie vincit, et pacem ei dat, X, 48 sq.; XI, 34. In pugna cum Bactrianis imprimis fortiter se gessit, X, 49, 9-14. Inde Indorum fines ingressus, amicitia cum

Sophagaseno rege renovata, per Arachosiam, Drangianam, Carmaniam, victor domum redit, XI, 34, 11 sqq. Expeditionem suscipit in Arabiam Felicem, et Gerraeis libertatem confirmat; inde Seleuciam redit, XIII, 9. Regnante in Aegypto pupillo Ptolemæo Epiphane, cum Philippo conjurat de partiendo Aegypti regno, XV, 21; III, 2, 8. Ex fœderis lege, commeatu Philippo suppeditare tenetur, XVI, 1, 8. Scopæ, Ptolemæi duce, ad Panium victo, potitur Palæstina et Hierosolymis, XVI, 18 seq.; 39, 3 sqq. Gazam obsidet, XVI, 18, 2; et devastat, XVI, 40, 1. Duos ejus filios, utrumque Antiochum nomine, interfuisse pugnae ad Panium statuit Zeno historicus, quum unus tantum fuerit, XVI, 18 seq. (*scil. minor filiorum, qui Epiphanes cognominatus est: major fuit Seleucus, cognomine Philopator; quorum statim hic, dein ille patri in regnum successit.*) Belli Romanorum Antiochici (quod et Asiaticum, III, 3, 2), causa, prætextus, et initium, III, 7, 1-3. Occasionem ei dedit bellum Philippicum et Etolicum, III, 32, 7; XVIII, 22, 2. Cum exercitu Syria egressus, versus Europam tendere videbatur, et suspectus erat Romanis, XVIII, 22, 3; 26, 2; 28, 10 sq. Ejus classem præternavigare se non passuros declarant Rhodii, 24, 11. Ejus legatis, qui Corinthum venerant, mandata dat T. Quintius cum collegis, XVIII, 30, 1-4. Epheso urbi inhiat Anti., 32, 1 sq.; eamque occupat, et inde Aetolis opem pollicetur, XX, 11, 2 coll. c. 10, 16; aliasque Aetolidis et Ioniae urbes occupat, XXI, 10, 4; 11, 2. In Thraciam abit, et Lysimachiae postulata legatorum Romanorum audit, jus suum in Chersonnesum et Thraciae oram defendit; et cum Ptolemæo non solum amicitiam sed et affinitatem se contracturum, ait, XVIII, 32, 3 sq. et c. 33 seq. Ab Aetolis accitus adversus Achæos et Romanos, trajicit in Europam cum decem hominum millibus; sed e Græcia ejectus, et acie victus, cedit omni Asia cis Taurum, III, 3, 3 sq. Demetriadem cum classe appellit, III, 6, 4; 7, 3; consultat cum Aetolis, XX, 1: legatos mittit ad Bæotos, XX, 2. Chalcide legationes excipit Epirotarum et Eleorum, 3. Thebis eum recipiunt Bæotii, 7, 5. Chalcide nuptias celebrat, XX, 8. *Ad Thermopylas vincitur a M. Acilio*; et cum nova nupta ad Ephesum profugit, XX, 8, 5. E toto exercitu nemo præter quingentos qui circa regem erant, effugit, ibid. 8, 6. Antiochi classis ad Chium vincitur, a C. Livio, XXI, 1, 1. Agrum Pergamenum incurSAT, mox vero de pace agere conatur cum L. Emilio, classis præfecto; qui eum non audit, monente Eumene, XXI, 8. Agrum Elæensem et Thebes campum vastat, 8, 10 sqq. Prusiam frustra ad partes suas trahere studet, 9. Pugna navali ad Myonnesum vincitur a Lucio Emilio Regillo, 9, 13; 10, 1; XXII, 7, 16. Inde tardior factus, ad Scipiones de pace legatos mittit, quæ tamen non convenit, XXI, 10-12. Acie victus a Scipionibus (XXII, 8, 8), pacem petit, quæ ei datur, XXI, 13. Pacis leges, XXI, 14, confirmatæ a senatu populoque Rom. XXII, 7. Formula fœderis, XXII, 26. Quum initio ad res maximas suscipiendis idoneus visus esset (XI, 34, 14 sqq.), processu temporis se ipso et hominum expectatione inferior apparuit, XV, 37. Ejus filia Cleopatra, uxor Ptolemæi Epiphanis, mater Ptolemæi Philometoris et Physconis, XXVIII, 17, 9.

Antiochus Epiphanes, Antiochi M. filius, frater minor Seleuci Philopatoris, rex Syriæ, XXXI, 12, 1 sq., ob male sanum ingenium Ἐπιφανὴς potius quam Ἐπιφάνης cognominandus, XXVI, 10. Quum Ptolemæus Philometor ad Coelesyriam ei eripiendam (*conf. XXVIII, 1, 2 sq.*) se compararet, prævenit eum, et Aegyptum invasit, XXVII, 17, 1 sq. Ad Pelusium callido dolo usus est, 17, 3. Legatos Romam mittit de eo bello, XXVIII, 1. Aegyptum oc-

cupat, XXVIII, 16, 1. Legationibus Græcarum civitatum respondet pro Ptolemæis fratribus apud ipsum deprecantibus, XXVIII, 16 seq. Memphi Naucratin, inde Alexandriam petit, XXVIII, 17, 11; eamque oppugnat et prope modum capit, 18, 1; XXIX, 1, 1. Romam rursus legatos mittit, XXVIII, 18. ad belli societatem adversus Romanos invitatur a Perseo, XXIX, 3, 8 seq. Liberalis in Græcos, XXIX, 9, 13; XXVIII, 18, 3. Fœderis immemor, alterum Ptolemæo infert bellum, XXIX, 7 a, 1. Magnificam pompam ducit et ludos celebrat ad Daphnen in Syria, XXXI, 3 seq., ex eis opibus, quas Ptolemæo Philometori puero abstraxerat, 4, 9. Tib. Gracchum legatum Rom. magna dexteritate excipit, XXXI, 5. Ei et Eumeni disfidit senatus Romanus, XXXI, 6, 5. 9, 6 sqq. Dianæ templum in Elymaide spoliare frustra conatus, moritur Tabis, XXXI, 11. Regnum ejus quum Demetrio Seleuci filio deberetur, puero Antiochi firmandum censet senatus Rom., XXXI, 12, 6.

Antiochus Eupator, Epiphanis filius, puer; cui regnum post patris obitum firmant Romani, quum tamen ad Demetrium potius pertineret, XXXI, 12, 7 sq. Regnum ei administrat Lysias, XXXI, 19, 2.

Antipater, amicus Philippi Amyntæ filii, qui per eum ossa Atheniensem in pugna Chæronensi occisorum Athenas mittenda curavit, V, 10, 4. Prælio victis ad Laniam Græcis, pessime accepit Athenienses aliosque Græcos, IX, 29, 2. Soli Aetoli oculos contra eum attollere sunt ausi, IX, 29, 4; 30, 3. In eum multa contumeliose in sua historia scripsit Demochares, XII, 13, 8.

Antipater, Antiochi Magni fratris filius, equitum præfectus Antiochi, V, 79, 12; 82, 9; legatus de pace ad Ptolemæum Philopatorem post pugnam ad Raphiam, V, 87, 1 et 4. Equitibus Tarentinis præest in pugna ad Panium, XVI, 18, 7. Legatus de pace ad Scipiones, XXI, 13, 4; 14, 9; deinde Romam, XXII, 7, 1 sqq. et § 14.

Antipatria, oppidum Phœbatiidis? in Dassaretia, in extremitate Macedoniae. Eam sibi adjunxerat Scerdilaidas, et recepit Philippus, V, 108, 2 et 8.

Antiphanes, Bergæus, scriptor rerum incredibilium, XXXIV, 6, 15.

Antiphates, Telemnasti filius, Gortynius, legatus Cretensium ad Achæos, auxilia petens ad bellum cum Rhodiis, XXXIII, 15.

Antiphilus, Prusiae legatus Romam, XXXII, 26, 4.

Antipolis, Massiliensium urbs et colonia, obsessa a Liguribus, XXXIII, 4, 2.

Antisthenes Rhodius, particularis historiae scriptor probatus, in quo tamen nonnihil reprehendit Polybius, XVI, 14, 2 sqq.; 15, 8.

Antitalces, Gortynius Cretensis, pater Cydæ cosmi, XXIII, 15, 1.

Antium, oppidum maritimum Latii, III, 24, 16. Vide Antias populus.

Antonius, tribunus plebis, legatos Rhodiorum in senatum introducit, postquam prætorem, de bello Rhodiis inferendo legem ad populum ferentem, de rostris detraxerat, XXX, 4, 6.

Aous, Illyriae amnis, prope Apollonium in Ionium mare se exonerans, V, 110, 1. Ad eum Molossi, ponte intercepto, progredi in Thessaliam prohibent A. Hostilium cos., XXVII, 14, 3.

Apamea, urbs Syriæ: ibi coguntur copiae Antiochi M., V, 45, 7; rursus V, 50, 1. Eo ab exercitu, postulante Hermea, remittitur Epigenes, V, 50, 6: sed incerta scriptura. Ejus arcis custos Alexis, V, 50, 10. Ibi mulieres uxorem Hermææ, pueri filios ejus, occidunt. V, 56, 15.

Apamea Phrygiae, XXII, 24, 9 et 12; 25, 6 et 9; 26, 8;

- 27, 1, Elephantas Apameæ, XXII, 26, 11, *nisi intelligenda* Apamea Syriae.
- Aspasiae. *Vide* Aspasiae.
- Apaturus, Gallus, occidit Seleucum Callinici filium in Asia cis Taurum, IV, 48, 9.
- Apega, Nabidis tyranni uxor, XIII, 7, 6; XVII, 17.
- Apelaurus, mons imminens Stympthalo, Arcadiæ oppido, IV, 69, 1.
- Apelles, unus e tutoribus Philippo ab Antigono *Dosone* relictis, IV, 87, 8; præcipua gratia apud Philippum valens, Achæos in servitutem redigere conatur, renitente Philippo et Arato, IV, 76. Olim in Antigoni castris cum Achæis versatus erat, 76, 7. Aratos deprimere apud Philippum studet, et malitiose eos calumniatur, IV, 82 et 85. Calumniarum convictum, suspectum habere cepit Philippus, licet connivere ei in multis coactus, IV, 86, 8. Taurionem apud Philippum calumniatur, non obtrectando, sed laudando, 87, 1 sqq. In potestate sua habet Leontium et Megaleam, et omnem prorsus potestatem ad se rapere studet, 87, 9 sqq. Conjurat cum Leontio et Megalea de impediendis regis consiliis; ipse Chalcidem se confert, V, 2, 8; 16, 9. Ibi subvectionem commeatuum prohibere conatur, V, 2, 8; 28, 4; et omnia pro auctoritate agit, V, 26, 3 sqq. Chalcide a Leontio advocat Corinthum, V, 26, 2 : ubi magna cum pompa urbem intrat, sed ad regem non familiariter admittitur, 26, 7 sqq. Studiose observatur a rege, qui eum sequi se in Phocidem jubet, 26, 16. Corinthum in custodiam mittitur, ubi mox vitam finivit, V, 28, 5 sqq.
- Apelles *alius* (*fortasse filius superioris*), amicus Philippi, filium Philippi Demetrium Romam comitatur, XXIII, 14, 7; XXIV, 1, 5.
- Apenninus mons, II, 16, 1; III, 110, 9; plur. II, 14, 8. Alpes contingit supra Massiliam, II, 14, 8; 16, 1. Mediam Italiani in longitudinem secat, ad fretum usque Siculum pertinens, II, 16, 4. Eum superans Hannibal, ex Apulia in Samnium transit, III, 90, 7.
- Aperantia, urbs et regio Thessaliæ; *quam, quum Ætolorum esset, recepit Philippus*, XX, 11, 12. Eamdem Philippo rursus eripiunt Ætoli, XXII, 8, 3 et 5.
- Aphtheratus, a Masanissa deficit, XXXII, 2, 7.
- Apia, Apæ campus, in Mysia *vel Phrygia*, V, 77, 9.
- Apis, portus Ægypti, XXXI, 25, 8; 26, 3.
- Apocleti, *sancitius concilium* Ætolorum, IV, 5, 9; XX, 10, 13. Cum triginta Apocletis consultat Antiochus, XX, 1, 1. Iidem *οἱ ἀποκλέται* vocantur XXI, 2, 7 coll. 3, 2.
- Apodoti, populus Ætolicus, non Græcus, XVII, 5, 8.
- Apollo. Ejus templum (*conf.* Prænium) Amyclis, V, 19, 3; Ap. Carnei, V, 19, 4; Cynii Ap. delubrum Temni, XXXII, 25, 12; Delphici, XL, 11, 1. Thermi templum Ap. a Philippo vastatum, XI, 4, 1. Coram Apolline ictum fœdus Philippi et Hannibalis, VII, 9, 2. Apollinis Hyacinthi tumulus Tarenti, VIII, 30, 2. Sacrum Apollinis agrum Sicyoniis redimit Attalus, XVII, 16, 1.
- Apollodorus, Susianæ præficitur ab Antiocho post Diogenem, V, 54, 12.
- Apollodorus, tyrannus *Cassandrae*, Macedoniæ urbis, quæ olim Potidæa; *passim a scriptoribus* cum Phalaride collatus, VII, 7, 2.
- Apollodorus, scriba Philippi regis, adest ei in colloquio cum T. Quintio, XVII, 1, 2; 8, 7.
- Apollodorus, Boroletum legatus ad Achæos, XXIV, 12, 5.
- Apollonia, urbs *Illyriæ græcæ* ad mare Adriaticum, prope ostia Aoi fluvii, V, 110, 1; XXXIV, 12, 6. Apolloniatae auxilium adversus Illyrios petunt ab Ætolis et Achæis, II, 9, 8. Romanis se tradunt, II, 11. Ad hanc urbem panicus terror invadit classem Philippi, ad nuncium classis Romanæ eo tendentis, V, 109, 6; 110, 1 sqq. In fœdere Philippi cum Hannibale cavetur, ne Romani Apolloniam tenere sinerentur, VII, 9, 13.
- Apollonia, *Assyria* urbs, in Apolloniati regione : eo pervenit cum exercitu Antiochus M. in expeditionem adversus Molonem, V, 52, 3 et 7. *Conf.* Apolloniatis.
- Apollonia Cretæ. Sæva Cydoniarum perfidia in Apolloniatis, federatos et amicos, XXVII, 16.
- Apollonias *vel* Apollonis, uxor Attali, Cyricena, honorata a quatuor filiis, XXIII, 18.
- Apolloniatis regio in Assyria, a meridie Mediæ, *nomen habens a principe urbe Apollonia*, V, 44, 6. Ea potitur Molo, qui ab Antiochi imperio defecit, V, 43, 8; 51, 8. In ea Antiochus prælio vincit Molonem, 52 sqq.
- Apollonidas *vel* Apollonides, Sicyonius, dona Eumenis aliorumque regum generose respuenda censet, XXIII, 8, 1. Legatus Romam ad rationem reddendam eorum quæ Spartæ gesta erant ab Achæis et Philopemene, XXIII, 11, 6; 12, 1. Ejus sententia moderata intuitu Romanorum, hello Persico, XXVIII, 6, 2 et 6.
- Apollonides, quæstor Lacedæmonius, nefarie occisus a Chærone, XXV, 8, 6.
- Apollonides, et
- Apollonius, Clazomeniorum legati in Ægyptum, XXVIII, 16, 5.
- Apollonius, familiaris Demetrii, Seleuci filii, Romæ obsidis, XXXI, 19, 6; 21, 2. Filius Apollonii ejus, qui plurimum gratia valuerat apud Seleucum, 21, 3.
- Apollophanes, Antiochi M. medicus, Seleuciensis (V, 58, 3), monet Antiochum de occidendo Hermea, V, 56. Hortatur eundem, ut, priusquam Cœlesyriam invadat, Seleuciam, imperii sedem, Ptolemæo eripiat, V, 58, 3 sqq.
- Appius. *Vide* Claudius.
- Apron, fluvius Liguriæ, XXXIII, 8, 2, *nisi legendum* Ὀῤῥαπον, Varum.
- Apteræi, Cretenses : eos Cnossiorum societati renunciare coegerunt Polyrrenii et Lampæi, IV, 55, 4.
- L. Apuleius, legatus Romanorum in Asian, ad inspiciendas res Attali et Prusiæ, XXXII, 26, 5.
- Apulia, Apulii, ἡ Ἰαπυγία; οἱ Ἰάπυγες. Apuli et Messapii, in sociis Romanorum bello Gallico Cisalp., II, 24, 11. Apulia (ἡ Ἰαπυγία) in tria nomina (*id est*, in tres partes) distincta, in Dauniam, Messapiam (*et Peuceletiam* : *nisi forte tertia pars intelligenda est* Apulia proprie dicta; *quod inde colligi posse videtur, quod* II, 24, 11 *distinguuntur* Ἰάπυγες et Μεσσηνῖοι), III, 88, 3 sq. Apulia Daunia V, 108, 9; IX, 7, 10. Ἰαπυγία XXXIV, 11, 2 et 8, *non de* Apulia, *sed* Iapygio promontorio.
- P. Apustius, Romanorum legatus ad juniorem Ptolemæum, XXXII, 1, 4.
- Aquam qui derivasset in terram incultam, eum per quinque generationes immunem eam terram colere siverunt Persarum reges, X, 28, 3.
- Aquilegia; divites in ejus vicinia venæ auri, XXXIV, 10, 10 sqq.; distantia urbis a Iapygio promontorio, c. 11, 8.
- Arabes, Arabia. Arabiæ (*desertæ et Petrææ*) populi partim sponte se adiungunt Antiocho M. partim vi ab eo subiguntur, V, 71. Arabes in acie Antiochi ad Raphiam, V, 79, 8; 82, 12; 85, 4. In eam Arabiæ *Felicitis* partem, quæ sinui Persico adjacet, expeditionem suscipit Antiochus M., XIII, 9. Populi ejusdem regionis, Chatteni, Gerrei, etc., *ibid.*
- Arachosia, Asiæ regio, inter Drangianam et Indiam : per eam, ex India veniens, proficiscitur Antiochus, XI, 34, 13.
- Arachthus, Epiri fluvius, Ambraciæ muros præterfluens XXII, 9, 4.

Aracii, partim urbem insulamque habitantes, partim oppositam continentem in Phœnicia; eos in societatem accipit Antiochus M., V, 68, 7. In eorundem ditione Marathus oppidum, *ibid.*

Aratus, Sicyonius, senior. Ejus Commentarii historici ubi desinunt, inde historiam incipit Polybius, I, 3, 2; IV, 2, 1 sq. Sunt illi commentarii imprimis veri et dilucidi, II, 40, 5. Virtutes et vitia ingenii et indolis Arati, IV, 8. Dux et auctor instaurati fœderis Achaici et concordiae Peloponnesiorum, II, 40, 2. Vicesimo ætatis anno Sicyonem a tyranno Nicone liberavit (IV, 8, 4; X, 25, 3) et fœderi Achaico attribuit; prætor iterum, Acrocorinthus cepit, et Corinthios moxque etiam Megarenses fœderi Achaico adjunxit; tyrannis Peloponnesi, et Antigoni Gonatæ dominationi, Ætolorumque cupiditati fortiter se opposuit, II, 43. Ejus prudentia omnibus mederi novit difficultatibus, et consilia hostium in contrarium vertere, II, 45, 5 sq.; 46; IV, 8, 1 sqq. Ad bellum aperte gerendum parum idoneus, IV, 8, 5 sqq., πολιτικώτερος ἢ στρατηγικώτερος, IV, 19, 11. Molitur societatem cum Antigono, Philippi tutore, II, 47 sqq. Multa simulare et dissimulare cogitur, neque omnia in Commentariis suis referre potuit, 47, 10 sq. Argos capit, quod Cleomeni se tradiderat, II, 53 coll. 59, 8. Defenditur a Polybio contra Phylarchi calumnias de crudelitate adversus Mantinenses et Aristomachum Argivum, II, 56 sqq. Prætor designatus post Timoxenum, IV, 6, 7, quinto die ante legitimum tempus init præturam, Messeniis contra Ætolos opem laurus, IV, 7, 8 sqq. Ad Caphyas sua imprudentia infelicitèr pugnat cum Ætolis, IV, 10-12. Accusatus apud Achæos, culpam deprecatur et liberaliter absolvitur, 14. Philippo moderationem suadet in Lacedæmonios, IV, 24, 3; et alias semper meliora eidem suavit, V, 12, 5 sqq.; VII, 11 et 13 sqq.; IX, 23, 9. Cum Philippo, iterum in Peloponnesum veniente, deliberat Corinthi, IV, 67, 8. Apelli, Achæos jugo subdere conanti, resistit, IV, 76, 8 sq. Apud Philippum, merito maximi eum facientem, illum de statu dejicere Apelles conatur, 82, 2 sqq. Aratos apud Philippum denuo calumniatur Apelles, sed illorum innocentiam patefacit Amphidamus Eleus, 85 sq. Præcipuam Aratorum rationem habet Philippus, cognito Apellis et Leontii delicto, V, 1, 8. Aratus resistit Leontio, successum expeditionis Thermicæ impedire conantem, V, 7, 4. Post reditum Limnæ lapidibus petitur a Leontio et Megalea, et mox eos criminum admissorum convincit in consensu amicorum Philippi, V, 15 sq. Apud eum Sicyone divertit Philippus, V, 27, 3. Prætor rursus creatur post Eperatum, 30, 7; 91 sqq.; militiam instaurat, 91; protegit Achæos adversus Lacedæmoniorum, Eleorum et Ætolorum incursiones, 92; dissidia Megalopolitanorum componit, 93; cum Ætolis agit de pace, V, 103. Philippo rectum dat consilium de Ithomata arce Messeniis reddenda, VII, 11. Lento veneno necatur a Philippo, Taurionis opera, VIII, 14. Post mortem ut heros cultus ab Achæis, *ibid.* § 7. Honores ejus apud Romanos, post Corinthi excidium, vindicat Polybius, XL, 8, 10. Cynætham urbem proditione capturus, ausu exciderat, quod diei horam non observaverat, IX, 17.

Aratus junior, Arati filius, a patre mittitur ad Antigonom Dosonem, firmandæ societatis causa, II, 51, 5. Prætor creatur Achæorum, IV, 37, 1. Cunctator et segnis ad bellum, IV, 60. Copias conjungit cum Philippo, IV, 70, 2. Prætura abit, V, 1, 1 sq. Legatus Achæorum nominatur ad Ptolemæum Epiphanem cum Lycorta et Polybio, XXV, 7. Romam legatus cum Callicrate, in causa exsulum Spartanorum, XXVI, 1, 8.

Aravacæ, populus Celtibericus; bello gesto cum Romanis legatos Romam mittunt, XXXV, 2 seq.

Araxus, Elidis promontorium, IV, 59, 4; 65, 10.

Arbo, urbs Illyrici, II, 11, 15: nisi Narbona vel potius Narona legendum.

Arbucala, urbs magna Vaccæorum in Hispania, vi capit ab Hannibale, III, 14, 1.

Arbustum vinum Capuæ, XXXIV, 11, 1.

Arcades, Cretæ civitas, cum aliis desciscit a Cnossiorum societate ad Lyctios, IV, 53, 6.

Arcades. Arcadia, II, 54, 2, Ab ejus occasu hiberno est Triphylia, IV, 77, 8. Arcades, major per se populus quam Achæi stricte sic dicti, II, 38, 3. Ipsi et Lacedæmonii, duo maximi populi Peloponnesi, IV, 32, 3. Virtutis fama fruuntur, ob humanitatem, et pietatem in deos, IV, 20, 1 sq. Ab eorum institutis desciverunt Cynæthenses, et efferati sunt, 20, sq.; 21, 5 sqq. Musicæ et saltationis studium, ad molliendam morum austeritatem iis necessarium, IV, 20, 3 sqq. et 21. Auctor ipsis fuerat Epaminondas condendæ Megalopoleos, et sinceræ societatis perpetuo cum Messeniis colendæ, 32, 10. Eisdem et Messenios ad concordiam hortatur Polybius, *ibid.* et 33, 10 sqq. Inscriptio in honorem eorum in columna ad aram Jovis Lycæi Messenæ, IV, 33, 2 sq. Arcadia, velut altera patria Messeniorum, ob fidem Arcadum in Messenios a Lacedæmoniorum inique habitos, 33, 4 sqq.

Arcadica fabula de hominibus in lupos versis, VII, 13, 7.

Arcas; ejus filius Triphylus, IV, 77, 8. p.

Arcesilas philosophus, X, 25, 2.

Arcesilaus, legatus exsulum Spartanorum Romam, a piratis captus et occisus, XXIV, 11, 1 sq.

Arcesilaus, Megalopolitanus, bello Persico temporis servientum censet intuitu Romanorum, XXVIII, 6, 2 et 8. Legatus Achæorum ad conciliandos inter se reges Antiochum Epiphanem et Ptolemæos, XXIX, 10, 6.

Arcesine, *fragm. hist.* 7.

Archedamus, Ætolus, præfectus equitum in exercitu T. Quintii, XVIII, 4, 5, bello Ætolico ad M. Acilium mittitur cum Pantaleonte, inducias petiturus, XX, 9, 1. Ejus et Pantaleontis fidem Romanis suspectam facit Lyciscus, XXVIII, 4, 8.

Archedicus, comicus, perstringit Democharem historicum, XII, 13, 6.

Archias, Cypri præfectus Ptolemæorum nomine, insulam Demetrio vult prode; sed deprehensus, suspendio vitam finit, XXXIII, 3.

Archicrates, sodalis Dicei, Achæorum prætoris qui patriam perdidit, XL, 4, 9.

Archidamus, Eudemidæ filius, rex Spartæ, duos reliquit filios ex Hippomedonti filia, qui a Spartanis post mortem Cleomenis regis præteriti sunt, quamquam ad eos jus regni pertinebat, IV, 35, 13 sq. Metu Cleomenis, Sparta aufugerat, et Messenæ exsulaverat; deinde, ficta Cleomenis reconciliatione confusus, quum Spartam repeteret, a Cleomene occisus est, V, 37, 1 sqq.; VIII, 1, 3 sqq.

Archidamus, Pantaleontis filius, Ætolus, cum Dorimacho et Alexandro in Ægiram, Achæie oppidum, per proditionem irrumpit, IV, 57, 7; mox cum sociis urbe rursus expulsus, perit, IV, 58, 9.

Archidamus alius, si vera scriptura XXVIII, 7, 8, pariter Ætolus.

Archidamus fortasse legendum XI, 18, 3 et 5, pro vulgato ibi Anaxidamus.

Archimedis ingenium quavis multitudine manuum efficacius, VIII, 5, 3 sqq.; 9, 7: ejus machinæ, VIII, 7-9.

Archippus, Arhæus, in carcerem conjectus a Diaeo prætore,

- dimittitur ab eodem solutus 40 minis, XL, 5, 4 : *conf. c. 4, 1.*
- Archo (*Egirates*, XXIX, 10, 6), coram Cæcilio Metello defendit res Spartæ gestas ab Achæis prætor Philopœmene, XXIII, 10, 8. Eum primo improbat Philopœmenem, mox benevole collaudat, utpote solerter occasione utentem, XXIII, 10 a, 1.
- Ardaxanus fluvius, prope Lissum in Illyrico, VIII, 15, 2.
- Ardeates, civitas maritima Latii, antiquissimis fœderibus Romanorum cum Pœnis comprehensa, III, 22, 11; 24, 16.
- Ardæi (*aliis Ardyæi*), populus Illyricus, a Romanis obiter subactus, dum a Dyrrhachio interiora Illyrici petunt, II, 11, 10; 12, 2.
- Ardyes Galli, a septemtrione convallis per quem decurrit Rhodanus fluvius, III, 47, 3: *fortasse Αἰδύες*, Ædues.
- Ardys, vir fortis, equitibus hastatis præfectus in acie Antiochi adversus Molonem, V, 53, 2. Cum Diogneto navarcho eximiam operam præstat in oppugnatione Seleuciæ Pieriæ, 60, 4 sqq.
- Ἀρεῖον πεδῖον, *id est*, Martius campus, inculta Thraciæ regio, XIII, 10, 7.
- Arethusa, Siciliæ fons, de quo falsa narrat Timæus, XII, 4 d, 5 sqq.
- Aretium. *Vide Arretium.*
- Areus et Alcibiades, Spartani, exsules veteres a Philopœmene in patriam restituti, ingrati legationem Romam obeunt adversus Achæos, XXIII, 11, 7 sq.; 12, 2 sq.; XXIV, 4, 3.
- Argennum promontorium, ad fretum quod est inter Chium et Asiam, XVI, 17, 2.
- Argenti metalla ad Carthaginem Novam, XXXIV, 9, 8 sq.; quorum inventor Aletes, X, 10, 11. Argenti excoctio e glebis amne devectis in Hispania, XXXIV, 9, 10 sq. Æstimatur decima pars auri ejusdem ponderis, XXII, 15, 8; optimum Atticum, *ibid.* etc. 26, 19. *Conf.* Talentum. Argentæ laminæ Jovis aræ Thebis detractæ, XXIII, 2, 7. *Conf.* Aurum, et Aureus.
- Argivi. *Vide Argos.*
- Argolicus sinus, V, 91, 8: juxta eum protenditur Acte, *ibid.*
- Argos, Argivi. Eorum urbs, II, 53, 5. Iis oppida nonnulla Laconica attribuerat Philippus Amyntæ, IX, 28, 7; XVII, 14, 7. Eorum tyrannus Aristomachus tyrannidem abdicat, et Argos attribuit Achæis, II, 44, 6: mox vero rursus ab eis se separat, et cum Cleomene facit, II, 60, 6: *conf.* 52, 2. Argos recipiunt Achæi, Aristotelis Argivi opera, II, 53. Eo se confert Antigonus Peloponnesum intrans, II, 54, 1; rursus domum rediens, 70, 4. Argivorum fines incurrat Lycurgus, et oppida nonnulla capit, IV, 36, 4 sq. Argis hiemat Philippus, IV, 82, 1; 87, 13. Ibi caedem patraverat Leontius, post Antigoni discessum, V, 16, 6. Messenii per Argivorum fines Laconicam petunt, V, 20, 3. Iisdem imminet Machanidas Lacedæmonius, X, 41, 2. Argos a Philippo repetunt Achæi in colloquio ejus cum T. Quintio, XVII, 2, 5; 6, 8; 8, 9. Argis conveniunt magistratus Achæorum, XXIII, 10, 2; XXVII, 2, 11. Sic et *pro Αἰγῶν, quod est* XXVIII, 3, 10, *apud Livium est* Argos, *ubi pariter de* Achaicorum magistratum conventu *agitur*. Argis celebrantur Nemeorum solennia: *vide* Nemea. Junonis Argivæ sacerdotes cum Olympiorum victoribus comparavit Timeus, XII, 12, 1. *Argiæ sacerdotis filii*, Cleobis et Biton, XXIII, 18, 7. Argivorum colonia, fassus, XVI, 12, 2; item Rhodus et Soli Ciciiliæ, 7, 11. Urbis Argivorum opes miratur L. Æmilii Paulus, XXX, 15, 1.
- Argos Amphilocheum, 23 M. P. distans ab Ambracia. XXII, 13, 12.
- Argyraspidæ, argenteis clypeis insignes, in exercitu Antiochi, V, 79, 4.
- Ἀργυράπιδες. *Vide* Arpi.
- Arianus, amicus Bolidis Cretensis, cujus opera utitur Bolis ad decipiendum prodendumque Achæum, VIII, 18 sqq. Ariaracæ. *Vide* Aniaracæ.
- Ariarathes circa Olymp. 140 suscipit regnum Cappadociæ, IV, 2, 8. Per legatos deprecatur apud Manlium, quod cum Antiocho fecisset; et sexcenta talenta pendit Romanis, XXII, 24, 4 et 7. Cum socio Eumene adversus Pharnacem bellum gerit, III, 3, 6; XXV, 4 sqq.; *conf. c. 2, 6, XXVI, 6, 3 et 15; fragm. hist. 6.* Pacem facit cum Pharnace, XXVI, 6. Controversias cum Gallogræcis disceptat coram M. Junio legato Romanorum, XXXI, 13; *conf. c. 12, 13.*
- Ariarathes, Ariarathis filius, rex Cappadociæ, patri succedit in regnum, XXXI, 14. Amicitiam cum Romanis renovat, et diis sacra facit ob Romanorum in se benevolentiam, XXXI, 14 seq. Ad Lysiam in Syriam mittit, sororis et matris ossa repetens, XXXI, 15. Ejus hortationi obtemperans a cæde quadam abstinuit Artaxias, XXXI, 15 a. Insigne donum Romam mittit, et scipione et sella eburnea a senatu donatur, XXXII, 3, 3; 5, 1 sqq. Ab Oroferne, ope Demetrii, pellitur regno, III, 5, 2; et Romam venit, XXXII, 20. In regnum restituitur Attali opera, III, 5, 2; XXXII, 23. XXXIII, 12 a, 2 et 3. Depositum Orofernis repetit a Prieniensibus, XXXIII, 12.
- Aribazus, Sardium præfectus, VII, 17, 9; 18, 7; VIII, 23, 9, *ubi* Ariobazus.
- Aridices, Rhodiorum legatus ad Byzantium, IV, 52, 2.
- Ariminum, II, 21, 5; 23, 5, urbs ad Adriaticum mare, in confinibus Galliæ Cisalpinæ et reliquæ Italiæ, haud procul a Padi ostio, III, 61, 11; 86, 1 sq. Ad eam usque progrediuntur Galli Transalpinii, a Boiorum regibus conducti, II, 21, 5. L. Æmilii Cos. cum legionibus eo mittitur, II, 23, 5. Eo conveniunt legiones Tib. Sempronii ex Sicilia missæ, III, 61, 10; 68, 13 sq.; eodem mittitur Cn. Servilius Cos. ad prohibendum Hannibalem, III, 77, 2; 86, 1 sq. Eodem exercitum in Dauniam ducit idem ad Fabium dictatorem, III, 88, 8.
- Ariobazus. *Vide* Ariabazus.
- Arisba, oppidum agri Abydeni, a Gallis Ægosagus occupatur, V, 111, 5.
- Aristænetus Dymæus, equitatu præfectus sub Philopœmene, in pugna ad Mantineam, XI, 11, 7.
- Aristænus, Megalopolitanus, *nonnumquam etiam* Aristænetus *vocatus in codd.*, legatus Achæorum ad colloquium Philippi cum T. Quintio, XVII, 1, 4; 7, 2; immerito pro proditore habitus a nonnullis, quod Achæos ab Ætolis ad partes Romanorum traduxisset, XVII, 13, 7 sqq. Prætor Achæorum, XXIII, 7, 2. Arguit levitatem quam commiserant Philopœmenes et Lycortas in renovatione fœderis cum Ptolemæo, XXIII, 9, 5 sqq. Q. Cæcilio, objuganti Achæos et Philopœmenem, tacens assentitur, XXIII, 10, 3; inde suspectus Achæis, 10, 14 sq. Ejus et Philopœmenis comparatio, XXV, 9. Institutum suum in concione defendit, adversante Philopœmene, XXV, 9 a sqq. Philopœmenis præclarum consilium, Aristæni honestum, XXV, 9 b, 8. Romanis magis benevolus fuit quam Philopœmen, *ibid.* 10.
- Aristarchus, Phocæensium legatus ad Seleucum, Antiochi M. filium, XXI, 4, 4.
- Aristides et Pericles quamdiu reipublicæ Atheniensium præfuerunt, plurima Athenienses benigne et graviter fecerunt, IX, 23, 6. Ejus abstinentiæ laudem superavit L. Æmilii Paulus, XXXII, 8, 6.

**Aristides**, legatus Antiochi Epiphanis ad Ptolemæum (*minorem, ut videtur*), XXVIII, 17, 12.  
**Aristides**, pictor, qui Bacchum pinxit, X L, 7, 3.  
**Aristo**. Vide **Ariston**.  
**Aristocrates**, rex Arcadum a suis occisus ob perfidiam in Messenios admissam, IV, 32, 6.  
**Aristocrates**, prætor Rhodiorum, XXXIII, 9.  
**Aristocrata**, una e tribus reip. formis, VI, 3, 5. Quænam sit vera, VI, 4, 3; quomodo nascatur, 4, 8; 8, 1 sqq.; mutatur in oligarchiam, 8, 4 sqq., a qua multum differt, 3, 11.  
**Aristodamus**, Achæorum legatus ad gratulandam Romanis ducibus victoriam de Perseo, XXX, 10, 3.  
**Aristodemus**, tyrannus Megalopolitanorum, X, 25, 2.  
**Aristogiton**, Eleus, bello captus a Lyco, præpore Achæorum, V, 94, 6.  
**Aristomachus**, Argivorum tyrannus (tyrannis prognatus, II, 59, 1), mortuo Demetrio, Philippi patre, tyrannidem abdicavit, II, 44, 3 et 6; 60, 4: mox vero ab Achæis se rursus separavit, et Cleomeni se adiunxit, II, 60, 6. Quum Aratus recipere Argos et ad Achæos reducere frustra tentasset, 80 primores cives, ut cum Achæis facientes, tortos jugulavit, II, 59, 7 sqq.; deinde captus ab Antigono et Achæis, Cenchreis mari demersus est, 60, 9: de quo supplicio temere multas mendaces tragedias fecit Phylarchus, 59.  
**Aristomachus**, Corinthius, Hieronymum Syracusium monet, ut in societate Romanorum maneat, VII, 5, 3.  
**Aristomenes**, rex Messeniorum, quo regnante gestum est bellum cum Lacedæmonis, Aristomenicum dictum, IV, 33, 2 et 5.  
**Aristomenes**, Acarnan, putidus Agathoclis adulator; pro eo orans Macedonas, male accipitur, XV, 31, 6 sqq. Dein regni administrator factus, *ibid.* § 7. Scopam et Diæarchum occidi curavit, XVIII, 36 sq.  
**Ariston**, Ætolorum prætor, corpore infirmus, belli curam Scopæ et Dorimacho permittit, IV, 5; 1, 9, 9. Nullum esse cum Achæis bellum stulte contendit, quo tempore in Peloponnesum irruperant Ætoli, IV, 17, 1 sqq.  
**Ariston**, Megalopolitanus, temporibus cedendum putat intuitu Romanorum, bello Persico, XXVIII, 6, 2 et 8. Legatus Achæorum ad conciliandos reges Antiochum Epiphanem et Ptolemæos, XXIX, 10, 6.  
**Ariston**, Rhodiorum legatus ad Q. Marcium Philippum Cos. in Macedoniam, XXVIII, 14, 6.  
**Aristonicus**, ennuchus Ptolemæi Epiphanis, vir strenuus et bellicosus, XXIII, 17; mercenarios milites e Græcia adduxerat regi, 16, 6.  
**Aristonicus**, pugil a Ptolemæo eximio pretio comparatus, XXVII, 7 b, 1. Eum in Græciam mittit Ptolemæus ad infringendam Clitomachi in arte athletica gloriam, XXVII, 7 b, 2. sqq.  
**Aristophantus**, Acarnanum prætor, copias suas jungit cum Philippo, V, 6, 1.  
**Aristoteles**, Argivus, Cleomenis factioni se opponit, et Argos, a Cleomene occupatum, Achæis rursus tradit, II, 53, 2.  
**Aristoteles philosophi**, traditio de Locrorum origine, verior quam Timæi, XII, 5, 5 sqq.; 6, 7 sqq.; 6 a et 6 b, sqq.; 8, 2 sqq.; 12, 5. Temere probris eum insectatur Timæus, XII, 9. Defenditur a Polybio, XII, 8 sqq.; 23, 8.  
**Aristoteles**, Rhodiorum legatus Romam de societate, XXXI, 1, 2.  
**Arius**, fluvius Bactrianæ, Tapuriæ et *Aricæ*, X, 49, 1: *mutata* quem Bactrianos acie vicit Antiochus M., 49, 4 sqq.  
**Arma**. Vide **Gladius**, **Scutum**, **Hasta**, etc. **Arma** peditum Romanorum VI, 23; equitum, olim parum commoda, dein ad morem Græcorum in melius mutata, VI, 25.

**Armaturæ** Macedonum et Romanorum comparatio, XVIII, 11 sqq.  
**Armenas**, Nabidii filius, Romæ obses moritur, XX, 13, 4.  
**Armosata**, urbs *Armenia*, inter Euphratem et Tigrin, in Pulchro qui dicitur Campo, VIII, 25, 1.  
**Aromata** Arabiæ, XIII, 9, 5.  
**Arpi** (ἡ Ἀρρίππη), *oppidum* Dauniæ in Apulia: ejus agrum populatur Hannibal, III, 88, 6. Arpani advocant Hannibalem, III, 118, 3.  
**Arretium**, urbs Etruriæ: eam obsidere conantur Galli, et ante urbem cædunt Romanos, II, 19, 7 sq. Ibi cum exercitu considet C. Flaminius Cos. III, 77, 1; 80, 1. Usque ad Arretinum agrum pertinet Liguria, II, 16, 2.  
**Arsaces**, rex Parthiæ, ad Antiochi M. adventum corrumpit puteos, et in Hyrcaniam se recepit, X, 28 sq.  
**Arsinoe**, Ptolemæi Philopatoris soror *eademque uxor*, cum rege ad Raphiam hortatur milites, V, 83, 3; 84, 1. Cum eodem Alexandriam redit, 87, 6. Berenices erat filia, mater Ptolemæi Epiphanis, occisa auctore Sosibio, ministro Philammonæ, favente Dinone, XV, 25, 2; 25 a, 1; 32, 7; 33, 11. Res ejusdem et Ptolemæi in quartodecimo libro narrabantur, XIV, 12, §.  
**Arsinoe**, Lysimachi Thraciæ regis filia, uxor Ptolemæi Philadelphii, mater Lysimachi, occisi opera Sosibii, V, 25, 2.  
**Arsinoe**, urbs Africæ, et urbs Ætolia, IX, 45, 1 sq. *Conf.* **Arsinoia**.  
**Arsinoensis**, civis Arsinoes Ætolicæ, IX, 45, 2; XVII, 10, 9.  
**Arsinoia**, *eadem cum* Arsinoe Ætolica: cæde ibi patrata, gustato cruore, efferantur Ætolorum animi, XXX, 14, 5.  
**Artabazanes**, potentissimus dynastarum Asiaticorum, V, 55, 2: cum Antiocho, quibus conditionibus ille voluit, pacem fecit, 55, 10. Ejus regnum ubi situm, 55, 6 sqq.  
**Artaxerxi** regi Persarum in venatione occurrens leo, equum regis corripuit, *Fragm. hist.* 10.  
**Artaxias**, regulus majoris partis Armeniæ, pace comprehensus inter Eumenem et Pharnacem confecta, XXVI, 6, 12. Aliquem occisurus, hortationi Ariarathis obtemperans a cæde abstinet, XXXI, 15 a.  
**Artemidorus**, prætor Syracusanorum cum Hierone, I, 8.  
**Artemidorus**, scriptor corrigit Polybii errorem, XXXIV, 12, 11. *Conf.* c. 13, 1.  
**Artemisium**, locus Elidiæ, IV, 73, 4. *Conf.* **Diana**.  
**Arx** absque muris *Ægiræ*, IV, 58, 7; 1, 30, 4.  
**As** Romanus, ejusque relatio ad obolum Græcorum, II, 15, 6; VI, 39, 12.  
**Ascondas** et Neo, Boeoti, Brachyllæ majores, Macedonibus faventes, XX, 5, 5 sq.  
**Asdrubal** s. **Hasdrubal**, Hannonis fil., dux Pænorum in Africa adversus Regulum, I, 30; in Siciliam missus, Lilybæi milites exercet, 38. Ad Panorum cæditur a L. Cæcilio Cos., 40.  
**Asdrubal**, gener Amilcaris Barcæ et classis ejus præfectus, succedit Barcæ in Hispaniæ imperio, II, 1, 9; III, 12, 3; 13, 3. Hispaniam prudenter administrat; Novam Carthaginem condit, II, 13. Prope urbem exstruxisse perhibetur regium palatium, monarchicum affectans imperium, X, 10, 9. Fœdus facit cum Romanis de Ibero amne non transgrediendo, II, 13, 7; 21, 11; III, 27, 9 sq.; 29, 3; non tam armis, quam comitate sua in regulos Hispaniæ, auxil Pænorum imperium, II, 36, 2. Interficitur a Gallo, privatas injurias ulciscente, II, 36, 1. ejus avaritiam et dominandi cuoiditatem causam fuisse ait Fabius

- secundi belli Punici, III, 8, et eundem pro lubitu omnia in Hispania gessisse, et monarchicum affectasse imperium, *ibid.*
- Asdrubal, Hannibalis frater senior, *nempe e duobus minoribus*, IX, 22, 2. Ei Hispaniae imperium committit Hannibal, expeditionem in Italiam suscepturus, III, 33, 6 et 14 sqq.; IX, 22, 2. Palantes classarios Romanos caedit, III, 76, 8 sqq. Carthagine Nova hibernat, 76, 11; 95, 2. Ad Iberi fluvii ostia praelio navali vincitur a Cn. Scipione, III, 95, 8; 96. Urbem nescio quam in Carpetanis obsidet, quo tempore Carthaginem Novam petit Scipio, X, 7, 5. A Scipione praelio victus ad Bacula, ad Tagum se recepit, et inde versus Pyrenaeum, X, 38 sq.; 40, 11. Ex Hispania in Italiam transgressus, praelio vincitur a Livio et Nerone Coss., XI, 1. Mors ejus et encomium, 2.
- Asdrubal, ministeriis militaribus in exercitu Hannibalis praefectus, III, 66, 6; 93, 4.
- Asdrubal, *nescio an idem cum praecedente*, rem labantem Hannibalis ad Gerunium sustinet, III, 102, 6. Laevo cornu praest in pugna Cannensi, III, 114, 7; in qua prudenter fortiterque rem gerit, 116, 6 sqq.
- Asdrubal, Gesconis vel Gisonis filius, dux Pœnorum in Hispania; insolenter se gerit; ab Indibili, amico Pœnorum, magnam pecuniam vim et filias obsides exigit, IX, 11; X, 36, 6 sqq. In Lusitania circa Tagi ostium versatur, X, 7, 5; 38, 3. Pugna ad Ilipam vincitur a Scipione, XI, 20-24. Ejus filia *Sophonisba*, uxor Syphacis, XIV, 1, 4; 7, 6. Ejus castra incendit Scipio, et magnam eadem edit, XIV, 1-5; cum reliquiis exercitus Carthaginem profugit, XIV, 6, 3, *coll.* § 13. unde ad novas contrahendas copias mittitur, *ibid.* Victus acie in Magnis Campis, cum reliquiis copiarum Carthaginem redit, XIV, 8.
- Asdrubal, praefectus classis Pœnorum, ad Uticam insidiantis legatis Scipionis Carthagine redeuntibus, XV, 2.
- Asdrubal, dux Pœnorum, Carthagini praefectus tertio bello Punico, per Gulussam cum Scipione agit, multa statim cum arrogantia; deinde supplex ad victoris genua provolvitur, XXXIX, 1-3, et 3 a. Eum supplicem ut humanæ stultitiæ exemplum, praesentibus ostendit Scipio, ib. 3 a, 1 sqq. Transfugæ aliquot eum maledictis incessunt, *ibid.* § 4: cui ipsa uxor ignaviam exprobrat, *ibid.* § 5. sqq.
- Asia, una e tribus terræ partibus, inter Nilum et Tanaim comprehensa, III, 37, 2 sqq. Ejus longitudo, XXXIV, 7, 9. Asiae res gestas ante Ol. 140 multi scripsere, ut non opus habuerit Polybius, altius eas repetere, II, 37, 6. Asia cis Taurum excedit Antiochus, III, 3, 4. Per Alexandri dominatum patefacta est itineratoribus, III, 59, 3. Ejus ora maritima, a Pamphilia usque Hellespontum, in regum Ægypti fuit potestate, V, 34, 7. Asiae dynastæ, Lysanias, Olympichus, Linnæus, V, 90, 1.
- Asina, vel Asine, oppidum munitum Laconicæ, IV, 19, 5.
- Asine, Messeniæ oppidum, XVIII, 25, 7, *ubi alii Asium*, Ἀσίον.
- Aspasiacæ, sive Aspasiacæ, Nomades, sedes inter Oxum et Tanaim habentes; ubi Oxus fluvius terram subit, sicco pede cum equis eum superantes, in Hyrcaniam transeunt, X, 48.
- Aspasianus, Medus, Medis praefectus in exercitu Antiochi, V, 97, 7.
- Aspasius, Eleus, bello captus a Lyco, proprætore Achæorum, V, 94, 6.
- Aspendus, urbs Pamphyliae. Aspendii copias jungunt Garsyeridi pro Pedlenissensibus adversus Selgenses, V, 73, 4 sq. Eos ad obsequium redigit Cn. Manlius, XXII, 18, 4. *Conf.* Andromachus.
- Ἀσσις. Vide Clupea.
- Assyriæ imperium eversum, XXXIX, 3, 4. Assyriorum reges quadraginta unus, *Fragm. hist.* 9.
- Aslapa. In Aslape urbis incendio dum fusum aurum et argentum quaerunt milites Romani, igne ipsi consumuntur, XI, 24, 11.
- Aslymedes, Rhodius, cum Romanis faciendum censet bello Persico, XXVII, 6, 3. Romam legatus ad deprecandam Romanorum iram post bellum Persicum, XXX, 4 sq.; 19, 4 sq. Ejus orationem improbat Polybius, 4, 10 sqq. Iterum Romam legatus, impetrat tandem societatem Romanorum; XXXI, 6, 1; c. 7. Rursus Romam legatus, de bello Cretico, XXXIII, 14, 3 sq.
- Atabyrii Jovis templum Agrigenti, sicut Rhodi, IX, 27, 8.
- Atabyrium, oppidum in monte Cælesyriæ (*Galileæ*), alias *Thabor* et *Itabyrium*; captum ab Antiocho M., V, 70, 6 sqq.
- Atella, urbs Opicorum Italiae, inter Capuam et Neapolim. Atellani Romanis se tradunt, IX, 45, 3.
- Athamania, Macedoniæ finitima, XVIII, 19, 4. Eam adeunt legati Romani, cum Amyन्द्रo acturi de bello Philippo inferendo, XVI, 27, 4. Athamanes, XVIII, 19, 4. Eorum rex Amynder, *ubi vide*. Eorum pars cum Amyन्द्रo a Romanis ad Ætolos deficit, XX, 10, 5. Athamaniam ab Ætolis sibi ereptam queritur Philippus, XXII, 14, 4: *Conf.* XXII, 8, 1. Apud Romanos repetunt urbes a Philippo per bellum Antiochicum ipsis ereptas, XXIII, 6, 3; XXIV, 1, 10.
- Atlienæ; Athenienses; Attica. Ad eos legationem mittunt Romani post victoriam de Illyriis partam, II, 12, 8. Attalum cum Romanis legatis magna pompa recipiunt per Dipylum intrantem in urbem, et tribum de nomine ejus nuncupant, XVI, 25. Hortantibus Romanis et Attalo Rhodiisque, bellum contra Philippum decernunt, 26. Atticam vastat Nicanor, dux Philippus, 27, 1. Apud Scipiones per legatos intercedunt pro Ætolis, XXI, 2 seq.; rursus, XXII, 8, 10, et c. 12, 1 et c. 9; 13, 7; 14 *toto*. Enclidæ et Micyonis consilio recti, omni cura honesti abjecta, turpiter blandiuntur regibus, imprimis Ptolemæo Philopatori, V, 106, 7 sq. Legationem in Ægyptum ad Ptolemæum (*s. Philometorem s. Physconem*) mittunt, de nescio qua donatione, et duas sacras legationes, XXVIII, 16, 4. *Nescio quem* morem continuo servant, IX, 40, 1. Pro Haliartibus quum apud Romanos frustra deprecati essent, turpi consilio agrum eorum sibi pelunt, XXX, 18. Ex eorum regione ignominiam potius quam fructum aliquem reportant, XXX, 18, a. Multa incommoda patiuntur, cum Delii decertantes, *ibid.* Delum et Lemnum petentibus dato senatus, XXX, 18: *cf.* XXXII, 17, 2. Delii, qui in Achaïam commigrarunt, et ibi civitate donati sunt, res ab iis repetunt ex formula juris quod Achæis cum Atheniensibus intercedebat, XXXII, 17. Quum veteres Ath. ad bellum adversus Lacedæmonios pecuniam ex censu civium conferendam decrevisset, agrorum et omnium fortunarum totius Atticæ census non complevit sex millia talentorum, II, 62, 6 sq. Olim quum Chrysopolin tenerent, ad ostium Bospori Thracici portorium exigere primum instituerunt a navigantibus in Pontum, IV, 44, 4. Eorum cognati Lyttii Cretenses, IV, 54, 6. Atheniensium copiae cum ducibus, in Sicilia ab Hermocrate captæ, XII, 25 p, 6. Immodica adversus Philippum Amyntæ contentione, in maximas calamitates delapsi sunt, XVII, 14, 13. Victi ad Chaeroneam clementissime habentur a Philippo Amyntæ, V, 10, 1 sqq.; XVII, 14, 13 sq.; XXI, 18 sqq.; nempe ut alios ille alliceret ad imperium ipsius libentius recipiendum, IX, 28, 4. Eorum reipub. forma nihil præcipui habuit, VI, 43, 2 sq. a. si-

milis navi quæ gubernatore caret; et in ea maxime dominabatur turba hominum, VI, 44: floruerat præcipue Themistoclis virtute, 44, 2. Eorumdem reipubl. Aristides et Pericles benigne et graviter, Cleo et Chares acerbè præfuerunt, IX, 23, 6. Xerxis tempore, commodis suis posthabitis a communi Græciæ fortuna discedere noluerunt, XXXVIII, 1 b, 1 sqq. De principatu Græciæ in certamen cum Lacedæmonii venerunt, *ibid.* § 4. Ab iis victi, urbis moenia evertere coacti sunt, *ibid.* § 5. Prælium Lacedæmoniorum cum Thebanis participare properantes, prohibuerunt Epaminondam, ne Mantineam de improvviso capere posset, IX, 8, 10 sq. Cassandro turpius imperata faciunt, quapropter in theatro perstricti sunt a Demetrio Phalereo, XII, 13.

Athenæum, in agro Megalopolitano, adversus Achæos communis Cleomenes, rex Lacedæm., II, 46, 5. Postquam Megalopolitanis ab Antigono erat traditum, II, 54, 3, obsidetur a Lycurgo rege Lacedæm., IV, 37, 6; et capitur, IV, 60, 3, everiturque, IV, 81, 11.

Atheneus; frater Eumenis, Romam ab eo legatus mittitur adversus Philippum, XXIV, 1, 4 et 7. Rursus legatus cum Attalo, XXXI, 9. Rursus ab Attalo rege mittitur conquestum de Prusia, XXXII, 26. Classi præfectus, oram infestat Prusiæ imperio subjectam, XXXIII, 11.

Athenagoras, præfectus mercenariorum in exercitu Philippi, XVIII, 5, 2.

Athinis, dynasta Ægyptius, quum a Ptolemæo Epiph. defecisset, eique rursus se tradidisset, ab eo ad curram revinctus trahitur necaturque, XXIII, 16, 4 sq.

A. Atinius *Calatinus*, Cos. cum C. Sulpicio, Panormum frustra tentat, plures Siciliæ urbes capit, I, 24. Consul iterum cum Cn. Cornelio, capit Panormum, 38.

A. Atilius, legatus Romanus cum Q. Marcio in Græciam et Peloponnesum, initio belli Persici, XXVII, 2, 11.

C. Atilius *Regulus* Cos. ancipiti pugna navali defungitur ad Tyndaridem, I, 25. Consul iterum cum L. Manlio, I, 39, 13, oppugnat Lilybæum, 41 - 48.

C. Atilius *Regulus*, M. F., Cos. in Sardiniam profectus, II, 23, 6. Inde rediens cum exercitu Pisis exposito, occurrat Gallis ab Etruriæ devastatione domum redeuntibus, II, 27. Occiditur in pugna cum Gallis, 28, 10.

C. Atilius prætor, auxilio mittitur L. Manlio, cum quarta legione a Boiis obsessio, III, 40, 14.

M. Atilius *Regulus* Cos. cum S. Manlio, I, 26. Ejus acies navalis triquetra, quadripartito divisa, *ibid.*; prælium navale triplex, 27; victoria, 28. Appellat in Africam; Clupeam capit, et Tunes, aliasque urbes, I, 29 sq.; dura Pœnis imperat, 31; prælio superatur, duce Pœnorum Xanthippo, 33 sq.; capitur a Pœnis, 34, 8.

M. Atilius *Regulus*, consul, suffectus Flaminio, in pugna ad Trasimenum lacum occiso, III, 106, 2. Mediam aciem tenet in pugna Cannensi, III, 114, 6; cedit in pugna, 116, 11.

Atintanes, Epiri populus, II, 5, 8, tradunt se Romanis, II, 11, 11. Atintania, VII, 9, 13.

Atis sive Atys, Bolorum rex, a suis occisus, II, 21, 5.

Atlanticum mare, Oceanus a nonnullis appellatum, XVI, 29, 6. Ἡ ἐκτὸς θάλαττα, Mare externum, *dictum*, III, 37, 9 et 11; XVI, 29, 9. Id navigavit Polybius, III, 59, 7; et de ejus natura et indole ex professo se dicturum promittit, III, 57, 2 et 5; XXXIV, in *fine*, fr. lat.

Atlas mons, et alia geographica Africæ, XXXIV, in *fine*, fr. lat.

Atrata gens ad Eridanum fluvium, II, 16, 3.

Atrens, solis cursum conversioni cœli contrarium docuit, eoque vales et antistes sacrorum nominatus est, XXXIV, 2, 6.

Atropatios *probabiliter scripsit Casaub.* V, 44, 8 et 55, 2, *pro eis qui ibi ol Zartpároioi et al Zartpársia vulgo dicuntur.*

Attalica tribus Athenis, XVI, 25, 9.

Attalus, pater Eumenis et Attali, rex Pergami, mortuo Seleuco Callinico, omnem cis Taurum Asiam sibi subjecerat; quam ei Achæus, cum Seleuco Cerauno Taurum supergressus, rursus eripuit, et intra paterni regni fines, id est intra Pergamum, eum conclusit, IV, 48. Ludos celebrat Minervæ, ad quos Byzantii legatos mittunt, 49, 3. Cum Achæo continuu bellum gerit, V, 77, 1. Eidem Æolidis et Mysiæ urbes eripit, Gallorum Ægosagorum opera, quos ex Europa acciverat, 77, 2 sqq. Pergami sedem habet, 78, 6. Qui cum Attalo controversias habebant post Ol. 140, non amplius Antiochum et Ptolemæum, sed occidentem spectabant, V, 105, 7. Cum eo societatem adversus Achæum contrahit Antiochus M., V, 107, 4. Socius Romanorum et Ætolorum adversus Philippum et Achæos, IX, 30, 7 sqq; X, 41, 1. Peparæthum insulam occupat, X, 42, 1. Propemodum in Philippi potestatem venit, XI, 7, 2. Æginam ab Ætolis emit triginta talentis, XXIII, 8, 10. Agrum ejus Pergamenum et sacra loca vastat Philippus, XVI, 1. In pugna navali ad Laden nondum stat cum Rhodiis, XVI, 1 a, 1. Sociis Rhodiis, pugnam navalem ad Chium pugnat cum Philippo, satis felici eventu, XVI, 2-9; ipse tamen naves suas in continentem ejicere coactus, ægre Erythras evadit, XVI, 6. De pugna ad Laden *vide* XVI, 14 sq. Post eas pugnas novos apparatus belli facit, XVI, 24, 1. Athenas invitat, et magna cum pompa ibi recipitur, XVI, 25 sq. Abydenis auxilia mittit adversus Philippum, 30, 7; ipse Tenedum venit succursurus eis, frustra, 34, 1. Ejus postulata per legatum in colloquio Philippi cum T. Quintio, XVII, 2, 2; 6, 1 sqq.; 8, 10. Summis honoribus ornatus a Sicyoniis ob beneficia in eos collata, XVII, 16. Mors ejus et encomium, XVIII, 24. Ejus merita in Romanos commemorat filius Eumenes Romæ apud senatum, XXII, 3, 2 sqq. Mortuus est infirmitate contracta ex contentione, qua Boeotos ad societatem Romanorum hortatus est, XXII, 3, 5; XVIII, 24, 9. Uxor ejus Apollonia vel Apollonis, XXIII, 18.

Attalus, Attali filius, Eumenis frater, Cn. Manlius Vulsonem Cos. comitatus in expeditione in Galatiam, XXII, 22. Honore matri Apollonidi habito magnam laudem consequitur, XXIII, 18, 4 sqq. Roma legatus redit, et Eumenem comitatur in bellum cum Pharnace, XXV, 4, 4 et 11. Per Eumenis morbum inducias facit cum Pharnace, et rursus legatus Romam abit cum minoribus fratribus, XXV, 6. Operam dat, ut honores Eumeni, in Peloponnesi urbibus sublatis, restituantur, eoque amorem suum in fratrem præcipuum testatur, XXVII, 15; XXVIII, 7: Idque obtinet. XXVIII, 10, 7. In bello Persico nihil propemodum Romanos adjuvit, XXIX, 1 c, 2; a senatu tamen benigne accipitur, *ibid.* Rursus Romam legatur post bellum Persicum, ubi ei blandiuntur Romani, et ad disensionem cum fratre Eumene concitare student, XXXI, 1. A parum sano impetu eum revocat Stratus medicus, ab Eumene submissus, c. 2 sq. Rursus cum fratre Athenæo Romam mittitur, ad respondendum querelis Prusiæ, XXXI, 9; rursus, XXXII, 3, et benigne accipitur, 5, 5 sqq. Mortuo Eumene, regnum administrat pro pupillo filio fratris, XXXII, 23, 8: *conf.* XXX, 2, 6; XXXIII, 16, 1: statimque Ariarathum in regnum Cappadociæ restituit, *ibid.* *Conf.* III, 5, 2. Mox a Prusia bello petitur, et acie vincitur, XXXII, 25; 26, 1 sq. Athenæum fratrem Romam mittit, 26, 1; simul exercitum cogit, et auxilia ab Ariarathe et Mitridate



- sociis asciscit, XXXIII, 10. Classem ei administrat Athenæus, 11, 1 sqq. Mox, intercedentibus Romanis, pax conciliatur inter Attalum et Prusiam, 11, 4 sqq. Eum Romani prohibent ab inferendo Prusiae bello, XXXVII, 1 h, 1.
- Attalus, Eumenis filius (*Conf.* XXX, 2, 6), Romam venit, et benigne accipitur, XXXIII, 16, 1 sqq.
- Atticum argentum. *vide* Argentum.
- Attis et Battacus, antistites templi Deæ Pessinuntiae, XXII, 20, 5.
- Aufidus fluvius, unus ex omnibus Italiae fluviiis, qui Apenninum montem permeat; fontes habet inter Apenninum et mare Etruscum, exit in Adriaticum, III, 110, 8 sq. Juxta eum committitur pugna Cannensis, III, 110 sqq.; IV, 1, 2.
- Aulus. *Vide* Atilius, Hostilius, Postumius, etc.
- Aurea signa bellica Insubrium, II, 32, 6. Aureis argenteisve laminis obductæ fuerant trabes, lacunaria, et columnæ in regia Echatanæ, X, 27, 20 sqq.; πλινθοὶ χρυσαί, *ibid.* § 12. *quæ videntur esse capita columnarum.* *Conf.* Aurum.
- Aurei signati, IV, 56, 3.
- L. Aurelius Orestes, legatus Romanus. in Asiam et Syriam, XXXI, 12, 9. Legatus in Achaiam, Romam reversus queritur, in vitæ periculum se esse Achæorum culpa adductum, XXXVIII, 1, 1 sqq.; *Conf.* 2, 1.
- Aurora imago præfertur in pompa Antiochi Epiphanis, XXXI, 3, 15.
- Aurum. De auri argentique metallis in Hispania ex professo se dicturum *promittit* Polybius, III, 57, 3. Auri metalla prope Aquileiam in Tauriscis Noricis ditissima, XXXIV, 10, 10 sqq. Libra una auri æquiparatur decem libris argenti, XXII, 15, 8. *Add.* Astopa.
- C. Aurunculeius, legatus ad Prusiam et Attalum, XXXIII, 1, 2.
- Ausetani, Ἀυσήται, *fortasse scribendum* III, 35, 2, *pro* Andosini.
- Ausones, ad sinum *Neapolitanum* incolunt: eos ab Opicis discretos *facit* Polybius; *eosdem esse statuit* Antiochus, XXXIV, 11, 5-7. Ausonium mare, ultra Siciliam ad Salentinum, XXXIV, *in fine*, *fr. lat.*
- Ausplicium apud Romanos excusatio legitima est eis qui sacramento tenentur ad conveniendum in armis, VI, 26, 4.
- Auster: ei oppositi Etesii, *id est*, boreas, IV, 44, 6 et 10.
- Autarilus, dux Gallorum in exercitu mercenariorum, bello Pœnorum Africo, I, 77, 1 et 4; 79, 8: sæva suadet rebellibus, 80. In potestatem venit Pœnorum, 85; e cruce suspenditur, 86, 4.
- Autololes Gætuli, in Africa, XXXIV, *in fine*, *fr. lat.*
- Autolycus, gubernator quinquere mis Rhodiæ in pugna ad Chium, XVI, 5, 1 sqq.
- Autonus, Thessalus, salutaria suadet Hieronymo Syracusano, VII, 5, 3.
- Auxilia. *Vide* Socii, et Legio.
- Azanis, pars Arcadiæ, IV. 70, 3, *dictum ab Azane, Arcadis filio.*
- Azorium, urbs Perrhæbiæ, XXVIII, 11, 1.
- B**
- Babranium, locus prope Chium, XVI, 41, 3.
- Babylonia potitur Molo, V, 48, 13; 52, 4. Regio circa Babylonem, V, 51, 3.
- Babrytas, homo impurus Messenius, IV, 4, 5 sqq.
- Bacxatol *fortasse legendum* III, 33, 15, *id est* Vaccenses, *pro* Μακκατοὶ vel Μάκιοι.
- Bacchus, ab Aristide pictus; a quo ortum proverbium: Nihil ad Bacchum, XL, 7, 3.
- Bactriana: eam perfluit Oxus fluvius, X, 48, 4. In ea, Zariaspa, 49, 15. Regionis incolæ, Βακτριανοί, et Βάκτροι, X, 49, 8: contra quorum regem Euthydemum expeditionem suscepit Antiochus M., X, 49; XI, 34.
- Badiza, oppidum Bruttiorum, XIII, 10, 1, *Livio* Besidæ.
- L. Bæbius, legatus a Scipione Carthaginem missus, XV, 1 sq., castris præficitur a Scipione, XV, 4.
- M. Bæbius, legatus Romanorum in Macedoniam, XXIII, 6, 6.
- Bæcula, urbs Hispaniæ, in *Oretanis*, haud procul Castulone et Castulonensi saltu, X, 38, 7. Ibi Asdrubal, Hannibalis frater, vincitur a Scipione, X, 39. *Add.* XI, 20, 5.
- Bætica Hispania, XXXIV, 9, 1.
- Bætis, Hispaniæ fluvius, XIX; XXXIV, 9, 12.
- Balacer vel Balacrus, pater Pantauchi, amici legatique Persei, XXVII, 8, 5.
- Balas. *Vide* Alexander Balas.
- Balauchus, Pantauchi filius, obces datus Genthio a Perseo, XXIX, 3, 6.
- Baleares, proprie Funditores, III, 33, 11; mercenarii Pœnorum, I, 67, 7; III, 33, 16. Ab Hannibale in Africam missi, securitatis causa, III, 33, 11. Junguntur in pugna cum jacularibus, III, 113, 6, et *passim alias.*
- Ballisti lapides triginta atque etiam sexaginta librarum jaculantibus usus est Philippus, IX, 41, 8. *Add.* Talentum.
- Bantia, oppidum Illyrici in finibus Calicœnorum, captum a Philippo, V, 108, 8.
- Barbari Græcis sunt Romani, IX, 38, 5 et 7.
- Barcas, cognomen Amilcaris, patris Hannibalis, I, 56, 1.
- Barce, mons Africæ, ad Oceanum Atlanticum, XXXIV, *in fine*, *fr. lat.*
- Barce, urbe Cyrenaicæ. Hinc Barcæus Ammonius, V, 65, 8.
- Bargusii, populus Hispaniæ citerioris; subacti ab Hannibale, III, 35, 2 et 4.
- Bargylia (ῥά), Cariæ urbs, capta a Philippo, qui ibi hiemat, XVI, 24, 1 sq. Petentibus Rhodiis, invito Philippo, liberatur a Romanis, XVII, 2, 3; 8, 9; XVIII, 27, 4; 31, 2; 33, 1. Ibi erat miraculosum simulacrum, XVI, 12, 3. Cives, Βαργυλιῆται, XVI, 12, 3. Barythetics sinus, *idem qui sinus Iassius*, XVI, 12, 1.
- Barmocal, Pœnus, subscipsit formulæ federis Hannibalis cum Philippo, VII, 8, 1.
- Barnus, oppidum Macedoniæ, præter quod transit via Ignatia, XXXIV, 12, 8.
- Bastarni vel Bastarnæ: de eis Romæ queruntur Dardaniarum legati, XXVI, 9.
- Batanæa, recepta ab Antiocho M., XVI, 38, 3.
- Batheia (βαθία), via in urbe Tarento, VIII, 31, 1; 35, 6.
- Battacus et Attis, antistites templi Deæ Pessinuntiae, XXII, 20, 5.
- Belli et Titti, populi Celtiberici Romanarum partium, legatos Romam mittunt, XXXV, 2, 3 sqq.
- Belminas ager (*forsan rectius* Belbinas), in Arcadia: castella ibi a Cleomene exstructa capit Antigonus, et Megalopolitanis tradit, II, 54, 3.
- Benacus lacus, in Alpibus, XXXIV, 10, 19.
- Beneventum, colonia Romana in Samnio, III, 90, 8. Beneventanum agrum incursant Romani, *ibid.*
- Berenice (*nonnulli codd.* Bernice), Ptolemæi Philadelphii filia, Ptolemæi Evergetis soror, nupta Antiocho Deo, Syriæ regi. Ei aquam e Nilo bibendam mittere solebat pater, *Fragm. hist.* 54. Ob ejus casum Seleuco Callinico iratus Ptolemæus Evergetes, Syriam bello petit, V, 58, 10 sq.
- Berenice (*nonnulli codd.* Beronice), Magæ filia, et Magæ

- mater, uxor Ptolemæi Evergetis, mater Ptolemæi Philopatoris, occiditur a Ptolemæo filio, Sosibii opera, V, 36; XV, 25, 2.
- Berga, Macedoniæ oppidum; unde Bergæus Antiphanes, scriptor rerum incredibilium, XXXIV, 6, 15. Evemerum Eratosthenes Bergeum appellavit, id est, fabulosum scriptorem, XXXIV, 5, 12.*
- Beræa, urbs Macedoniæ. Hinc Beroensis Medon, XXVII, 8, 5, et Beroæus Adæus, XXVIII, 8, 1.*
- Berytus, Phœniciæ s. Cœlesyriæ urbs: fauces ad eam, pulsus Ptolemæi ducibus, occupat Antiochus, V, 61, 9 sq. Arado profectus, Theoprosopon promontorium prætergressus, eo venit Antiochus M., capta in transitu Botry, et crematis Triere et Calamo, V, 68, 8.*
- Bessi, populus Thracicus; quorum fines invasit Philippus, XXIV, 6, 4.*
- Bethsan. Vide Scythopolis.*
- Bibliothecarum commoditas, XII, 27, 4.*
- Bionidas, Lacedæmonius, occisus a factione Ætolica, IV, 22.*
- Bippus, Argivus, Romam legatus, XXV, 2, 3, 11; 3, 4.*
- Bithynia, Bithyni. Conf. Prusias. Bithyniæ regnum ad Tibotem pari jure, ac ad Prusiam, visum est pertinere, IV, 50, 9. Quæcunque loca Bithyni Byzantiis in Mysia ademerant, restituere eis coguntur ex pacis lege, IV, 52, 9.*
- Biton et Cleobis, Argiæ sacerdotis filii, pietate in matrem insignes, XXIII, 18, 7.*
- Bodencus ab indigenis nominatur Padus fluvius, II, 16, 12.*
- Bœarum agrum, in extrema Laconica, populatur Philippus, V, 19, 8.*
- Bœi, sive Boii, oppidum Illyriæ ad Lynchnidum lacum, captum a Philippo, V, 108, 8: nisi Βοιτίου pro Βοιόυ legendum, intelligendique cives oppidi, cui nomen Bœbe, Βοβή.*
- Bœotarcha, Brachyllas, XVIII, 26, 3.*
- Bœoti, socii Antigoni et Achæorum bello Cleomenico et Sociali, II, 65, 4; IV, 9, 4; 15, 1 sq. Universæ Bœotorum gentis (τῶν Βακτωριῶν) conventum perfide violarunt Nicostatus Ætolus, Dorimachi pater, et Lattabus, IV, 3, 5; IX, 34, 11. Adversus Ætolorum, Romanorum et Attali societatem opem implorant Philippi, X, 41, 3: conf. 42, 2. A T. Quintio impetrant, ut eis, qui contra Philippum militaverant, impune redire liceat; cui favori male respondentes, Brachyllam, Macedonibus faventem, Bœotarcham creant, XVIII, 26. Post Leuctrica tempora, munita et perdita eorum gloria, XX, 4 seqq. Mox cum Achæis faciunt, mox rursus cum Ætolis; inde Macedonibus se tradiderunt, c. 4 seqq.; inde ad convivia et crapulam conversi sunt, 4, 7, et c. 6, 1 sqq. Ab eorum repub. Megareses ad Achæos redierunt, 6, 7 sqq. Prætor eorum Amæocritus, XX, 2, 4, Antiochum Thebis recipiunt, XX, 7, 5. Novæ eorum turbæ; exsules suos Romanis faventes recipere nolunt; Macedonibus favere pergunt; Achæis jus reddere recusant; inde belli origo, XXIII, 2. Prætor Hippas, dein Alcetas, XXIII, 2, 3. Bœoticorum legatorum Delphi cædes, a Perseo jussa, XXII, 2 a, 5, et 22 b, 2. Commune Bœotorum dissolvitur; ipsi abstrahuntur a societate Persei, XXVII, 1. Mortuo Mnasippo, tranquillitas Bœotiæ rediit, XXXII, 21, 2.*
- Boii, Gallicus populus Cispadanus, inter Ananes s. Anamares et inter Lingones habitans, II, 17, 7; 28, 4, con terminis ditioni Romanorum, II, 21, 9. (Cum his non confundendi Bœi; quos vide.) Post Insubres, potentissimi inter Gallias Cisalpinæ populos, II, 21, 1. coll. c. 17, 4. Adversus Romanos profecti cum Etruscis, cæ-*
- duntur ad Vadimonem lacum, II, 20. Suos reges Atin et Galatum occidunt, et mutuis cædibus in se ipsi grassantur, 21. Cum Insubribus adversus Romanos incitant Gæsatas, 22 seq. In eorum ditionem, Romanorum in gratiam, impressionem facturi erant Veneti et Cenomani, II, 24, 8. Prælium committunt (ad Telamonem) cum L. Emilio et C. Atilio Coss., II, 28 seqq.: braccati pugnant et levi sago induti, 28, 7; cominus fortissime pugnant, solo genere armorum victi, 30, 7. Romanis se tradunt, 31. Cum Insubribus deficient a Romanis; Mutinam, Romanorum coloniam, obsident; Romanorum triumviros agris dividendis perfidi prehendunt; Romanam legionem cædunt, reliquos includunt, III, 40. Ad eorum fines accedit P. Scipio, Massalia rediens, 56, 6. Cum Hannibale amicitiam faciunt, eique Romanos triumviros victos tradunt, quos ille vero his custodiendis reddit, 67, 6 sq.*
- Bolax, oppidum Triphylizæ, IV, 77, 9, in deditionem accipitur a Philippo, 80, 13.*
- Bolis, Cretensis, a Sosibio Sardes mittitur ad liberandum Achæum, VIII, 17 seq.: sed is Cretica perfidia Achæum Antiocho prodit, VIII, 18 sqq.*
- Bolmizar, rex Carthaginiis, pater Hannonis ejus qui in Hannibalis fuit exercitu, III, 42, 6. Conf. III, 33, 3.*
- Bomilcar, classis præfectus Pænorum, auxilio mittitur Tarentinis adversus Romanos, IX, 9, 11.*
- Boodes, senator Carthaginiensis, ab Hannibale seniore in Liparam musæus adversus Cn. Cornelium, I, 21, 6.*
- Bos (ἡ Βοῦς), locus in Asia, ad Bosporum Thracicum, IV, 43, 6 sq.; 44, 3.*
- Bosporus Cimmerius, os Paludis Mæotidis, IV, 39, 3; XXXIV, 7, 14.*
- Bosporus Thracicus, IV, 39, 4: ejus descriptio, 43 seq. Bosporum ponte junxit Darius, 43, 2.*
- Bostar, dux Carthaginiensium ab Hasdrubale ad Iberum fluvium missus adversus Romanos, III, 98, 5; deceptus ab Abilyce Hispano, tradit ei obsides Hispanorum, qui Sagunti erant, Romanis prodendos, 98 seq.*
- Bostarus, dux Pænorum in Africa adversus Attilium Regulum, I, 30, 1. Auxiliorum præfectus in Sardinia, interficitur a rebellibus mercenariis, 79, 2.*
- Botrys, Phœniciæ oppidum, captum ab Antiocho Magno, V, 68, 8. De ejus situ conf. Berytus.*
- Botrys, Siculus, scriptor obscenus, XII, 13, 1.*
- Bottia (alias Bottiæa), Macedoniæ regio, V, 97, 4.*
- Braccati Galli, II, 28, 7.*
- Brachylles, Bœotus (puto Thebanus), filius (ut videtur) Neonis, nepos Ascoudæ, Macedonibus faventium; victo Cleomene Spartæ præfectus est ab Antigono Dosone, XX, 5. Comes Philippi in colloquio cum T. Quintio, XVII, 1, 2. Victo a Romanis Philippo, cum aliis Bœotis, qui Philippo militaverant, a T. Quintio incolumis remittitur, et Bœotarcha a suis creator, XVIII, 26, 1-3. Permittente Quintio, occiditur a factione contraria, quæ cum Romanis faciebat, XVIII, 26, 5 sqq.; XX, 7, 3; XXIII, 2, 7.*
- Bradyllis, Illyriorum rex, XXXIX, 1 b, 3.*
- Brasidas, Fragm. hist. 15.*
- Brennus. Pars Gallorum, qui cum Brenno patria excesserant, declinavit Delphicam cladem, et in Thracia sedes cepit, IV, 46, 1. Galli cum Brenno, victo Ptolemæo Cerauno, contentis Macedonibus, in medium Græciam irruerant, IX, 35, 3: eorum impetui soli Ætoli resistenter, IX, 30, 3.*
- Britannia: eam totam se peragrasse ait Pytheas, et multa mira de ea narravit, XXXIV, 5, 2 et 8; 10, 7. De Britannicis insulis copiose se commodo loco dicturum promittit Polybius, III, 57, 3; XXXIV, 1, 6. De Britannia*

- nemo mercatorum Massiliensium, nec Narbonensium, nec Corbilonensium, dicere quidquam inquirenti Scipioni potuerat, XXXIV, 10, 7.
- Brochi, castellum in faucibus Coelestriae, V, 46, 1; 61, 8. *Confer* Gerra.
- Brundisium: inde Apolloniam cum exercitu appellit Postumius, II, 11, 7. Priusquam conditum esset, Tarentinus portus celeberrimus erat, X, 1, 9. Eo appellit classis Rom. ex Asia rediens, XXII, 7, 16, et Eumenes, ex Asia Romam petens, XXX, 17, 7. Vir Brundisius Hannibali Clastidium prodidit, III, 69, 1.
- Bruttia, Bruttii, in ora inferioris Italiae, X, 1, 3. Per Dauniam et Bruttiam, Rhegium petit Hannibal, IX, 7, 10. Res Bruttiae Hannibali administravit Mago, IX, 25, 1. In Bruttiae angulum conclusus est Hannibal, XI, 7, 1. Bruttium agrum populatur Amilcar Barca, I, 56, 3; eundem Agathyrnaeis populandum dat M. Valerius Laevinus, IX, 27, 11, *coll. Liv.* XXXVI, 40. Bruttiorum oppida Badiza et Lampetia, XIII, 10, 1 sq.
- Bubali pulcherrimi in Africa, XII, 3, 5.
- Bubastus, urbs Aegypti; ejus praefectus Adaeus, XV, 27, 6.
- Buccina sigillum datur vigiliarum, VI, 35, 12. Ea convocantur greges in Italia, XII, 4, 6 sqq.
- Buchetum, *vel* Buchetus, oppidum Epiri, XXII, 9, 8.
- Bumilcar. *Vide* Bomilcar.
- Bura, urbs Achaeorum ex 12 primis olim foederatis, II, 41, 8. Buri instaurato dein foederi mox accedunt, occiso tyranno, II, 41, 13.
- Bylazor, urbs maxima Paoniae, occupatur a Philippo, V, 97, 1 sqq.
- Βυσσάντις. *Vide* Byzacium.
- Byttacus, Macedo, levi armaturae praefectus in exercitu Antiochi in Coelestria, V, 79, 3; 82, 10.
- Byzacium, ἡ Βυσσάντις (*sive* Βυσσάντις) Africae regio, III, 23, 2; XII, 1, 5.
- Byzantium, IV, 39, 5, 43, 7; 44, 1. Situs urbis a mari opportunissimus, IV, 38 et 44; incommodus a parte continentis, unde perpetuis bellis Byzantii premebantur a Thracibus et Gallis, Tantaleum saepe supplicium patientes, IV, 45 seq. Iis gratiam debent Graeci, quibus carendum foret omni fructu commercii et Ponto, si Byzantii eos prohibere vellent transitu per Bosporum, IV, 38, 6 et 10. Gallis gravissima tributa pendunt, quare portoria a navigantibus in Pontum exigere coguntur, 46. Bellum iis indicunt Rhodii, IV, 47. Auxilia petunt ab Attalo et Achaeo, quorum mutuum inter se bellum dirimere statuerunt, 48, 1; 49, 2. Eis iratus est Prusias, quod ad Soteria ipsius legatos non misissent, 49, 3. Mysiae partem tenent in Asia, quam eis eripit Prusias, et Hieron castellum, magno aere emtum, 50, 2 sqq. Tibolem adversus Prusiam excitant, 50, 1 et 8 sq. Pacem faciunt cum Rhodiis et Prusia, qua nullum amplius vectigal a navigantibus in Pontum se exacturos promittunt, IV, 52, 5. Ipsi intercedentibus, Ptolemaeus Philopator legationibus differt Antiochum Magnum, V, 63, 5; Contra Thraciae regulos auxilia iis promittit Philippus, XXIII, 14, 12.
- Cabala, urbs Thraciae, XIII, 10, 9. *Gentile* Cabilenus, *ibid.*
- Cadi, oppidum Asiae, in Phrygiae, Mysiae et Lydiae confinitibus, XXXIII, 10, 2.
- Cadmea, per dolum capta a Phaeida Lacedaemonio, IV, 27, 4.
- Cadusii, Asiae populus, a septentrione Mediae, V, 44, 9. Sunt in exercitu Antiochi, V, 79, 9.
- L. Caecilius Metellus, Cos. cum C. Furio, Thermam et Li-
- param capit, I, 39; ad Panormum caedit fugatque Asdrubalem, 40.
- Lucius Caecilius Metellus, praetor, cadit in pugna cum Gallis ad Arretium oppidum, II, 19, 8.
- Q. Caecilius Metellus, legatus Romanorum ad iudicandas Philippi cum finitimis populis controversias, XXIII, 6, 6; 10, 1; 11, 1 sqq., objurgat Achaeos ob ea quae Spartae egerant praetore Philopemene, 10, 2 sqq.; 12, 8; postulat concilium gentis Achaeorum, quod ei negant magistratus, quod scriptum senatus mandatum non haberet, 10, 10 sqq.; 12, 5 sqq. Inique ab eo secum actum queritur Philippus, XXIV, 2, 7. Denuo legatus in Peloponnesum, XXIV, 4, 8.
- Q. Caecilius Metellus, praetor Macedoniae, legatos mittit ad Achaeos, sed conditiones ejus temere respuunt, XXXVIII, 4, 1 sqq.; *conf.* 5, 9. Rursus, XL, 4; Diaem cum exercitu opprimit in Phocide, XL, 1, et 6, 11.
- Calabri, in ora inferioris Italiae, X, 1, 3.
- Calamae, Messeniorum castellum, proditione captum a Lycurgo, tyranno Spartanorum, V, 91, 4.
- Calamus, Coelestriae s. Phoeniciae oppidum, crematum ab Antiocho, V, 68, 8. *De ejus situ conf.* Berytus.
- Calamus odoratus colligitur e paludibus quae sunt in Marsya Campo, V, 45, 10.
- Calchedon, urbs ad ostium Bospori Thracici a parte Propontidis, ex adverso Byzantii, IV, 39; ejus situs multo incommodior, quam situs Byzantii, 43, 8 sqq. et 44. Calchedonios, quum Aetolorum essent socii, Philippus, ipse licet Aetolis nuper reconciliatus, ab Aetolorum societate abstraxit, et sibi adjunxit, XV, 23, 8 sq.
- Calela *vel* Calena, arx in agro Larinate, III, 101, 3.
- Caleni, cives oppidi Campaniae, cui Calas nomen, a septentrione Capuae, III, 91, 5.
- Calicoeni, gens Illyrica, Macedoniae vicina, cujus oppidum Bantiam praesidio occupavit Philippus, V, 108, 8.
- Callias, Thespiensium legatus Romam, XVII, 1, 1.
- Callias, pancratiastes, legatus Atheniensium in Aegyptum, XXVIII, 16, 4.
- Callicrates, Leontesius Achaeos, humilis adulator Romanorum, Romam legatus in causa exsulum Spartanorum, Achaeos prodit, XXVI, 1-3. Praetor creatur Achaeorum, commendatus a Romanis, 3, 7 et 14. Ptolemaeis auxilia petita non mittenda censet, invidia Lycortae maxime ductus, XXIX, 8-10. Romanis imperatoribus et 10 legatis gratulatur victoriam de Perseo relatum, et populares suos calumniatur, XXX, 10, 3 et 9. Inde reversus, vulgo exosus omnibus, XXX, 20. Responso a senatu legis Achaeorum dato inflatur, XXXI, 8, 8 et 12; contendit, Achaeis absque Romanorum voluntate nec bellum cuiquam inferre licere nec opem ferre, XXXIII, 15, 7. Ejus statuariae dejectae, XXXVII, 1 g.
- Callicritus, legatus Boeotorum Romam, XXIII, 2, 8.
- Calligiton, pater Cothonis, hieromnemonis Byzantium, IV, 52, 4.
- Callimachii et Herophilii, rationali praesertim medicinae addicti in Alexandria medici, XII, 25 d, 3 sqq.
- Callinicus. *Vide* Seleucus.
- Calliope, urbs Parthorum, X, 31, 15.
- Callipolis, oppidum Aetoliae, XX, 11, 11.
- Callisthenes refert epigramma in columna ad aram Jovis Lyciae Messenae in honorem Arcadum, IV, 33, 2 sq. Rempubl. Cretensium similem esse contendit Laconicae, VI, 45, 1. Ejus imperitiam in narrandis rebus ad militiam pertinentibus, praecipue in exponenda pugna Alexandri et Darii in Cilicia, *perstringit* Polybius, XII, 17. Propter Alexandri adulationem conviciis petitur et merito tolisse

- penam dicitur a Timæo, XII, 12 c sqq.; Alexandrum in deorum numerum volebat referre, XII, 23, 4 sq.
- Callistratus, legatus Eleorum Chalcidem ad Antiochum, XX, 3, 1 et 5.
- Callonitis, Καλωνίτις, V, 54, 7, *pro Χαλωνίτις*. Vide Chal-  
lonitis.
- Calpitis s. Calpitum, si vera scriptura, Galatiæ oppidum, XXV, 4, 8.
- Calycadnus, promontorium Ciliciæ: ultra id belli causa navigare prohibetur Antiochus, XXII, 26, 14.
- Calydonia, Calydoniorum ager in Ætolia; eum populatur Philippus, et oppidum capit cui nomen Elæus, IV, 65, 6 sq. Eandem populatur Achæi, V, 95, 11. *Conf.* Damocritus.
- Calynda, urbs Cariæ; eam a Romanis sibi petunt Rhodii, XXXI, 16, 1 sq. Calyndenses Rhodiis se tradunt, XXXI, 17.
- Camarina, urbs Siciliæ, expugnatur a Romanis, I, 24, 2. Prope eam tempestate perit classis Romanorum, I, 37, 1. Camarinenses cum Gelæ civibus inducias faciunt, XII, 25 o, 3 et 4.
- Camartes. Vide Camers.
- Cambylus, præfectus Cretensium in exercitu Antiochi ad Sardes, VIII, 17, 4 sqq.; cum Bolidi Cretensi decipit Achæum, et Antiocho prodit, VIII, 18 sqq.; utpote Cretensis, natura varius et astutus, 18, 4.
- Camers vel Camars ager, Camartium vel Camertium fines: ibi Galli et Samnites magna clade afficiunt Romanos, *ad Clusium oppidum in Etruria*, II, 19, 5.
- Cammani, a Ti. Graccho sub imperium Rom. rediguntur, XXXI, 9, 1.
- Campani, mercenarii Agathoclis, vi potiuntur Messana, urbe Siciliæ, I, 7, 2 sqq. Mamertinos se ipsi appellant, I, 8. *Conf.* Mamertini. Campanorum numerus ad militiam inscriptorum bello Gallico Cisalpino, II, 24, 14. *Conf.* Decius.
- Campania, VII, 1, 1; ab Hannibale vastata, III, 91 sq. *Conf.* Capua.
- Campi Phlegræi; vide Phlegræi. Campi Magni; vide Magni. Campi circumpadani; vide Gallia Cisalpina. Campus Amycæ, Apiciæ, Marsyas, Martius, Pulcer, Thebes. *vide sub his vocabulis*.
- Camus, s. Camun, oppidum Coelesyriæ in Decapoli trans Jordanem, captum ab Antiocho, V, 70, 12.
- Candasa, castellum Cariæ, XVI, 41, 6.
- Candavia, mons Illyrici, per quem ducta est via Ignatia, XXXIV, 12, 9.
- Canis ortus: sub eum augetur Padus, II, 16, 9, et Euphrates, IX, 43, 4.
- Canna, oppidum Apuliæ, III, 107, 2. *Romanis in plur. num.* Cannæ, et sic Κάριναι, XV, 7, 3; 11, 8. Oppido superiori anno diruto, arcem Cannæ, ubi horreum erat Romanorum, motis Gerunio castris, cepit Hannibal, III, 107, 2. Pugna Cannensis, III, 117, 1; V, 105, 10, ad oppidum Cannam et Aufidum fluvium pugnata, IV, 1, 2. Ejus descriptio, III, 115-117. Post eam maxima Italiæ pars ad Pœnos defecit, V, 111, 8; XV, 7, 3, *coll.* III, 118. Post eandem captivos redimere nolunt Romani, VI, 58, 2.
- Canopus, urbs Ægypti, V, 39, 1.
- Canuleius, senator Romanus, qui legationem in Ægyptum obierat, XXXI, 18, 4.
- Canusium, oppidum Apuliæ, III, 107, 3.
- Cap blanc, Argennum promontorium, XVI, 7, 2.
- Caphyæ, oppidum Arcadiæ a Cleomene occupatur, II, 52, 2. In agro Caphyensium cum Ætolis pugnant Achæi, duce
- Arato, fuganturque, IV, 11 seqq. Caphyas venit Philippus, IV, 68, 6; 70, 1; indeque Psophidem, IV, 70, 3-5.
- Capilli præparati 300 talenta Sinopensibus mittuntur a Rhodiis, IV, 56, 3.
- Capitis reis Romanis potestas est in exilium spontaneum secedendi, VI, 14, 7.
- Capitolium. Eo excepto, Roma capta a Gallis, I, 6, 2; II, 18, 2. Ornatur signis militaribus et maniacis Gallorum, II, 31, 5. Ibi instituitur quotannis delectus militum, VI, 19, 6. Capitolinus Jupiter, III, 22, 1.
- Cappadociam invadit Pharnaces, XXV, 4. Rex Cappadocum Ariarathes, XXV, 4, 9. A Tauro monte et Lycaonia usque ad Ponticum mare porrecta, *Fragm. hist.* 10. Nomen est Persicum, *de cuius vi et origine v. ibid.* De finibus Cappadociæ ad Taurum montem, XXXIV, 13, 4. Cappadocia ad Pontum vocatur regnum Mithridatis, V, 43, 1 sq.
- Capua, Campos circa eam olim possederant Etrusci, II, 17, 1, eosdem petit Hannibal, III, 90, 10. Eorum situs et opulentia, 91. Capuanorum s. Campanorum pars Hannibalem advocarunt post pugnam Cannensem, III, 118, 3. Capuani luxu superantes Crotoniatas et Sybaritas, a Romanis ad Hannibalem defecerunt, VII, 1, 1 sq. Ad Carthaginienses deficiens Capua, alias urbes secum traxit, *ibid.* § 4. Eam obsidet Appius, obsessus ipse ab Hannibale, IX, 3. Appium Hannibal, Romam petens, frustra studet inde abstrahere, IX, 4, 8; 7, 7. Ejus oppugnationem premunt Romani, IX, 9, 8. Vinum arbusivum Capuæ, XXXIV, 11, 1.
- Carchi, Κάρχοι (an Carduchi? Καρδοῦχοι?), Asiæ populus Zagrum montem incolens, V, 44, 7.
- Cardaces, militum mercenariorum genus in Asia, mille duce Lysimacho Gallo, in Antiochi acie ad Raphiam, V, 79, 11; 82, 11.
- Cares, Caria. Cariam, quum regibus Ægypti pareret, invadit Philippus, III, 2, 8; XVI, 11 seq., et ibi hiemat, XVI, 24. Lycia et Caria usque ad Mæandrum Rhodiis dantur a Romanis post bellum Antiochicum, XXII, 7, 7; 27, 8; XXIII, 3, 7; non pro munere, sed ut amici et socii, XXVI, 7. Liberi pronunciantur Lycii et Cares, XXX, 5, 12 et 16. *Conf.* XXXI, 7, 4. Carico bello magnam olim cladem passi erant Iassenses, XVI, 12, 2. In Care faciendum periculum; *proverb.* X, 32, 1. Sic Carum militum per contentum meminit Cleomenes, V, 36, 5. Genere Car fuit Hermeas, princeps minister Antiochi, V, 41, 2.
- Carmania, Asiæ superioris regio. Eo ex Arachosia, per Drangianam, rediit Antiochus, ibique hiemavit, XI, 34, 13. Carmani in exercitu Antiochi, V, 79, 3 et 7; 82, 12.
- Carneades philosophus Romæ, XXXIII, 1, 9.
- Carnium, locus Laconia, Apollini sacer, V, 19, 4.
- Carpetani, populus validissimus Hispaniæ, pæne opprimunt Hannibalem, mox ab eo ipsi oppressi, III, 14. Per eorum fines transit Tagus fluvius, III, 14, 5. Urbem in Carpetanis obsidet Asdrubal, X, 7, 5.
- Carsenses (Καρσῆς, forsitan Καρναῖς, a Careso, Troadis oppido): eos terrens, ad obsequium redigit Attalus, V, 77, 7 sq.
- Carsignatus, regulus Galatiæ in Asia, qui cum Pharnace fecerat, frustra legatos de pace mittit ad Eumenem et Attalum, XXV, 4, 6 sq.
- Carthæa, una e quatuor urbibus Cei insulæ, XVI, 41, 7.
- Carthago, Carthaginenses, Pœni. Situs urbis, inter Uticam et Tunet, I, 73, ad Bacaram fluvium, 75. Carthaginensium ditioem in Sicilia carpunt Mamertini, I, 8, 1. Ab iis auxilium adversus Syracusanos petit pars Mamertinorum, I, 10. Inde prima certamina Pœnorum cum Romanis, ab altera parte advocatis, *ibid.* et seqq., postquam olim fœdera Romanis ac Pœnis intercessissent, III, 22

seqq. Ante primum bellum Punicum Pœni jam, præter Siciliae partem, plurimas etiam partes Hispaniæ et insulas omnes Sardoï et Etrusci maris in potestate habuerant, I, 10, 5. Ducem suum, arce Messanæ excedentem, cruci affigunt, I, 11, 4 sq. Messanam obsidentem, in fugam vertuntur ab Appio, I, 12. Belli *Punici primi* initium, I, 16. *Conf.* Sicilia. Siciliae plurimæ urbes deficiunt a Pœnis ad Romanos, I, 16, 3. Capto Agrigento, Pœnos penitus Sicilia ejici posse sperant Romani, I, 19, 2. Maris tenent imperium, 20, 5; 39, 10. Re nautica præstant, VI, 52, 1; naves Romanorum cum duce Cu. Cornelio ad Liparas capiunt, I, 21. Navali prælio a Duilio vinctur, 23. Classe 350 navium tectarum, ultra 150 millia hominum tenente, in altum evehunt, I, 25, 9; 26, 8: et tamen vinctur a Romanis navali pugna ad Ecnomum, 27 seq. In Africa rursus vinctur fuganturque a Regulo, 30, non sua, sed ducum cupla, 32, 2. Post varia belli facta, *quæ capp. sqq. exponuntur*, Romanis Sicilia cedunt, I, 62; bello Siculo prorsus attriti, 71, 3. Bellum habent cum mercenariis suis et subditis rebellibus; Bellum Africum, I, 65 sqq., 70 sqq. Duris tributis premebant subditos, 72. Sardinia cedunt Romanis, I, 88; III, 10, 3. Eorum antiqua fœdera cum Romanis, III, 22 seqq. *De secundo Punico bello, vide* Hannibal, et Hannibalicum bellum. In eo bello equitatu maxime valent, III, 110, 2; 171, 4; IX, 3, 9. Rex Bomilcar, III, 41, 6; 33, 3; VI, 51, 2. Longitudo ditionis eorum in Africa, III, 39, 1 sq. Victa a Cn. Scipione ad Iberi ostia et magnam partem perditâ classe sua, aliam submiserunt; quæ, quum obiter Pisas appellere et cum Hannibale communicare vellet, a Cn. Servilio repulsa est, et Africam repetere coacta, III, 96. Sive Romani bello vicissent, sive Pœni, in Græciam arma translaturi erant victores, V, 104, 3. Respublica eorum collata cum rep. Romana, VI, 51 seq. Tempore secundi belli Punicum jam consenescebat Carthago, Roma cum maxime vigeat, VI, 51, 5. Cum iis Hieronymus fœdus facit de dividenda Sicilia, VII, 4. Eorum fœdus cum Philippo, VII, 9. Eorum numen, *ibid.* § 2. Seniorum collegium apud ipsos, *vel* senatus, VI, 51, 2; X, 18, 1. Constatnatio in urbe, postquam castra Syphacis et Asdrubalis incendit Scipio, XIV, 6. Acie victi in Magnis Campis, varia consilia capiunt, XIV, 8 seq. Postquam supplices pacem petierant, et confirmandarum conditionum pacis causa a Scipione scripturarum Romanæ legatos miserant; induciarum tempore comneatum intercepti Romanorum, et legatis insidiantur Scipionis, XV, 2 sqq., *conf.* 8, 7. Victo Hannibale a Scipione, XV, 9-16; pace Pœnis data a Romanis, finitur Bellum Punicum secundum, 17-19. Quotannis Tyrum primitias frogum diis patriis mittunt, XXXI, 20, 12. Emporiis circa Syrtin minorem cedere Masanissa coguntur iniquo Romanorum judicio, XXXII, 2. Ad bellum eis inferendum honorificos prætextus querunt Romani, XXXVI, 1 b, 1 sq. *Tertio bello Punico*, missis Romam legatis, Romanorum fidei se tradunt, XXXVI, 1, 9; XXXVII, 1 c, sqq. Obsides poscit senatus Rom., quos illi mittunt, c. 2 sq.; arma omnia tradere jubentur, 4 seq., et sedes mutare; dein funditus delentur, III, 5, 5. Circa eos et illud bellum eo tempore, per Græciam multi varique jactantur sermones, XXXVII, 1 a et sqq. Carthaginis oppugnatio et excidium, XXXIX, *capp.* 1-3. Pœnis insita avaritia et dominandi libido, IX, 11, 2. Carthagine et Alexandriæ in publicis tumultibus pueruli non minus quam viri tumultuari solent, XV, 30, 10.

Carthago Nova, in Hispania (*nonnunquam dicta* Καρχηδόνα), II, 13, 1; III, 13, 7; 39, 6; X, 15, 11. Condita ab Asdrubale, Hamilcaris genero, II, 13; situs et descriptio urbis, X, 10. A freto Herculeo abest stadia 3000, ab

Ibero fluvio stadia 2600, III, 39, 5 sq. Ibi hiemare consueverat Hannibal, III, 13, 7; 15, 3 33, 5: fuit enim veluti caput et sedes imperii Pœnorum in Hispania, III, 15, 3; X, 10, 9. Ibidem hiemat Asdrubal, III, 76, 11. Eam oppugnat expugnatque Scipio Africanus Major, X, 6, 19. Commoditates urbis, X, 8; argenti metalla, X, 10, 11; XXXIV, 9, 8 sqq.

Carthalo, collega Adherbalis, ab eo Drepanis Lilybæum missus, classem Romanorum Lilybæum obsidentem partim capit, partim cremat, I, 53. Insidians classi L. Junii a Pachyno advenienti, tempestatem, quæ illam perdit, sua providentia effugit, 54.

Carystus, Eubœæ urbs, liberatur a senatu Rom. post bellum Philippicum, XVIII, 30, 11.

Casander. *Vide* Cassander.

Casius mons, in Ægypto; propter eum Ptolemæus exercitum in Coesyrum ducit, V, 80, 2.

Caspiae Pylæ, in Media, V, 44, 5.

Cassander, rex Macedoniae, urbibus Achæorum præsidia imponit, II, 41, 10; IX, 29, 5 sq. Victo Antigono, cum Lysimacho et Seleuco deliberans, universam Syriam Seleuco attribuit, V, 67, 8. Athenienses, concessa cæteris Græciæ omnium rerum honestarum gloria, ei imperata faciunt, XII, 13, 11.

Cassander, Ægineta, apud Achæos conqueritur de patria ab Ætolis Attalo vendita, et libertatem Æginæ repetit ab Eumene, XXIII, 8, 9.

Cassander Corinthius, Leucade cum navi in porta stans prope Illyriorum lembos, violata fide ab Illyricis capitur, V, 95, 3.

Cassander, Philippi minister, regis jussu ingentem cædem Maronæ edit, XXIII, 13, 3 sqq.; tum in speciem Romam missus a Philippo, in via jussu ejusdem e medio tollitur, 14, 1 et 5.

Castorum ædes. *Vide* Dioscurium.

Castorum metatio et descriptio apud Romanos, VI, 27-32; in itinere, 41. Mellior ratio apud Romanos, quam apud Græcos, 42. Castrense sacramentum; ministeria castrensia; vigiliæ, et quæ huc spectant, VI, 33 seqq.

Castulo *vel* Castulon, *urbs et mons Oretaniæ* in Hispania, X, 38, 7; XI, 20, 5.

Catabathmus magnus, locus acclivis in aditu Cyrenaicæ, ex Ægypto venienti, XXXI, 26, 9.

Cataphracti equites, XXXI, 3, 9.

Catapultæ Uticensium, I, 74, 4 et 12.

Cataracta ad portam urbis Salapiæ, X, 33, 7.

Cataractæ Oxi fluvii, X, 48.

Catenis onerari M'. Acilius jubet Ætolos, qui fidei Romanorum se permiserant, XX, 9.

Cato. *Vide* Porcius.

Cavarus, rex Gallorum Thraciam incolentium, cui tributum pendebant Byzantii, IV, 46, 3 sq.; pacem conciliat inter Byzantios et Prusiam, Bithyniæ regem, IV, 52, 1 sq.; VIII, 24, 1 sq.

Caucasus *Indicus*, ex eo originem ducit Oxus fluvius, X, 48, 4. Eo superato, Antiochus M. in Indiam venit, XI, 34, 11.

*Caudini: sic forte legendum* III, 91, 5, *pro* Daunii.

Caulon, urbs Magnæ Græciæ. Cives Cauloniæ, cum vicinis civitatibus Jovi Homorio s. Homario communem ædem ponunt, II, 39, 6.

Cauus, urbs Carie; in eam confugit Polyaratus, XXX, 9, 12. Eam a Ptolemæi ducibus emerant Rhodii, XXXI, 7, 6. Caunii Rhodiis contributi, XXX, 9, 13. Deficiunt a Rhodiis, XXX, 5, 11. Ab eis rursus subiguntur, *ibid.* 13 sq. Romam legatos mittunt; senatus Rhodios præsidia

- deducere Cauno jubet, XXX, 19, 3 sqq.; XXXI, 1, 2. Ab iis Calyndenses deficient ad Rhodios, XXXI, 17.
- Celtæ, Κελτοί. Vide Galli et Gallia.
- Celtiberi, Celtiberia. In ejus et Iberiæ confinibus erat urbs Saguntum, III, 17, 2. Ejus urbes 300 eversæ perhibentur a Ti. Graccho prætor, XXVI, 4. Eodem Tiberio prætor Celtiberi fœdus pepigerunt cum senatu Romano; quod fœdus illi postea restitui sibi petunt, XXXI, 2, 15. Eorum auxilia Carthaginem opportune adveniunt adversus Scipionem, XIV, 7, 5 sqq.; mox in pugna pereunt 8, 9 sqq. Eorum equites in pugna ex equis descendunt, *Fragm. hist.* 13. Eorum gladii, *ib.* 14. Iis bellum inferunt Romani, III, 5, 1; XXXV, 1-5, bellum igneum, XXXV, 1. Cum iis inducias paciscitur M. Marcellus, c. 2. Continuat bellum, c. 3 sqq. *Conf.* Titti, Belli, et Aravacæ.
- Celtici, populus Hispaniæ, vicinus Turdetanorum, XXXIV, 9, 3.
- Cenchræ, Corinthi portus ab ortu, V, 29, 5; 101, 4: ibi cruciatur et mari mergitur Aristomachus, Argivorum tyrannus, II, 59, 1; 60, 7 sq. Ibi lembos suos per Isthmum transvehit Demetrius Pharius, IV, 19, 7 sqq.; pariter Philippus, V, 101, 4. Attalus Sicyone eo abit, XVII, 16, 6.
- Cenomani, populus Gallicus, juxta Insubres incolens, secundum Padum fluvium, II, 17, 4. Cum Venetis Romanorum partibus accedunt, II, 23, 2 sqq.; 24, 7; 32, 4. Inter eorum et Insabrum fines interfuit Clusius amnis, 32, 4.
- Censores Romæ singulis lustris magnas impensas faciunt in reficienda et extruenda ædificia publica, VI, 13, 3; locant opera publica et vectigalia, VI, 17, 3.
- Centauri, qui Pelium incoluere, VIII, 11, 13.
- C. Centenius auxilio mittitur Flaminio ad Trasimenum lacum cum 4000 equitibus, qui partim interficiuntur, partim vivi capiuntur, III, 86.
- Cento. Vide Claudius.
- Centronius. Vide Centenius.
- Centum familiæ Locrensiarum, XII, 5, 6 sqq.
- Centuriones, ordinem duces apud Romanos, VI, 24, 1 sqq.; eorum officium, 24, 7 sqq.; locus in castris, 30, 5. Centurio primi manipuli triariorum curam habet, ut signum buccina singulis vigiliis detur, VI, 36, 5. In itiner Centuriones nonnulli cum tribuno præeuntes designant castra, 41, 1 sqq.
- Centuripa, oppidum Siciliæ, prope Cyamosorum amnem, I, 9, 4.
- Cephalenia insula: ejus situs, V, 3, 9 sq. *Incolæ* Cephalenii III, 3, 6; XXII, 13, 5. Eorum navibus commodato utuntur Ætoli ad populandas Epiri et Acarnaniæ oras, IV, 6, 2 et 8; V, 3, 7. Cephaleniam invadit Philippus, V, 3 sqq.; oppidum Pronnos, expugnatum difficile, omittit, V, 3, 3 sqq.; Paluntem oppugnat, sed per Leontii perfidiam oppido non potitur, V, 3, 4 sqq. et c. 4. Per Etlesias uno die ex Cephalenia in Messeniam trajici potest, V, 5, 3; ad eam cum classe stans Philippus, classem Æcanam observans, panico terretur, V, 109, 5; 110, 1 sqq. Circa eam deprehensi legati Ætolorum, vincti abducuntur ab Epirotis, XXII, 9, 7. Excipitur a pace Romanorum cum Ætolis, XXII, 13, 5; 15, 12. Eam cum exercitu petit M. Fulvius Cos., XXII, 13, 13 sqq.; et Samem urbem vi capit, XXII, 23, 1; *Conf.* III, 3, 6. Ibi cum classe stat C. Lucretius, XXVII, 6, 1.
- Cephalo, familiaris Philippi famulus, VIII, 14, 5.
- Cephalus, Epirota, Molossus (XXX, 6, 8), vir prudens et probus, in repub. administranda fidem servans Romanis, nec tamen humiliter eis obsequens; per calumnias Charopis cogitur ad Perseum confugere, ne indicta causa Romam abduceretur, XXVII, 13. Molossorum gentem ad Persei partes abstraxit, ad extremum fortiter occubuit, XXX, 7, 2 sq. *Videtur sibi ipsa mortem conscivisse. Conf.* 8, et c. 8, 3.
- Cephisodorus, Atheniensium legatus Romam, XVII, 10, 11.
- Ceræas. Vide Keræas.
- Κέρας, Cornu, sinus maris prope Byzantium, IV, 43, 7. Ceraunii montes, τὰ Κεράνια, XXXIV, 6, 12.
- Cerax, oppidum Illyricum, ad lacum Lychnidium, capitur a Philippo, V, 108, 8.
- Cercidas, Megalopolitanus, ab Arato mittitur ad Antigonom, de societate acturus, II, 48, 4 sqq.; 50, 3; præest mille Megalopolitanis in acie Antigoni adversus Cleomenem, II, 65, 3.
- Cercidas, Arcas, *fortasse progenitor superioris*, immemrito a Demosthene in proditorum numero relatus, XVII, 14, 2 et 12.
- Cercina, ἡ τῶν Κερκινῶν νῆσος, Africae insula, *contra Byzacium*: ex ea pecuniam facit Cn. Servilius Cos. classem Punicam persequens, III, 96, 12.
- Cereris templum Alexandriæ, XV, 27, 2. Ejus et Proserpinae ædes, τὸ Θεσμοποσίον, Alexandriæ, XV, 29, 8.
- Ceretæ, Κερέται, *rectius fortasse Κερεῖται*, Cereatæ. Cretenses, a Cnossiorum societate ad Lyttios transeunt, IV, 53, 6.
- Cerne, mons Africae, XXXIV, *in fine, fr. lat.*
- Cersobleptes, Thracum rex, XXXIX, 1 b, 3.
- Certaminum singularium usus apud Romanos, *Fragm. gramm.* 27. *Conf.* ib. 12, et XXXV, 5.
- Cerynea, urbs Achaiae ex 12 primis olim fœderatis, II, 41, 8. Cerynenses, quum dominatum posuisset Iseas, Ceryneæ tyrannus, instaurato Achæorum fœderi se adjunxerunt, II, 41, 14. *Conf.* Marcus.
- Cesbedium s. Cesbelium, templum Jovis, prope Selgam Pisidiæ urbem, V, 76, 2 sqq.
- Cestus, *vel* Cestrosphendone, XXVII, 9.
- Cetrati Macedones, πελαγονοί, *distinguntur a phalange, et ab equitibus in exercitu Macedonico*, II, 65, 2; IV, 67, 6; 84, 9; X, 31, 13, *et passim alibi. Distinguntur ab Agemate*, V, 25, 1. *Mediam rationem servant inter levem et gravem armaturam*, V, 22, 9; 23, 3 sqq. et 8.
- Ceus insula: in qua Carthæa, unum e quatuor oppidis, XVI, 41, 7: *Conf.* 26, 10.
- Chæreas, subleste fidei scriptor, III, 20, 5.
- Chæron, Laco, Romam legatus, causam agit exsulum Spartanorum, capitis damnatorum ab Achæis, XXIV, 4, 5. Rursus Romam mittitur, XXV, 2, 4. Infimæ sortis juvenis, plebem Spartanam agrorum divisione demeretur, pecuniam publicam dissipat, Apollonidem quæstorem occidit: ad extremum jussu prætoris Achæorum in vincula conjicitur, XXV, 8.
- Chæronea: Athenienses a Philippo ad Chæroneam victi, V, 10, 1; XVII, 14, 13 sqq.; XXI, 18. Chæronenses, Q. Marcio per legatos urbem suam tradunt, XXVII, 1, 4. *Conf.* 1.
- Chalcaspides Macedonum, II, 66, 5; IV, 67, 6; Megalopolitani, II, 65, 3; IV, 69, 4 sqq.; V, 91, 7.
- Chalcea, Ætolis oppidum maritimum, V, 94, 8.
- Chalcea (τὰ) in Africa; non urbs, ut Demosthenes *Bithynus* perhibuit, sed aeris officina, XII, 1, 4.
- Chalcidicus mons Siciliæ, I, 11, 8, n. ἡ Χαλκίδιος, *scil.* Ἀθηνᾶ, IV, 22, 8, *coll.* c. 35, 2. *Vide* Minerva.
- Chalcis, urbs Eubœæ, X, 42, 2; 43, 7. Eo se confert Apelles, impediturus subversionem comæatum, V, 2, 8 sqq.; inde Corinthum advocatur, 26. Una e Græciæ com-

- pedibus a Romanis occupata retinetur, XVII, 11, 5 sqq.; XVIII, 28, 4 sqq. Ibi hibernat Antiochus, XX, 3, 1, et nuptias celebrat cum virgine Chalcidica, XX, 8. Ibi Q. Marcius legatus Rom. accipit legatos Bæotorum, XXVII, 1 sq. Eo quinque naves prætori Romano adversus Perseum mittunt Rhodii, XXVII, 6, 14. Chalcidenses Macedonicos aliquando reges bello appetiverunt, XXXVIII, 1 c, 3. Ipsorum equitum cædes bello Achaico, XL, 11, 5. *Chalcis Ætolie*, *Χάλκη* apud Polyb. Vide Chalcea.
- Chaldæi, in honore apud suos, XXXIV, 2, 7.
- Chalesus, Ætolorum legatus ad M'. Acilium, de pace, XX, 9, 2.
- Chalonnitis, *regio Assyriæ*. Vide Callonitis.
- Charadra, urbs Epiri, juxta sinum Ambracium, IV, 63, 4. *Eadem* Charadrus vel Charadrum, XXII, 9, 7; nisi ibi *Χαράδρον* legendum.
- Chares et Cleo pessime præsumt reip. Atheniensium, IX, 23, 6.
- Charimortus, homo a gratiis omnibus destitutus, scelorum socius Scopæ in Ægypto, XVIII, 38, 2.
- Charixenus, dux Ætolorum Laconicam vastantium, IV, 34, 9.
- Charops, Epirotarum legatus, cum Antiocho M. Chalcide ita agit, ut nec regem nec Romanos offendere voluisse intelligatur, XX, 3, 1. Vir probus, amicus Romanorum, unus præcipue effecerat, ut Philippus a Flaminio ex Epiri faucibus ejiceretur, XXVII, 13, 2. Nepotem ex Machata filio Charopem Romam mittit, ut et sermonem et literas Romanorum perdisceret, XXVII, 13, 3 sqq.
- Charops, Epirota, Machatæ filius, superioris Charopis nepos; Roma domum reversus, Cephalum et Antinuum ut Perseo faventes criminatur apud Romanos, 13, 6 sqq. Legatus Epirotarum in Macedoniam gratulatur ducibus Romanis victoriam de Perseo, XXX, 10, 4. Pessimus et sævissimus homo, civilium cædium auctor, XXX, 14, 7 sqq.; lætatur severitate Romanorum inexorabili in exsules Græcos, XXXI, 8, 12; omnes qui aliena a Romanis sentiebant, condemnari curat; et ipse omne genus sævitie exercet, XXXII, 21 sqq. Romam profectus, domo honestissimorum virorum prohibetur, 22, 3 sqq. Moritur Brundisii, XXXII, 21, 4.
- Chartas regias, quæ Larissæ custodiebantur, ad hostis adventum cremari jussit Philippus, XVIII, 16, 2 sqq.
- Charymbis, XXXIV, 3, 10.
- Chasmon, Cretensis, XXIII, 15, 3.
- Chattenia, regia Gerræorum in felici Arabia, XIII, 9, 1. Chatteni, XIII, 9, 4. Chatteniæ urbs, Laba, *ibid.* § 2.
- Cherronesitæ vel Chersonesitæ, XXVI, 6, 3, ubi cives urbis Chersonesi in *Chersoneso Taurica*, quæ colonia fuit *Heracleotarum*; comprehensi federe Eumenis cum Pharnace.
- Chersonesus Thracica: eam ad Seleucidas belli jure pertinere contendit Antiochus, XVIII, 34, 3 sqq.; XXI, 12, 7; post bellum Antiochicum Eumeni datur, XXII, 5, 14 sq.; 27, 9. *Conf.* Lysimachia Thraciæ.
- Chesuphus, rebellis Ægyptius, XXIII, 16, 4.
- Chilon, Lacedæmonius, indigne ferens Lycurgum pro se regem creatum, res novas molitur, ephoros trucidat, et tamen nil proficit, IV, 81.
- Chimarus, unus e Persæ sociis. Cum eo ad Amphipolim congregitur Cydas Cretensis, ad præparandas res Eumenis et Persæ, XXIX, 1 c, 1.
- Chiomara, uxor Ortiagonis, regis Galatiæ, caput abscindit centurionis libidinosi et avari, XXII, 21, 5 sqq.; ejus prudentiam miratur Polybius, ipse cum ea Sardibus collocutus, *ibid.*
- Chironis villa, prope urbem Messenen, spoliatur a piratis Ætolicis, IV, 4, 1. Nisi Scyronis legendum, qui fuit ephorus Messeniorum.
- Chius insula. *Eam invadit Philippus, si vera est nostra conjectura*, III, 2, 8, ubi *vulgo* τοῖς κατ' Αἰγυπτον. Chiorum et Rhodiorum legati ad Philippum missi de pace concilianda cum Ætolis, V, 24, 11: a Philippo in Ætoliam ire jussi, redeunt inde, inducias pacti, 28, 1 sq. Quum non convenisset pax, V, 29, rursus legatos ad Philippum mittunt Chii, V, 100, 9. Ad Chium pugna navalis Philippi cum Attalo et Rhodiis, XVI, 2-9: vide c. 5, 9; 6, 13; 8, 1 et 5; XVII, 2, 2. Illa pugna cum pugna ad Laden confertur, XVI, 14, 5 sqq. Chii agro donantur a Romanis post bellum Antiochicum, XXII, 27, 6.
- Chlæneas, Ætolorum legatus ad Lacedæmonios contra Philippum, IX, 31, 7; 32, 6 et 10: ejus oratio ad Lacedæmonios, IX, 28-31.
- Chrematas, *idem* Chremas, et Chremes, Acarnan, amicus Romanorum, XXVIII, 5, 1 sqq., Romanis ducibus gratulatum ite victoriam de Perseo, et populares suos calumniatur, XXX, 10, 1 sqq. Eo mortuo, tranquillitas Acarnaniæ rediit, XXXII, 21, 2 sqq.
- Chryseis, uxor Antigoni Dosonis, dona mittit Rhodiis, V, 89, 7.
- Chrysogonus, Sami poetæ pater, V, 9, 4; dux copiarum Philippi in Thessalia, V, 16, 6; in Præonia, V, 97, 3. Singulari studio et benevolentia complexus est Philippum, VII, 12, 6. Quoties ejus consilio usus est Philippus, clementissimus rex fuit, IX, 23, 9.
- Chrysodyon, urbs Phœbatiidis? in Dassaretia; eam sibi adjunxerat Scerdilaidas, et recepit Philippus, V, 108, 2 et 8.
- Chrysopolis, ad oram Asiaticam Bospori Thracici, prope Bovem; eam olim tenebant Athenienses, IV, 44, 3 sq. Ciani, *Vide* Cius.
- Cibyra, Phrygiæ urbs, cujus tyrannus Moagetes Cu. Manlio se dedit, XXII, 17. Cibyratæ Caniis succurrunt adversus Rhodios, XXX, 5, 14. Cibyræ confugit Polyaratus Rhodius, sed Romanis eum tradunt Cibyratæ, XXX, 9, 13 sqq. Cibyræ tyrannus, Pancratius, XXX, 9, 14.
- Cilicia, Cilices. Inter Ciliciam et Phœnicem est urbs Seleucia ad mare, V, 59, 4. Cilices expediti milites in exercitu Antiochi, V, 79, 3; 82, 10. De pugna Alexandri cum Dario in Cilicia, absurda multa narravit Callisthenes, XII, 17 sqq. Cilicia Antiochum decedere jubet senatus Romanus; sed id contra fœdus esse evincit legatus Antiochi, XXII, 70, 3.
- Ciliciæ Pylæ, XII, 9, 3; 17, 2.
- Cimmerius Bosporus, ostium paludis Mæotidis, IV, 39, 3. Clndyas Diana, *Vide* Diana.
- Cineas, minister Ptolemæi minoris, ut videtur, XXVIII, 16, 1.
- Cineas Thessalus, immerito in proditorum numero relatus a Demosthene, XVII, 14, 4.
- Circæus mons Latii: in eo apros venari consueverat Polybius cum Demetrio Syro, Romæ obside, XXXI, 22, 2 sq.; 23, 2 sqq.
- Circeiensi populus vel Circæensis, in ora Latii, antiquis Romanorum fœderibus cum Pœnis comprehensus, III, 22, 11; 24, 16.
- Circuitio castrorum nocturna, VI, 35, 8 sqq. et 36.
- Circumpadani campi. *Vide* Gallia Cisalpina.
- Circus. *Vide* Hippodromus.
- Cirrha, urbs Phocidis cum portu, V, 27, 3.
- Cirta, urbs Numidiæ, Masanissæ regia, XXXII, 3, 10.
- Cissa, oppidum Hispaniæ citorioris, III, 76, 5. *Scissis vel Scissum, apud Livium.*

Cissii, *Asiae superioris populus, in Susiana*, in exercitu Antiochi M. ad Raphiam, V, 79, 7; 82, 12.

Cius, *urbs Bithyniae, ad oram Propontidis*: ἡ Κιανὼν πόλις, urbs Clanorum, XV, 23, 9; democratia olim usa, sed perditā per demagogum Molpagoram, XV, 21, 1, sq.; tum socia Aetolorum, et praetorem habens Aetolum, XV, 23, 8 sq.; expugnata et in servitutem redacta a Philippo, pro genere ejus et socio Prusia, XV, 21-23; XVI, 34, 5; XVII, 3, 12; 4, 7; 5, 4: liberata a Romanis, XVIII, 27, 5.

Cius, Κίος (si vera scriptura XVI, 26, 10), eadem quae *alias vulgatiore nomine Ceos insula vocabatur, Ptolemæo vero Κία*: vide XVI, 26, 10; 41, 7.

Clampetia. Vide Lampetia.

Clarium, castellum in agro Megalopolitano, captum ab Aetolis, IV, 6, 3; 25, 4; receptum ab Achæis, IV, 6, 4.

Classis. Classis prima Romanorum bellica, fuit 100 quinqueremium, 20 triremium, I, 20, 9: mox fuit 330 navium longarum tectarum, I, 25, 7. Pœnorum vero, 350 navium tectarum, 25, 9. Romana tenuit 140 millia hominum, Punica ultra 150 millia, I, 26. Romana 220 navium, ab ipsis statuminiibus intra tres menses edificatur, I, 38, 5 sq. Cum 120 navibus longis, onerariis 800 Syracusas venit L. Junius Cos., I, 52, 6. Ea classis naufragio perit, 54. Alia ducentarum quinqueremium, privatorum sumptibus parata, 59. Maximis classibus et praesertim quinqueremibus, non triremibus, bellum gesserunt Pœni et Romani, I, 63 sq. Romani bello primo Punico amiserunt ad 700 quinqueremes, Pœni ad 500, c. 63, 6. Punica, Pisas appulsura, et cum Hannibale communicatura, a Cn. Servilio cogitur in Sardiniam et in Africam redire, III, 96.

Clastidium, oppidum Galliae Cispadanae, in ditone Androrum [Anamatorum vel Anamanum (?)], obsidetur ab Insubribus, II, 34, 5. Ibi Insubres acie vincuntur a M. Marcello, II, 34, 6 sqq.

Claudius. Appius Claudius *Caudex*, Cos. Messanam in Siciliam auxilio mittitur Mamertinis, I, 11; fugat Hieronem, *ibid.*; pellit Pœnos, 12. Adde 16, 1.

Appius Claudius *Pulcher*, praetor, cum 100 quinqueremibus in Siciliam mittitur, VIII, 3, 7; et Syracusas oppugnat ad Hexapyla, VIII, 5, 1 et 6; sed nihil proficit, c. 9. Capuam obsidens consul, circumsedetur ipse ab Hannibale, IX, 3: *conf. c. 7, 1 sqq.*

Appius Claudius Nero, trib. mil., XVII, 8, 6, a T. Quintio Romam missus, de pace Philippo danda, XVII, 10, 8; princeps legationis in Macedoniam et Græciam missae post Metelli legationem, XXIII, 12, 4; XXIV, 4, 8: expositus cum Philippo ob scelus in Maronitas commissum, XXIII, 13 seq. In Cretam abijt, et arbiter est inter Cnosios et Gortynios, XXIII, 15.

Appii Claudii *nomen supplendum putavimus* XXIV, 4, 8.

Appius Claudius Cento, ab Achæis postulat, ut sibi 5000 milites in Epirum mittant: sed, id ne fieret, veluit Q. Marcus Cos. per Polybium, XXVIII, 11. *Videtur idem esse App. Claudius, quem ab Hostilio Cos. in Illyricum missum Livius scribit, ubi ad Uscana oppidum cæsus fugatusque est ejus exercitus. Liv. XLIII. 9 sq. Vide Uscana.*

Appius Claudius, legatus in Asiam pacis concludendae causa inter Attalum et Prusiam, XXXIII, 11, 4; *nescio an idem cum superiore.*

C. Claudius Cento, legatus in Asiam, qui Prusiam prohiberet, ne cum Attalo bellum gereret, XXXIII, 1, 2.

C. Claudius Nero Cos. cum Livio collega praelio vincit Asdrubalem, Hannibalis fratrem, XI, 1, 1 et 3.

C. Claudius *Pulcher*, Consul, expeditionem adversus

Istros suscipit, XXVI, 7, 1. Ex numero decem legatorum, in Macedoniam post bellum Persicum missorum, mittitur ad gentem Achæorum, XXX, 10, 8.

M. Claudius *Marcellus* Cos. Gallos Insubres praelio vincit ad Clastidium, II, 34.

M. Claudius *Marcellus* Cos. pedestribus copiis in Sicilia praest. VIII, 3, 7. Syracusas sambucis oppugnat, VIII, 6; inani opera, ob artes machinasque Archimedis, 8. Hinc oppugnationem in obsidionem mutat, et reliquam Siciliam infestat, 9. *Conf. Syracusae.* Bello Hanniblico incautus intercipitur ab hostibus, necaturque, X, 32.

M. Claudius *Marcellus* Cos. filius superioris, saucius in praelio, X, 32, 5. Consul, frustra impedire conatur pacem Philippo a T. Quintio datam, XVIII, 25.

M. Claudius *Marcellus* Cos. in Hispania, bellum netuens, inducias paciscitur cum Celtiberis, XXXV, 2, 1. Expeditionem suscipit adversus Lusitanos, et Nercobrigam capit, c. 2, 2. *Conf. Fragm. hist. 27.*

P. Claudius *Pulcher* Cos. ad Drepana pugna navali vincitur ab Adherbale, et 93 naves amittit, I, 49-51: ob temeritatem et imprudentiam Romae infamis, et graviter mulctatus, 52.

Ti. Claudius. *Sic libri Polybiani dabant nomen unius e legatis Romanorum in Græciam missis, qui de rebus Philippi cognoscerent, XXIII, 6, 6. Livius Ti. Semppronius dicit.*

Ti. Claudius et A. Postumius mittuntur ad inspiciendas res insularum et civitatum Asiae, XXVII, 3.

Clazomenae, urbs Ioniae, ex qua legatio adest Alexandriae, XXVIII, 16, 5. Clazomenii, immunes renunciantur a Romanis, XXII, 27, 5.

Cleagoras, Rhodiorum legatus Romam, XXXI, 16, 1.

Cleander, Mantinensis, educator et institutor Philopœmenis, X, 25, 1.

Clearchus, Eleus, a Lyco propræto Achæorum bello captus, IV, 94, 6.

Clearchus, Heracleae tyrannus: ab eo per Pontum commissa scelera, XXXIX, b, 2.

Κλερώ, puella, pincernae munere fungens apud Ptolemæum Philadelphum: plures ei statuæ erectae sunt Alexandriae, XIV, 11, 2.

Cleo et Chares acerbe praesunt reip. Atheniensium, IX, 23, 6.

Cleobis et Biton, Argiae sacerdotis filii, XXIII, 18, 7.

Cleomachus Atheniensis, pater Xenophanis, legati Philippi ad Hannibalem, VII, 9, 1.

Cleombrotus, Spartæ rex, is qui cum Agesilao regnavit, et pugna *Leuctrica cecidit*: quaecunque is gessit, cuncta e sociali consilio sunt profecta, IX, 23, 7. *Conf. Fragm. hist. 15.*

Cleombrotus, pater Agesipolidis, avus Agesipolidis ejus qui post Cleomenis mortem puer rex est creatus; in regnum successit Leonidæ II regno expulso, IV, 35, 11.

Cleombrotus, Rhodiorum legatus, Romam missus, XXIX, 4, 4.

Cleomenes, rex Lacedaemoniorum; idem et rex optimus, et tyrannus sævissimus, et in privata vita vir suavissimus, IX, 23, 3. Cum eo amicitiam contrahere parant Aetoli adversus Achæos, II, 45, 2 sqq. Tegeam, Mantineam et Orchomenum intercipit Cleomenes, foederatas Achæorum Aetolorumque, 46, 2. *Confer* Cleomenicum bellum. Formam reip. Laconicæ antiquat, et regnum in tyrannidem mutat, II, 47, 3; IV, 81, 14; novas divisiones agrorum instituit, IV, 81, 2; juvatur a Ptolemæo Evergeta, II, 51, 2. Praelio vincit Achæos ad Lycæum montem et ad Ladocea, II, 51, 3; 55, 2. Complures Peloponnesi urbes, partim vi, partim voluntate, in dedi-



- tionem accipit, II, 52, 2 sqq.; in Isthmo castra ponit, 52, 5. Receptis Argis ab Achæis, relicto Isthmo Argos petit, indeque depulsus domum redit, 53. Plura oppida ei cripuntur ab Antigono, II, 54. Megalopolin prodicione caput, et sævit in cives, 55; tribus ante mensibus, quum urbem clam esset Ingressus, virtute civium ejectus erat, *ibid.* et IX, 18, 1 sqq. Agrum Argivum populatur, II, 64; acie decernit cum Antigono ad Sellasiam, II, 65 sqq.: qua victus, Alexandriam profugit, 69, 10 sqq. Regnante etiamnum Ptolemæo Evergete, Alexandriam venit sperans ejus ope regnum se recuperaturum, V, 34, 11; 35, 1. Mortuo Evergete, Philopator, eum suspectum habens, Alexandriæ retinuit, V, 35 sqq.; ei per Nicanoram Messenium insidiatur Sosibius minister Ptolemæi, et in custodiam duci curat, 37 sqq.; e custodia elabatur cum suis, sed, quum nemo de populo se ei adjungeret, manus sibi infert, 39. Elogium ejus, V, 39, 6; IX, 23, 3; 29, 10; XVIII, 36, 2 sqq. Amatus et desideratus admodum est a Spartanis, usque ad mortis nuncium semper sperantibus incolumem eum rediturum, IV, 35, 6 sqq. conf. IX, 23, 3. Ficta reconciliatione deceperat interfeceratque Archidæum regem, V, 37, 1 sqq.; VIII, 1, 3 sqq.
- Cleomenes, Cleombroti filius, patruus et tutor Agesipolidis illius, qui post Cleomenis regis obitum puer rex est creatus Spartanorum, IV, 35, 12.
- Cleomenes, Thebanus, pater Pythæe ejus qui bellum Achæicum ex parte concitavit, XL, 1, 1.
- Cleomenicum Bellum, I, 13, 5; II, 46-69. Quod, præter Aratum, descripsit Phylarchus, II, 56, 4. Cur Polybius pluribus id exposuerit, II, 70, 1. In eo sola Messenia immunis populatione hostili manserat, IV, 5, 5. *Confer* Cleomenes.
- Cleonæ, oppidum Peloponnesi, inter Argos et Corinthum, a Cleomene occupatum, II, 52, 2.
- Cleonæus, classi Rhodiorum præficitur a Theophilisco, letali vulnere sauciato, XVI, 9, 1.
- Cleonicus, Naupactius, captus ab Achæis, et sine pretio dimissus, V, 95, 12. A Philippo ad Etolos mittitur, ut de pace cum eis ageret, V, 102, 4 sqq. Etolorum legatus ad Lacedæmonios contra Philippum, IX, 37, 4: *si modo idem vir est cum superiore.*
- Cleonymus, Philisiorum tyrannus, abdicat tyrannidem, II, 44, 6.
- Cleopatra, uxor Ptolemæi Epiphanis, mater Ptolemæorum Philometoris et Physconis, filia Antiochi Magni, soror Antiochi Epiphanis, XXVIII, 17, 9: in dotem accepisse dicitur CoeleSyriam, quod negat Antiochus Epiph., *ibid.*
- Cleptolemus, pater Eubœæ, quæ Antiocho nupsit Chalcide, XX, 8, 3.
- Cleostratus, Atheniensium legatus Alexandriam, de mysteriis, XXVIII, 16, 4.
- Cleoxenus, inventor rationis signa dandi per faces, correctæ a Polybio, X, 45, 6 sqq.
- Cletis (Κλητίς sive Κλησις, sive Κλῆσις aut Αῦσις), Diactorius, Lacedæmoniorum exsul legatus Romam, XXV, 2, 5. *Confer* Lysis.
- Clientelæ Gallorum, II, 17, 12.
- Climax, mons inter Lyciam et Pisidiam; cujus angustias occupant Selgenses transitu prohibitori Garsyeridem, Achæi ducem, V, 72, 4.
- Clitomachus, celebræ Græciæ athleta, XXVII, 7 b, 1. Ejus gloriæ invidet rex Ptolemæus, pugilemque Aristonicum ad certamen mittit, XXVII, 7 b sqq. Conversam primum in Aristonicum vulgi gratiam ad se per orationem trahit, § 4; hac conversione vulgi Aristonici victor evadit *ibid.* 6. Clitor, oppidum Arcadiæ. Ab urbe Cynætha per agrum Lu-
- siatarum eo pervenitur, IV, 18, 9 sqq. Clitoriorum ager, IV, 10, 6; 11, 2. Caphys per eorum fines Psophidem pervenit Aratus, II, 70, 1 sqq. Eorum generosum animum et libertatis amorem unus homo maculavit, II, 55, 9. Urbem frustra obsident oppugnantque Etoli, IV, 18, 12; 19, 3; 25, 4; IX, 38, 8. Ibi cogitur concilium Achæorum, cui intersunt legati Romani, XXIII, 5, 1.
- Clupea, ἡ Ἀρκίς, urbs Africæ, a Romanis obsessa et capta, I, 29. Eo evadunt reliqui ex Reguli clade, I, 34, 11; eam frustra obsident Pœni, 36.
- Clusium, Etruriæ oppidum, tridui itinere distans a Roma, II, 25, 2.
- Clusius, fluvius Galliæ Cisalpinæ, trans Padum, inter Insubres, et Cenomanos, II, 32, 4.
- Clysis. *Vide* Cletis, et Lysis.
- Cnæus; *notum prænomen* Scipionum, quos *quære* in Cornelius Cnæus, XXII, 16-27: ut Cn. Manlius Vulso, quem *vide* in Manlius.
- Cnidus, Cnidii, XXX, 8, 6. Ad Cnidum navale Lacedæmoniorum contra Persas prælium, XII, 25 g, 2. A Cniditis Calyndenses opem petunt adversus Caunios, XXXI, 17, 1. Cnopia Alorita, armorum fabricæ et militum delectui in Ægypto præfectus, V, 63, 12; Cretenses milites exercet, V, 65, 7.
- Cnosus, urbs Cretæ, IV, 54, 2. Cnosii naves a Rhodiis petunt et obtinent, IV, 53, 1. Cum Gortyniis dominantur tota Creta, excepto Lytto, IV, 53, 4. Polyrrhenii, Lampæi, alique ab iis ad Lyttios deficient, 53, 6. Ab Etolis pro societate auxilia petunt et impetrant, 53, 8; 55, 1. Gortynam occupant, invitati a senioribus urbis, 53, 9. Lyttum urbem diruunt, 54. Eorum et Gortyniorum lites componunt legati Romani, XXIII, 15. Qui populi bellum gerunt cum Rauciis, et in eorum exitium conjurant, XXX, 1, 1.
- Cocles, *Vide* Horatius, et Antigonus.
- Cocynthus (al. Cocinthus) promontorium inferioris Italiæ, distinguens mare Siculum ab Ionio, II, 14, 5.
- Cœla (i. e. loca concava, conballis, τὰ Κοῦλα) agri Naupactii, V, 103, 4.
- Cœlesyria, per totam Phœniciam et Palæstinam pertinet usque ad Raphiam et fines Ægypti, V, 80, 3. *Alibi tamē* a Cœlesyria *diserte* Phœniciam *distinguit* Polybius, ut III, 2, 8; V, 67, 10; XXVIII, 1, 2. Bellum de Cœlesyria s. Cœlesyriacum Bellum Antiochi Magni et Ptolemæi Philopatoris, I, 3, 1; II, 71, 9; III, 1, 1; 2, 4. Cœlesyria in regem Ægypti erat potestate, V, 34, 6: eam adversus primam Antiochi M. invasionem defendit Theodotus Etolus, V, 40, 2; c. 45 *extr. et seq.* Altera ejusdem Antiochi expeditio in Cœlesyriam, et acre Bellum Cœlesyriacum; finitum pugna ad Raphiam, qua victus a Ptolemæo Philopatore Antiochus M. pacem petiit, et tota Cœlesyria, quam occupaverat, rursus cecit Ptolemæo, V, 58-57. Jura sua in eam Antiochus M. exponit, V, 67. Ejus multitudo ad venerationem regum Ægypti mire inclinabat, V, 86, 10 sq. Per infantiam Ptolemæi Epiphanis rursus ab Antiocho M. capta est occupari, III, 2, 8: sed a Scopā, Ptolemæi duce, rursus in potestatem Ægyptiorum reducta, XVI, 39, 1: tam victo ad Panium Scopā, Antiochus M. eam rursus recepit, XVI, 39, 3 sqq. Ægyptii sub Ptolemæo Philometore ad bellum pro recipienda Cœlesyria se comparant; quos præveniens Antiochus Epiphanes, Ægyptum invadit, XXVII, 17; XXVIII, 1, et c. 15, 5 sq.: et jura sua in eam exponit, negans, quod urgebant Ægyptii, eam dotem datam esse Cleopatrac, Antiochi M. filiae, uxori Ptolemæi Epiphanis, XXVIII, 17.
- Cœli quatuor plagæ, III, 36, 6 sq. Ejus influxus in homi-

- num ingenia et mores, IV, 21, 1 sqq. Ejus imago præfatur in pompa Antiochi Epiphaniis, XXXI, 3, 15.
- Cœranus, Smyræorum legatus Lysimachiam ad congressum Antiochi cum legatis Romanis, XVIII, 35, 2.
- Colæus, ὁ Κολαῖος (*ni potius Φωλεός, i. e. lustrum, latibulum*), locus sic dictus Megalopoli, II, 55, 5.
- Colchas, *vel* Colichas, regulus Hispaniæ, copias Scipioni contrahit, XI, 20, 3 et 5. Potentia augetur a Romanis, XXI, 9, 7.
- Colchi; inde rediens Jason, IV, 39, 6.
- Colobatus, Asiæ fluvius, in Pamphiliæ vicinia, XXII, 18, 1. Cobulatus *vulgo apud Livium*.
- Colonæ Romanorum in Galliam Cisalpinam ductæ, Placentia et Cremona, III, 40, 5.
- Colophonii, *cives Colophonis urbis Ioniæ*, per legatos Attalo se urbemque suam tradunt, V, 77, 5. Notium incolentes, immunes a tributo pronunciantur a Romanis, XXII, 27, 4.
- Colossi Rhodii casus, V, 88, 1. Ad eum reficiendum Ptolemæus Philopat. architectos Rhodii et pecuniam mittit, 89, 3. Colossus decem cubitorum Attalo positus Sicyone, XVII, 16, 2. Alius 30 cubitorum in arde Minervæ Rhodi erectus in honorem populi Rom., XXXI, 16, 4.
- Columnæ Herculis, *Vide* Herculis columnæ. Achæorum columna icti fœderis cum Messeniis, XXV, 3, 3. *Idem institutum tenuerunt Achæi, quoties nova civilis fœderi accessit; solummodo de quatuor illarum civitatum concordia, quæ primæ omnium inter se fœdus et societatem instaurarunt, nulla columna exstabat*, II, 41, 12. *Conf.* XXIV, 4, 14.
- Comanus, minister Ptolemæi minoris, *ut videtur, qui Physcon est cognominatus*, XXVIII, 16, 1: ab eodem Ptolemæo Romam legatus cum fratre Ptolemæo, XXXI, 27, 20; XXXII, 1, 1.
- Commagene; in ea urbs Samosata, XXXIV, 13, 3.
- Comontorius, Gallorum dux, qui in Thracia prope Byzantium condecoratus, IV, 45, 10; 46, 1 sqq. Regis titulum asciscit, 46, 2.
- Compasii, *vel* ad Compasium, ἐν τῷ Κομπασίῳ, cædes facta Lacedæmoniorum, auctore Philopœmene, XXIII, 1, 7, 5.
- Compedes Græciæ qui loci, XVII, 11, 5; XVIII, 28, 6.
- Concilium Achæorum, Acarnanum, Ætolorum. *Vide* Achæi, Acarnanes, Ætoli.
- Concolerus, idem qui Sardanapalus, Assyriæ rex, *Fragm. hist.* 9.
- Concolitanus, rex Gæatarum Gallorum, II, 22, 2; captus a Romanis in prælio ad Telamonem, II, 31, 1.
- Conii s. Cunei, Hispaniæ populus, extra Herculis columnas, X, 7, 5.
- Conope, oppidum Ætolici, IV, 64, 3 sqq.; V, 6, 6; 7, 7; 13, 8 sqq.
- Consul quid differat a dictatore, III, 87, 7 sq. Consules ambo copias conjungunt quoties necessitas aliqua urget, III, 72, 12 (sic factum in pugna ad Trebiam, *ibid. coll.* c. 68, 13 sqq., et ad Cannas, III, 107, 9 sqq.), et tum alternis diebus imperant, III, 110, 4. Duorum consulum castra quo modo jungantur, VI, 32, 6 sqq. Consulibus potestas quodammodo monarchica in urbe, sed potissimum in bello, VI, 12; *Conf.* c. 13, 2: attamen opus habet consul et populi ope et senatus, VI, 15. Milites conscribunt consules, 19, 5 sqq. et c. 26. Uterque consul duas legiones habet, et auxiliorum partem, VI, 26, 3. *Conf.* Legio. Duo primi consules Romanorum, III, 22, 1.
- Contoporia, via qua Corintho Argos ibatur, XVI, 16, 4 sq.
- Corax, mons Ætolici, inter Callipolim et Naupactum, XX, 11, 11.
- Corbilo, nobilis urbs et emporium Galliæ super Ligeri, XXXIV, 10, 6 sqq.
- Corbrenæ (*fort.* Corbieni), Asiæ populus, Zagrum montem incolens, V, 44, 7.
- Corcyra insula obsidetur ab Illyriis, II, 9; frustra auxilio venientibus Achæis et Ætolis, dedit se Illyriis, et præsidium ab eis præfectumque Demetrius Pharium recipit, II, 10. Consentientes inter se Corcyræi et Demetrius Pharius, Romanis insulam tradunt, II, 11. Fœdere Philippi cum Hannibale cavetur, ne Romani eam tenere sine rentur, VII, 9, 13. In ea residet præfectus Romanus, XXII, 15, 6. Corcyræi aspernantur Philippum, *Fragm. hist.* 42. Eo venit Polybius a M. Manilio consule arcessitus, XXXVII, 1 e, 3.
- Corduba, ἡ Κορθυβᾶ. Cordubæ hibernat Claudius Marcellus Cos. ex Lusitania veniens, XXXV, 2, 2.
- Corinthiacus sinus, ὁ Κορινθιακὸς κόλπος. Ad eum sita est Ægira, opp. Achaia, IV, 57, 5; *item* Cephallenia insula. V, 3, 9.
- Corinthus (ὁ ἐν τῇ) *Confer* Acrocorinthus, et Isthmus. Corinthii Romanos, qui legationem ad eos miserant post bellum Illyricum, Isthmici ludicri participes faciunt, II, 13, 8. Eos liberat et reip. Achæorum adiungit Aratus, II, 43. Urbem suam, excedere jussis Achæis, Cleomeni tradunt, II, 52, 2 sqq.; mox Cleomene retrogredi coacto, arx cum urbe ab Achæis Antigono traditur, qui præsidio imposito utramque tenet, neque post discessum ex Peloponneso, confecto hello Cleomenico, restituit Achæis, II, 52, 3 sqq. et 54, 1; IV, 12, 4 sq. Eo primum cum exercitu venit Philippus, IV, 22, 2: eodem redit, et cum sociis deliberat, 25, 1 sqq. Ibi sedens Græcorum senatus legatis Gelonis, auxilia sub conditione promittentis, politicum dat responsum, XII, 26 b, 1-3. Eam a Philippo repetunt Achæi in colloquio T. Quintii cum Philippo, XVII, 2, 5. Is deliberaturum se cum Tito ait, 6, 8; *Conf.* 8, 9 et 11, 13. Est una e tribus Græciæ compedibus, XVII, 11, 4 sqq.; XVIII, 28, 5 sq. Liberi renunciatur ex SC. Romanorum, XVIII, 29, 5. Ibi agitur concilium Achæorum, XXIX, 8, 8, rursus, XXXVIII, 4, 2. Reges Macedonicos aliquando bello petiverunt, XXXVIII, 1 c, 3. Ibi proterve legatis Romanis insultant Corinthii, *ibid.* § 5 sqq. Ibi adest Diæus, et rejicit pacis conditiones, a Metello oblatas, XL, 4, 1 sqq. Excidium Corinthi, XL, 7. Contemnuntur tabulæ pictæ a militibus Romanis, *ibid.* Ei excidio interfuit Polybius, aut certe mox supervenit, *ibid.* § 2.
- Cornelius. *Cornelius Lentulus vide in Lentulus.*
- Cn. Cornelius Scipio, Asina, Cos. primo bello Punico, cum classe capitur ad Liparam, I, 21; VIII, 1, 9. Consul iterum, Panormum Pœnis eripit, 1, 38.
- Cn. Cornelius Scipio, Calvus, Cos. cum M. Claudio Marcello, bellum infert Insubribus; Acerras et Mediolanum capit, II, 34.
- Cn. Cornelius Scipio, frater Publii, patris Africani majoris; a fratre consule cum legionibus in Hispaniam mittitur ad bellum ibi nomine ipsius gerendum, III, 49, 4; 56, 5. Cum classe ad Emporias Hispaniæ appellit; Hannonem acie victum et Indibilem capit; Hispaniam usque ad Iberum Romanis subjicit, III, 76. Asdrubalem ad Iberi ostia pugna navali superat, et plures e navibus ejus capit, III, 95 sqq. Ad eum cum supplemento classis advenit frater Publius, III, 97. Inde Cnæus pedestribus copiis præfuit, Publius nauticus, VIII, 3, 4. Cnæus vallum e clitelis facere jubet milites, VIII, 38, 6, perit in Hispania, X, 7, 1; 36, 3.
- Cn. Cornelius (*nescio qua de familia*), unus ex decem

- legatis T. Quintio adjunctis, ad Philippum regem mittitur, XVIII, 31, 3: et inde Thermum ad Aetolorum conventum, 31, 5 sqq.
- L. Cornelius Scipio, frater Publii Africani majoris; aedilitatem impetrat ope fratris, X, 4 seq. Consul, mittitur ad bellum Aetolicum et Antiochicum, legato utens fratre Publio; et victo Antiocho bellum componit, XXI, 2 seq. et c. 9-14. Triumphans Romam redit, XXII, 7, 16 sq.
- L. Cornelius (*nescio e qua familia; an L. Cornelius Scipio, de quo modo dictum est*), a senatu missus ad pacem inter Antiochum M. et Ptolemæum Epiphanem conciliandam, in Thracia convenit Antiochum una cum nonnullis e decem legatis T. Quintio adjunctis, XVIII, 32, 3 sq.; 33, 5 sqq.; 35, 1.
- P. Cornelius Scipio, pater Africani majoris, Cos. cum Ti. Sempronio, III, 41, 2; IV, 66, 9: ei decernitur Hispania, III, 40, 2; V, 1, 4. Exercitus ei decretus, mittitur in Galliam Cisalpinam adversus Boios; ipse novas legiones conscribere jubetur, III, 40, 14. Pisa cum classe et exercitu profectus versus Hispaniam, Massiliam appellit, et copias ibi exponit, contra Hannibalem ducturus, III, 41. Ejus equites præmissi fugant Numidas Hannibalis, 45, 1 sqq. Scipio cum exercitu versus castra Hannibalis proficiscitur, 45, 4: sero veniens, redit ad naves, et Galliam Cisalpinam repetit, fratre Cnæo in Hispaniam misso, 49, 1 sqq.; 56, 5. Accepto in Etruria a prætoribus exercitu, ad Padum properat, III, 56, 6. Padum transgressus, miratur Hannibalem ibidem præsentem, 61. Inter Padum et Ticinum superatur ab Hannibale prælio equestri, 65; in quo e præsentis vitæ periculo eripitur a filio, X, 3, 3. Sauciatu cis Padum regreditur, et ad Placentiam castra ponit, III, 66, 9. Monet collegam Sempronium, ne aciei discrimini ad Trebiam rem Romanam committat, 70, 3 sqq. Post consulatum, cum supplemento navium mittitur in Hispaniam, cum fratre Cnæo ibi administraturus, III, 97, 1 sqq., et maritimis copiis præfaturus, VIII, 3, 4. Iberum fluvium cum fratre transit, et Saguntum obsidet, III, 98, 5 sqq. Obsides Hispanorum, qui Sagunti a Pœnis custodiebantur, domum ad suos quemque remittit, III, 99. Perit in Hispania, X, 7, 1; 36, 3.
- Publius Cornelius Scipio, Publii filius, Africanus Major, *præne constanter nude* ο Πόπλιος *vocatus, passim tamen* Σκιπίων. *Integrum nomen Πόπλιος Κορηΐος Σκιπίων exstat*, XXIV, 9, 7. Africani cognomen de hoc Scipione nusquam apud Nostrum commemoratur; nisi Πόπλιος Σκιπίων ο πρώτος καταπολεμήσας Καρχηδονίους; *qua nota etiam quodammodo cognomen Majoris s. superioris continetur: alias vero suo sermone Polybius non Majorem, sed Magnum, τὸν Μέγαν, cognominatum ait, nec diversa tamen (ut videtur) sententia*, XVIII, 18, 9; XXXII, 12, 1; 13, 1. *De ejus ingenio et instituto ex professo agit Polybius* X, 2 sqq.; non felix solum fuit, ut vulgo ferunt, sed et prudens, X, 2, 5-7; liberalis, magnificus, sagax, sobrius, X, 3, 1; comis, blandus, simulque industrius, 5, 5 sqq.; 7, 1 sqq.; consilia sua, ubi opus erat, tegens, 9, 1. Quod divino spiritu se afflato simulavit, simile fuit Lycurgi institutum, X, 2, 8 sqq. et c. 4 seq.: *Conf. c. 11, 7 sq.; 14, 11 sq.* Juvenis patrem servavit, et ab eo Servator est salutat, X, 3. Aedilis creatur juvenis admodum, simul cum fratre, X, 4 seq. Annos natus 27, imperator in Hispaniam missus, Novam Carthaginem oppugnat capitque, X, 6-20. Consilium suum in oppugnanda Nova Carth. exposuit in Epistola ad Philippum regem scripta, X, 9, 3. Obsidum Hispanorum, Carthagine captorum, singularem curam habet, X, 18. Continentiæ egregium specimen edit, 19. Nobilissimos captivos per Lælium Romam mittit, 18, 1 sq.; 19, 8. Varia exercitia militaria instituit, 20, 1 sqq.; officina belli totam urbem similem reddit, Tarraconem hibernatorem redit, 20, 4 sqq.; 34, 1. Edeconem, Mandonium, Indibilem, regulos Hispanorum, in fidem accipit, X, 34-38. Rex ab Hispanis salutat, declinat ad nomen, X, 38, 3; 40, 2 sqq.; Magnitudine animi omnes mortales superans, 40, 6 sqq. Asdrubalem, Hannibalis fratrem, prælio vincit ad Bæcula, X, 39. Asdrubalem, Gisconis filium, et Magonem et Masinissam prælio vincit ad Ilipam, ubi solertes motus peragit, XI, 20-24. Ejus responsum ad quietem, victo Asdrubale, cohortantibus, XI, 24 a, 1 sqq. In colloquio cum Syphace comiter dextreque se gerit, ib. 4. Seditionem militum feliciter aëdat, 25-30. Victo Indibili rebelle, Romam triumphans redit ex Hispania, XI, 31 sqq. In Africa Uticam obsidet, XIV, 1, 2; 7, 1. Syphacem legationibus ludit, XIV, 1, 3 sqq. et c. 2. Syphacis et Asdrubalis castra incendit, 4 sq. Castra hiberna ad Uticam ab oriente habet in promontorio, 6, 7. Pœnis cum Syphace acie victis in Magnis Campis, plura Africæ oppida capit, 8 sq. Castra ad Tunetum, fugientibus Pœnis, occupat, sed mox Uticam ad ferendum suis auxilium redit, 10. Cum Pœnis de comenatu per induciarum tempus intercepto expostulat per legatos, quibus redeuntibus insidiantur Pœni, XV, 1 seq. Plura Africæ oppida vi subigit; Masinissam, domum profectum, revocat; legatos Pœnorum, Roma redeuntes in Romana castra, salvos Carthaginem mittit, XV, 4; speculatores Hannibalis e castris suis incolentes dimittit, 5, 4 sqq.; positis ad Naragara castris, 5, 14; colloquio cum Hannibale frustra instituto, c. 6 sqq.; pugna ad Zama vincit Hannibalem, c. 9-16; *Conf. c. 5, 3.* Pacem dat Pœnis, XV, 18 seq. Triumphans ex Africa Romam redit, XVI, 23. Eo iudice, solertissimi in rerum administratione viri et cum iudicio audacissimi fuerunt Dionysius et Agathocles Siculi, XV, 35, 6. Lucio fratri, ad bellum cum Antiocho proficiscenti, legatus datus, Aetolos pacem petentes humaniter excipit, et fratri persuadet ut inducias eis daret, XXI, 2 seq. Prusiam per literas in amicitia Romanorum confirmat, XXI, 9. Salius cum esset, Anciliorum tempore non licebat ei Hellespontum trajicere, 10. Publium privatim conveniunt legati Antiochi, c. 11 *extr.* et seq. Filius ejus initio belli captus fuerat ab Antiocho, 12, 2 seq. Victo Antiocho, fert conditiones pacis, 13 seq. Quum dies ei esset dicta, defendit se coram populo, XXIV, 9, 6 sqq. Quaestore ærarium recludere nolente, in re gravi, illud ipse, sumtis clavibus reserat, XXIV, 9 a, 1. Quum in senatu rationes ab eo reputerentur, negat oportere a se cuiquam reddi rationem, ib. 2 sqq. Mortuus est circa idem tempus cum Philopemene et Hannibale, *ibid.* Ejus uxor Emilia; *vide Emilia.* Duæ filiae, altera Ti. Graccho nupta, altera Scipioni Nasicae, XXXII, 13. Ad eundem Africanum Majorem *pertinere videntur Fragmenta hist.* 58-62.
- P. Cornelius Scipio, Africani majoris filius naturalis, pater adoptivus Africani minoris, initio belli Antiochici captus est ab Antiocho, XXI, 12, 2 sq.
- P. Cornelius Scipio Emilianus, Africanus minor; filius naturalis L. Emili Pauli, adolescentulus patrem in Macedoniam comitatur; ubi, confecto Persico bello, venatione sese exercuit, XXXII, 15, 3 sqq. Cum fratre majore, Fabio Emiliano, impetrat a prætore, ut Polybius Romæ manere liceat, cujus institutione et consuetudine constanter inde usus est, XXXII, 9 seq. Modestia, liberalitas, abstinentia, et continentia juvenis Scipionis, XXXII, 11-14. Ad bellum Celtibericum, cum omnes metu retinerentur, Scipio, juvenis admodum, operam

- suam obtulit, et *Lucullo consuli legatus* in Hispaniam abiit, XXXV, 4. Certamen singulare init cum provocatore Hispano, 5. *Nescio an eodem pertineat Fragm. gramm.* 12. Eo deprecante apud Catonem, reditus conceditur exsulis Achæis, XXXV, 6. Ejus virtus in Africa, initio tertii belli Punici, laudata a Catone, XXXVI, 6. Cirtæ res Masanissæ mortui ordinat, XXXVII, 3, 10. Carthaginem oppugnans, Gulussæ mandata dat ad Asdrubalem, urbis præfectum, de pace agentem, XXXIX, 2; cf. c. 3, 1. Expugnat Carthaginem, XXXIX, 3. Ejus concio ad præsentem coram Asdrubale ad genua ipsius supplicat, XXXIX, 3 a, 1 sqq. Eum alloquitur Asdrubalis uxor, *ib.* § 5. Illacrymatur fortunæ Carthaginis, *ibid.* § 3 sqq. In celeberrima legatione nonnisi quinque servos secum habuit, *Fragm. hist.* 63.
- P. Cornelius Scipio Nasica, Africani majoris gener, L. Æmilio bello Persico egregiam operam navat, XXIX, 6, 2 sqq. In eum liberalitas Scipionis Æmiliani, XXXII, 13, 7 sqq.
- Cornu, τὸ Κέρας, nomen sinus maris prope Byzantium, IV, 43, 7.
- Cornu dextrum et sinistrum, s. Alæ sociorum in exercitu Romano, VI, 26, 9.
- Coræbus pro stulto homine, XII, § 4 a, 5. *Vide Margites.*
- Corona dicitur pecunia, muneris et honoris causa, loco coronæ oblata, XXII, 17, 4. Sic XXII, 13, 10; XXIV, 1, 7; XXVIII, 17, 3. Corona aurea, præmium ejus qui primus murum urbis expugnatæ conscendit, VI, 39, 5; X, 11, 8. Civica a cive servato donatur is qui eum in pugna servavit, VI, 39, 6 sq.
- Coronea, urbs Boeotiae: contra eam cum exercitu proficiscitur T. Quintius, XX, 7, 3. Ejus obsidio, XXIX, 6 a, 5. Coronæi vel Coronenses, facti Thebas concursu, in Persei societate manendum contendebant, XXVII, 1, 8: amicitiam cum Perseo confirmant, 5, 2 sqq. Coronæus Olympichus, XXVII, 1, 9.
- Corsica insula, XII, 3, 7; feræ quæ ibi generantur, XII, 3; greges boum et caprarum, 4.
- Cortona, urbs Etruriæ, III, 92, 9.
- Coruncanus C. et L. Coruncani, legati ad Teutam, Illyriæ reginam, II, 8; eorum alter occiditur, *ibid.*
- Corvus, machina qua usus est Duilius in pugna navali cum Pœnis, I, 22. Ejus descriptio et usus, *ibid.* et c. 27, 12, 28, 11.
- Coryphæus mons, in Ciliciæ et Phœnicæ confinibus, prope Seleuciam urbem, V, 59, 4 sqq.
- Cos insula, XVI, 15, 4; XXX, 7, 9. Cous, X, 30; XXX, 7, 10.
- Cosenus, flumen Africæ, XXXIV, *in fine, fr. lat.*
- Cosmopolis apud Locros, magistratus nomen, XII, 16, 6 sqq.
- Cosmus, magistratus apud Cretenses, XXIII, 15, 1.
- Cossæi, Asiæ populus, Zagrum montem incolens, V, 44, 7.
- Coesyrus, insula inter Siciliam et Carthaginem; quam occupat et oppido ejus præsidium imponit Cn. Servilius, III, 96, 13.
- Cothon, Calligitonis filius, hieromnemon Byzantium, IV, 62, 4.
- Cotys, rex Odrysarum Thracum, Persei socius, vir eximius, XXVII, 10; legatos Romam deprecatur mittit, XXX, 12.
- Crassus. *Vide Licinius.*
- Crater, nomen sinus *Neapolitani*, inter Misenum et Minervæ promontorium, XXXIV, 1, 12 sq.
- Cremaste Larissa, urbs Thessaliæ, quam a Philippo repetunt Ætoli, XVIII, 21, 3; *diversa ab altera celebriori Larissa.*
- Cremona, colonia Romanorum, trans Padum, III, 40, 5.
- Creonium, oppidum Dassaretidis in Illyrico, captum a Philippo, V, 108, 8.
- Creta, Cretenses, IV, 8, 11; 20, 6; 53, 5; V, 14, 1 et 4; 53, 3; 79, 10, et *alibi*; præsertim de his qui mercede militant; aut ubi notatur levitas ingenii ei genti insita. Κρηναίται, IV, 53, 3; 54, 6; VI, 45, 1; 46, 1 et 3; 47, 5; VII, 12, 9; XXXIII, 15, 1. (*Cretenses recens ad militiam conducti, sunt Neocretes, quod vide suo loco.*) De rebus Creticis vide IV, 53-55; XXVII, 16; XXVIII, 12: XXXIII, 9, etc. Cretenses ad insidias et res cum dolo agendas aptissimi; minus habiles ad prælium instructa acie committendum, IV, 8, 11. Tibia et rhythmo in bello non sine causa utuntur, IV, 20, 6. Cretæ universæ status circa Olymp. 140 et intestinæ discordiæ, IV, 53, 3 sqq. Urbs antiquissima, præstantissimorum præ cæteris Cretensibus civium procreatrix, Lyttus, IV, 54, 6. Cretenses Polyrrenii et Lampæi societatem ineunt cum Philippo et Achæis, eisque 500 Cretenses auxilio mittunt, IV, 55, 1-5; 61, 2. Cretensium resp. laudatur a veteribus, VI, 43, 1: similis a nonnullis auctoribus perhibetur reip. Spartanorum, quum tamen multum differat, VI, 45-47. Eorum animis insita est avaritia; nullum apud eos lucrum turpe ducitur; plurimas iidem inter se discordias agitant et intestinas cædes, levissimas ob causas, VI, 46, 2 sq. et § 9; IV, 53, 5: Neque ingenia usquam magis veteratoria facile invenias, neque incepta iniquiora, IV, 47, 4 sq. *Quare Antiphatham Cretensem laudaturus Polybius* XXXIII, 15, 4 sq. ait, graviore et honestiori oratione eum usum esse, ἢ κατὰ Κρήτα, quam a Cretense expectasses: erat enim homo ingenio haudquaquam Cretico, οὐδαμῶς Κρητικὸς, et fugerat Creticam (perversam) disciplinam, τὴν Κρητικὴν ἀναγωγὴν sive ἀγωγὴν. *Eodem pertinet Proverbium*: Cretissare cum Cretense, πρὸς Κρήτα χρητίζειν, VIII, 21, 5. Sic porro Cretica deliberatio, VIII, 18, 5, est dolosa. Et Bolis, utpote Cretensis, Κρής ὑπάρχων (*ut ait Polyb.* VIII, 18, 4), natura varius et astutus erat. In Creta bellorum civilium perpetuitas et summa inter se civium crudelitas, XXV, 3 b. Philippum ad res suas constituendas elegerunt, VII, 12, 9. Eos ad bellum adversus Rhodios incitat Philippus, XIII, 4, 2; 5, 1. Societatem prædationum maritimarum cum Nabide faciunt, XIII, 8, 2. Gortyniorum lites cum Cnossis: vide Cnossus et Gortyna. In Creta magnarum rerum initia componentur, XXV, 36. Cydoniatarum perfidia in Apolloniatas, XXVII, 16. Cum Cretensibus amicitiam renovant Rhodii, XXIX, 4, 6 sq. Bellum habent cum Rhodiis, ad quod componendum senatus Romanus rogatus. Rhodiorum legatum mittit, XXXIII, 9; 14, 3 sq.; *Conf.* c. 11, 2. Ad idem bellum ab Achæis opem frustra petierant, XXXIII, 15. Cretensis Lagoras, VII, 15, 2, et Bolis, VIII, 17, 1. Creticum vinum, VI, 2, 4.
- Creticum Mare, inter Cretam et Laconicam, V, 19, 5.
- Cretepolis, in Milyade, V, 72, 5.
- Crinon, socius Megalæ, Aratum lapidibus incessit, et in vincula conjicitur a Philippo, V, 15, 7 sqq.; 16, 8.
- Criticus et grammaticus, Isocrates; *vide suo loco.*
- Critolaus, Alexandriæ apud Macedones calumniator Tlepolemum, Agathocli gratificatur, XV, 26, 7.
- Critolaus, Achæus, Diaei socius, pestis suæ gentis, XXXVIII, 2, 8; impedit ne S. Julius Cæsar legatus controversias Achæorum cum Lacedæmonibus componere posset, 3, 1 sqq., et Achæos concitat contra Romanos, 3, 8 sqq. et c. 4 seq. Monarchicam propemodum potestatem inter

- Achæos obtinet, 5, 7. Obiit prætor Achæorum, XL, 2, 1, sq.
- Critolaus, philosophus Peripateticus Romæ, XXXIII, 1, 9.
- Crocodili in fluminibus Darat et Bamboto in Africa, XXXIV, in *fine*, *fr. lat.*
- Cropius Nestor, habitat ἐν τοῖς Φανωρεῖσιν. Apud eum divertit A. Hostilius consul, XXIV, 14, 4. *Conf.* Phantenses.
- Croton, Græca urbs inferioris Italiæ, X, 1, 4. Crotoniatæ, cum aliis vicinis civitatibus Jovi Homorio s. Homario communem ædem ponunt, et Achæorum instituta asciscunt, II, 39, 6. Eos luxu superabant Capuani, VII, 1, 1. Eorum opulentia ex navium statione, X, 1, 6.
- Crucis poena apud Carthaginienses, I, 24, 6; 79, 4; 86, 4 et 6. *Add.* V, 54, 6 sq.
- Cryphon, Persei legatus ad Eumenem, XXIX, 3, 8.
- Ctesiphon, urbs Chalonitidis in Assyria ad Tigrim; ibi castra habet Molo, V, 44, 4.
- Cuma s. Cyme, civitas Æolica, ab Achæi partibus transit ad Attalum, V, 77, 4. Cumæi immunes a tributo renunciantur a Romanis post bellum cum Antiocho, XXII, 27, 4. Idem comprehendantur fœdere Attali cum Prusia, XXXIII, 11, 8.
- Cumani, qui Cumas habitant, unam e celeberrimis pulcherrimisque urbibus in ora maritima Campaniæ, III, 91, 3 sq. Eorum fines cum classe Punica populatur Amilcar Barca, I, 56, 10.
- Cunei. *Vide* Conii.
- Manius Curius, substituitur L. Cæcilio prætori, in pugna cum Gallis cæso, II, 19, 8.
- Custodia castrorum diurna, VI, 33, 7 sqq.; nocturna, 34, 7 sqq. et c. 35 sqq.
- Cyamosorus, fluvius Siciliæ, ad quem situm erat oppidum Centuripa, I, 9, 4.
- Cyathus, fluvius ad Arsinoen, Ætolia urbem, IX, 45, 1.
- Cyclades insulas incursum Demetrius Pharius, III, 16, 3; IV, 16, 8; 19, 7 sq. Rursus Philippus, classis duce Dicearcho, XVIII, 37, 8.
- Cycliadas, Achæus, Philippi comes in colloquio cum T. Quintio, XVII, 1, 2. A Philippo, post cladem ad Cynoscephalas, ad Titum legatus mittitur, XVIII, 17, 4.
- Cyclopus spelunca apud Homerum, XXXV, 6, 4.
- Cydas, Gortynius (*vulgo* Cydates vel Cydatas), Cosmus suæ civitatis, XXIII, 15, 1. Sub Eumene militaverat et apud eum summo in honore habebatur, XXIX, 1 c, 1 Arcanarum Eumenis cum Perseo deliberationum minister fuit, XXIX, 1 c, 1; et 1 e, 1. Ad Amphipolim cum Chimaro, Persei socio, rursus ad mœnia Demetriadis cum Menecrate, et deinde cum Antimarcho congressus colloquitur, *ibid.*
- Cydoniatæ, cives *Cydoniæ*, urbis Cretæ. Eos Cnossiorum societati renunciare cogunt Polyrrhenii eorumque socii, IV, 55, 4; eorumque lites componunt legati Romani, XXIII, 15, 4. Fœdam perfidiam committunt in Apolloniastæ, XXVII, 16. Metuentes sibi a Gortyniis, opem petunt ab Eumene, XXVIII, 13. Anno superiori in presentissimum periculum venerant, ne caperetur ipsorum urbs, *ibid.*
- Cygneum cantum edere, *proverb.*, XXX, 4, 7; XXXI, 20, 1.
- Cyllene, Eleorum navale, IV, 9, 9; contra Philippi invasionem munitur ab Eleis, V, 3, 1.
- Cymel, Cyme. *Vide* Cumæi, Cuma.
- Cynætha, oppidum Arcadiæ; proditiōne polemarchorum, qui nuper ab exilio fuerant revocati, capitur ab Ætolis; IV, 16, 11, et c. 17. Ætoli, occisis proditoribus, urbem diripiunt, 18, 7 sqq.; reliquos cives in servitutem redigunt, *ibid.* et c. 29, 6; IX, 38, 8; merita poena, IV, 19, 3. Inter eam et Clitorem est oppidum Lusi et Dianæ fanum, IV, 18, 10. Efferati sunt Cynæthenses, quod a musicæ studio et aliis salutaribus Arcadum institutis desceverant, IV, 20 sq. Eorum legati, post patratam in urbe civium cædem Lacedæmonem missi, omnibus Arcadicis civitatibus horrore fuerunt, IV, 21, 8. Aratus, Cynætham proditiōne recepturus, horam diei non observans, incepto excidit, IX, 17.
- Cynius Apollo, XXXII, 25, 12.
- Cynoscephalæ, tumuli Thessaliæ, XVIII, 5, 9; 10, 7; ubi Philippus prælio victus est a T. Quintio, XVIII, 3-10.
- Cynus, *emporium* Locrorum Opuntiorum ex adverso Eubœæ, IV, 67, 7.
- Cyparissenses, cives oppidi Messeniæ, cui nomen Cyparissa, Cyparissia, et Cyparissia; Pyrrhiam et Eleos prohibent aditu in Messeniam, V, 92, 5. Cyparissensis Polyænus, XI, 18, 2.
- Cyphanta, oppidum cum portu ad sinum Argolicum, ditionis Argivorum, IV, 36, 4 sq.; Argivis vero ademptum a Lycurgo rege Spartanorum, *ibid.* *Confer* Prasie, et Zarax.
- Cyprus insula; in Ægypti regum est potestate, V, 34, 6. Mare quod est inter eam et Phœniciam, alloit radices Coryphæi montis, V, 59, 4. Ad eam navale Persarum et Evagoræ Salaminii prælium, XII, 25 g, 2. Eam Ptolemæo Epiphani administrat Polycrates, XVIII, 37, 1; 38, 6; dein Ptolemæus Megalopolitanus, 38, 6 sqq. Ea exire copias Antiochi Epiphaniis jubet Popilius, Ptolemæis eam servans, XXIX, 11, 9 sqq. Cypri regnum a senatu Rom. petit Ptolemæus junior, XXXI, 18, 1 sqq.: quod ei promittit senatus, § 9: sed illud omittere cogitur Ptolemæus, c. 25. Archias, Cypri præfectus, insulam Demetrio prodere molitur, XXXIII, 3. *Pro* Demetrio, Seleucus nominatur, qui pater erat Demetrii, *Frags. hist.* 64, *errore puto grammatici.*
- Cypselus vel Cypselum, Thraciæ oppidum ad Hebrum fluvium, XXXIV, 12, 3. *Attis τὰ Κύψαλα*
- Cyrene, urbs, XV, 33, 10; et ipsa regio, XXXI, 18, 4 sq. Cyrenæorum reip. præsent et eorum libertalem tuentur Ecdemus et Demophanes Megalopolitani, X, 25, 2 sq. Cyrenæ regnum Ptolemæus Philometor Physconi fratri dat, quo ille non est contentus, XXXI, 18. Cyrenæi ab eodem desciscunt, et acie victum repellunt, XXXI, 26.
- Cyrmasa (τὰ), Psidis urbs, *Cormasa, Livio et Ptolemæo*: eam cepit Cn. Manlius, XXII, 19, 1; in ejus vicinia lacus est, *ibid.* § 2.
- Cyrrhestæ, Syriæ populus: eorum sex millia, qui erant in Antiochi M. exercitu, facta seditione deseruerant signa, V, 50, 7 sq. Illis adjuvantibus, Achæus regnum Syriæ obtinere se posse sperat, 57, 4.
- Cyrtii, funditores præstantes in exercitu Molonis, V, 52, 5. *Κυρτώνιον. Vide* Cortona.
- Cythera, (τὰ) insula *infra* Laconicam: prope eam Ætoli piratæ capiunt navim Macedonicam, IV, 6, 1.
- Cyzicus, urbs Mysiæ ad Propontidem, patria Apollonidis, uxoris Attali, quo matrem comitantur filii, XXIII, 18. Ager Cyzicænorum multum prominet in mare, IV, 44, 7. His intercedentibus, ministri Ptolemæi Philopatoris agant de pace cum Antiocho, V, 63, 5. Fœdere inter Eumenum et Pharnacem icto comprehensi, XXVI, 6, 13. Viginti naves mittunt Attalo adversus Prusiam, XXXIII, 11, 2. Triremis Cyzicæna Abydi, XVI, 31, 3.

## D

Dææ, populus Scythicus ad Caspium mare, in exercitu Antiochi M., V, 79, 10.

- Dalmatæ** (*Δαλματῆς*, XXXII, 18 sq. et *Δαλματῆς*, XII, 5, 2), olim Pleurato et Gentilio subjecti, a Gentilio deficient; et finitimis populis Illyricis bellum inferentes, tributa imponunt, XXXII, 18. Bellum eis indicunt Romani, 19. Ad bellum Dalmaticum quum copias maritimas ex federe conferre tenerent Locri, immunitatem eis impetravit Polybius, XII, 5, 1 sq.
- Damasippus**, Macedo, Phaci consessores publici concilii occiderat, dein a Ptolemæo Physcone assumitur, XXXI, 25, 2 et 8.
- Damippus**, Lacedæmonius, Hieronymum Syracusarum regem monet, ut in societate Romanorum maneat, VII, 5, 3.
- Damis**, Icesiae fil., Atheniensium legatus, apud senatum Romanum deprecatur pro Ætolis, XXII, 14, 6 sqq.
- Damiurgi**. *Vide* Demiurgi.
- Damocles**, callidus minister (*nescio cuius*), missus ad speculanda consilia Romanorum, XIII, 5, 7.
- Damocritus**, Calydonius, Ætolorum legatus Romam de pace cum Philippo, XVII, 10, 9. Deinde Ætolos concitat adversus Romanos, XXII, 14, 13.
- Damocritus**, Diæi sodalis, cum eo perdit Achæos, XL, 4, 9.
- Damon**, Ptolemæi Philometoris legatus Romam, XXVIII, 1, 1.
- Damon**, Rhodiorum legatus ad Æmiliū Paulum Cos. et ad Perseum, XXIX, 4, 4.
- Damoteles**, Ætolorum legatus, XXII, 8, 9 *coll.* XXI, 3, 11. Rursus, XXII, 9, 18. Rursus ad M. Fulvium Cos., XXII, 12, 4; *conf.* § 10 et c. 13, 7.
- Damoxenus**, Ægiensis, Achæorum legatus Romam post bellum Philippicum, XVIII, 25, 6.
- Damurus**, fluvius Phœniciae, V, 68, 9.
- Danae**, socrus Tlepolemi, in carcerem conjecta a Sosibio, XV, 27, 1 sqq.
- Danaus** Argis aquarum receptacula instituit, XXXIV, 2, 6.
24, 11; in Phocidæ rei magnæ gerendæ spem habet, 24, 12: sed ea spes irrita est, 26, 1 et 16. Ex Elatae Phocidis revertens, Sicyonem devehitur, ibique apud Aratum divertit, 26, 16; 27, 3. Leontium proditorem occidi curat, 27, 4 sqq.; inducias facit cum Ætolis, sed pax non convenit, 28 sqq. Hibernat in Macedonia, 30, 1. Byzantem urbem Pæoniæ occupat adversus Dardaniarum incursiones, V, 97. Melitæam oppugnaturus, scalas justo breviores applicat, *ibid.* Thebas Phthias expugnat, 99 sq.; in Peloponnesum cum classe et exercitu reversus, accepto nuncio cladis Romanorum ad Trasimenum lacum, pacem facit cum Ætolis, et Bello Sociali finem imponit, 101-105. Oppida Illyriæ, Macedoniæ vicina, capta a Scerdilaida, recipit et præsidia firmat, V, 108; dein classe Illyriam petens (et ipsi Italiæ inhians, instigatus a Demetrio Phario, V, 108, 4 sq.), Apolloniæ Panico territus, re infecta, non sine ignominia, in Macedoniam redit, V, 109 sq. Fœdus facit cum Hannibale et Pœnis, III, 2, 3: cujus formula *exhibetur*, VII, 9. Adversus Messenios primum pravos mores nudavit, VII, 12, 1. Adamatus antea omnibus Græcis, 12, 4 sqq.; a Cretensibus *πορτάρης* insula electus, 12, 9; deinde exosus omnibus, 12, 10 sqq. Natura bonus, procedente ætate in vitia incidit, X, 26, 7 sqq.; quoties Demetrio Phario et Taurione consultoribus usus est, pessimus fuit; quoties Arato aut Chrysogono, optimis, VII, 13 sqq.; IX, 23, 9; V, 12, 5 sqq. Aratum veneno necat, VIII, 14. Lissum et Acrolissum capit, et multas Illyriorum urbes in deditionem accipit, 15 sq. Quum Ætoli, Romani et Attalus fœdus fecissent contra Philippum et Achæos, IX, 30, 6 sq. (ad quam societatem etiam Lacedæmonios invitarunt Ætoli, IX, 28 sqq.) Echinum urbem, quæ in Ætolorum erat potestate, oppugnavit cepitque, IX, 41 sqq., et Achæis aliisque sociis, opem ejus contra illos implorantibus, strenue providit, X, 41 sq.; postquam Argis, ubi hiemavit, effrenatæ libidini indulsisset, X, 26. Iterum Thermum Ætoliae et Apollinis ibi templum vastat, XI, 4. Per legatos (*in concilio nescio quo, fortasse Achæorum*) declarat, paratum se esse ad pacem cum Ætolis æquis conditionibus faciendam, XI, 7, 9 sq. Parum abest ut Attalum deprehendat, XI, 7, 2. Pacem cum Ætolis facit *Phænicæ* in Epiro, XIII, 1. *coll.* XV, 23, 8; XVII, 1, 14. Heraclidis opera classem Rhodiorum in ipsorum portu incendio corrumpit, XIII, 4, 1-3, et c. 5, 1-3. Cretenses ad bellum adversus Rhodos concitaverat, XIII, 4, 2; 5, 1. Bellum in Thracia gerit, XIII, 10, 6-9. Conjuratio facta cum Antiocho M. de partiendo Ptolemæi Epiphanis regno, Cariam, Chium et Samum ad se rapit, III, 2, 8; XV, 207. Licet pacem fecisset cum Ætolis, tamen Cium urbem, sociam Ætolorum, copiis cum Prusia genero junctis, expugnat capitque, XV, 21-23; XVII, 3, 12; 4, 7. Rhodios dolosa legatione decipit, XV, 22, 5 et 23, 1 sqq. Thasios violata fide subigit, XV, 24. Paulo ante id tempus Lysimachiam, Ætolorum sociam, sibi subjecerat; moxque Calchedonem, XV, 23, 8; XVII, 3, 11. Pergamenum agrum et loca sacra vastat, Attalo ægre e manibus ejus elapso, XVI, 1. Post debellatum cum Rhodiis ad Laden prælium oblatam Alexandriam usque navigandi occasionem stulte omittit, XVI, 1 a, 1 sqq. Sami classem habuit, XVI, 2, 4 et 9. Pugna navali ad Chium victus ab Attalo et Rhodiis, victoriam sibi tribuit, XVI, 2-8. Cariam invadit, XVI, 11 sqq.; III, 2, 8. Ei bellum indicunt Romani, ni a Græcis injuria lacessendis abstat, XVI, 27. Ille forti et constanti animo persequitur incepta, 28; Abydum oppugnat expugnatque, 29-34; legatum Romanum, ad Abydum secum expositulantem, non audit, sed ut juvenem ridet, XVI, 34; Achæos concitare studet

ad bellum cum Romanis, XVI, 38. Ex Epiri faucibus propere se recipere coactus a T. Flaminio, plurimas Thessaliæ urbes vastavit, XVII, 3, 9; XVIII, 6, 4; XXVII, 13, 2. Colloquium instituit cum Tito, et cum Ætolorum, Rhodiorum et Attali legatis ad sinum Malicum, XVII, 1-9; joci ludit adversarios, 4, 4 sqq. Inducis pactis, legatos Romam mittunt partes omnes, 10 sq. Bellum cum Philippo durare decernit senatus, 12. Ab ejus societate Achæos ad Romanorum partes traduxit Aristæus, 13, 8 sq. Pugna ad Cynoscephalas victus, XVIII, 4-10; in Macedoniam profugit, combustis Larissæ chartis regis, XVIII, 17, 1 sq.; pactis inducis, XVIII, 17, 4 sqq. denuo colloquitur cum Quintio ad Tempe de pacis conditionibus, 19-21. Conditiones Titi accipit, et filium suum Demetrium obsidem dat, 22. Pax ei data a Quintio confirmatur Romæ, 25. Senatusconsultum de ea pace, 27. Bello Antiochico fidelem Romanis operam præstat; cujus gratia Demetrius fil. et ceteri obsides ei restituantur, tributum remittitur, et plures urbes redduntur, XX, 13; XXI, 9, 9. Queritur apud Romanos ereptam sibi ab Ætolis Athamaniam et Dolopiam; et frustra impendere conatur pacem Ætolis datam, XXII, 14, 4. Cum eo contendunt Thessali, Parrhebi, Athamanes, et Eumenes, judicibus Romanis, XXIII, 4 sq. et c. 11, 1 sq. Maronæ eadem edit Philippus; et Casandrum, cujus opera in ea re usus erat, veneno tollit, XXIII, 13 sq. Romanis jam tum infensus, Demetrium filium Romam mittit ad purganda crimina, 14, 7 sq.; XXIV, 1. Byzantiis adversus Thraciæ regulos auxilia promittit, XXIII, 14, 12. Ad accusandum Philippum multas legationes Romam conveniunt, XXIV, 1. Demetrii causa patri veniam dant Romani, 2. Inde Philippi et Persei, majoris filiorum, odium in Demetrium, et insidiæ, c. 3 et 7. Prusiæ auxilia miserat ad bellum cum Eumene, XXIV, 1, 4; 3, 1. Invitus ex Thraciæ urbibus excedit tandem, XXIV, 6. Thracibus mediterraneis bellum facit, Philippopolin præsidio munit, quod tamen paulo post ab Odræis expellitur, *ibid.* Veluti furis agitat, insana consilia capit; Macedonas in Emathiam transducit; civium suo jussu olim interfectorum liberos custodiæ tradit; similitudine mutua filiorum cruciatur, XXIV, 8. Eos alloquitur et funesta fraternalium discordiarum exempla ante oculos ponit, XXIV, 8 a et b. Bellum animo destinaverat atque etiam paraverat, quod Perseus deinde adversus Romanos gessit, XXII, 22 b, 4. *Alia nonnulla ad Philippum pertinentia in Fragm. hist. 42-45.*

Philippus, Persei natura frater et adoptione filius, octodecim annos natus Albæ moritur biennio post Perseum, XXXVII, 1 d, 2.

Philippus (falsus). Vide Pseudophilippus.

Philippus, Achæorum legatus in Macedoniam ad gratulandam Romanis victoriam de Perseo, XXX, 10, 3.

Philippus, Antiochi M. σύντροφος, elephantis præfectus ad Raphiam, V, 82, 8.

Philippus, Persei legatus Rhodum, XXVII, 4, 3 sqq.

Philo, Agathoclis adulator, ministri Ptolemæi Eupatoris et Epiphanis, XIV, 11, 1. *Inter cognatos Agathoclis refertur*, XV, 30, 5 (*ni ibi Φιλάμωνος; pro Φίλωνος legendum*). Occiditur in tumultu, XV, 33, 1 sqq.

Philo, Chalcidensis: eum Romanis dedere jubetur Antiochus ex pacis lege, XXI, 14, 7; XXII, 26, 11.

Philo Cnossius, Neocretibus præest in exercitu Ptolemæi Philopatoris, V, 65, 7.

Philo, Thessalus, pacis conditiones a Metello affert Diaeo, quas ille respuit, XL, 4, 3 sqq.

Philocles, amicus Philippi, Demetrium Philippi filium Romam comitatur, XXIII, 14, 7; XXIV, 1, 5. Jam antea

Romam a Philippo fuerat missus, occasione belli Prusiæ cum Eumene, XXIV, 3, 2. Ejusdem opera insidias Mylasensibus frustra struxerat Philippus, XVI, 24, 7.

Philocrates, Rhodiorum legatus Romam, XXX, 4, 1; 5, 1.

Philodemus, Argivus, Hieronymi legatus ad Hannibalem, VII, 2, 2 sqq.

Philomelienses, *clives urbis Phrygiæ majoris, cui Philomeli nomen*, XXII, 18, 4.

Philomelus et Onomarchus templum Delphicum spoliant; tyrannos illos tollit Philippus Amyntæ, IX, 32, 4 sqq.

Philophron, Rhodiorum legatus ad 10 legatos Romanos post bellum Antiochicum, XXIII, 3, 2. Eidem non placet ut Rhodii rebus Persei se immisceant, XXVII, 11, 2. Romanis favet, XXVIII, 2, 3; 14, 3. Romam legatus mittitur, ad deprecandam iram Romanorum post bellum Persicum, XXX, 4, 1 sqq. et c. 19, 4 sqq.

Philopœmen, Megalopolitanus, promotor et consummator fœderis Achaici, II, 40, 2. Juvenis, prudenter fortiterque rem gerit in pugna Antigoni cum Cleomene ad Sellasiam, II, 67-69. De eo tres libros separatim edidit Polybius, X, 24, 5 sq. Nobilissimo Arcadiæ genere ortus, institutus est a Cleandro Mantinensi, etc., X, 25, 1 sqq. Præfectus equitum creatus Achæorum, corruptam disciplinam restituit, et perpetuis exercitationibus equites suos præstantiores hostibus reddidit, X, 25, 6 sqq. et c. 21 et 22. Prætor Achæorum, XI, 10, 7; ad armorum cultum hortatur Achæos, et disciplinam omnem militarem restituit, XI, 8-10; ipse moribus simplicibus utens, et magna apud suos auctoritate, XI, 10, 1-7. Milites in itinere assuescit ad parce utendum cibariis. *Fragm. hist. 46.* Machanidam, Lacedæmoniorum tyrannum, acie ad Mantineam vincit, XI, 11 sqq., et fugientem sua manu confodit, 18. Rursus Prætor, in unum diem juventute omni Achæorum, insciis omnibus, Tegeam convocata, incursionem in Laconicam fecit, et hostes insidiis circumvenit, XVI, 36 sq. Eicoronam decernunt Lacedæmonii, XXI, 15 sqq. Hujus rei gratia, ille Spartam venit, et in curia Lacedæmoniorum concionem habet, *ibid.* 5 sqq. Octoginta Spartanos ad Compasium occidit, muros Spartæ deiecit, et veteres exsules in urbem reduxit, XXI, 16 *coll.* XXIII, 1, 1; 7, 5 sq. Honestam in exsulum Spartam reductione, utilem vero in ipsius urbis depressione, rem egit, XXI, 17. Qua causa Romæ accusatur, XXIII, 1, 1; simul ipse legatos Romam mittit, 1. Achæis facultatem dat, res a Bœotis per vim repetendi, XXIII, 2, 13. In renovanda societate cum Ptolemæo Epiphane levitatem committit, 9, 11. Ab eo in republ. dissident Aristæus et Diophanes, XXIII, 10. Rem Lacedæmone gestam defendit coram Q. Cæcilio, XXIII, 10, 8. Infensus est ei T. Quintius, XXIV, 5, 2, et frustra ab eo petit, ut gentis concilium sibi cogatur, 5, 15 sqq. Archonem ducem primum improbat, recte deinde collaudat utpote solerter occasione utentem; quod ei vitio vertit Polybius, XXIII, 10 a. Moritur eodem anno cum Hannibale et Scipione, XXIV, 8 d et 9. Captus a Messeniis et interfectus, XXIV, 12, 13, annos 70 natus, XXIV, 8 c. Cædem ejus Messenæ ulciscitur Lycortas, XXIV, 12. Per quadraginta continuos annos in republica cum gloria versatus, invidiam tamen effugit, XXIV, 9, 4. Cum Aristæno collatus, XXV, 9. Ejus status in Græciis urbibus conservatæ, XL, 7 a. Eidem olim decretos honores vindicat Polybius, XL, 7 a, 3, et 8.

Philosophi tres, Athenis Romam legati, XXXIII, 1, 9.

Philostratus, præfectus quinqueremis Rhodiæ, in pugna ad Chium, XVI, 5, 1 sqq.

Philostratus, *Molossus Epirota (ut videtur)*, A. Hosti-

- lium Cos. per Epirum proficiscentem Perseo prodere molitur, XXVII, 14.
- Philoteria, oppidum Coesylriae ad lacum *Tiberiadis*, in quem Jordanes influit, V, 70, 3 sq. Eam in deditionem accipit Antiochus M., *ibid*.
- Philotis, mater Charopis Epirotae, cujus opera ille mulieres spoliare consueverat, XXXI, 21, 13 sq.
- Philoxenus, *dithyrambicus poeta et musicus*; carmina ejus modosque vulgo addiscunt Arcades, IV, 20, 9.
- Phlegraei campi, circa Capuam et Nolam, ab Etruscis olim possessi, II, 17, 1 sq.; III, 91, 7.
- Phlius, oppidum Peloponnesi, *inter Sicyoniam et Argolidem*, occupatur a Cleomene, II, 52, 2. Philasiorum tyrannus Cleonymus, tyrannide abdicata, Achæis se jungit, II, 44, 6. Eorum ager, ὁ Φλιασία; in eo ad Dioscurium castra ponit Philippus, IV, 67, 9.
- Phocæa, civitas Æolica, ab Achæi partibus ad Attalum transit, V, 77, 4. Phocæenses alii cum Antiocho, alii cum Romanis facientes, legatos mittunt ad Seleucum, Antiochi filium, XXI, 4. Iis post bellum Antiochicum pristinas leges et agrum reddunt Romani, XXII, 27, 7.
- Phocis. Phocenses federe Antioni cum Achæis comprehensi, IV, 9, 4; 15, 1 sq.; queruntur de vi ab Ætolis facta, IV, 25, 2. In Phocide rem quamdam magni momenti gerere se posse sperat Philippus, V, 24, 12; sed irrita ea spes fuit, 26, 1 et 16. Inde ad Philippum mittuntur literæ Megaleæ, clam ad Ætolos scriptæ, V, 28, 4. Eam adversus Ætolos tuetur Philippus, X, 42, 2. Ea et Locride e vestigio deducere præsidia tenetur Philippus per inducias cum T. Quintio pactas, XVII, 10, 4. Phocenses tuti non sunt, quamdiu Philippus Chalcidem tenet, XVII, 11, 6. Liberi renunciatur ex senatusconsulto Romanorum, XVIII, 29, 6; ita tamen, ut Ætolorum concilio sint contributi, 30, 9. In Phocide Patrenses præsertim magnam cladem passi sunt bello Achaico, XI, 3, 4. *scil.* in pugna qua Metellus Achæos vicit (*conf. c.* 6, 11), et Diæum cum exercitu oppressit, XL, 1.
- Phœbatides urbes, Illyrici (*alii codices Φιβάτιδες*), V, 108, 2.
- Phœbidas, Lacedæmonius, Cadmeam per dolum occupat, IV, 27, 4.
- Phœnice, urbs Epiri munitissima et opulentissima, II, 5, 8; 8, 4; XXXII, 22, 2; proditione mercenariorum Gallorum capitur ab Illyriis, II, 5. Romanorum legati ibi cum Epirotis agunt de Philippo, XVI, 27, 4. Inde ex Epiro Romam mittuntur legati, XXXII, 24; *conf. c.* 22, 1 sq.
- Phœnicia vel Phœnice, regio Aslæ, *interdum communi Coesylriae nomine comprehenditur, ut* V, 80, 3, *et sæpius alias; alias utrumque nomen conjungitur, ut* V, 66, 6; VIII, 19, 11; XXVIII, 1, 2. Inter eam et Giliçian sita est Seleucia ad mare, V, 59, 4 sq. Antiochus ei et Coesylriae manus injicit, III, 2, 8. Easdem ex Ptolemæi Lagi jure ad reges Ægypti pertinere, contendunt legati Ptolemæi Philopat. adversus Antiochum M., V, 67, 10. *Conf. Coesylria.*
- Phœtæe, sive Phœtiæ, *Acarnaniæ* oppidum in potestate Ætolorum, captum a Philippo, IV, 62, 7 et 10.
- Photeum. *Vide* Phyteum.
- Φωλαός, lustrum, latibulum, spelunca; locus sic dictus in urbe Megalopoli prope murum, IX, 18, 1; II, 55, 5.
- Phorunna, oppidum Thraciæ, IX, 45, 4.
- Phoxidas, Achæus, dux Græcorum mercenariorum Ptolemæi Philopat., V, 65, 3 sq.; 85, 2 sqq. *Conf. seq.*
- Phoxidas, Melitænsis, centuriat copias Ægyptiacas, V, 63, 11. *Videtur idem esse cum superiore. Conf. Achæi Phthiotæ.*
- Phriza, oppidum Triphylia, IV, 77, 9; in deditionem accipitur a Philippo, IV, 80, 13.
- Phrygia ad Hellespontum, XXII, 5, 14; *distinguitur a Phrygia Majori*, XXII, 27, 10. Utraque regno Eumenis adjicitur a Romanis post bellum Antiochicum, *ibid*.
- Phthiotæ. *Vide* Achæi Phthiotæ.
- Phthiotis. *Vide* Eretria Phthiotidis, et Thebæ Phthiæ.
- Phylarchus, historicus, contraria scribit Arato, et multas tragedias facit de casu Mantinensium, et de Aristomacho Argivo, II, 56-59. Alia in eodem reprehendit Polybius II, 60-63.
- Phylomachus (*aliis* Phylomachus, et Pyromachus), statuarius, Æsculapi signum in templo Pergameno confecit, XXXII, 25, 4.
- Physcon, XXXIV, 14, 6. *Vide* Ptolemæus.
- Physsias, nobilis Eleus, bello captus a Lyco, proprætore Achæorum, V, 94, 6.
- Phytæum, Phyteum, vel Phœteum, Ætolia oppidum, in media Ætolia, V, 7, 7; XI, 4, 4.
- Phyxium, locus Elidis, V, 95, 8.
- Picenus ager, devictis Senonibus ademptus, civibus Romanis divisus, II, 22, 7. Picenum populatur Hannibal, III, 86, 9.
- Pictones, populus Gallia, XXXIV, 10, 6.
- Pieriam vastat Scopas prætor Ætolorum, IV, 62, 1.
- Pilum Romanum, ὁ ὄπισθς, VI, 23, 8 sq.; I, 40, 13. Triarii pro eo hasta utuntur, VI, 23, 16.
- Pinarus, Ciliciæ fluvius, XII, 17, 3.
- Pindari laudatio pacis, parum honesta, IV, 31, 5 sq.
- Piræus, portus Athenarum, XVI, 26, 2 et 4.
- Piratæ. *Vide* Ætoli et Illyrii. *Adde* *Fragm. gramm.* 83.
- Pisa vel Pisæ, prima urbs Etruriæ, a Liguria venientibus, II, 16, 2, e Sardinia eo appellit C. Atilius Cos., II, 27, 1; 28, 1. P. Scipio, Liguria oram legens, quinto die inde Massiliam venit, III, 41, 4, et eo redit, 56, 5.
- Pisatis, Pisæus ager, pars Elidis in Peloponneso, IV, 74, 1. *Conf. Olympia.*
- Pisces sub terra, in Gallia campis versus Pyrenæum montem, XXXIV, 10, 4.
- Pisidia: eam populatur Achæus, V, 57, 7. Ejus incolæ ad arma secum socianda adversus Selgenses hortatur Garsyeris, nomine Achæi, V, 72, 9; 73, 3, ubi *commemorantur Pisidian incolentes* Etlenenses, Sidetæ, Pedlenissenses, Selgenses. Eam post bellum Antiochicum Eumeni dari a Romanis, consentiunt Rhodii, XXII, 5, 14; et datur ei Milyas, quæ *Pisidiæ accensebatur*, XXII, 27, 10.
- Pisseum, Pelagoniæ oppidum, direptum a Scerdilaida, V, 108, 1. *Conf. seq.*
- Pissantini, populus Illyricus, cujus oppidum Orgysum Scerdilaidæ eripuit Philippus, V, 108, 8. *Nil videtur hi commune cum Pissæo habere supra memorato, quod Pelagoniæ πόλις, id est parvum oppidum, vocat Polybius.*
- Placentia, colonia Romanorum ad Padum in Gallia Cispadana, III, 40, 5; 66, 9. Prope *Placentiam* (*sic legendum videtur pro vulgato Massiliam*) erat sedes Anamarum, II, 32, 1. Ibi castra ponit Scipio, III, 66, 9. Eodem se recipiunt qui e pugna ad Trebiam evaserunt, 74, 6. Eo convenire exercitum jubet consul, Liguribus bellum illaturus, XXXIII, 8, 1.
- Plagæ quatuor mundi, III, 36, 6 sq.
- Platanus, oppidum Phœnicia: fauces ad eam, V, 68, 6.
- Plato conversionem rerumpud. ex alio genere in aliud accurate explicavit, VI, 5, 1. Rempub. Cretensium similem esse ait reipub. Laconicæ, VI, 45, 1. Ipsius respub., 47, 7 sqq. Fabula Arcadica ab eo citata, de hominibus in lapos

- mutatis, VII, 13, 7. Ejus dictum (beatos fore homines, si philosophi regnarent) ad historię descriptionem applicat Polybius, XII, 28, 2; *conf.* c. 27.
- Plator, dux Ilyriorum, quos Philippus subsidio misit Cretensibus, IV, 55, 2.
- Pleiades. *Vide* Vergilię.
- Pleuratus, Ilyrię rex, pater Agronis, II, 2, 4, et *Scerdilaidę*.
- Pleuratus, *Scerdilaidę filius*, *Pleurali nepos*, pater *Genthii*, cum *Scerdilaida* copias educit adversus populos Epiri, Philippi socios, X, 41, 4. Eę parent Dalmatę, XXXII, 18, 3 sq. Eidem a T. Quintio dantur Lychnis et Parthini, Ilyrię civitates, quę in Philippi fuerant potestate, XVII, 30, 12; XXI, 9, 7; XXII, 4, 3.
- Pleuratus, *Pleurali filius*, *Genthii frater*, a fratre occiditur, XXIX, 5, 8.
- Pleuratus, exsul Ilyricus, Persei legatus ad Genthium regem, XXVIII, 8, 1.
- Pennę militares, VI, 37 seq. *Conf.* Desertores.
- Peni. *Vide* Carthaginienses.
- Poesis tribus partibus constat, historia, dispositione, fabula, XXXIV, 4, 1 sqq. Homeri poesis est scriptio philosophica, XXXIV, 4, 4 sqq.
- Polemarchi, *πολέμαρχοι*, magistratus civitatum Peloponnesi, qui claves urbis in sua potestate habent, et interdiu in statione ad portas versantur, IV, 17, 2. Eisdem, IX, 17, 3, *vocat* τοὺς ἀρχοντας τοὺς εἰδισμένους τηρεῖν τὰς πόλεις. Cynæthensium polemarchi urbem Ætolis prodiderunt, IV, 17, 3. Polemarchorum curia, τὸ Πολεμάρχειον *vel* Πολεμάρχειον, Phigalię, IV, 79, 5.
- Polemarchus Arsinoensis, Ætolorum legatus Romam, XVII, 10, 8.
- Polemocles, Rhodiorum navarchus adversus Byzantios missus, IV, 52, 2; cum classe in Cretam mittitur petentibus Cnosii, 53, 1; ab Eleuthernęis Cretensibus incusatur occidisse Timarchum, civem Eleuthernęum, 53, 2.
- Polemocrates, pater Limuęi, XXIX, 3, 6. Eum in Samothraciam mittere, Eumeni proponit Perseus, ut ibi arcani foderis pretium apud sequestrum deponat, XXIX, 1 f, 3.
- Poliasium, locus nescio quis Laconicę, XVI, 16, 2.
- Polichna, oppidum ditionis Argivorum, captum a Lycurgo, Spartę rege, IV, 36, 5. *Confer* Prasie.
- Polyænus, *Achæus*, bello Persico, temporis rationem habendam censet respectu Romanorum, XXVIII, 6, 8.
- Polyænus, Cyparissensis, comes Philopemenis Machanidam persequentis, XI, 18, 2.
- Polyaratus, Rhodius, cum Dinone frustra Rhodios ad Persei partes a Romanis abstrahere conatur, XXVII, 6; *conf.* c. 11, 2. Ptolemęos Popilius jubet eum Romam mittere, XXIX, 11, 9. Rhodum, et post varia fata Romam tandem transportatur, XXX, 9.
- Polybius, Megalopolitanus, *diversus a nostro*, ac fortasse *avus ejus sive patruus*, unus e ducibus Achæorum sub Philopemene, in pugna ad Mantinęam cum Machanida, XI, 15, 5.
- Polybius *noster*, Megalopolitanus, historiarum scriptor, Lycortę filius, XXIII, 1, 6. Historiam suam scripsit in usum maxime Gręcorum, I, 3, 7 sq. Ejus molem excusat, III, 32, 1 sqq. Visendi studio et veritatis cognoscendę, iter per Alpes suscepit, III, 48, 3. Eodem consilio Africam, Hispaniam, Galliam peragravit, et Atlanticum quoque navigat oceanum, III, 59, 7. Eas res in historia sua descripsit, quę partim ipsius, partim patrum memoria acciderunt; quarum aliis ipse interfuit, alias a testibus oculatis accepit, IV, 2, 2. In exquirendis temporibus diligentissimus, ex sententia Cicemonis, VI, 2. Ejus ætate terra et mari omnia patebant, et pleręque artes ita erant perfectę, ut certa quadam via ac ratione addisci pręcepta earum possent, IX, 2, 5; X, 47, 12. Tactici ejus Commentarii, IX, 20, 4. Pyrsiarum ratio ab eo emendata, X, 45, 6 sqq. De Locris bene meritus est, XII, 5, 1-3. Zenonem Rhodium de errore in ipsius historia commisso amice admonet; et ab aliis, ut idem sibi faciant, postulat, XVI, 20, 5 sqq. Legatus nominatur ad Ptolemęum Epiph. cum Lycorta et Arato, licet tunc nondum ea ætate esset, qua ex lege alias respubl. capessere posset; neque vero locum habuit ea legatio, XXV, 7. Eum ridet Posidonius scribentem, 300 urbes Celtiberię eversas esse a Ti. Graccho, XXVI, 4. Suspectus videtur Romanis, XXVIII, 3, 7. Pręfectus equitum nominatur Achæorum, prętore Archone, XXVIII, 6, 9. Pro restituendis Eumenis honoribus verba facit, c. 7, 8 sqq. Legatus mittitur ad Q. Marcium Philippum Cos. in Thessaliam, ut auxilia ei offerret Achæorum, quę ille tamen non accepit, 10 sq. : sed in castris Romanis manens, rebus tunc gestis interfuit, 11, 6. Applo Centoni, jussu consulis, negat auxilia Achæorum, quę ille postulavit, 11, 7 sqq. Per singulos annos, quę apud quemque populum quoque anno gesta sunt, descripsit, incipiens cujusque anni historiam a rebus in Italia gestis, XXVIII, 14, 9 sqq. Ptolemęis fratribus auxilia adversus Antiochum mittenda censet, XXIX, 8, 2; 9, 1 sqq. Equitum auxilium pręfectum ab Achæis eum petunt Ptolemęi, 8, 5; saltem snarum copiarum ducem, si auxilia non mitterent Achęi, 10, 7. Romę inter exsules (ob belli Persici culpam vel suspicionem) versans (*conf.* XXXII, 9, 5), Demetrio Selenci filio, Romę obsidi, suadet ut fuga in Syriam evadere et regnum ibi capessere conetur, XXXI, 19-24. Venationem singulariter amat, XXXI, 22, 3; XXXII, 15, 8. Pro eo maxime et Stratio, exsulis Romę, deprecatur legati Achæorum, XXXII, 7, 14. Consuetudinis ipsius cum Scipione initium, incrementum et perpetuitas, XXXII, 9 seq. Fabius et Scipio, fratres, quum ceteri gręci exsules per Italię civitates distribuenterent, apud prętorem effecerant, ut Polybio Romę manere liceret, XXXII, 9, 5. Libertas ei datur Roma domum redeundi cum ceteris exsulis; ampliora ille petit pro exsulis, sed ridetur a Catone, XXXV, 6. A. M. Manilio consule Lilybęum arressitus, XXXVII, 1 e, 1. Corcyram delatus, hinc in Peloponnesum revertitur, dissoluta ad tempus bello Punico, *ibid.* § 3. Quomodo de seipso loquatur, explicat, 1 f, 1 sqq. Proprium ipsius nomen, parum commune, *ibid.* § 4. Scipione res in Africa gerente, classe ab eo accepta, scrutandi illius orbis causa circumvectus est, XXXIV, in *fine*, *fr. lat.* Cum Masaniassa conversatus est, IX, 25, 4. Adest Scipioni in eversione Carthaginis, XXXIX, 3, 6. Corinthi expugnationi interest, aut paulo post supervenit, XL, 7, 1. Philopemenis honores vindicat, XL, 7 a, 3 et 8; *item* Arati et Achęi, *ibid.* § 10. De Diæi bonis nihil eorum, quę ei a legatis Romanis oblata sunt, accipit, XL, 9, 1. Achatę statum ordinat ex mandato decem legatorum Romanorum, XL, 10. Honoribus a popularibus suis cumulat, *ibid.* § 4 sqq. Confectis decem legatorum mandatis, Romam revertitur, XL, 13, 1. Regnante Ptolemęo Evergeta Physcone in Ægypto fuit, XXXIV, 14, 6. Sardibus in Asia collocutus est cum Chiomara, Ortiaginis uxore, Gallorum reguli, XXII, 21, 12. Universa ejus Historiarum summa et epilogus, XL, 14, 1. sqq. Separatim a sua historia scripsit Vitam Philopemenis, tribus libris, X, 24, 5 sq. ; *Bellum Numantinum*, *Tactica*, *de Habitatione sub Æqualore*, *de Zonis et Polis mundi*. *Mortuus est domi, anno ætatis* 82.
- Polycletus, Cyrenensis, Hieronymi legatus ad Hannibalem, VII, 2, 2 sqq.

- Polycrates**, Argivus, Mnasiadæ filius, hortatur milites Ptolemæi Philopat., V, 63, 5 sqq.; equites exercet, 65, 5. Eisdem præest in prælio ad Raphiam, 82, 3; 84, 8. Cypro præficitur, et fideliter eam administrat, XVIII, 38, 5 sq. Ejus cognatæ, quum consolari vellent Ceanthen, Agathoclis matrem, male ab ea accipiuntur, XV, 29, 10. E Cypro reversus, Scopam accusat, XVIII, 37, 1. Anacleteria Ptolemæi Epiph. parat, et magnam Alexandriæ potestatem obtinet, 38, 3 sqq.: sed precedente tempore in omne genus libidinis prolabitur, *ibid.* Rebelles optimates Ægyptiacos in potestatem regis redigit, XXIII, 16, 3 sq. Ejus pravo consilio juvenis rex nullam partem rei militaris attingit, XXIII, 16, 7.
- Polycritus**, Neptuni templum Mantinææ spoliavit, IX, 34, 10.
- Polymedes**, Ægiensis, bello capitur ab Eleis, V, 17, 4.
- Polyphantas** cum copiis mittitur a Philippo ad defendendam Phocidem et Bæotiam, X, 42, 2.
- Polyphontes**, Lacedæmonius, effugit cædem factam a factione Ætolica, et ad Philippum evadit, IV, 22, 12.
- Polyrrhenii**, Cretenses, a Cnossiorum societate ad Lyttios deficient, IV, 53, 6. Quingentos (s. trecentos) Cretenses Philippo et Achæis auxilium mittunt, IV, 55, 5 sqq.; 62, 1.
- Polyxenidas**, Rhodius, dux Cretensium in exercitu Antiochi, Labum montem superantis, X, 29, 6.
- Pompa** magnifica Antiochi Epiphanis, XXXI, 3.
- Pompidas**, exsul Thebanus, Chalcidæ apud legatos Romanos accusat Neonem et Hippliam eorumque socios, XXVII, 2, 1 sqq.
- Pons fluvio Bacaræ** a Macari impositus a Mathone, I, 75, 5; Alphei a Philippo instauratus, IV, 77, 5; Tiberis ab Horatio Coclitæ rescissus, VI, 55.
- Pontus Euxinus**. A navigantibus in eum vectigalia exigunt Byzantii, III, 2, 5. Ostium ejus in potestate est Byzantium, IV, 38, 2 sq., et gratias illis merito habent Græci omnes, 38, 10; quibus regiones ad Pontum sitæ multa, quum ad necessarios vitæ usus, tum ad lautitiam, suppeditant, IV, 38, 3 sq. Pontica salsamenta, XXXI, 24, 1. Ponti ambitus; ejusdem duo ostia, Bosphorus Thracicus et Cimmerius, IV, 39, 1 sqq. Mensura ejus a Bosphoro Thrac. ad Cimmerium, XXXIV, in *fine*, *fr. lat.* Cur continuo effluat, duplex causa, IV, 39, 7 sqq.; olim opplebitur, 40, 4 sqq.; et instat lacus et paludis erit, sicut Mæotis palus, 42. Ei supra regionem, quæ Phasi fluvio alloitur, superne imminet regnum Artabazanis, V, 55, 2.
- Ponti regnum**, apud Polybium vocatur Cappadocia ad Pontum, V, 43, 1 sq.
- C. Popillius (vel Popilius) Lænas**, ab A. Hostilio procos. legatus mittitur ad Thebanos, Achæos, Ætolos et Acarnanes, belli Persici causa, XXVIII, 3-5. Legatus a senatu in Ægyptum missus, Antiochum Epiphanem, Syriæ regem, circulo inscribit, XXIX, 11; copias Antiochi Cypro ejicit, *ibid.* § 10. Ptolemæos fratres jubet Polyaratum Rhodium Romam mittere, XXIX, 11, 9; XXX, 9, 2. Ejus rogatu Menalcidas e custodia dimittitur a Ptolemæis, XXX, 11, 2.
- Popillius Lænas**, legatus Romanorum in Liguriam, XXXIII, 7, 1.
- Populorum arborum** lacrymæ, II, 16, 13.
- Populus Romanus**. *Vide* Romani, et Romanorum Respublica. Popularis status. *Vide* Democratia. Populi potestas in repub. Romanorum, VI, 14. Populus Romæ obnoxius senatui, 17.
- M. Porcius Cato**, consul, in Hispania, uno die muros omnium cis Bætin urbium dirui jubet, XIX. Indignatur ob peregrinum lulum Romam introductum, XXXI, 24. Ejus duplex dictum festivum, in Achæos exsules domum dimittendos, et in Polybium majora postulare conantem, XXXV, 6. Ejusdem judicium honorificum de Scipione Æmiliano, in Africa militante, XXXVI, 6, 6. Ejusdem lepide dictum in tres legatos ad pacem inter Prusiam et Nicomedem componendam missos, XXXVII, 1 h, 3. Reprehensio Postumii Albini, græce historiam scribentis, et tamen imperitiam sermonis deprecantis, XL, 6.
- Porcorum** magna copia in Italia, maxime in ora maritima Etruriæ et Galliæ Cisalpinæ, II, 15, 2 sq.; XII, 4. Baccina ibi convocantur greges, XII, 4, 11 sqq.
- Porphyreon**, Phœnicia oppidum: Angustiae ad eum, V, 68, 6. De eisdem angustis, a Nicolao Ptolemæi duce obsessis, *conf.* V, 69, 1.
- Porta Persis**, Sardibus, VII, 17, 6; Tegeatis Messenæ, XVI, 17, 3; Temenis, Tarenti, VII, 27, 7; 30, 2. *Adde* Pylæ.
- Portenta** ante pugnam Cannensem, III, 112, 8.
- Porticus**, ἡ τοῦ, vinearum series longior, opus vineis contextum, I, 48, 2; IX, 41, 1 et 3; XXII, 11, 6 sqq.; *Fragm. gramm.* 102.
- Porticus Scythica** (ni potius Tychica) Syracusis, VIII, 5, 2.
- Posidonius** ridet Polybium, scribentem, trecentas urbes eversas esse in Celiberia a Ti. Graccho, XXVI, 4.
- Aulus Postumius**, Cos. cum Cn. Fulvio, anno Urbis 525, II, 11, 1. *Sed mendosum est prænomen*, et Lucius scribendum, Ἀέλουος pro Ἀδλος. *Vide infra* in L. Postumius.
- A. Postumius Albinus** (*idem qui consul fuerat* A. U. 574), legatus mittitur ad Dardanos et Thessalos adversus Perseum et Bastarnas, XXVI, 9.
- A. Postumius Albinus**, prætor urbanus, XXXIII, 1, 5; legatus ad pacem componendam inter Altalum et Prusiam, XXXIII, 11. Consul cum L. Lucullo, XXXV, 3, 7. Homo vanus, græcarum literarum ridicule studiosus, XL, 6.
- L. Postumius Albinus, idemque Magellus cognomine**, Consul cum Q. Mamilio, obsidet capitque Agrigentum, I, 17-19. *Idem* Lucius Postumius, cui in *codd. perperam prænomen Aulus datur*, consul iterum cum Cn. Fulvio, II, 11, 1; plures civitates Illyrici in deditionem accipit, et duram pacem Tentæ et Illyriis imponit, II, 11 sq.
- L. Postumius Albinus**, prætor, mittitur in Galliam Cisalpinam, III, 106, 6; cum universo exercitu occidione deletur, 118, 6.
- Pothine**, celebris tibicina Alexandrina, XIV, 11, 3 sq.
- Pothion**, Rhodiorum prytanis, XXIII, 3, 10.
- Prædæ** tertia para apud Lacedæmonios regibus cedebat, II, 62, 1. Apud Romanos præda dividita æqualiter dividitur, prudenti instituto, X, 15, 4 sqq. et c. 16 sq.
- Præfecti sociorum**, VI, 26, 5 sq. Eorum potestas infligendarum poenarum, 37, 8. Præfectus turmæ equitum, VI, 25, 1 sq.
- Præmiorum** (*scil.* honorum) et poenarum apud Romanos arbiter est populus, VI, 14, 4-8. Præmia militaria, VI, 39; *Fragm. hist.* 47.
- Præneste**, una ex urbibus Italiæ, in quas impune exsultum abire licet civi Romano, capitalis criminis reo, VI, 14, 8.
- Prætores** Achæorum quotannis primum duo, mox nonnisi unus, II, 43, 1 sq. Prætoria comitia Achæorum, circa Pleiadum ortum, initio æstatas; Ætolorum autumno, IV, 37, 2 sq. (*Coll.* III, 16, 7; 17, 1); V, 1, 1; 30, 7. Ætolorum prætor, quo die nominatur, eodem magistratum init, II, 3, 1.
- Prætorium** in castris Romanis, VI, 27, 1; 41, 2. Custodia prætorii, VI, 33, 12; 35, 2.

Præutianus ager, III, 87, 3.

Prasias, oppidum ditionis Argivorum, captum a Lycurgo rege Spart., IV, 36, 5.

Pratio, Rhodiorum legatus ad Antiochum Epiph. in Ægyptum, de pace cum Ptolemæis facienda, XXVIII, 19, 1. Prienenses, cives Prienes, Ionie urbis, pecuniam, ab Oroferne depositam, Ariarathi tradere nolunt; male idcirco ab eo mulctati, XXXIII, 12.

Prinaassus, Carie urbs, a Philippo obsessa et capta, XVI, 11. Cives Prinassenses, *ibid.* § 5.

Principes in legione Romana, 1200 numero, VI, 22, 7 et 9; eodem modo armati quo hastati, 23, 16. Eorum sedes in castris, 29, 6 sqq.; ministerium castrense, 33, 3 sqq.

Prion, *id est Serra*, collis in Africa, ubi concisus est exercitus Spendii et Autariti, I, 85, 7.

Prion, locus Sardibus, ubi urbs arci jungitur, VIII, 15, 6. Pristes, navigiorum genus, cum lembis numerantur, XV, 2, 9; sed majora iis erant, XVII, 1, 1.

Proagoræ, Megalopolitani, armenta abigit Nabis, XIII, 8, 7.

Proander, Ætolus, amicum se Romanorum simulat, XXVIII, 4, 3 sq.

*Prolaus. Vide Proslaus.*

Promontoria præcipua Europæ, XXXIV, 7, 11 sq.; Sicilia tria, I, 42. *Adde* Mercurii promontorium. Pulchrum, Argennum, etc.

Pronni, oppidum Cephallenie cum portu: quod ægre obsideri posse videns Philippus, Paluntem pergit, V, 3, 3 sq.

Propontis, per Bosporum Thracicum jungitur Ponto, IV, 39, 2 et 4; 43, 1. Per Hellespontum eo intratur, XVI, 29, 7 sq. Ejus fauces, ad Sestum et Abydum, IV, 44, 6. Eo adversus Thracum regulos auxilia Byzantii promittit Philippus, XXIII, 14, 12.

Propus, eminens collis in Oligyrto monte Arcadiæ, IV, 10, 6.

Proserpinæ et Cereris aedes, Thesmophorium, Alexandriæ, XV, 29, 8.

Proslaus, Sicyonius, arci Psophidis præficatur ab Achæis, IV, 73, 9, *nomen suspectum.*

Proverbia et sententiæ proverbiales, quæ a Polybio citantur vel usurpantur, XII, 23, 7; IV, 34, 2; XL, 7, 3; XXIX, 6, 10; IV, 52, 2; X, 32, 1; VII, 11, 3; VIII, 21, 5; XXX, 4, 7; XXXI, 20, 1; XXXVIII, 2, 9; XV, 16, 6; XXI, 12, 9; V, 32, 1; XXIV, 8, 3; XVI, 24, 4; VII, 13, 7; XV, 4, 11; V, 11, 1; *Fragm. hist.* 27; V, 7, 4; IV, 27, 7; XXIV, 8, 10; XV, 20, 3; IX, 34, 11; XXXIII, 3, 3; et XL, 3, a; IX, 25, 3; XV, 25, a, 1; XXXIII, 27, 2; XII, 12 a, 1 sq.; 26, a, 2; XXX, 18, a; XL, 7 a.

Prusias, rex Bithyniæ, cognomine *Zielas*, pater Prusiæ τοῦ Κωνυοῦ; eum Rhodii ad belli societatem adversus Byzantinos invitavit, IV, 47, 7. In Byzantios iratus, accipit invitationem, IV, 49; *conf.* III, 2, 5; IV, 48, 13. Hieron et Mysiam Byzantii adimit, IV, 50. Ex Hiero ligna, marmora, tegulas aufert, 52, 7 sq. Byzantii contra eum advocant patrum ejus, Tibeten, in Macedonia exsulantem, 50, 1 et 8 sq. Pacis condiciones inter eum et Byzantios conclusæ, IV, 52, 6. Dona mittit Rhodiis, terræ motu afflictis, V, 90, 1. *Idem* interecione delet Gallos Egosages, quos Attalus in Asiam invitaverat, V, 111. *coll. c. 77 seq. De Prusia (nescio patre, an filio) agitur etiam Fragg. hist. 48 sq.*

Prusias (ὁ Κωνυός; cognominatus, i. e. *Venator*), *Alius superioris*, rex Bithyniæ; Philippi, Macedoniæ regis,

gener, XV, 22, 1 sq. *coll.* 23, 10, et XVII, 4, 7. Philippi auxilio Cium, Bithyniæ urbem, Ætolorum sociam, expugnavit sibi que subiecit, XV, 21-23; XVII, 4, 7. Sollicitationem Antiochi, per literas admonitus a Scipione, respuit, et Romanorum amplectitur partes, XXI, 9. Bellum gerit cum Eumene, ad quod auxilia ei mittit Philippus, III, 3, 6; XXIII, 18, 8; XXIV, 1, 4; 3, 1 sq. *Confecto eo bello, socius fuit Prusias Eumenis adversus Pharnacem: certe in formula fœderis*, XXVI, 6, 3; ab una parte *nominantur* Eumenes, Prusias, et Ariarathes; ab altera parte Pharnaces. Post bellum Persicum, liberti habitu Romanum senatum salutavit, XXX, 16; per legatos, accusat Eumenem Romæ, XXXI, 6, 2; 9, 3; rursus, XXXII, 3 et c. 5, 5. Attalum acie vincit, templa circa Pergamum diripit, et regionem vastat, XXXII, 25; *conf.* 26, 2. In reditu exercitus ejus fame et morbis laboravit, 25, 14. Interveniuntibus Romanis, pacem cum Attalo facere cogitur, XXXIII, 10 sq. Ei a Nicomede presso per legatos subveniunt Romani, XXXVII, 1 e, 1 sqq. Ab eo Attali arma avertunt Romani, *ibid.* Humile hominis ingenium, et effeminati mores, XXXVII, 2. Abalienati ab eo subditi, defectionem spectabant, *ibid.* § 7.

Prytanis Rhodiorum, XIII, 5, 1; XV, 23, 4; XXIX, 4, 4; *Fragm. hist.* 53; per sex menses gerunt magistratum, XXVII, 6, 2. Eorum curia, Prytaneum, XV, 23, 3; XVI, 15, 8; XXIII, 3, 10.

Prytanis, philosophus Peripateticus, leges scripsit Megalopolitani, V, 93, 8.

Pseudophilippus, Philippi, Persei filii, nomen aucupatus, XXXVII, 1 d, 1 sq. Macedonas trans Strymonem vincit, *ibid.* § 2. Totam Macedoniam occupat, *ib.* 3. Ejus victorias nuncium in Græcia vix fidem invenit, *ib.* 3 et 4.

Psophis, urbs antiqua et munitissima Arcadiæ, Eleis contributa, IV, 70, 2 sqq.; 68, 1; 69, 2; propugnaculum Eleorum adversus Achæos, et arx belli, IV, 71, 2; capitur a Philippo, 71 sq. Achæis ab eodem traditur, 72, 6. Psophidii, IV, 71, 13; 72, 8.

Ptolemæi, reges Ægypti. *De Ptolemæo nescio quo, agitur Fragg. hist. 55.*

Ptolemæus primus, Lagi filius, moritur Olymp. 124; II, 41, 2; 71, 5 sq. Disceptatur, utrum ad eum, an ad Seleucum, pertinuerit Cœlesyria, ob devictum Antigonom, V, 67.

Ptolemæus Philadelphus, secundus Ægypti rex, filie suæ Berenice, Antiochi Syriæ regis uxori, Nili aquam bibendam mittit, *Fragm. hist.* 54. Pincerna ejus, Cleio puella; cui plures statuas rex posuit Alexandriæ, XIV, 2. Uxor, Arsinoe, Lysimachi filia, Thraciæ regis; filius ex ea, Lysimachus, XV, 25, 2.

Ptolemæus Euergetes, propter casum Berenices, sororis suæ, iratus Seleuco Callinico, Syriam bello petit, et Seleucia urbe potitur, V, 58, 10 sq. Frater ejus, Lysimachus, Arsinoes filius, XV, 25, 2. Uxor, Berenice, Magæ filia; filii duo, Ptolemæus Philopator, et Maga, XV, 25, 2. Amicus Achæorum, multa in eos beneficia contulerat, II, 47, 2; *adde* XXIX, 9, 14. Dein deserens Achæos, Cleomenem opibus juvat, Antigono Dosoni eum oppositurus, II, 51, 2. De ejus societate cum Cleomene, falsa et absurda perhibet Phylarchus, II, 63. Extremo regni ejus tempore Alexandriam venit Cleomenes, V, 35, 1. Mortuo Euergetæ successit filius Philopator, II, 71, 3; V, 34, 1.

Ptolemæus Philopator, circa Olymp. 140 succedit patri Euergetæ, II, 71, 3; IV, 2, 8; V, 34, 1, *coll.* 35, 1. Fratrem Magam et Berenicen matrem occidit; negligens et socors princeps, aditu difficilis, amoribus et compotationibus indulgens, V, 34, 1; 36, 1; XV, 25, 2. Eoregnante,



perit Alexandriae Cleomenes, V, 35-39. Principem regni ministrum habuit Sosibium, V, 35, 7. Ab eo per legatos petunt Achæi et Philippus, ne Ætolis ulla re juvet contra socios, IV, 30, 8. Rhodiis deprecantibus, libertatem concedit Andromacho, patri Achæi, IV, 51. Ei Antiochus M. bellum infert de Coele Syriae possessione, I, 3, 1; III, 2, 4; IV, 2, 11; V, 1, 5; 3, 1; 38-87. (*conf. Coele Syria, et Antiochus M.*) Denunciatur Antiocho, Ptolemæum consilia communicare cum Achæo rebelles, V, 42, 8; 57, 2; VIII, 17, 9 sq. Ab eo ad Antiochum desciscit Theodotus, Syriae praefectus, V, 40, et 61 sq. Antiochum primo legationibus differt, V, 63 sqq; dein proelio vincit ad Raphiam, 86. Coele Syriae civitates, quas ceperat Antiochus, omnes se ei tradunt, et miris modis ei blandiuntur, *ibid.* Pacem petenti Antiocho dat, et fœdus cum eo facit, 87. Eum occisurus Theodotus, medicum occidit, V, 81. Soror et uxor ejus, Arsinoe, expeditioni in Coele Syriam susceptæ interest, V, 83, 8. De eadem vide XV, 25, 2. Dona mittit Rhodiis, terræ motu afflictis, V, 89. Per legatos invitat Philippum ad pacem faciendam cum Ætolis, V, 100, 9. Athenienses turpiter ei blandiuntur, V, 106, 7 sq. Ab eo Romani per legationem frumentum petunt, IX, 44. Ad perditum vitæ genus vertitur, XIV, 12. Unde bellum intestinum ei conflatur ab Ægyptiis, III, 2, 4; V, 107; XIV, 12, 4. Sodalis ejus, Agathocles, XIV, 11, 1; amica, Agathoclea, sub cuius fuit imperio rex, XIV, 11, 5. De eodem et Arsinoe in quarteodecimo libro narratio inerat, XIV, 12, 5.

Ptolemæus Epiphanes, Philopatoris filius, parvulus succedit patri; et statim de ejus regno dividendo pactum inter se ineunt Philippus et Antiochus Magnus, III, 2, 8; XV, 20. Aula ejus turbatur seditionibus procerum, tutorum pupilli, Sosibii, Agathocles, et Tlepolemi, XV, 25 sqq; XVI, 21 sq. Ejus dux Scopas subigit Judæam, ab Antiocho præreptam, XVI, 39, 1; sed is mox proelio victus ad Panium ab Antiocho, tota rursus Judæa et Coele Syria pellitur, XVI, 39, 3 sqq. et c. 40. Philippus a Romanis jubetur ei reddere urbes, quas post Philopatoris mortem Ægyptiis ademerat, XVII, 1, 14. Antiochum legati Romani jubent ei cedere urbibus ditionis ejus, quas in Asia occupasset, XVIII, 33, 5; respondet Antiochus, se cum eo non solum amicitiam, sed et affinitatem contracturum, 34, 10. Regis inauguratio, ἀνακλητήρια, XVIII, 38. Per legatum renovat societatem cum Achæis; et Lycortas ad eundem mittitur legatus, XXIII, 1, 5 sqq; 7, 1 sq. et c. 9 *to.* Laudatur juvenis rex, ut eximius venator, XXIII, 1, 9. Optimates regni rebelles Lycopoli obsessos, et in deditionem acceptos, e curru revinctos trahit, cruciatosque necat, XXIII, 16. Nullam partem rei militaris attingit, ex pravo Polycratis consilio, XXIII, 16, 7. Achæis, per legatum, decem naves offert; inde legati Achæorum in Ægyptum nominantur, Lycortas, Polybius, et Aratus, sed morte regis præpeditur ea legatio, XXV, 7. Clitomachi athletæ gloriæ invidens, ad eam infringendam, adversarium mittit pugilem Aristonicum, XXVII, 7 b. Ejus uxor, Cleopatra, Antiochi M. filia, XXVIII, 17, 9.

Ptolemæus Philometor, filius Ptolemæi Epiphanis, frater natu major Ptolemæi Physconis: ejus nomine Ptolemæus Megalopolitanus Cyprum gubernat, XXVII, 12. Cum Antiocho Epiphane, Syriae rege, de Coele Syria contendit et ea causa legationem Romam mittit, XXVII, 17; XXVIII, 1. Post anacleteria regis, legatos ad eum mittunt Achæi ad renovandam amicitiam, XXVIII, 10, 8: *ni ibi junior Ptolemæus, Physcon, intelligendus; quod ex c. 16, 1 sqq. coll. 19, 4, apparere videtur.* Ei, ab Antiocho victo, ut in Samothracen cum thesauris fugiat suadet Aulæus eunuchus, XXVIII, 17 a. Ægypto parne

tota, excepta Alexandria, ab Antiocho occupata, in Antiochi venerat potestatem, et junior fratrum interim rex habebatur Alexandria; sed major frater, Philometor, ab Antiocho in regnum esse restitutus intercedentibus Græcorum legationibus, XXVIII, 16 sqq; 19, 4. Inde Philometor regnat simul cum minore fratre (*qui Evergetes II et dein Physcon est cognominatus*); et ambo auxilia petunt ab Achæis adversus Antiochum, XXIX, 8 sq. Fœderis immemor Antiochus Epiphanes, eis novum bellum infert, XXIX, 7 a, 1; qui postquam Ægyptum denuo invasit, excedere hunc jubet Popilius, legatus Romanorum; atque ita servata est Ægyptus fratribus Ptolemæis, XXIX, 11: qui per legatos gratias agunt Romanis pro beneficio, XXX, 11. Dissidentibus inter se fratribus, quum Philometor a minore fratre Physcone fuisset regno pulsus; rerum mox rursus potitus Philometor, quamvis in potestate habuerit fratrem, eumque exosum Alexandrinis videret, tamen ei pepercit, XXXI, 18, 4 sq. coll. XL, 12, 5; et regnum cum eo ita partitus est, ut Cyrenæ regnum ei relinqueret, XXXI, 18, 4 sq.: qua divisione non contentus Ptolemæus minor, Romam profectus, a senatu petit, ut Cypri regnum sibi adjiceretur, XXXI, 18. Mox idem, Romanis legatis comitatus, Roma proficiscitur, Cypri regnum ex decreto senatus repetiturus: sed nec Cyprium obtinet, et ex ipsa etiam Cyrenaica, acie victus a Cyrenæis, ejicitur, XXXI, 18, 9 sq. et c. 25-27. Physcone denuo apud senatum Rom. per legatos de fratre conquerente, legati Philometoris Italia excedere jubentur, tolliturque fœdus Romanorum cum Philometore, XXXII, 1. Rursus ipse Physcon Romam venit, de fratre conquerens; et a senatu cum legatis et quinque quinqueremibus dimittitur, in Cypri regnum restituendus, cum commendatione ad socios in Græcia et Asia, XXXIII, 5. Physconem, Cypri regnum occupare molientem, captivum capiens frater Philometor, rursus non solum nullo malo affecti, sed etiam beneficiis cumulavit, et filiam ei in matrimonium promisit, XL, 12, 6. Philometor in Syria, cujus rex etiam est salutatus, moritur ex vulnere, in proelio (*adversus Alexandrum Balam*) accepto, XL, 12, 1. Clemens princeps et benignus, sed mollis et luxuriæ deditus, 12, 2 sqq.; in periculis tamen se satis fortem et constantem ostendit, XXXIII, 17 a, 3.

Ptolemæus, Evergetes II et Physcon cognominatus, XXXIV, 14, 6. *Vide paulo ante in Ptolemæo Philometore, cujus frater minor hic erat. Ceterum hic videtur intelligendus XXVIII, 16, 1 et 6, et c. 17, 9, et 13. Nam manifeste distingui videtur a majore fratre, qui c. 19, 4, memoratur. Quare etiam Anacleteria, XXVIII, 10, 8 sq., videntur ad eundem juniorem fratrem pertinere. Conf. c. 19, 13. Adde XXIX, 1, 1 et 4. Simul regnat cum fratre, et cum eo auxilia ab Achæis petit, XXIX, 8. Quum seditionibus vexaretur, sæpe plebem militibus objecit, et interfecit, XXXIV, 14, 6 sq. Tyrannicum magis quam regium habuit animum, XXXI, 26, 14. Eo regnante (sola, post fratris mortem,) Alexandria fuit Polybius, XXXIV, 14, 6.*

Ptolemæus, Ceraunus, rex Macedoniae, moritur circa Olymp. 124, II, 41, 2; victus a Gallis, IX, 35, 4.

Ptolemæus, Aeropi fil., præest equitibus Antiochi in pugna ad Panium, XVI, 18, 8.

Ptolemæus, Agesandri (vel Agesarchi) filius, Megalopolitanus, præfectus Cypri sub Ptolemæo Epiphane et Philometore, diligenter et fideliter res administrat, ad extremum vero ad flagitiosam et libidinosam vitam dēcessit, XXVII, 12; XVIII, 38, 6 et 8.

Ptolemæus, Alexandriae præfectus sub Ptolemæo Philopat., quo tempore periit Cleomenes, V, 39, 3

Ptolemæus, Eumenis filius, minister Ptolemæi Epiphanis, XVIII, 36, 8 sqq.

Ptolemæus, unus ex Philippi ministris, sodalis Leontii et Megalæe, seditionem excitat adversus Philippum, V, 25, 1; 26, 8: *e quibus locis intelligi etiam videtur, fuisse eundem agemati præfectum. Supplicio afficitur*, V, 29, 6.

Ptolemæus, Ptolemæi Physconis legatus, cum fratre Comano Romam missus, XXXI, 27, 2. *Fortasse idem cum sequente.*

Ptolemæus rhetor, legatus Ptolemæi Physconis ad Antiochum Epiphanem, XXVIII, 16. *Non diversus videtur a superiore.*

Ptolemæus, Sosibii filius, ex aula Macedonica Alexandriam reversus, spernit Alexandrinos, et obtretrat Tlepolemo, regni administratori sub Ptolemæo Epiphane, XVI, 22.

Ptolemæus Sympetesis (vel Sympetesi), genere Ægyptius, Cyrenarum regno a Ptolemæo Physcone, per ipsius absentiam, præfectus; dein defectionis Cyrenæorum particeps, XXXI, 26, 6 sq.

Ptolemæus, Thrasæ filius, dux phalangis in exercitu Ptolemæi Philopatoris, V, 65, 3 sq.

Ptolemais, urbs Coesæsyriæ (s. Phœnicia, aut Palæstina) ad mare, olim Acco: eam et Tyrum Theodotus Ætolus, Ptolemæi præfectus Coesæsyriæ, Antiocho M. tradit, IV, 37, 5; V, 62, 2 sq. In ea Theodotus obsessus fuerat a Nicolao, V, 61, 5 sqq. Ibidem hiemat Antiochus, V, 71, 12.

Publius. *Sic nude plerumque Scipiones vocat Polybius, quibus id prænomen fuit. Conf. Fragm. hist. 50 sqq.*

Pueri annorum 12 cum patribus in senatum Romæ admissi perhibent, quom de bello Pun. II deliberaretur, III, 20, 3. Pueri Alexandriæ et Carthagine in turbis publicis insæpe tumultuantur, XV, 30, 10. Puerum delicatum Romani nonnulli, Scipionis Æmiliani ætate, talento emerunt, XXXII, 11, 5; adde XXXI, 24, 2. Puerilia ludicra solennia, apud Arcadas, IV, 20, 9.

Pugiles, I, 57, 1 sqq.

Pugnæ variae, paulo uberius a Polybio descriptæ: Hannonis cum Romanis ad Agrigentum, I, 19, 7 sqq.; C. Duilii navalis ad Mylas in Sicilia, I, 22 sq.; C. Atilii anceps navalis ad Tyndaridem, 25; M. Reguli triplex navalis ad Econum, 26 sqq.; ejusdem cum Pœnis in Africa, duce Xanthippo, 34; Metelli et Asdrubalis ad Panormum, 40; Romanorum et Pœnor. ad Lilybæi mœnia, 45; C. Claudii infelix navalis ad Drepana cum Adherbale, 49-51; navalis C. Lutatii ad Ægusam cum Hannone, 60 sq.; navalis Achæorum cum Illyriis ad Paxos, II, 10; Romanorum cum Gallis Insubribus, Boiis et Gæsatibus ad Fæsulam, II, 25; Romanorum cum eisdem Gallis ad Telamonem, ubi acies bifrons Gallorum, 28; Antigoni Dosonis et Achæorum cum Cleomene, ad Selasiam, 65 sqq.; equestris Scipionis et Hannibalis ad Ticinum fluvium, III, 65; Sempronii et Hannibalis ad Trebiam, 72 sqq.; ad Trasimenum lacum in Etruria, 84; navalis Cn. Scipionis et Asdrubalis ad Iberi fluvii ostia, 96; Cannensis, 113 sqq.; Philippi cum Lycurgo ad Spartam, V, 22 sq.; Antiochi M. cum Molone, V, 53 sq.; Antiochi et Nicolai in ora Phœnicia ad Libani montis radices; simul navalis in proximo mari, 69; ad Raphiam, Antiochi M. cum Ptolemæo Philopatore, 84; Scipionis cum Asdrubale Hamilcaris ad Bæcula in Hispania, X, 39; Antiochi cum Bactrianis, ad Arium fluvium, X, 49; Asdrubalis, fratris Hannibalis, cum Livio et Nerone Coss. in Italia, XI, 1; Philopemenis cum Machanida, ad Mantineam, XI, 11 sqq.; Scipionis Africani maj. ad Ilipam in Hispania, primum cum Magone et Masinissa, 21; dein, cum Asdrubale, Gisconis filio, 22 sqq.; Alexandri et Darii in Cilicia, XII, 17 sqq.; Scipionis cum Syphace et Asdrubale, Gisconis

filio, in Magnis Campis in Africa, XIV, 8. Scipionis cum Hannibale ad Zamam, XV, 9 sqq.; navalis ad Chium Philippi cum Attalo et Rhodiis, XVI, 3 sqq.; ad Laden, Philippi cum Rhodiis, XVI, 14 sqq.; Antiochi M. et Scopæ, ad Panium, montem Coesæsyriæ, 18 sq.; Ti. Flaminii cum Philippo, ad Cynoscephalas, XVIII, 5 sqq.

Pulcher campus, inter Euphratem et Tigrim, in Armenia; in quo est urbs Armosata, VIII, 25, 1.

Pulchrum Promontorium, prope Carthaginem, III, 22, 5; 23, 1 et 4; 24, 1.

Punica versutia, III, 78, 1.

Punica bella. Vide Carthago et Carthaginenses. *Punicum bellum primum; conf. Sicilia et Siculum bellum. Punicum bellum secundum; conf. Hannibal, et Hannibalicum bellum. Tertium Punicum bellum; Vide P. Cornelius Scipio Æmilianus.*

Punicus pannus, pugnae signum, II, 66, 11.

L. Pupius, legatus Romanorum ad Ligures, XXXIII, 7, 1.

Puteoli, *Δικαίον*, urbus Campaniæ, ad mare. Cives Puteolani, *Δικαίονες*, III, 91, 4.

Pylæ, eadem quæ Thermopylæ, in Thessalia, X, 41, 5.

Intra eas exercitum ducere Antigonus vetant Ætoli, II, 53, 8; rursus Philippum, X, 41, 5.

Pylæ Amanicæ, XII, 17, 2.

Pylæ Ciliciæ, XII, 9, 3; 17, 2.

Pylon, locus in Via Ignatia ubi Illyria distinguitur a Macedonia, XXXIV, 12, 7.

Pylus, oppidum maritimum Messeniæ, frustra oppugnatum a Scerdilaida et Demetrio Phario, IV, 16, 7; 25, 4; IX, 38, 8. Messeniorum legati coram senatu Romano cum Achæis contendunt de Pylo, XVIII, 25, 7.

Pyrenæus mons, XXXIV, 7 et 10, 1; III, 35, 2; plur. III, 35, 7; 37, 9; 39, 4. Eum transit Hannibal, III, 35, 7; 40, 1; 41, 6. Ejus terminus ad mare mediterraneum est *πάγξα*, id est, scopuli in mare procurrentes, III, 39, 4.

Pyrgus, oppidum Triphylia, IV, 77, 9; in deditionem accipitur a Philippo, 80, 13.

Πύργος, ὁ ἐν τοῖς Περραιοῖς, castellum Eleorum, prope Lasionem, captum a Philippo, V, 102, 6.

Pyrrheum, Pyrrhi regia domus Ambraciæ, XXII, 10, 2; conf. 15, 9.

Pyrrhi Castra, ὁ Πύρρου χάραξ, locus Laconia, a Pyrrho nomen habens, Achillis filio, V, 19, 4.

Pyrrhias, Ætolus, dux missus Eleis ab Ætolis, Achaïam populatur, V, 30, 2. Incursionem in Messeniam facit, cum Lycurgo copias conjuncturus; sed mox repulsus, in Eledem redit, V, 91, 3; 92. In ejus locum, alium ducem ab Ætolis petunt Elei, 94, 5.

Pyrrhus, Epiri rex, a Tarentinis in Italiam invitatus, I, 6, 5; a Romanis Italia pellitur, I, 6, 7. Biennio ante cladem Gallorum Delphicam, in Italiam trajecit, II, 20, 6, circa Olymp. 124, II, 41, 11; a Tarentinis accessitus, VIII, 25 a. Circa ejus transitum in Italiam, postremum fœdus ante bellum Siculum ictum est inter Pœnos Romanosque; et de ipso Pyrrho agebatur illo fœdere, III, 25. Ex bello cum Pyrrho, perfecti athletæ certaminum bellicorum evaserunt Romani, II, 20, 9 sq. Bella non insidiis gessit, sed aperto Marte, XVII, 3, 6. In bello cum Romanis usus est armis militibusque Italicis; et alternatim manipulos in acie locavit more Romanorum instructos, et manipulos in phalangis modum, XVIII, 11, 10. In Argos urbem irrupens, imprudens nullum sibi receptum reliquum fecerat, *Fragm. gramm.* 14. Ejus filia, Nereis; ejusdem ex ea nepos, Hieronymus, rex Syracusarum, Hieronis filius, VII, 4, 5. Ejus regia fuerat Ambracia urbs, XXII, 15, 9. *Conf. Pyrrheum.* Ejus heptēris; qua dein vectus est Hannibal superior, in pugna navali cum Duilio, I, 23, 4.

Pyrrichus, amicus olim Philippi, ab eodem occisus, et liberi ejusdem in vincula coniecti, XXIV, 8, 8 sq.

Pyrsiae, αἱ πυρσαί, earumque varia genera, X, 43-46.

Pythagoreorum collegia in Magna Graecia incensa, II, 39, 1 sq.

Pytheas, itinerator et geographus, quem ut fabulatorem reprehendit Polybius, XXXIV, 5, et c. 10, 7.

Pytheas, Thebanus, altera fax belli Achaici, XL, 1; cum uxore et liberis, relicta patria, in Peloponnesum profugit, XL, 3, 10.

Pythia; cur ad ejus oracula Lycurgus omnia sua instituta retulerit, X, 2, 8 sqq.

Pythiadas, Erythraei maris praefectus, V, 46, 7 et 11.

Pythias, Pellenensis, Psophidi praeficitur ab Achæis, IV, 72, 9.

Pythion, cum Damocle missus ad speculanda Romanorum consilia, XIII, 5, 7.

Pythionici sepulcrum Tarenti, VIII, 30, 9.

Pytho, Prusiae legatus Romam, XXXI, 6, 1 sqq.

Pythodorus, Lampsacenorum legatus Lysimachiam ad Romanos, XVIII, 35, 2.

## Q.

Quadriremis Punica, singulari arte fabrefacta, subsidens in aggre ad Lilybæum, capitur a Romanis, I, 47, 5 sqq. Rhodiæ, XVI, 7, 2; 31, 3.

Quæstor urbanus Romæ, excepto sumtu quem facit consul, nullum sumtum facere absque senatusconsulto potest, VI, 13, 2. Quæstoris locus in castris, 31, 1; In castris duplicibus, ubi ambo consules castra juncta habent, 32, 4. Custodia nocturna quæstorii, 35, 4.

Quinctius. Vide T. Quintius.

Quinqueremes 100, triremes 10, in prima classe Romanorum, I, 20, 9. Quinqueremium 200 classis Romana, privatorum sumtu parata; naves fabricatæ ad exemplar quinqueremis captæ Hannibalis Rhodii, I, 59. Quinqueremibus potissimum, non triremibus, mari gestum est primum Bellum Punicum. Romani eo bello 700 quinqueremes amiserunt, Poeni 500, I, 63 sqq. Etiam Græci sub ea tempora talibus maxime navibus, atque etiam majoribus, utebantur, et triremes inter apertas et minores naves numerabant, XVI, 2, 9 sq.; conf. 3, 3 sqq.; 5, 1 et 4; 7, 1.

T. Quintius Crispinus, Consul cum M. Marcello, a Pœnis intercipitur, X, 32, 1 sqq.

T. Quintius (vel Quinctius) Flamininus, Consul cum Cn. Domitio, XXII, 15, 13. Colloquium cum Philippo habet in ora sinus Maliacæ, XVII, 1-9. Imperium ei in Macedoniâ a prorogatur, XVII, 12, 2. Non major 30 annis, singulari prudentia administrat omnia, 12, 3 sqq. Ad Cynoscephalas vincit fugatque Philippum, XVIII, 1-10. Inducias ei concedit et colloquium ad Tempe, 17-22. Ejus abstinentiam, suspectam Ætolis, defendit Polybius, c. 17 *extr.* et sq. Corinthus in Isthmicis ludis per præconem recitat senatusconsultum de pace Philippo data, et de libertate Græcis restituta, XVIII, 29. Brachyllæ Boeoti cædem se non impediturum promittit, XVIII, 26, 10 sqq. Romæ operam dat, ut Boeoti jubeantur recipere Zeuxippum exsulem, cædis illius auctorem, XXIII, 2, 4. Arcano colloquio Demetrium, Philippi filium, Romam legatum, demulcet, et spem regni ei facit, XXIV, 3, 7 sqq. Romæ cum Q. Cæcilio et Appio Claudio judicat controversiam de exsulibus Spartanorum, XXIV, 4, 8 sqq. Legatus ad Prusiam et Seleucum, XXIV, 5, 1; Amicus Dinocratis Messenii, infensus Philopœmeni, 5, 2 sq. Frustra petit ab Achæis, ut sibi concilium gentis cogatur, 5, 15 sqq.

Quintus, nescio quis, cum Canuleio legatus in Ægyptum

fuerat tempore Ptolemæorum fratrum, Philometoris et Physconis, XXXI, 18, 4.

Quintus, nescio an idem cum superiore, legatus mittitur ad bellum Rhodiorum cum Cretensibus componendum. XXXIII, 14, 4.

Quintus, qui memoratur XXXV, 4, 2, est Q. Fulvius Nobilior.

Quirinus. Vide Ἐνυάλιος.

## R.

Rabbatamana (rà, s. Rabbath-Ammon), urbs Arabiæ, vi expugnata ab Antiocho, V, 71.

Ragæ, Ραγῆαι; an sic legendum pro Ταγαί? X, 29, 3.

Raphia, primum oppidum Coelesyriæ, quod occurrit Rhinocolura ex Ægypto venientibus, V, 80, 3. Pugna ad Raphiam, inter Antiochum M. et Ptolemæum Philopat., V, 82 sqq. Raphiam ex pugna se confert Antiochus, V, 85, 10; accedente vero Ptolemæo, Gazam se recipit, 86, 2 sq. Ea potitur Ptolemæus, 86, 8.

Rates, ῥατέβαια, trajiciendo Rhodano, III, 42, 8.

Raucus vel Rhaucus; Cretæ urbs, XXXI, 1, 1. Rauciis Lycastium, Cnossii ademtum, attribuant Gortynii, XXIII, 15, 1. Gortynii et Cnossii cum iis bellum gerant, et in eorum perniciem conjurant, XXXI, 1, 1.

Reges, Conf. Monarchia, et Regnum. Regis et Tyranni discrimen, V, 11, 6. Ex Monarchia, invidioso nomine, sensim fit Rex, VI, 6, 10 sq.; ex Regibus Tyranni, VI, 7. Apud Lacedæmonios, reges perpetuum imperium habent, VI, 45, 5. Carthaginiensium reges, VI, 51, 2: quos Suffetes vocant Romani scriptores, III, 33, 3; 41, 6. Regnum, una e tribus reip. formis, VI, 3, 5. Differt inter regnum et tyrannidem, VI, 3, 9 sq.; 4, 2; V, 11, 6. Oritur ex Monarchia, V, 5 *extr.* et c. 6 sq.

Regulus, Vide Atilius.

Religionis anxia cura Romanorum, inventa ad coercendam multitudinem, VI, 56, 6 sqq.

Remiges classis Romanæ exercentur in terra, I, 21, 1 sq. 300 in quaque navi, cum 120 militibus, I, 26, 7; phalangitas Macedonicos ad remigium exercuit Philippus, V, 2, 4 et 11.

Respublica Romana. Vide Romana Resp. Rerumpublicarum variae formæ, VI, 3-10. Tres præcipuæ: regnum, aristocratia, democratia, VI, 3. Ista vero distributio hand satis accurata, 3, 6 sqq. Optima illa est, quæ ex tribus illis formis mixta, 3, 7. Cujus generis est Romanorum resp. VI, 11, 6 sqq. Rerumpubl. ex alio in aliud genus conversiones accurate explicavit Plato, VI, 5, 1. Rerumpubl. veteribus celebratarum collatio cum Romana, VI, 43-56. Vide suis locis Lacedæmonii, Cretenses, Mantinenses, etc. Dux res rempublicam continent, Leges, et Mores, VI, 47, 1.

Rex. Vide Reges, et Regnum.

Rhæti; per eos patet transitus Alpium, XXXIV, 10, 18.

Rhaucus. Vide Raucus.

Rhegium, ad fretum Siculum, ex adverso Messanæ, I, 7, 1; obsidetur a Dionysio seniore, 1, 6, 2. VI subigitur a præsidio Romano, I, 6 *extr.* et sq.; adiutoribus Mamerthinis, I, 7, 8; III, 26, 6. Mox Romani, pœna capta de perfidis, urbem Rheginis restitunt, I, 7. Inde quinqueremes Romanas Apollonium petere nunciatur Philippo, V, 110, 3 et 9. Roma discedens Hannibal Rhegium petiit, IX, 7, 10, et Rheginos propemodum sedibus suis ejecit, 9, 4. Inde exiit Tarentum, ora Italiæ importuosa, X, 1, 1.

Rhigosages. Vide Rigosages.

Rhinocolura vel Rhinocorura (rà), extrema urbs Ægypti versus Coelesyriam, V, 80, 3.

Rhium, promontorium Achaiae ad fauces sinus Corinthiaci, cum portu vel commoda statione navium, unde in adversam Ætoliā trajicitur, IV, 10, 4 sqq.; 19, 6; XII, 12 b, 2. Philippum invitant Ætoli, ut conveniat ad colloquium de pace; sed ipsi ad dictam diem non adsunt, IV, 26, 5; V, 28, 3; 29, 3.

Rhium Ætolicum, promontorium Ætoliæ ad eandem fauces sinus Corinthiaci, oppositum Rhio Achaïæ, alias Antirrhium dictum, V, 94, 8. Idem Rhium Ætolicum intelligendum 6, 8.

Rhium, ipsam fretum, inter utrumque promontorium interjectum, IV, 64, 2.

Rhodanus fluvius: ejus fontes et cursus, III, 47, 2 sq. Eum respicit alterum latus Alpium, II, 15. Quinque ejus ostia statuit Timæus, duo Polybius, XXXIV, 10, 5: quorum id, quod prius est ab Italia venientibus, Massiliense vocatur, III, 41, 5. Ejus accolæ negotiationem maritimam exercent, lembis utentes, 111. Inter eum et Alpes, prope ipsum, sedes habebant Galli Gæsatae, II, 22, 1; 34, 2. Ad eum pervenit Hannibal, III, 47, 1. Longitudo viæ ab Hannibale confectæ ab Emporiis Hisp. ad eum etc., III, 39, 7 sq. Eum trajicit Hannibal, 42 sq. et 46. Ad eum Numidæ Hannibalis equites fugantur ab equitibus Scipionis, 45. Juxta eum progreditur Hannibal, 47, 1.

Rhodii. Vide Rhodus.

Rhodon, Phocænsium legatus ad Seleucum, Antiochi M. filium, XXXI, 4, 4.

Rhodope, mons Thraciæ, XXXIV, 10, 15.

Rhodophon, Rhodius, cum Romanis faciendum censet bello Persico, XXVII, 6, 3; XXVIII, 2, 3. Legatus Romam mittitur de societate, XXX, 5, 4.

Rhodus, Argivorum colonia, XXII, 7, 11. Rhodiorum ditio in opposita continente; vide Peræa. Eorum colonia, Agrigentum, IX, 27, 8. Persequuntur Demetrium Pharium, Cyclades insulas populantem, IV, 19, 8. Maris tenere videntur imperium, IV, 47, 1. Cum Prusia bellum faciunt Byzantili, portorii causa quod illi exigebant a navigantibus in Pontum, III, 2, 5; IV, 47 et 49 seq. Pacem cum eisdem faciunt, 52. A Ptolemæo petunt libertatem Andromachi, patris Achæi, 51. Cnossii auxilia mittunt, IV, 53, 1 sqq. Sinopensibus, a Mithridate bello petitis, omne genus subsidiorum mittunt, 56, 3 sq. Eorum et Chiorum legati cum Philippo agunt de pace cum Ætolis faciendâ, et finiendâ Bello Sociali, V, 24, 11; rursus V, 100, 9. Ipsi intercedentibus, Ptolemæus Philopator Antiochum M. legationibus differt, V, 63, 5. Terræ motu afflicti, brevi jacturam sarcunt, opibus regum, principum et victurum adjuti, V, 88-90. Eorum populus, coronatus a populo Syracusiorum; statua Rhodi dedicata, V, 88, 8. Eorum classem in portu incendit Heraclides ex Philippi mandato, XIII, 3, 1, et c. 4 sq. Dolosa legatione decepti a Philippo, hostem eum declarant, XV, 22 extr. et sq. Classem sociant cum Attalo in pugna ad Chium adversus Philippum, XVI, 2 sqq., et in pugna ad Laden, XVI, 41 seq. Post hoc prælium Philippum maris potentem relinquunt, XVI, 1 a, 1. Rhodiorum legati, Athenienses ad bellum inferendum Philippo hortantur; Rhodiorum populo Athenienses coronam et jus æquum civitatis decernunt, XVI, 26, 8 sqq. Invitati ab Achæis ad pacem cum Philippo faciendam, nihil inconsultis Romanis faciendum censent, XVI, 35. Eorum postulata in colloquio Philippi cum T. Quintio, XVII, 2, 3 sq.; 6, 1 sqq. Declarant Antiocho se classem ejus præternavigare non passuros, XVIII, 24, 11. Deliberant cum Romanis de pace Antiocho, danda, XXI, 8, 4 sq. Romam legatos mittunt, ejusdem pacis causa, XXI, 14, 12; XXII, 5

sq.; 7, 10 sqq. Pro Ætolis intercedunt, et pacem eis impetrant, XXII, 8, 10; 12, 1 et 9; 13, 7; 14, 1 et 5. Fœdere Romanorum cum Antiocho comprehendunt, XXII, 26, 16 sq. Iis Romani, post bellum Antiochicum, Lyciam Cariamque dant, usque ad Mæandrum, XXII, 7, 7; 27, 8; III, 3, 7. At Lycii, socios tantum, non subditos eorum declaratos se esse a Romanis contendebant; unde gravis inter Lycios Rhodiosque contentio et bellum, XXIII, 3. Nonnulla etiam eorum castella ab Eumenis subditis infestabantur, non invito Eumene, et Lyciis etiam favente, XXV, 5, 13, coll. XXVII, 6, 5 sq.: quo ex posteriori loco prior alter interpretandus. Lycios bello vincunt XXVI, 7, 2; sed Romani, iis offensi quod Perseo sponsam Laodiceam magna pompa adduxissent, per legatos eis significant, Lycios eis non pro munere, sed ut socios et amicos, fuisse attributos, XXVI, 7 seq. Romanis omnia officia spondent ad bellum Persicum, XXVII, 3, 2 sqq.; et legatis Persei suam erga Romanos voluntatem declarant, XXVII, 4. Iis Lucretius per aliptam literas et mandata mittit, XXVII, 6, 1. Illi, licet Dino et Polyaratus ad Persei partes eos traducere conarentur, tamen fidem Romanis servant, et postulatas naves mittunt, c. 6 sq. Rhodii alii Romanis, alii Perseo favent; impetrant tamen a Romanis facultatem frumentum e Sicilia exportandi, XXVIII, 2; simul legatos Romam mittunt, simul alios ad Q. Marclum Cos. et ad præfectum classis, XXVIII, 14 seq. Alexandriam legatos mittunt, ad dirimendum bellum Antiochi Epiphanis cum Ptolemæis fratribus, XXVIII, 15, 15; 19, 1 sqq. Legatos mittunt Romam et ad Perseum de dirimendo bello, XXIX, 4. Persei et Gentii legatis benigne respondent, pollicentes, se bello finem imposituros, c. 5, 1 sqq. Cum Cretensibus omnibus, missis legatis, amicitiam renovant, c. 4, 6 sq. Legati, victo Perseo Romam advenientes, cum ludibrio accipiuntur, XXIX, 7. Novis legationibus et donis iram Romanorum deprecantur, et societatem fœdusque cum eis jungere frustra student, XXX, 4 sq.: postquam consulto per 140 annos, amici licet Romanorum, fœdus de societate cum eis facere noluerant, XXX, 5, 6 sq. Caunii et Mylassenses desciscunt ab iis; et mox quidem ab iis rursus subiguntur, sed per idem tempus advenit decretum senatus Romani, quo Cares et Lycii omnes liberi prorsus renunciantur: cui decreto parentes Rhodii, regionibus istis penitus excesserunt, et ditissimos redditus amiserunt, XXX, 5, 12 et 16; XXXI, 7, 4 sqq. Nova legatione, frustra societatem Romanorum petunt, XXX, 1. Tandem illam obtinent, patrocinante Ti. Graccho, XXXI, 7, 18. Calyndam ut tenere sibi liceat, petunt obtinentque et colossam Romanis in æde Minervæ decernunt, XXXI, 16 seq. Donatos ab Eumene ducentos et octogies mille frumenti modios accipiunt, XXXI, 17 a, 1: de quo eos vituperat Polybius, ibid. § 2 sq. Bellum habent cum Cretensibus, XXXIII, 14, 3 sq.: ad quod auxilia petierunt ab Achæis, c. 15. Ad incitas redacti, mala consilia capiunt, XXXIII, 15 a, 1. sqq. Apud eos navarchus, i. e. classis præfectus, potestatem habuit societatis sancientiæ, etiam absque diserto decreto in eam rem facto, XXX, 5, 5: quare navarchis pro legatis nonnunquam usi sunt, ut loc. cit. et XVII, 1, 4. Vide Pausistratus, Pamphilidas, Eudemus, Vide et Prytanes. Adde Fragm. hist. 53.

Rhositeles, Sicyonius, Achæorum legatus ad Ptolemæum Epiphanem, XXIII, 1, 6.

Rhynchus, locus circa Stratum Ætoliæ, VI, 59, 6.

Rhyndacus, Mysiæ fluvius; Polybio Megistus, V, 77, 9.

Rhytum, poculi genus, XIV, 11, 2.

Rigosages Galli, Γαλάταις Πρύσσαιες: sic missi omnes et edd., pro quo Tectosages V, 53, 3: rectius fortasse

*fuerat Αιγύσιαι, ni ipsum Τυρόσιαι teneri debuit.* Rizo, fluvius et oppidum Illyrici, quo se fuga recipit Teuta, II, 11, 16.

Roma urbs a Gallis capta, I, 6, 2; II, 18, 2. Romæ trepidant omnes ad nuncium de Hannibalis adventu in Galliam Cisalpinam, III, 61, 7; *rursus*, post cladem ad Trasimenum lacum, III, 85; *rursus*, ante pugnam Cannensem, III, 112, 7 sq., et post pugnam, III, 118; *rursus*, ad Hannibalis adventum a Capua, cum is 5 M. P. a Roma castra poneret, IX, 5 seq.; *rursus nescio qua occasione*, *Fragm. gramm.* 97. Romæ, i. e. Romano populo, colossus erectus Rhodi in æde Minervæ, XXXI, 16, 4. *Adde mox* Romana Resp. et Romani.

Romana respublica. *De ejus forma* ex professo commentatus est Polybius I. VI, c. 11-18: ad quam partem sui operis provocat, I, 64, 2; X, 16, 7; XXI, 10, 11; eandem præmittit, III, 2, 6; 118, 11; *conf.* V, 111, 10. Ipsa forma et constitutio reipublicæ maximum Romanis momentum attulit ad dominatum Italiæ Siciliæque, post clades bello Hanniblico acceptas, recuperandum, Hispaniamque et Galliam suæ ditioni subjiciendam, denique, victis Pœnis, ad cogitandum de totius terrarum orbis imperio, III, 2, 6. Romana resp. ex clade Cannensi brevi se recepit, III, 116, 9. E variis mixta formis, VI, 3, 3 et c. 11 sqq., et omnium commodissima, ipsa ex se malis suis parans remedia, VI, 18. Quænam conversiones illam maneant, VI, 9, 12 sqq. Futura reip. Rom. ruina, VI, 57. Ejus cum aliis rebuspublicis collatio, VI, 43-56.

Romani. Eorum imperium cum Imperio Persarum et Græcorum collatum, I, 2. Eorum prima cum exercitu tractio ex Italia, I, 5, 1, et c. 11 sq. Prima classis bellica, I, 20. Eorum magnitudo animi et mira audacia in rebus gerendis, I, 20, 11; 55, 3 sqq.; 59; VIII, 3. Contra mare et cælum ipsum pugnare audent, I, 37. Pervicaces imprimis et terribiles sunt in rebus adversis, XXVII, 8, 8 sq.; III, 75, 8. Iis Sicilia cedunt Pœni, I, 63. *Vide* Sicilia, et *ibi* Siculum Bellum. Eorum potentia non casu et fortuna, sed consilio et virtute parata, I, 3, 7 sqq.; 64, 9; XVIII, 11, 4 sq. Pœnis bello Africo fidem servant; commeatu eis advehere permittunt suis mercatoribus; a mercenariis in Sardiniam invitati, quum a Pœnis illi defecissent, respuunt conditionem, I, 83; sed ab eisdem mercenariis, quum a Sardis Sardinia essent ejeti, denuo invitati, Sardiniam sibi subjicere aggressi sunt, et Pœnos, ut eam sibi permitterent, coegerunt, I, 88; III, 10. Primum cum exercitu in Illyricum et in illas Europæ partes trajiciunt, I, 13, 4; II, 2-12. Prima legatio ad Ætolos et Achæos, tum ad Corinthios et ad Athenienses, II, 12, 4 sqq. Isthmiorum ludorum participes fiunt, II, 12, 8. Eorum imperio quo pacto subjectæ fuerint partes omnes cognitæ orbis terrarum, docet Polybii historia, III, 1. Eorum dominatio fugiendane et vituperanda sit, an probanda et laude digna, docet eadem historia, III, 4, 7. Eorum imperium Græciis, cognoscendi orbis terrarum studiosis, multos terræ tractus patefecit, aditu prius difficillimos, III, 59. Religioni et superstitioni indulgent, præsertim periculosis temporibus; sic ante pugnam Cannensem, III, 118, 5. Ea religio et superstitio inventa est ad coerendam multitudinem, VI, 56, 6 sqq. *De religione Rom. confer* Jusjurandum. De retinenda Italia desperant post pugnam Cannensem, III, 118, 5. Sive ipsi bello vicissent, sive Pœni, in Græciam arma translaturi erant victores, V, 104, 3 et 10; XI, 7, 1 sqq. Veriti Philippi audaciam, in Græciam legatos miserunt, V, 105, 7. Ad inferendum tertium bellum Punicum honorificos prætextus quaerunt, XXXVI, 1 b. De iis hoc bellum suscipientibus variæ per Græciam sententiæ,

XXXVII, 1 a. sqq. Romanorum Militia, et bellandi genus, VI, 19-42. *Adde*, de Vallo Romanorum et Græcorum, XVIII, 1. *Confer etiam* Legio, et *alia huc facientia*. Cavent ne bellum unquam ultro intulisse videantur, et non nisi vim illatam repellentes, *Fragm. gramm.* 97. Inducunt bella, insidiis raro utuntur; et cominus rem gerentes, pugnam edunt statarum, XIII, 3, 7. Cominus non tam cæsim feriendo, quam punctum rectis utuntur gladiis, crebro repetitis ictibus, II, 33, 6. In pugna spatium a tergo relinquunt, quo se recipere manipuli possint, *ibid.* § 7. Per vim capta urbe, mire statim sævire in oppidanos solent, X, 15, 4. sq. Civi Romano, capitis reo, impune in spontaneum exsilium abire licet, VI, 14, 7 sq. Facile aliorum mores adsciscunt, et optima quæque instituta imitantur, VI, 25, 11. Romana Respubl. pulcherrima fuit Hannibalis temporibus, VI, 57 a, Syracusarum spoliis privatas domos urbemque condecorant, IX, 10, 13. *Adde* kedus et Legationes. Cives Romani bello Hanniblico capti et in Græcia servientes, ab Achæis redempti, XIX. Eorum abstinentia et innocentia ante bella transmarina; ejus documenta eximia dederunt L. Æmilius, et Scipio Æmillianus, XVIII, 18. Ad luxuriam disciscunt post bellum Persicum, XXXII, 11. Eorum institutam est, non funditus evertere victum hostem, imperata facere paratum, XVIII, 20. Eorum mos, liberaliter agendi cum regibus, qui eorum partes sequuntur, XXI, 9, 5 sqq. Omnia, etiam parum ad ipsos pertinentia, ab omnibus populis ex ipsorum sententia administrari volunt, XXV, 1, 4. Ita solertes sunt, ut, dum videntur beneficium aliis dare, eodem tempore per illorum imprudentiam suum augant imperium, XXXI, 18, 7. Publicæ famæ, in bellis suscipiendis, magnopere rationem habent, XXXVI, 1 b, 1 sq. Prudentes, non negligunt assensum eorum qui sunt extra concilium, *ibid.* et *Fragm. hist.* 56. Romulus, Romæ conditor, undequa draginta annos summa in pace regnavit, VI, 2.

Rostra. Mortuorum laudatio pro rostris, VI, 53, 1 et 9.

Rubrum Mare. *Vide* Erythræum.

Ruscino, Gallix fluvius, XXXIV, 10, 1.

Rutubis, portus Africæ, ad Atlanticum mare, XXXIV, in *anc. fr. lat.*

## S.

Sabinorum auxilia, Romanis adversus Gallos parata, II, 24, 5.

Sacer ager Milesiis restituitur a Romanis post bellum Antiochicum, XXII, 27, 5. Sacer olim et nulli bello obnoxius ager omnis Eleorum, IV, 73, 10.

Sacerdotibus Ægyptiorum summi honores et imperia olim deferebantur, XXXIV, 2, 7. De Sacerdotum Romanorum collegiis ex professo scripsit Polybius libro sexto; *sed ea pars non superest*, XXI, 10, 11.

Sacramenti militaris formula apud Romanos, VI, 2, 1 sq. Sacramentum castrense, VI, 33, sq.; X, 16, 6 sq.

Sagalassensium agrum, in *Pisidia*, populatur Cn. Manlius, ipsosque dein in deditionem recipit, XXII, 19.

Saguntum, ejus situs et ager urbis, III, 17, 2 sq. *Ibid.* 14, 9; 16, 5; 61, 8; VI, 37, 4. Saguntini in fide et clientela sunt populi Rom., III, 15, 5 et 7. Circa finem belli Pun. I. nondum fuerant socii Romanorum, III, 21, 5: sed tamen pluribus annis ante Hannibalis tempora, 30, 1 sq. Crebris nunciis certiores faciunt Romanos de progressibus Hannibalis in Hispania, III, 15, 1. Saguntum oppugnatum expugnatque Hannibal, III, 17, 4 sqq.; IV, 66, 8, contra foederum fidem, XV, 17, 3. Ea injuria causa est belli Punici secundi, III, 8, 1. Ibi custodiuntur obsides, quos Pœni ab Hispanis exegerant, III, 98, 1. Urbem obsident

fratres Scipiones, 97, 6; 98, 7. Obsides Hispanos Abilyx, decepto Bostare, tradit Romanis, c. 98 seq.

Sagunti, sinus in Africæ ora, ad mare Atlanticum, XXXIV, in *fine*, *fr. lat.*

Sais, urbs Ægypti, XXIII, 16, 4.

Sala, fluvius Africæ, XXXIV, in *fine*, *fr. lat.*

Salassi; per eorum fines patet transitus Alpium, XXXIV, 10, 18.

Salentini, XXXIV, in *fine*, *fr. lat.*

Saliorum collegio ascriptus erat P. Scipio Afric. maj., XXI, 10, 10 sqq.

Salmantica, ἡ Ἐλευντική, urbs Vaccæorum in Hispania, capitur ab Hannibale, III, 14, 1 et 3.

Samaria; ad præsidendum Samariæ, Hippolochum et Keræam mittit Antiochus M., V, 71, 11. Eandem, *præreptam ab Ægyptis*, victo Scopæ recipit Antiochus, XVI, 39, 3.

Sambucæ Marcelli ad Syracusas, VIII, 6-8.

Sambucistrias curat juvenis Ægypti rex, Ptolemæus Philopator, V, 37, 10.

Samicum, oppidum Triphylia, IV, 77, 9. Eo potitur Philippus, IV, 80, 9 sqq.

Sammites, a Romanis debellati, I, 6, 6; cum Gallis arma sociant, et cædunt Romanos in agro Camerte; rursus vero ab illis in agro Sentinate cæduntur, II, 18, 5 sq.

Socii Romanorum, bello Gallico Cisalpino, II, 24, 10; Samnis, cognomen Magonis, IX, 25, 4.

Samnium intrat Hannibal, III 90, 7. Via e Samnio Capuam, III, 91, 9. Capua per id Romam contendit Hannibal, IX, 5, 8.

Samosata (cà), urbs Commagenæ, ad Zeugma, XXXIV, 13, 3 sq.

Samothracia, maris Ægei insula; in eam ut confugeret Ptolemæus ab Antiocho victus, suadet Eulæus, XXVIII, 17 a, 1. In ditone Persei erat, XXIX, 1 f, 2.

Samus (aliis Samius), Chrysogoni filius, poeta epigrammaticus, σύντοπος Philippi regis, V, 9, 4. Ejus versiculus *affertur ibid.* § 5. Occiditur a Philippo, XXIV, 8, 9.

Samus insula, in ditone est regum Ægypti, sub Ptolemæo Eupatore, V, 35, 11. Eam invadit Philippus, rex Maced., III, 2, 8. Ibi cum classe Romana stat L. Æmilius Regillus, XXI, 6, 1.

Saporda: ἡ εἰς δολὴν ἡ ἐπὶ Σάπορδα, una ex viis, quibus per fauces Climacis montis ex Milyade in Pisidiam transitur, V, 72, 4.

Sarapidis fanum, τὸ Σαραπίδιον, in Thracia, ad Bosporum Thracicum, IV, 39, 6.

Sardanapalus, idem Concolerus nominatus, *Fragm. hist.* 9. Sardanapali vitam agebat Prusias, Bithyniæ rex, XXXVII, 2, 6, non Philippus, Amyntæ filius; quem eo nomine temere reprehendit Theopompus, VIII, 12, 3.

Sardes, Lydiæ urbs; ubi sedem rerum suarum habuit Achæus, V, 77, 1, *coll.* c. 57, 4 et 8; urbs munitissima, jam in alterum annum obsessa ab Antiocho, VII, 15; capitur tandem, felici audacia Lagoræ, VII, 15-18. Arx ejus, in quam se receperat Achæus, VII, 17, 4, capto per dolum Achæo, VIII, 17 seqq., traditur Antiocho, VIII, 23; qui eam retinet, XXI, 9, 1; 10, 1. Urbe et arce potiuntur Scipiones, XXI, 13, 1. Ibi cum Chiomara colloquitur Polybius, XXII, 21, 12. Eo accusatores Eumenis invitat Sulpicius, XXXI, 10.

Sardinia insula, hominum frequentia et fructuum proventus præstans, I, 76, 6; 82, 7; tota in potestate Pænorum, I, 10, 5. Eam Pænis eripere cogitant Romani, I, 24, 7. Hannibal cum classe eo missus, oheidetur a Romanis, et multas naves amittit, 24, 5 sq. Eam præsidio tenentes mercenarii deficiunt a Pænis, I, 79, et Romanos advocant, sed ab his (qui fidem Pænis, pace post bellum Si-

culum facta, servare volebant) non audiuntur, 83, 11. Idem mercenarii ipsi ejiciuntur a Sardis ex insula, quæ Pænis prorsus eripitur, 79, 5 sq.; 82, 7. Tum ab eisdem mercenariis, insula ejectis, rursus invitati Romani ad opem ipsis ferendam, navigare eo instituerunt, 88, 8. Inde, quum Pæni, finito bello Africo, bellum et in Sardos, ad recipiendam insulam et adversus mercenarios in Italiam profugos, pararent, Romani, id bellum adversus se parari causantes, Pænis bellum indixerunt; eaque ratione coegerunt Pænos, ut eam Romanis permitterent, I, 88; III, 10, 3; 27, 8; 28, 2. Eo abit C. Atilius Cos. cum exercitu, II, 23, 6; inde redit, 27.

Sardonius risus, XVII, 7, 6.

Sardoum mare, I, 10; 5, 42, 6; II, 14, 6 et 8; III, 41, 7; 47, 2; XXXIV, 6, 6. Ab Africo vel Libyco mari dividit Lilybæum promontorium, I, 42, 6. In id influit Narbo, III, 37, 8. Hannibal, a Pyreneo ad Rhodanum proficiscens, id ad dextram habuit, III, 41, 7.

Sarissarum mensura et ratio, quibus utitur phalanx, XVIII, 12. seq. Sarissas in altum erigunt Macedones, quum se dedere aut transire ad hostes volunt, XVIII, 9, 9 sq.

Sarmata, Gatalus, XXVI, 6, 13.

Sarsinates et Umbri, Apenninum incolentes, Gallis opponuntur, bello Gallico Cisalpino, II, 24, 7.

Saso, insula in introitu Ionii maris, V, 110, 2.

Sation, oppidum Illyriæ ad Lychnidium lacum, captum a Philippo, V, 108, 8.

Satrapii. *Vide* Atropatios.

Saturni tumulus ad Novam Carthaginem, X, 10, 11.

Satyrus, Achæorum legatus Romam, XXXI, 6, 1.

Satyrus, legatus Iliensium, pro Lyciis intercedens apud Romanos, XXIII, 3, 3.

Scala. *Vide* Climax.

Scalarum commetiendarum ratio, IX, 19, 5 sqq. *Adde* V, 97 *extr.* et sq.; IX, 18, 5 sqq.

Scardus mons, Illyriæ, XXVIII, 8, 3.

Scelatiū, populus Africæ, XXXIV, in *fine*, *fr. lat.*

Scerdilaidas, dux copiarum Teutæ, per Antigoneæ fauces Epirum intrat, Epirotas ad Phœnicem acie vincit; inde induciis pactis domum redit, II, 5 sq.; quindecim lembos auxilio mittit, V, 3, 3; 4, 3. *Reliqua de eo vide* IV, 16 et 29; V, 3 sq.; 95; 101; 108; 110; X, 41, 4. *Filius fuit Pleurati; Agronis frater; nepotis ex fratre, Pinnæ vel Pinei, successor in regno; pater Pleurathi; avus Gentii.*

Scipio. *Vide* Cornelius.

Sciron (aliis Scyron), ephorus Messeniorum, expostulat cum Dorimacho Ætolo, prædonibus favente, IV, 4. *Confer* Chironia villa.

Scironides petræ, Scironia saxa, ab oriente Corinthi, XVI, 16, 4 sq.

Scopas, Ætolus, Aristonis prætoris Ætolorum cognatus, cui ille curam belli et administrationem allarum rerum permisit, IV, 5, 1. Eum Dorimachus ad bellum Messeniis privatim inferendum incitat, IV, 5, 2 sqq. Cum amicis privato consilio Messeniis, Epirotis, Achæis, Acarnanibus, Macedonibus, bellum infert, 5, 10. Cum multitudine Ætolorum in Peloponnesum transit, et ex Phigalea fines incurat Messeniorum, 6. Reditum in Ætoliam simulans, Aratum cum Achæis ad Caphyas adoriut, et prælio vincit fugatque, IV, 10-12. Prætor creatur Ætolorum, IV, 27. Philippo Ætoliam invadente, cum Ætolis impressionem facit in Macedoniam, et Diuum devastat, IV, 62; V, 11, 1. A Dorimacho prætoris dux auxiliorum mittitur Eleis cum Agelao, V, 3, 1. Ad novas leges scribendas et novas tabulas consiciendas, cum Dorimacho nominatur ab Ætolis, XIII, 1. *coll. Fragm. hist.* 68.

- Frustratus magistratu, cujus causa novas leges scribere erat ausus, Alexandriam abit, ubi cupiditate fuit inexplorabili, XIII, 2. Dux copiarum Ptolemæi Epiphanis, recipit Judæam, XVI, 39, 1. In obsidenda nescio qua urbe remissius versatur, 39, 2. Ab Antiocho vincitur pugna ad Panium; qua victoria Antiochus Palæstina rursus potitur, 39, 3 sqq. De illa pugna ad Panium, et de acie a Scopa instructa, ejusque virtute, Zenonis Rhodii narrationem vide apud Polyb. XVI, 18 seq. Res novas in Ægypto moliens, in vincula conjicitur, et veneno necatur, XVIII, 36 sq. Ægypti regnum rapinis exhauserat, 38, 1 sq.
- Scopium, locus prope Thebas Phthias, V, 99, 8.
- Scorda, urbs Illyrici, XXVIII, 8, 4. *Videtur consueta regia fuisse Gentili.*
- Scorpiunculi Archimedis, VIII, 7, 6.
- Scotitas, locus inter Tegeam et Lacedæmonem, XVI, 37, 3, sq.
- Scotusa s. Scotussa, urbs Thessaliæ, X, 42, 3 sqq.; XVIII, 3, 3. Ejus ager, ἡ Ξοροῦσατα, XVIII, 3, 3: in quo est Melambium, 3, 6.
- Scriba communis Achæorum, II, 43, 1.
- Scutum Romanorum, ὁ θυρσός, excellit ad tutandum corpus, II, 30, 8. Ejus figura et structura, VI, 23. Scuta equitum Rom. olim e bovillo corio parum firma; dein Græcorum more firmiora, VI, 25, 7 sqq. Gallicum, protgere virum non potest, II, 30, 3. Hispanicum, simile Gallico, III, 114, 2. Ligusticum, XXIX, 6, 1.
- Scylla, de qua Homerus loquitur, XXXIV, 2, 12; 3, 9.
- Scyllæum, promontorium Italiæ in Bruttis, ad fretum Siculum; ibi venantur galeotam s. xipham piscem, XXXIV, 2, 12; 3, 1 sqq.
- Seyron. Vide Sciron.
- Scythas bello petens Darius, Bosporum Thracicum ponte junxit, IV, 43, 2. Scythæ Nomades imminent Bactrianæ, XI, 34, 5. Scytharum facinora patrare, proverbialiter dictum, IX, 34, 11. Scythica porticus Syracusis, ni potius Tychica, VIII, 5, 2.
- Scythopolis, olim Bethsan, oppidum ad exitum Jordanis e lacu Tiberiadis, in deditionem acceptum ab Antiocho M., V, 70, 4 sq.
- Segesama, oppidum Vaccæorum in Hispania, XXXIV, 9, 13.
- Selasia, potius Sellasia, oppidum Laconicæ, juxta quod Cleomenem acie vicit Antigonus, II, 65, 7; IV, 69, 5. Situs ejus, 65, 8; de quo absurda scripsit Zeno historicus, XVI, 16, 2 et 8. Tegea eo Philopæmen ducit Achæos, Laconicam inde incursurus, XVI, 37, 2.
- Selecti ex equitibus extraordinariis, οἱ τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ἀπόλεκτοι, in castris Romanis, VI, 31, 2.
- Seleucia, Seleuciensis, V, 54, 10; 58, 3; 59, 6.
- Seleucia Pieria vel Seleucia ad Mare, regia Syriæ urbs, et imperii olim sedes, præsidii regum Ægypti tenetur ex eo tempore, cum Ptolemæus Euergetes, Seleuco Callinico propter casum Berenices iratus, bellum Syriæ intulerat, V, 58, 4 sqq. Ejus situs, et regio circumjacens, 59, 3 sqq. Terra marique eam obsidet Antiochus, V, 59, 1 sq., et oppugnatam in deditionem accipit, 60 et 61, 1 sq. Ex Coele Syria eo hibernatum redit, V, 66, 4 sq.
- Seleucia ad Tigrim, cis fluvium, in Mesopotamia, V, 45, 3; 46, 7; capitur a Molone, V, 48, 11 sqq. In Seleucienses sævit Hermæas, V, 54, 9 sqq.
- Seleucia ad Zeugma, ad Euphratem in Mesopotamia: ibi de expeditione adversus Romanem deliberat Antiochus M. et nuptias celebrat cum Laodice, V, 43, 1 sqq.
- Seleucus Nicator, primus rex Syriæ, victo Antigono, ex reliquorum regum Macedonicorum concessione Coele Syriam possidet, V, 67, 6 sqq.; XXVIII, 17, 7. Bello vicit Lysimachum, Thraciæ regem; quare omne regnum ejus pertinere ad Seleucidas contendit Antiochus M., XVIII, 34, 4. Mortuus circa Olymp. 124, II, 41, 2; 71, 5.
- Seleucus, cognomine Callinicus et Pogon, II, 71, 4; pater Antiochi magni et Seleuci Cerauni, ibid. et IV, 48, 6; V, 40, 5; 89, 8. Liberalis in Rhodios, V, 89, 8 sq. Uxor ejus Laodice, VIII, 22, 11.
- Seleucus Ceraunus, filius natu major Seleuci Callinici, frater Antiochi Magni, comite Achæo expeditionem adversus Attalum in Asiam cis Taurum suscepit; in qua per dolum occisus est, Olymp. 139; successoremque habuit fratrem natu minorem Antiochum, IV, 48; II, 71, 4; V, 40, 5 sq. Domo profectus, administratorem rerum constituerat Hermæam, V, 41, 2. Mortem ejus ulciscitur Achæus, IV, 48, 9. Copias ejus domum reducit Epigenes, V, 41, 4.
- Seleucus Philopator, Antiochi M. filius; ei sedem regni Lysimachiæ se parare ait Antiochus, XVIII, 34, 8. Quam in Æolie esset ab Antiocho M. cum exercitu relictus, legatos ad eum mittunt Phocæenses, XXI, 4; adde c. 6, 3; 8, 13. Major frater Antiochi Epiphanis, pater Demetrii Soteris, succedit Antiocho Magno, et filium Demetrium obsidem Romam mittit, XXXI, 12, 10 sq. Achæis decem naves dono offert, quas illi non accipiunt, XXIII, 4, 5 sq.; 7, 4; 9, 13. Ad hunc in Fragm. hist. 64 refertur de Cypri proditione id, quod apud Polyb. XXXIII, 3, 2, ad Demetrium, filium ejus refertur.
- Selga, urbs Pisidiæ, obsessa a Garsyere, Achæi duce, proditur Achæo a Logbasi, Selgensium legato, V, 74. Selgenses Pedlenissum obsident, et inde repelluntur a Garsyere, V, 72 seq. Cognati Lacedæmoniorum, V, 76, 11. Fortiter resistunt Achæo, et pacem ab eo impetrant, 76, 3 sqq. Eumenem Romæ accusant, XXXI, 9, 3.
- Selinuntius ager, in Sicilia, I, 39, 12.
- Sella eburnea (curulis) dono mittitur Ariarathi, XXXII, 5, 3.
- Sellasia. Vide Selasia.
- Selymbria, Thraciæ urbs; ubi Antiochum convenit L. Cornelius, XVIII, 32, 3.
- Semissis, quarta pars oboli, II, 15, 6.
- C. Sempronius Blæsus, Cos. cum Cn. Servilio, cum classe hæret in Syrti; ingens patitur naufragium, I, 39.
- Ti. Sempronius Longus, Cos. cum P. Cornelio Scipione, IV, 66, 9. Ei decernitur Africa, III, 40, 2; V, 1, 4. Lilybæi maximos facit apparatus ad bellum Carthagini inferendum, III, 41, 2 sqq.; III, 61, 8 sq. Advocatur cum exercitu e Sicilia in Cisalpinam Galliam adversus Hannibalem, III, 61, 9 sqq.; 68, 6. Ariminum convenire legiones suas ex itinere jubet, 61, 10; 68, 13 sq. Advenit, et cum Scipione deliberat, 68, 15. Levi prælio equestri superior hoste, III, 69. Ægroto et invito Scipione, justam pugnam parat, 70 sq., et acie vincitur ad Trebiam, 72-75.
- Ti. Sempronius Gracchus, gener Scipionis Africani majoris; cui dotem uxori debitam Scipio Æmilianus ante diem generose persolvit, XXXI, 13. Legatus Rom. ad diceptandas controversias Philippi cum finitimis populis, post bellum Antiochicum, XXIII, 6, 6. Prætor, trecentas urbes Celtiberiæ dejecisse perhibetur, XXVI, 4. Eo intercedente, Celtiberi fœdus cum senatu inierunt; quod illi ut sibi restituatur, petunt, XXXV, 2, 15. Ti. Gracchus et C. Claudius Coss. mittuntur adversus Istros et Agrios, ni potius Sardos, XXVI, 7, 1. Legatus (in Asiam missus ad res regum inspiciendas, XXXI, 14, 4), magna dexterrate excipitur ab Antiocho Epiph., XXXI, 5; conf. c. 6, 7. Patrocinator Rhodiis societatem Romanorum peten-

tibus, XXXI, 7, 19 sq. Cammanos subigit, 9, 1. Ariarathi Romæ bonum testimonium exhibet, 14, 4. Rursus ad res Græciæ et Asiæ inspiciendas legatus, postquam Demetrius Roma profugerat, XXXI, 23, 9 sqq.; XXXII, 3, 3; 5, 2. Eo potissimum patrocinante, rex a Romanis appellatus est Demetrius, XXXII, 4.

Sena, urbs Italiæ, est terminus Galliæ Cisalpinæ ad mare Adriaticum versus meridiem, II, 14, 11; 16, 5. Prima Romanorum colonia in Galliam ducta, nomen habens a Gallis Senonibus, qui eam olim incoluerant, II, 19, 12.

Senatus Romanus : ejus munus et potestas, VI, 13. Senatum si spectes, aristocratica videtur esse Romana respub., 13, 8 sq. Obnoxius est populo, VI, 16; populus senatui, 17. Pueri 12 annorum in senatum cum patribus admissi perhibentur, quum de bello Pun. II deliberaretur, III, 20, 3. Senatus Pœnorum. *Vide mox* Seniorum collegium.

Senes, sive Seniores, apud Lacedæmonios, magistratum gerunt quoad vivunt, VI, 45, 5. Gyridas et alii e Senioribus trucidantur ad Minervæ aram, IV, 35, 5.

Seniorum collegium apud Pœnos, X, 18, 1; VI, 51, 2, vel senatus, X, 18, 2.

Senones Galli, in extremo versus Italiam angulo Galliæ Cisalpinæ habitant, ad mare Adriaticum, II, 17, 7. Delentur a Romanis, II, 19. Ab eis nomen habet Sena, colonia Rom., 19, 12. Iis præfatus ager Picens, 21, 7.

Sentinas ager : in eo, ingenti prælio a Romanis cæduntur fuganturque Galli et Samnites, II, 19, 6.

Sepeliendi cadavera intra urbem mos obtinuit Tarenti, VIII, 30, 5 sqq.

L. Sergius (sive Servilius), legatus a Scipione Carthaginem missus, XV, 1.

Manius Sergius, legatus cum Sulpicio Gallo in Græciam et Asiam, XXXI, 9, 6.

Serippus, Lacedæmoniorum legatus Romam, XXIV, 4, 4; responsum ei datum, 10, 11.

Serra. *Vide* Prion.

Servilius Glaucia, legatus ad inspiciendas res Græciæ et Asiæ, XXXI, 29, 9.

Cn. Servilius *Crepio*, Cos. cum C. Sempronio, in Syrti hæret cum classe, dein ingens patitur naufragium, I, 39.

Cn. Servilius *Geminus* Consul, III, 75, 5; cum exercitu Ariminum mittitur ad prohibendum Hannibalem, 77, 2. C. Centenium auxilio mittit Flaminius, III, 86. Exercitum tradit Q. Fabio dictatori, et ab eo præficitur classi, 88, 8. Classem Punicam, Pisas appulsuram, in Sardiniam et in Africam redire cogit, III, 96, 8 sqq. Cercinam et Cossyrum insulas capit, 96, 12 sq. Proconsulare obtinet imperium, et pedestribus copiis præfectus, mandata consulum recte curat, III, 106, *coll.* 96, 14. Mediam aciem tenet in pugna Cannensi, 114, 6; fortiter pugnans cadit, 116, 11.

L. Servilius, sive is Sergius est, legatus a Scipione Carthaginem missus, XV, 1, 3.

Servius, *Vide* Fulvius, et Lentulus.

Servus. Servos alere non licuisse Locris, contra Aristotelem contendit Timæus, XII, 6, 7 sq. De servo controversia inter duos Locrenses, XII, 16. Cives Romani, servi apud Græcos, ab Hannibale venditi liberantur, XIX.

Sestus, ad fauces Propontidis, IV, 44, 6; 50, 6. Opportunitas situs, XVI, 29, 3 sqq. Ea ut excedat Philippus, postulant Rhodii, XVII, 2, 4.

Sextus. *Vide* Julius.

Sibertus, Petrali filius (an Sibyrus, Petraei filius?) XXII, 9, 7.

Sibyrus, Cretæ oppidum, XIII, 10, 5.

Sicca, Africæ oppidum, in quo mercenarios suos post bellum

Siculum residua stipendiorum exspectare jubent Pœni, I, 66; seditionem ibi excitant mercenarii, 67.

Sicilia : ejus situs, figura, promontoria, I, 42. Ejus ora Africæ obversa, importuosa, I, 37, 4. Quæ de ea scripsit Homerus, vera sunt, poeticis imaginibus exornata, XXXIV, 2, 10 sqq. Siculi inferiorem Italiam olim incoluerant, unde pulsi sunt a Locrensisibus, qui dolosum fœdus cum eis fecerant, XII, 5, 10, et c. 6. Siciliæ pars jam sub initium reip. Romanæ, L. Junio et M. Horatio Coss. in Pœnorum erat potestate, III, 22, 10; 23, 5; 24, 15. In ea sola velut in acetabulo, gloriam quæsit Timoleon, XII, 23, 7. Omnium, qui in ea dominati sunt, peritissimi, Hermocrates, Timoleo, Pyrrhus Epirota, XII, 25 o, 2. In eam prima Romanorum cum armis tractio, I, 11 seq. Ea non fuit contra fœdus Romanorum cum Pœniis, III, 26 et 28, 1. De ea gestum Bellum inter Romanos et Pœnos, Bellum Siculum, id est, *Bellum Punicum primum*, I, 13, 3 et 10, et *deinde toto libro I usque c. 64; conf.* I, 71, 3. Cur illud bellum pluribus exposuerit Polybius, I, 14; 20, 8. Ejus annus decimus quartus, I, 41, 3; decimus octavus, I, 56, 2. Post 24 annos (I, 63, 4) finitur, facta pace et fœdere quo Sicilia Romanis cesserunt Pœni, I, 62 seq.; III, 27. Itaque tota insula, excepta ea parte quæ Hieroni parebat, a Romanis est occupata, II, 1, 2.

Siculum Bellum. *Vide in* Sicilia.

Siculum Mare, in illud excurrit Pachynum promontorium, I, 42, 4. Est a meridie Italiæ; a Ionio mari distinguitur Cocyntho, promontorio Italiæ, II, 14, 4 sq.; *adde* X, 1, 2. Ex eo sinus Ambracius irruit inter Epirum et Acarnaniam, IV, 63, 6; V, 5, 13. Spectat id Cephallenia insula, V, 3, 9.

Siculus medimnus tritici in Gallia Cisalp. venit obolis quatuor; hordei, duobus, II, 15, 1; Romæ constat 15 drachmis, IX, 44, 3.

Sicyon, urbs munitissima Achaïæ, XXX, 15, 1; cum portu, V, 27, 3. Inter eam et Ægium est Ægira, IV, 57, 5. Eam capit Aratus Sicyonius, IV, 5, 4, et, sublati Nicocle tyranno, X, 25, 3, fœderi Achaico attribuit, II, 43, 3; adiutoribus Ecdemo et Demophane Megalopolitanis, X, 25, 3. Eam obsidet Cleomenes, II, 52, 2. Ibi hiemat Antigonus, II, 54, 5. Sicyoniorum agrum populantur Ætolæ, IV, 13, 5. Eumdem populaturus Euripidas Æolus, dux Eleorum, incidit in Philippum, IV, 68. Ægio Sicyonem Philippus convocavit concilium Achaëorum, V, 1, 7 sqq. Rursus eo convenit concilium Achaëorum, XXV, 1, 5, XXVIII, 11, 9; XXIX, 9, 6. Sicyonli Attalo colosum ponunt in foro juxta Apollinem, XVII, 16; Sicyone celebrantur Antigonia, XXX, 20, 3.

Sida, urbs Pisidiæ s. Pamphyliæ, V, 73, 3; XXXI, 25, 5. Cives Sidetæ, V, 73, 4; *Fragm. hist.* 65.

Sidon, urbs Phœniciæ, V, 69, 10; 70, 1.

Siga. *Vide* Singa.

Signa, milliaria, III, 39, 8. Signa cœli. *Vide* Zodiacus.

*Adde* Pyrsiæ, et Faces. Signa pugnae ineunda, linteum album, II, 66, 10; punicum paludamentum, 66, 11. Signum protectionis, in castris Romanis, ter repetitum, VI, 40, 1 sqq. Signa militaria. *Vide mox* Signiferi.

Signiferi vel vexillarii, duo in singulis manipulis apud Romanos, VI, 24, 6.

Sila, urbs Italiæ ad Adriaticum mare, XXXIV, 11, 8; *mendose, ut videtur, pro* Spina, *Eniva.*

M Junius Silanus. *Vide* Junius,

Simmias, comes Philopœmenis, Machanidam persequentis, XI, 18, 2 et 6.

Simon, homo Boeotus, cujus pecus abegerunt Achæi, XXVIII, 2, 15.



- Simonides, poeta : ejus dictum, XXIX, 7 a, 2.  
 Simulacrum Dianæ Cindiyadis Bargyllis, et Vestæ signum Iassi, licet sub dio posita, nec ningi, nec plui perhibebantur, XVI, 12, 3 sq.  
 Singa, Σίγγα, Africae urbs, *forſan eadem cum Siga*, XII, 1, 3.  
 Sinope, urbs Ponti : ejus situs, IV, 56, 5 sq. Sinopensibus bellum infert Mithridates, rex Ponti ; ad id Rhodii omne genus subsidiorum eis mittunt, IV, 56. Extrema eorum calamitas, IV, 56, 1 ; XXIV, 10, 2 sq. ; *scil.* expugnata urbs a Pharnace, Mithridatis filio. *Conf.* XXIV, 10, 2.  
 Sinuessa, urbs Campaniæ, ad mare. *Gentile*, Sinuessani, III, 91, 4.  
 Sinus Maliacus. *Vide* Maliacus.  
 Sipus vel Sipontum, oppidum in ora inferioris Italiæ, X, 1, 8.  
 Smyrna, urbs Ioniæ, XXI, 10, 3. Smyrnæi constanter in fide manserunt Attali, V, 77, 6. Eorum legati, post bellum Philippicum, Lysimachiæ cum Romanis agunt, presente Antiocho, qui Smyrnam occupaverat, XVIII, 35 ; XXI, 3 ; 11, 2. Post bellum Antiochicum, legatos Romam mittunt, XXI, 14, 12. Eo bello fidem præstiterant Romanis, 27, 6.  
 Sociale Bellum, Achæorum et Philippi, aliorumque sociorum, adversus Ætolos et Lacedæmonios, I, 3, 1 ; II, 37, 1 ; 71, 9 ; III, 1, 1 ; IV, 2, 11. Socii, præter Macedonas et Achæos, erant Messenii, Epirotæ, Acarnanes, Phocenses, Bæoti, Thessali, IV, 5, 10 ; 9, 4 ; 15, 1 ; 25, 1 seqq. ; V, 3 ; IX, 38. Belli origo, IV, 3-25. Societatis fœdus, 25, 6 sqq. Bellum ipsum, IV, 26-37, *tum 27 usque fin. libri IV, et libro V, c. 1-30 et 91-105.* Finitum pace, inter Ætolos et Philippum Achæosque eorumque socios conclusa, V, 105, 1 sq. *Conf.* Philippus, Achæi, Ætoli, *etc.*  
 Societatum civilium origo, VI, 5.  
 Socii Romanorum in legione. *Vide* Legio. Multitudo sociorum Romanorum qui ætate militari erant et in tabulis relati, imminente bello Gallico Cisalp., II, 24. Sociorum Italicorum inter se controversias dirimit senatus ; eorum delicta punit ; eorundem securitati cavet, VI, 13, 4 sq. Militum e sociis conscriptio, VI, 21, 4 sq. Sociorum præfecti, VI, 26, 5. Sociorum locus in castris, VI, 30.  
 Socrates aliptes, pro tabellario ad Rhodios mittitur a prætore Romano, XXVII, 6, 1.  
 Socrates Bæotius, centuriat et exercet milites Ptolemæi Philopatoris, V, 63, 2 ; præest parti copiarum, 65, 2 ; 82, 4.  
 Soli, urbs Ciliciæ, Argivorum colonia. Pro Solensium libertate apud Romanos intercedunt Rhodii, renitentibus Antiochi legatis, XXII, 7, 10 sqq.  
 Solis promontorium, in Africa, ad mare Atlanticum, XXXIV, *in fine, fr. lat.*  
 Solon, Persei legatus Romam, XXVII, 7, 2.  
 Sophagasenius, Indiæ rex ; quocum amicitiam renovat Antiochus, XI, 34, 11.  
 Sophonisba, filia Asdrubalis, Gisconis filii, uxor Syphacis, XIV, 1, 4 ; 7, 6.  
 Sosander, Attali collectaneus, Elæam adversus Prusiam defendit, XXXII, 25, 10.  
 Sosibius, præest rebus Ægypti sub Ptolemæo Philopatore, V, 35, 7 ; 63, 4 ; versutus et callidus homo, XV, 25, 1 ; 34, 4 : cujus opera Ptolemæus matrem Berenicem et alios propinquos necat, V, 36, 1 sqq. ; XV, 25, 2. Ea de cæde cum Cleomene deliberat Sosibius, mox vero Cleomeni ut suspecto insidiatur, eumque in custodiam dari curat, V, 36, 7 sqq. ; 37 sq. Antiochum Magnum, Cælesyriam invadentem, legationibus differt, dum bellum paratur, V, 63 ; 66 *extr. et* 67 ; præest phalangi Ptolemæi Philopat., 65, 9 ; hortatur milites, 83, 3. Post pugnam ad Raphiam, ad Antiochum mittitur firmando fœderi, 87, 5 sqq. Bolidem *Cretensem* Sardes mittit, ad liberandum Achæum, VIII, 17. Mortuo Philopatore, tutelam Ptolemæi Epiphanis sibi vindicat, XV, 25, 1 ; *et occiditur ab Agathocle*. Duo ejus filii, Sosibius, et Ptolemæus.  
 Sosibius, Sosibii filius, corporis custos Ptolemæi Epiphanis, XV, 32, 6 ; prudenter curat regem ; eidem sigilla regni mandantur, XVI, 22, 1 sq. ; adimuntur ei sigilla a Tlepolemo, 22, 11.  
 Sosicrates, proprætor Achæorum, cruciatus necatur a Diao ejusque sodalibus, XL, 5, 1 sqq.  
 Sosigenes, Rhodius, judex apud Achæos, Eumenis honores evertit, XXVIII, 7, 9.  
 Sosilus, subleste fidei scriptor, III, 20, 5.  
 Sosiphanes, Antiochi Epiphanis legatus Romam, XXVIII, 1, 1 ; 18, 1.  
 Sostratus, artifex statuarius, IV, 78, 5.  
 Sostratus, Chalcedonius, adulatione corrumpit mores Cavarî, regis Gallorum, VIII, 24, 3.  
 Sotera, *nomen* plateæ in urbe Tarento, VIII, 35, 6.  
 Soteria solenniter celebrata a Prusia, Bithyniæ rege, IV, 49, 3.  
 Sparta, Spartani. *Vide* Lacedæmon, Lacedæmonii.  
 Spectaculi gladiatorii pretium, 30 talenta, XXXII, 14, 6.  
 Σπείρα. *Vide* Manipulus.  
 Spelunca. *Vide* Φωλεός.  
 Spondius, genere Campanus, ex servo fugitivo Romano mercenarius miles Penorum ; irritat commilitones ; et dux Belli Africi cum Mathone nominatur a seditiosis, I, 69 sqq. ; 76 sqq. In Penorum venit potestatem, I, 85, et ab eis cruci affigitur, 86, 4. Ad ejus crucem mox dein a rebellibus mactantur 30 nobiles Pœni, et ex eadem cruce suspenditur Hannibal, dux Penorum, captus a Mathone, 86, 6.  
 Spina, *Vide* Sila.  
 Spirituum asperorum et tenuium in legendo observatio, X, 47, 10.  
 Spurius. *Vide* Lucretius.  
 Staete, XIII, 9, 5.  
 Stadia octo conficiunt milliæ Romanum, III, 39, 8. *Polybium pro milliari Romano numerare octo stadia cum duobus jugeris, i. e. cum triente, ait Strabo. Vide XXXIV, 12, 5.*  
 Stadium, vel Circus, Alexandriæ, XV, 30, 3 sq. ; 33, 1 et 8.  
 Stannum : de stanno Britannico copiose alicubi se dicturum promittit Polybius, III, 57, 3 sq. *Vide XXXIV, 1, 6.*  
 Stasini poetæ versiculos, XXIV, 8, 10.  
 Stationem deserere, capitale est apud Romanos, I, 17, 11 ; VI, 37, 11 sqq. ; III, 84, 7.  
 Stembal, Masinissæ filius quadriennis, post patris obitum adoptatus a fratre Micipsa, XXXVII, 3, 5.  
 Stene, στενή, viæ nomen in Laconia, XVI, 16, 2.  
 Stephanus, legatus Atheniensium Romam, in causa Delicorum, XXXII, 17, 1.  
 L. Stertinius (*sive* *sive* Titinius est), unus e decem legatis T. Quintio adjunctis, XVIII, 31, 2.  
 Stethe, στῆθη, vocant dorsum vel molem in Ponto Euxino, ante Istri ostium, ex limo per vim fluminis congesto, IV, 40, 1 sqq.  
 Sthenelaus, Lacedæmonius, occisus a factione Ætolica, IV, 23, 11.  
 Stipendia annua eques Romanus decem facere tenetur, pe-

des Aguti, *scil. des Arabes* sedecim. VI, 19, 2. Quotidiana militum conuersiones, VI, 39, 12 sqq.

